INSTRUCTIO
SACERDOTUM

Universidade de Coimbra
Biblioteca

BEATI

VINCENTII

NATIONE HISPANI, PROFESSIONE SACRI PRAEDICatorum ordinis, Theologiæque Doctoris, & Euangelicæ doctrinæ Prædicatoris celeberrimi,

SERMONES AESTIVALES.

Eisdem denuò summa cura per D. DAMIANVM DIAZ Lusitanum, Theologiæ professorem, recognitis, luculentæ Adnotationes in margine accesserunt.

8.2.22

ANTVERPIAE,
Apud Philippum Nutium.
Anno M. D. LXX.
Cum Gratia & Priuilegio.

INCIPIT TABVLA ALphabetica sermonum magistri Vincentij ordinis predicatorū, partis æstiualis, omnes in hoc volumine contentorum promptè indicatiua.

A.

Abominatio siue blasphematio dei peior inter omnes septem modos malæ vitæ, Patet Sermone feriæ. vj. Pente. 294

Abstinentia cum moderamine & discretione perficienda est, patet Ser. ij. dominicæ in Albis. 63. Et Ser. feriæ. quintæ Pentecostes. 280

Abstinentia corporalis necessaria est, patet Ser. vij. do. in albis circa finem. 92

Abundantiam quadruplicem habebunt, qui vitā bonam induere nituntur ser. vj. dom. infra octa. Ascensionis. scilicet Ante omnia. 236

Actio Christi. Item omnis Christi actio nostra est instructio. Ser. iij. do. iij. post oct. Paschæ. 149

Adoratio Eucharistiæ, id est hostiæ cōsecratæ qualis erit. Serm. j. festi corporis Christi. 320

Adam per peccatum suum traxit nos omnes ad plures defectus siue plura mala. Sermone j. dominicæ tertiæ post Trinitatem 394. Ibidem nota. Humiliatione possumus recuperare quæ Adam superbiendo amisit. 395

Aduentus Messiæ generalis duplex est ser j. dominicæ tertiæ post octauas Paschæ. 135

Aduentus spiritus sancti tria bona nobis confert. Serm. iij. feria post Pentecosten. 267

Affectio celestialis siue desiderium ad paradisum, id est ad cælum empyreum, est optimus modus lachrymarum, ser. ij. dominicæ secundæ post octauas Paschæ. 120

Afflictio pœnitentialis in nobis modica est, sed peccata sunt multa, magna, & grauia, Ser. j. dominica post octau. Paschæ. 112

Agilitas corporis glorificati quanta est post resurrectionē, quære in die Paschæ Ser. ij. post medium. 19

Alleluya canticum lætitiæ, quādo cantari debet: & vnde dicitur, Sermo. ij. dies Paschæ. 10

Altaris sacrificium duas habet conditiones seu proprietates, patet Ser. ij. festi corporis Christi in prin. 326

Altitudines siue secreta mirabilia sacramenti Eucharistiæ patent in E. de Eucharistia.

Ambulamus ad paradisum cælestem vel equitādo, vel pedibus ambulando, vel nauigando, vel natando, vel volando. Serm. v. dominicæ sextæ post Trinitatem. 4

Amor siue amicitia fraternalis omnia interpretatur ad bonum, serm. j. dom. post Trinitatem.

Amor proximi fundamentum est totius legis Christi, & principium omnium bonorū. Ser. vj. dominicæ secundæ post Trinitatem.

Amor Christi ad nos tantus est, quòd accepit omnem iniuriam & crudelitatem nostrā ad se. patet Ser. iij. do. post oct. Paschæ. 135

Angeli cantant nobis cautilenam triplicem virtutem in se continentem, patet sabbato post Ascensionem. 20

Angelorū chori seu ordines, qui & quot sunt, patet in Sermo. Ascensionis dominicæ 19.

Angelorum præeminentiam & etiam ordinationem, vide Sermone ij. dominicæ primæ post oct. paschæ 99. & in Ser. vj. do. ix. post Trin. 541

Animarum purgatorij quatuor sunt conditiones à nobis valde diuersæ Sermone secundo dominicæ xj. post Trinitatem. 579

Animæ damnatæ vide in D. litera, & dictione damnatorum.

Animarum defectus siue mala prouenerūt ex peccato protoplasti, Ser. j. dom. iij. post oct. Paschæ. 135

Apparuit Christus post resurrectionem multis modis, patet Serm. ij. dies Paschæ 10. & amplius quære in R. de resurrectione.

Apparuit Christus post resurrectionem in triplici forma, sermone feriæ quartæ Paschæ. 39

Appellare debemus confidēter de iudicio iustitiæ dei ad iudicium misericordiæ eius, Sermon. iij. feriæ secundæ Rogationum. 179

Arbitrium reperitur in pluribus creaturis, sed solum in hominibus reperitur liberum serm. iij. dominicæ quartæ post Trinitatem. 417

Arbitrium liberū quomodo per quatuor ligatur, pater ibid. 417

Ardēs erit desiderium nostrum in orationibus nostris, patet Ser. ij. feriæ secūdæ rogationum. 175

Arguet dominus mundum de multiplici peccato cùm venerit ad iudicium, patet Sermo. ij. dominicæ tertiæ post octauas Paschæ. 140

Argumenta multiplicia diaboli, per quæ arguit trahendo nos à bono proposito, patent Sermone v. do. xxv. post Trinitatem. 919

Argumentis multis. i. apparitionibus diuersis patuit resurrectio Christi, sabbato post Paschæ. 52

Arma quæ induere debemus vt fortes simus in resistendo contra diaboli suggestiones, patet ser. iij. & iiij. domin. xxj. post Trinitatem. 838. & 842

Artes diaboli quàm variæ, multiplices, & fallaces sunt. Et artes Christi quā veræ sunt in oppositum, patet Ser. v. dom. xxv post Trinitatem. 919

Articulus resurrectionis maioris fuit difficultatis non solùm fidelibus sed etiam infidelibus ad credendum, Sermone tertiæ feriæ paschæ, & Sermone sabbatō post Paschæ. 35. & 52

Articulus resurrectionis ad omnes sensus hominis declaratus est, patet ibidem, hoc est Sermone fer. tertia 35

Articulos fidei scire tenemur, & sæpe in petitionibus & orationibus nostris exprimere ad minus mane & sero, quia mirę virtutis sunt. Ser. ij. feriæ ij. rogationum. 176

Ascendit nemo ad cælum nisi qui de cælo descēdit, quomodo intelligitur hoc, ser. iij. in festo Trī. 314

Ascendimus cælum per nouem gradus, patet ibidem. 315

Ascendimus montem do. i. celestē curiam, cùm ornati sumus quatuor virtutibus, quæ Dauid narrat per spiritū sanctū. Ser. iij. do. xj. post Trī. 585

Ascensio Christi gloriosa nobis fuit expedient, conuenies, & vtilis, patet in sermone dici Ascensionis. 190

Ascensionis Christi nota sex circunstantias seu conditiones, quæ etiā erunt in descensione eius ad iudicium, Ser. feriæ sextæ post Ascensionem. 195

Auaritia peccatū assimilatur stateræ iniquæ, & ponderi doloso, Ser. iiij. dominicæ ij. post octauas Paschæ, post medium. 130

Auaritia cōparatur latrocinio & auarus latroni. Ser. ij. do. tertiæ post oct. Pasc. circa medium. 143

B.

Baptismus mundat à peccato originali. vide Ser. vj. do. in Albis. & Ser. quarto dominicæ infra octauas Ascensionis. 84. & 221

Baptismus, quo mundamur & purgamur est quintuplex. Ser. iiij. dom. infra oct. Ascen. 221

Baptizatus si crediderit, saluabitur. vide pulchrum Sermonem. Ser. iij. do. infra oct. Ascen. 221

Baptismus aquæ est primum sacramentū ecclesiæ principalius & communius. Et dicitur hoc baptisma vnum tripliciter, cū canit ecclesia, Confiteor vnum baptisma &c. patet ibidem. 222

Baptizandi modus & forma patet eodē Sermone. 222

Baptizandi modum vide etiam in Serm. secundo diei Trinitatis. Dico secundo &c. 308

Beatorum locus est inæstimabilis, scilicet cælum empyreum. Ser. dom. primæ post Trinit. 350

Beati quomodo visitent loca damnatorū, & vident pœnam eorum. Ser. j. dom. j. post Trinitat. 348

Beneficia Christi generalia quatuor sunt, de quibus retributionem honoris & laudis tenemur et facere. Sermone v. dominicæ infra octa. Ascensionis per totum. 227

Blasphemia siue abominatio peior est inter nouos modos malæ vitæ. Ser se. vj. post Pentecosten 254

Blasphemia iracundorum notabiliter exprimitur. Sermone ij. dom. iij post oct. Paschæ. 145

Bonum quod habemus à deo quotuplex est, & quomodo vnum ab altero differt patet Ser. iij. dom. xviij. post Trinitatem. 641

C.

CAmera in qua Christus fecit & præparabit cœnam suā quotuplex est, & quot angulos habet illa. patet Ser. j. do. ij. post Trin. 362

Cantilena quam angeli cantant pro nostra saluatione tres habet virtutes. sabbato post Ascensionem. 202

Capitanei infernales omnium diabolorū qui & quot sunt in inferno, & vide tentant patet ser. ij. do. xxiij. post Trinitatem. 882

Captiuitas peccati quo detenti sumus quàm periculosa est, vide Ser. iij. dom. vj. post Trinitat. 458

Character qui datur presbyteris in sacramento ordinis est indelebilis. Serm. vj. do. in Albis post medium. 84

Charitas cordialis quā necessaria & vtilis est patet Ser. ij. do. xxiij. post Trinitatem. 900

Charitas supernalis est optimus gradus bonæ vitæ Ser. ij. dom. j. post octa. Paschæ, circa finem. 104

Charitatis obiectum deus est. Item charitas alias virtutes theologicales excedit. Item donum charitatis vinculum est perfectionis. patet Ser. vj. do. infra octa. Ascen. scilicet, Ante omnia. 231

Charitatis nota tres gradus. ibidem

Charitatis deifica nota etiam tres gradus. Ser. iiij. dominica. xxiij. post Trinitatem 891

Christus orādo quadruplicem modū seruauit. vide sup. de oratione in litera O.

Christi resurrectio quomodo & quando fiebat, quare Christus suam resurrectionem non retardauit vsque ad generalem omnium resurrectionē. Quibus resurrectionē suam Christus per ordinē manifestauit, quare Christus omnia ista fecit. vide suprà de resurrectione, in litera R.

Christi

Christi vulnera quinque quære in litera V.

Christi qualibet actio nostra est instructio. Sermo. iij. dominicæ. post octauas Paschæ. 105

Christi humiliatio sub tribus est creaturis, scilicet sub angelis, sub hominibus, & sub diabolo. quare supra de humilitate, vide in litera H.

Carnaliter loqui & conuersari est quartus gradus quo itur ad infernum. Ser. iiij. do. xj. post Trin. 591

Caro subtici debet imperio animæ. vide in do in albis. Ser. ij. 63

Caro nostra dicitur ancilla, anima verò filia. ibidem.

Castè viuere in gulositate & ebrietate est magis miraculosum quàm mortuos suscitare. Ser. iij. do j. post oct. Paschæ. ibi, Quantum opus &c. 110

Catholica fides quomodo teneri debet quære in dom. j. post Pascha. s. in albis. Ser. v. per totum. 79

Cautelæ quædā sunt ambulantibus peregre necessariæ. patet Ser. vj. do. xx. post Trinita. 811

Celebratio missæ. vide de Missa in M.

Celebrando quidam errant, vide in Errore.

Cœli proprietates quæ & quot sunt. Et in quo cælo nos hic viuētes corporaliter mente conuersari debemus. Ser. iiij. do. xxiij. post Trinit. 892

Cœna Christi quæ est, & qui sunt ad eā vocati. Ser. j. do. ij. post Trin. ibidem. de quarto &c. 362. & 363

Census siue numisma quē vel quod deo tenemur, qualis vel quale est. pater Sermo. ij. & iij. dom. xxiij. post Trinitatem. 881. & 886

Cibamur spiritualiter quandocūque missam debitè audimus. Ser. j. domi. j. post octa. Paschæ. 96

Cibus quem comedimus hic conuiuando & prandendo cum rege Christo multiplex est. patet Ser. ij. do. xx. post Trinitat. 795

Ciuitatis fortitudo cōsistit in septem. vide in Ser. ij. domi. j post Trinitat. circa finem. 354

Claritas corporis glorioſi excedit claritatem omnium planetarum. Ser. iij. dom. in Albis. 68

Clauis vocantur ad conuiuium Christi, quare hoc, & quid designatur per eas. ser. j. do. ij. post Tri. in fi. 363

Cogitationes quatuor habebimus in mente per quas trahi possumus ad patrem nostrū cælestē. ser. se. iiij. Vent. 274

Collocamur in optimo loco à Christo tā quam oues à vero & bono pastore. ser. j. do. j post octa. Paschæ. 93

Collectatio multiplex perimbetur nobis ab apostolo. Ser. iij. do. xxj. post Trin. post medium. 840

Communicare volens contra quatuor reges malos victoriam habebit, qui de omni peccato tentant. Ser. iij. dominicæ infra octa. Ascensionis. in secunda excellentia. 215

Communicare obligamur semel ad minus in anno realiter, sed in qualibet do. spūaliter. Ser. j. do. j. post oct. Paschæ. 97. Item in octaua sacramenti. 355

Cōpassio fraternalis quomodo ad proximum optima est eleemosyna. Ser. j. do. ij. post octa. Paschæ. 112

Conclusiones tres subtiliter ostendunt de opere dei bono, quod in nobis incipit, cōtinuat, & perficit. Se. v. do. xxij. post Trinit. 873

Concordia siue pax in triplici statu hominum seruari debet, sed diuersimode. quære hoc in dom. in albis. Ser. j. & ij. 58. & 62. Amplius de concordia quære in litera P. de Pace.

Concordia fraternalis neteſſaria eſt ad acquirendum ſpiritum ſanctum. Ser. j. dieb. Pentec. 249
Conditiones ſeptem malæ ipſius inferni nocte ſunt, per dictũ Iob, Ser. ij. do. ij. poſt Trini. ibi, Quantum ad ſecundam villam &c. 372
Conditiones peccatorum octo. vide Sermone v. dominicæ ij. poſt Trinit. ante finem. 388
Confeſſio ſacramentalis eſt gradus quidam per quē aſcendimus in cælum. ſer. j. diei Trinita. 298
Confeſſio fit in inferno, non deo ſed diabolo ex vehementi anguſtia damnatorum. ſer. ij. domin. xj. poſt Trin. ibi, Dico quartò &c. 584
Confeſſorem eligamus nobis magis diſcretum. Ser. j. dom. iiij. poſt Trinitatem ante finem. 405
Confirmatio quia eſt quoddam ſacramẽtum, quærenda eſt in litera S. de ſacramentis.
Conſidere nemo debet ex ſe tanquam ex ſe aliquid facere, quia omnia à deo ſunt. Ser. iij do. v. poſt Trini. 433
Conſortatiuum triplex eundi ad paradiſum cæleſtem, patet ſermone v. domini. vj. poſt Trin. 469
Conſcientia noſtra ducitur liber dei, quia ex conſcientia deus noſcit opera noſtra, & nos noſmetipſos. Ser. j. dominicæ infra octauas Aſcenſionis. ibi, Dico primò &c. 207
Conſolationes tres magnas fecit nobis Chriſtus ſermone j. do. iij. poſt octauas Paſchæ. 136
Converſatio noſtra erit in cælis, quomodo hoc intelligitur. Ser. iiij. do. xxiij. poſt Trinitatis. 891
Chordæ decem in pſalterio deſignant decem præcepta decalogi. Sermo. j. in die Paſchæ. 6
Coronari voluit Chriſtus, vt ſuperbiam quæ eſt radix omnium malorum, & initium noſtræ perditionis, nos vitare doceret. ſermo. iij. do. j. poſt octa. Paſ. ibi, Quartum opus &c. 109
Corpus dominicum quàm differenter datur nobis hic, & in æterna gloria. Ser. ij. diei Paſchæ. 10
Corpus Chriſti poſt reſurrectionẽ quatuor dotibus fuit dotatum, ſcilicet nobilitate, agilitate, claritate, & impaſſibilitate. patet ibidem. etiam ſer. iij. do. in Albis. 67
Crapula quot defectus & morbos corporis adducit. patet ſerm. j. do. xvij poſt Trinitat. 722
Creaturarum diuerſarum diuerſum nota gradum. Serm. iiij. do. iiij poſt Trinit. in princ. 417
Creaturarũ nouarũ xv. in anima ſunt cõditiones. Ser. v. do. xxij. Trin. 873
Creationẽ mundi. vide infrà de litera M.
Credere deo, credere deum, & credere in deum, quo differunt, patet ſer. ij. dom. xxj poſt Trinitat. 834
Credere quid tenemur, & quomodo, & quòd credentia ſimplex eſt neceſſaria & meritoria ſer. v. in Albis. 79
Credere tenemur articulos fidei hoc dictum eſt ſuprà in litera A, de articulis, vide ibid.
Chriſti dicimur omnes Chriſtiani, & ei pertinemus triplici iure. Serm. iij. dom. xiiij poſt Trinitat. 641
Chriſtus orando quadruplicem obſeruauit modum, ſ. oculos ſublemando, manus extendẽdo, genua flectendo, & ad terram procidendo. Ser. in vigilia Aſcẽſionis, per totum. 184
Crudelitatem quintuplicem peccatorum nota in ſermo. iij. domini. iij. poſt octa. Paſchæ. 150
Crucis ſignũ quomodo facimus ſignẽdo nos, exprimendo hæc verba, In nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, patet in ſermone ij. diei Trinitatis circa medium. 308
Curauit Chriſtus lepram quintupliciter, patet ſermone ij. dominicæ xviij. poſt Trinitat. 634
Curia ſiue palatium Chriſti in extremo iudicio erit duplex, ſcilicet miſericordia & iuſtura, Sermone iij. feriæ ſecundæ Rogationum. ibi, Dico ſextò. 182
Cuſtodias duas habent angeli de nobis principales, vide ſermone j. do. j. poſt octauas Paſchæ. 95

D.

Damnatorum facies vel forma quæ turpis eſt, & quàm horribilis require Ser. iij. do. in Albis. 71
Damnatorum triſtitias & dolores conſidera, & vnde cauſantur, ſerm. feriæ v. Pente. in princ. 280
Dauid propheta manifeſtiſſimè locutus eſt de myſteriis Chriſti, præcipuè de reſurrectione Chriſti, & eius hora, Ser. j. diei Paſchæ. 3
Defectus ſiue error clericorum in celebrãdo miſſas, vide de miſſa in litera M. de errore in litera E.
Debitores ſumus tribus, ſcilicet deo, proximo, & nobiſipſis, ſermone v. do. viij. poſt Trinitat. 606
Decipiunt nos diuitiæ multipliciter vide deceptiones notabiles Ser. iij. domi xv. poſt Trin. 660
Denario ſeptuplici emitur villa infernalis, vide ſermo. xj. dom. ij. poſt Tri. poſt medium. 372
Deſcendamus ad infernum gradibus ſeptem, hoc require ſerm. iiij. dom. xj. poſt Trinitat. 591
Deuotio noſtra ſpiritualis quàm modica & quàm parua eſt, Sermone primo dominicæ ſecundæ poſt octauas Paſchæ. 117
Diabolorum ſeptem nomina de ſeptem peccatis mortalibus tentantium, patent, ſermo j. do. xv. poſt Trinit. circa medium. 650
Diaboli poteſtas tripliciter annihilata eſt in paſſione Chriſti in die Paſch. Sermone ſecundo, ibi, Secundo debemus. 15
Dies ſex ſunt, quibus pro corpore laboramus, & ſolem vnã die pro anima, Sermo. j. dom. ij. poſt octa. Paſchæ poſt principium. 113
Dies octo ſunt quibus octies pœnitere debemus, dominica in albis. Sermone primo. 59
Dies in qua lætemur & exultemus, patet ibidem. 60
Digiti quinque in manu quomodo nominantur, & quid deſignant, quære in litera M. de manu.
Dimenſiones charitatis quatuor ſunt, ſcilicet longitudo, latitudo, ſublimitas, & profundum, Sermone ſexto dominic. infra octauas Aſcenſionis circa finem. 237
Dilectio fraternalis ſiue proximi pater in litera P, ibi, Proximum noſtrum.
Dilectionem exercebimus generalẽ quo ad omnes homines ſine perſonarum exceptione. Sermone iij. diei Trinitatis, 311
Dilectionem adhibebimus virtualem ſemper cum recta intentione, ibidem.
Diligere tenemur quinque per ordinem, primò deum, ſecundò proximum, tertiò animam noſtram, quartò corpus noſtrum, quintò bona temporalia. Sermone iij. dominic. iij. poſt Trinitat. in princi. 413

Diligere tenemur & obligamur deum quatuor de causis. Ser.v.do.infra octā. Ascen. 227

Dilectionis probatio est operis exhibitio. Ser.j.dom.iiij.post octā.Paschæ, circa finem. 162

Discipulus discere cupiens quales quæstiones potest magistro suo mouere sine reprehensione.Ser.j.de sancta Trinitat. circa prin. 294

Dispositiones quatuor quæ disponit nos ad recipiendum spiritū sanctum in die Pentecostes.Ser.j. 249

Diuitiis dominari & eis seruire,nota differentiam.Ser.j.domin.xv. post Trinitat. 647

Diuitiæ quatuor cōditiones malas habēt, quibus trahunt hominem ad perditionem,patet sermone iij.do.xv.post Trinitat. 660

Diuitiarum & diuitū huius sæculi reprobationes patent Serm.j.do.primæ post Trinitatem. 343

Diuitiæ tripliter dicuntur Mammona iniquitatis Ser.j.do.ix.post Trī.ibi,Dico tertiū &c. 516

Doctrinas Christi bonas & multas, vide sermone j.dominicæ v. post Trinitatem. 405

Dolores damnatorum quare in tristitia.

Dolores & fletus maximi erunt peccatoribus in seperatione corporis & animæ coram iudice Christo. Serm.se.vj. post Ascen. 195

Dolores plurimos Christi in cruce:quare Serm.iij dominicæ primæ post octauas Paschæ. 105

Dominica in Albis dicitur dominica.j. post festum Paschæ,scilicet post octauas Paschæ. 57

Dominica die cessare debemus ab occupatione corporali,& solum insistere negotijs spiritualibus animæ nostræ deseruientibus.Serm.j.& iij.dom. ij.post octa.Paschæ. 113.& 123

Domus siue locus ab hoc sæculo decedentium quotuplex est,patet Serm.j.do.j. post Trinit. 342

Dominus vniuersalis est Christus, patet Ser ij.& iij.dominicæ tertiæ post Trinitatem. 397.& 400

Donum charissimum & optimum dedit nobis Christus, quando fuit viuus, scilicet corpus suum, quomodo conuenit cum pane nostro materiali,vide mirabilia Sermone quarto corporis Christi. 337

Dotibus quatuor fuit corpus Christi dotatū post resurrectionem, quare in die Paschæ.Ser.ij. 19

Dubitans in fide, fluctui maris assimilatur, & quomodo reprehenditur. Sermone v. dominicæ in Albis, post Paschæ. 82

Dubium multi habent de illo verbo Christi cùm dicit,Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Nota pulchras solutiones illius in Ser.iij.do.infra octa.Ascen. 221

Dubia sunt semper in melius interpretanda. Sermone primo dominicæ quartæ post Trinitatem. ibi. Secundo ostenditur &c. 404

Duratio virtutis siue virtualis in nobis brevis & modica est.Ser.j.dom.ij.post octa.Paschæ. 115

E.

Ebrietas & gulositas inimicantur omni operi bono, & quòd ebrius cassè vinat manus miraculū est quàm suscitare mortuos, Sermone. iij. dominicæ primæ post octauas Paschæ. 109

Effectus finales fiunt à deo, dispositiones verò per nos, scilicet arbitrium nostrum liberum, in vigilia Pentecostes.

costes. 244

Eleemosyna quot modis fit, vide quid pulchrum Ser.ij.dom.xv.post Trinitatem. 657

Eleemosyna optima est compassio fraternalis ad proximum.Serm.ij.do.ij.post octa.Paschæ. 119

Equus multiplex, scilicet pallidus, rufus &c. hostem multiplicem aduersus animam nostram militantem designat. Ser.iij.dominicæ ij. post octauas Paschæ. 127

Errare nolens in via,quatuor cōsiderabit signa peregrinū cōuenientia. Ser.j.ser. ij.Pasch.circa medium. 26

Error clericorū vel sacerdotum indenotè celebrantium patet Serm.ij.do.ij post octauas Paschæ. 142

Idem patet perpulchrè Ser. ij.do.vj.post Trinitatem. 454

AEtates mundi & hominis quæ & quot sunt, patet ser.j.do.ij.post Trinit. ante medium. 364

AEtates mūdi septē communiter assignātur,& in sex & per sex etates clausa fuit tanua cæli,ser.iiij.do.xvj. post Trinitatem. 692

Eucharistia quinque mirabilia secreta siue altitudines in se continet. Sermo. j. corporis Christi. 320.Ité sex mirabilia eius. patet Sermone iij. eiusdem festi. 333. Item nouem mirabilia patent Sermone iij. eiusdem post medium. 341

Eucharistia per presbyterum sumpta sæpe proficit missam audientibus plus quàm missam celebrantibus. in octau. corporis Christi. 356

Eucharistiam sumere volens victoriam habebit contra quatuor reges diabolicos de omni genere vitiorum tentantes.Sermone iij.dominicæ infra octau. Ascensionis. 219

Eucharistiam accedentes quomodo habebūt se in sumēdo.Ser.iij.festi corporis Christi.337.& fer.ij.die Pas. 10

Eucharistia quinque magnas confert nobis vtilitates in hac vita.Sermo.ij.diei Paschæ. 22

Eucharistiam sumere tenemur omni anno,ad minus semel realiter, sed in quælibet dominica die spiritualiter.serm.j. do.j.post oct.Paschæ. 98

Exaltans se in hoc sæculo quomodo humiliabitur,patet Ser.j.do.xvij. post Trinitat. 720

Excellētiæ siue dignitates Christi tres patent.Ser.j.do.vij.post Trin. 474

Excellentia corporis glorioſi patet ser. ij.diei Paschæ.ix.& Serm.nj. domi.in Albis. 67

Excellentia sanguinis Christi.Vide in. S.

Excusationes illorum ad cœnam Christi non venientium.Ser.j.do.ij.post Trin. circa medium. 366

Exemplo vxoris bonæ vir sæpe conuertitur ad emendationem vitæ, vide in Vxor.

Exemplo Achab iniqui dæmonum inuocatoru,& innocentum occisoru, hominesmali ad pœnitētiā reuocantur ser. iij.fe.ij.rogationum. 182

Exempla duo dedit Aug.per quæ credentiam & firmam fidem possumus habere de trinitate personarum in vnitate essentiæ,consequenter de omnibus articulis fidei.Ser.j.diei Tri.circa finē.303

Exemplum pulchrum de charitate quod in paucis vera reperitur. Ser.iij.domi. xxiij.post Tri. 904

Exitus dei ab homine triplex est, quomodo intelligitur, cùm deus vbique est,patet Ser. j. domini. v. post Trinitatem. 405

Explicare debemus patenter, palàm, & manifestè, scilicet corde,ore & opere,

nil occultando in confessione. Ser.iij. fer.ij.rogatio. 179
Extraneus siue peregrinus per quatuor cognoscitur.Ser.vj.do. xx.post Trini. in princip. 811
Extraneo peregrino quot cautelæ sunt necessariæ,patet ibid. eod.

F.

Facies & apparentia damnatorum quàm turpis & horribilis est.patet Sermo.iij. in Albis. 78
Falsorum prophetarum differentiam vide in Prophetæ.
Fallunt diuitæ diuitem, vide in litera D.
Fama bona quàm vtilis est,& quomodo restitui debet postquam fuerit ablata, Sermo.j.dominic.in albis. 61
Fama bona ablata citius & diligentius est recuperanda quàm furtum latronis vel furis,Sermo.ij.dom.iij. post oct. Pasch.146,Idem patet sermo.iij.Trinitatem. 318
Festi obseruantia confert nobis omne bonum,festi verò fractio adducit omne malum.ser.vj.dom.ij.post Trinita.ibi, dico iij. 391
Festiuatur in ciuitate celesti de quintuplicibus personis sanctis. Sermo.ser.v. Pentecostes. 282
Fornicatio simplex peccatum generale est.patet dominic j. post Pasch.scilicet in Albis Ser.v.in primo pcto.81
Forma damnatorum patet in Facies.
Forma triplici Christus post mortem suã apparuit.ser.se.iiij.Pasch. 42
Fides à principio mundi fuit necessaria ad salutem,sed differenter in antiquo testamento & in nouo,Ser.v.do.in Albis in princ. 79
Fidei articuli qui & quot sunt,& à quibus compositi sunt patet ser.tij. domi. xxiij.post Trinitat. 838
Filius dei efficitur quilibet Christianus, per quid,vide Ser.ser.vj.post Pasch. Prima potestas &c. 49
Filij dei efficimur per gratiam,quomodo possumus hoc percipere & cognoscere,Sermo.vj.dominca viij.post Trini. per totum. 518
Fletus seu lachrimationis quinque sunt modi,& quomodo fletus noster conuertetur in gaudium,patet Sermo.ij.dom. ij.post octa.Pasc. 117
Fletus siue ploratio nostra in orationibus nostris erit lachrymabilis, Ser. iij. fer.ij.rogationum. 179
Frater noster quis dicitur,& quomodo cũ reconciliari tenemur,Serm.iij.dom.vj. post Trin. 459
Fraternitate spirituali omnes Christiani dicuntur fratres. Sermo ij.domi.j.post Trinitat. 350
Fraternitatem multiplicem vide ibidem.
Fraternalis concordia sine rancore inuidiæ & desiderio vindictæ necessario requiruntur ad percipiendum spiritum sanct.Ser.j.diei Pente. 249
Fraterna siue proximalis dilectio qualis & quanta erit,vide in P. de proximo:
Fraudulenta mendositas siue furtũ linguæ excedit omne furtum manus,patet Sermone ij.dominicæ iij.post octauas Paschæ. 143
Fructum adipiscimur si otiositatẽ subterfugere vebimus,Ser.iij.domini.iij.post octa.Pasc. 149
Fructus ex quibus cognoscitur an sit bonus vel malus.patet Ser,j.domi.octa. post Trinit. 330
Funiculus quadruplex est quo trahimur ad amandum cælestia.festa.viij.Pentecostes. 274

G.

Gallina se Christus comparat propter quasdam conditiones, patet Sermone iij.domini.xxiiij.post Trinit. ibi, Quinto vult &c. 907
Gaudium magnum oritur cùm puer nascitur in mundum,quinque rationibus. Similiter cùm sanctus hinc ascendit ad cælum,quia vterque per dolores acquirit gaudium. vide conuenientiam & differentiam vtriusque,Sermon.v.ser. Pentec. 282
Gaudere & lætari quando & quomodo hemus.vide in litera L.ibi, Lætari.
Gaudium huius mundi vertetur in luctũ, sed gaudium cæleste perfectissimum semper durabit.Sermone iij.do.ij.post octa.Pasc. 121
Gradus dignæ pœnitentiæ sunt decem.ser mo.iij.dom.xj.post Trinitat.ibi, Dico secundo &c. 585
Gradus per quos ascendemus in cælum nouem sunt,patet ser.iij.Tri. 315
Gradus quidam in quibus consistit bona vita septem.Serm.iij.do.xvij.post Trinitatem. 731
Gradus seu modi bonæ vitæ nouem.Serm. ij.dom.j.post octa.Pasc. 101
Gradꝰ misericordiæ dei erga nos sex ser. ij.do.iij.post Trin. 408
Gradus septem sunt quibus descenditur ad infernum.Serm.iij.dom.xj.post Trinitat. 591
Grammatica Christi,& grammatica diaboli quomodo differunt.vide in litera. A.artes.
Gratiarum spiritualium distinctio siue diuisio est septuplex.ser fer.ij.Pent.261
Gulosos & ebrios castè viuere maius miraculũ est quàm suscitare mortuos.ser. iij.do.j.post octa.Pasc. 110
Gulositas quot mala administrat, patet suprà in.C.scilicet crapula.

H.

Haeretici sunt illi qui fornicationem simplicem dicunt non esse peccatum.dominica in Albis.Ser.v. 81
Hominis ætates quomodo durant,& cõputãtur per diuersa tẽpora. patet Ser. ij.do.xv.post Trin in prin. 653
Homo quare dicitur dignissima creaturarum,nota triplicem gradũ in creaturis. Ser.iij.Trin.post prin. 310
Honorare nos oportet deum ex quatuor. Ser.v.do.infra octa.Ascen. 227
Hora diei sex sunt,scilicet primæ,tertiæ, sextæ,nonæ,vesperorũ, & cõpletorij. Ser.ij.do.xv.post Trin. 653
Item hominis ætates per tempora diuisa, vide ibidem.
Hospitium ter in die ingreditur peregrinus feria.ij.Paschæ.Serm.j.ibi,Tertiò dicitur &c. 25
Hostiæ consecratæ adoratio, patet suprà in.A.
Humili compatitur deus,& contẽtatur, durum autem & recalcitrantem vigorosè corrigit.Sermone.ij. dominicæ. ij. post Trinitatem.ibi,Quantum ad tertiam &c. 374
Humiliauit se Christus sub angelis, sub hominibus,& sub dæmonibus, quare merito exaltatus est.Serm.ij.do.infra octa.Ascen.post prin. 212
Humilitatis fuerunt in Christo quatuor gradus.feria.vj.Pasc.49.Et quomodo humilitas cõtrariatur superbiæ. Serm. iij.do.j.post octa.Paschæ. 109
Humilitatis veræ sunt quinq; species,nota in Sermone.j.dominic.iij. post Trinita. 394
Humiliatio profunda ex quatuor causatur.patet Serm.vij.do.xvj.post Trin. ante finem. 715

I.

Iacula diaboli quàm varia sunt, vide infra in litera T.ibi,tentationes,
Iacula siue tela nequissima antichristi quatuor sunt.patet Sermo.iiij.do.xvj. post Tri.ibi,Quartò &c. 845

Ieiunt-

Ieiunium & pœnitentia occultè facienda sunt, ne in vanam gloriam pœnitèa exeat. ser. in die Ascensio. post prim ibi, Tertiò opor. 189

Ieiunium non erit iniuium, sed fiet cum discretione, vide suprà de abstinentia.

Ignis purgatorij dicipòt baptismus, vide in Ser. iij. dominicæ infra octa Ascensionis. 222

Imago & superscriptio veræ & bonæ monetæ, patent ser. do. xxiij. post Trinitatem. 887

Imago animæ nostræ deturpatur per peccatum mortale. Ser. eodem eiusdem dominicæ. 887

Imagines animæ nostræ sunt memoria, intellectus, & voluntas, quæ reformãtur per vitæ emendationem, patet ibi.

Imaginis veritas requiritur necessario in omni bona moneta, patet sermone. ij. eiusdem dominicæ. 903

Imaginem trinitat. qualibet anima habet in se per creationem, tamen vltra hoc necessario requiritur in anima si saluari debeat virtualis Christi imitatio, patet ibidem in prima proprietate.

Imitando Christi doctrinam efficimur eius discipuli, patet in litera D. de discipulis.

Immunditia luxuriosorum, vide de ea in litera L. de luxuria.

Imprudentes efficimur per septem stultitiat, nota in ser. viij. do. xx. post Trinitatem. 823

Inclinationes quinque facit presbyter in missa, patet ser. v. dom. xvj. post Trinitatem. 700

Incredulitas quomodo reprehenditur. vide in dominica in Albis. Sermone. v. 79

Infidelitas quintuplex reperitur in homine peccatore, scilicet cordis, oris, manuum, pedum, & totius corporis. Ser. ij. do. iij. post octa. 149

Infirmitates & dolores corporis appetere debemus, quia purificant nos. patet Ser. vj. do. xvj post Tri. 708

Innocentia baptismalis filiorum diligenter custodiri debet per bonam doctrinam parentum. do. in albis. Serm. vj. in pri. puncto. 84

Iniuriarum remissio designatur nobis per plagam lateris Christi. do. in albis. Ser. iij. circa fi. 77

Inquinari non potest corpus nisi ex consensu mentis, patet Ser. j. do. xxj. post Tri. ibi, Tertia est &c. 853

Intellectualis cognitio siue discretio in nobis modica est. Ser. j do. ij. post octa. Pasche. circa prin. 112

Intentio nostra dicitur oculus noster. Ser. j. do. vj. post Tri. 419

Inuitatio qua nos inuitamur ad communiõ Christi, in qua inuitamur ad cõmunem diaboli, est alia & alia. Ser. j. do. ij. post Trinit. 362

Inuidia excedit omnia peccata mortalia. Ser. iij. do. j. post oct. Pasc. circa fi. 112

Irreprehensibiles faciunt atque octo. vide in Ser. fer. ij. post Pent. ibi, Quinta est scientia &c. 261

Iudicium extremum quã rigorose examinabit hominẽ cuiuscunque status huius mũdi, vide pulcherrimas doctrinas & optima exempla, ser. ij. domin. xx. post Trinit. 512

Iudicium extremum in quatuor excellentibus debet præmitti. Ser. j. do. iij. post octa. Pascha 135

Iudices in hoc seculo iudicantes, rectum obseruabunt iudicium, tamen cũ passione cordis, patet exemplo Christi flentis super Hierusalem. Ser. j. dom. x. post Trinitat. 549

Iuramentum falsum plus punietur coram deo quàm homicidium, quamuis in mundo sit contrarium. patet Ser. v. do. infra oct. Ascensio. scilicet, in omnibus honorificetur. 226

Iustitia summa quinque habet puncta, quare in Ser. secundo, do. ij. post octa. Paschæ in fine. 117

Iustitia quamvis ordinata tam in lege, quã in canone, vel in constitutionibus regum & ciuitatum à deo est Ser. ij. do. iij. post oct. Paschæ. 140

Item quomodo iustitia pauperibus nõ est protrahẽda vel procrastinãda. Ser. ij. do. iij. post octo. Paschæ. 141

K.

KYrie eleyson quare cantatur, & quoties cantando vel legendo replicatur. patet Sermon. j. fer. ij. rogationum. 169

L.

LAchrymationis siue fletꝰ nostri quintuplex est modus, suprà in litera F. ibi. Fletus, siue &c.

Lãceratio lateris Christi inuidiã nos vitare docet. Ser. iij. do. xvij. post Trin. circa finem. 646

Latitudinem charitatis petit apostolus quòd habeamus .i. benevolentiam & dilectionem generalem, patet Ser. vij. do. xvj. post Tri. 710

Lectiones tres docuit nos Christꝰ. Require in Ser. do. v. post Tri. 405

Lepram Christus curauit quintuplicitèr, patet ser. ij. d. xiij. post Tri. 634

Legatos fecit apostolos suos Christꝰ, ser. ij. do. in Albis. 62

Letaniæ quotuplices sunt, & quo observari debent, & qñ & quare institutæ sunt. vide ser. ij. fer. ij. rogationum. 173

Lætari debemus, quare & quando, patet Ser. iij. dies Paschæ. 7

Lætitia nascentium & etiam ab hoc seculo decedentium, patet suprà in G. scilicet in gaudium.

Lex Moysi & lex Christi quo differunt, patet Serm. ser. iij. paschæ. ibi, Secundò ostendit &c. 36

Liber septem sigillis clausus, quem nemo aperire poterat nisi agnus occisus, quia designat mysterium sanctæ trinitatis, Ser. j. dies Trini. 299

Liberum arbitrium solum reperitur in creaturis humanis. Ser. iij. do. iij. post Trinit. 417

Ligatur liberum arbitrium per quinque, patet ibidem.

Liquorum omnium melior est sanguis Christi in substitum, vide in litera S. scilicet, Sanguis.

Lis siue discordia angelorũ & dæmonum in agone hominis diuersa & magna, patet sabbato post Ascen. 201

Locus quadruplex est in terra, vbi recipiuntur ab hoc seculo decedentes. patet Sermo. vj. domi ix. post Trinitat. 542

Idẽ patet Ser. ij. do. xv post Tri. 654. & Ser. j. domi. xxv. post Trinitat. circa finem. 647

Locus nouissimus in quo recumbere debemus quis est, & quid designat. Ser. ij. do. xvij. post Trini 725

Loqui rationabiliter debemus sine alicuius offensione. Ser. iij. Trin. 315

Loqui stultè & contra deũ vnde prouenit. patet Ser. iij. do. xj. post Tri. 591

Lucifer quare dicitur draco, & quare octo dignitates eius sunt vitia & deformitates mutatæ. Ser. fer. vj. Pent. 287

Lucrũ & vsuram exigit deus à nobis de omnibus bonis quæ dedit vnicuique secundũ statũ tam de corporalibus quã spiritualibus. ser. j do. xj. post Tri. 573

Luxuria multa sunt incitamenta & occasiones. Ser. ij. do. iij. post oct. Pas. 144

Luxuriæ quinque species docuit nos vitare Christus in cruce. Ser. iij. do. j. post oct. Paschæ. 108

Luxuriosi dicentes fornicationem simplicem non esse peccatum, in hæresim cadunt. Ser. v. do. in Albis. 81

M.

MAgistros tres inuenimus in sacra scriptura. ser. ij. do. ij. post Trinitatem. 400

Magdalenæ facta est præcipuè apparitio resurrectionis. ser. ij. dies Paschæ, circa medium. 7

Maior erit in cælo qui in hoc mundo se humiliando minor fuit. serm. iij. dominicæ infra octauas Ascensionis. 218

Mala duo sunt, quæ nos præcipuè retrahunt à bono, sermone ser. iij. Pentec. in principio. 273

Mala quinque, scilicet fames, pestilentia, gladius, captiuitas, & destructio, quæ superuenerunt Hierusalem, quæ nobis propter peccata cõtingunt, Ser. xij. do. x. post Trin. 564

Mauet Christus nobiscum tribus obseruantis conditionibus, Sermone ij. feriæ ij. Paschæ. 28

Manus hominis quinque habet digitos, & quid per quemlibet eorum designatur, ser. viij. do. xvj post Tri. 719

Mandata dei decem. Require in litera P. de præceptis.

Mansiones in cælo multæ sunt, patet ser. die Ascen. ante finem. 193

Mariæ matri Christi primò ostensa fuit resurrectio do. ser. j. dies Pasc. ibi, Dico secundò. 5

Martyr verus decem pugnas, i. decem tribulationes sustinet. Ser. iij. do. xj. post Tri. ibi, Dico quartò. 586

Martyr coram deo multipliciter quis efficitur, patet do. infra oct. Ascen. ser. viij Qui credidevit. ibi. Tertius est &c. 221

Medius illorum est Christus, qui in nomine eius sunt cõgregati, Sermone iij. do. in Albis. 68. Istè multipliciter Christus tenet medium. ibidem.

Medium participat naturam suorum extremorum, ser. iij. do. ij. post octa. Pasc. in principio. 125

Medicus spũalis dicitur Christus, Ser. do. iij. post Trinitatẽ, ibi, Secundò Christus &c. 394

Messia duplex est aduentus gñalis, primꝰ pro reparatione animarũ solũ. secũdus pro reparatione corporũ & animarũ simul. ser. j. do. ij. post octa. Pasc. 112

Militant aduersus animam & spiritum quatuor mortalia mala. Ser. iiij. do. ij, post octauas. Paschæ. 126

Miracula diuersimode fiũt à creatore & à creaturis. Ser. j. dies Pasc. & Ser. j. do mi. xij. post Trin. in prin. 598

Misericordiæ & pietatis differentiã, vide in litera P. de pietate.

Misericordia & cõpassio Christi ad nos magna patet in Ser. j. do. vij. post Trinitatem. 744

Miseratio siue misericordia proximalis fit tripliciter Ser. j. do. ij post oct. Pas. 112 & ser. j. do. iiij. post Tri. 403

Misericordiæ dei erga nos peccatores sex sunt gradꝰ. Ser. ij. do. iij. post Tri. 408

Missa nõ debet fieri pro pecunia tanquã pro pretio, sed tãquam pro stipendio victus & amictus. Ser. vj. do. in Albis post princip. 90

Missam celebrãtiũ defectꝰ & errores require, ser. ij. do. iij post oct. Pasch. 142

Missam quis malè celebrat & quis benè, require Ser. ij. do. vj post Trin. 454

Mysteria Christi cuncta quæ fecit, fuerunt nobis ad exemplũ remittendi peccata Sermone iij. dom. iij. post octauas Paschæ in princip. 148

Mysterium mirabile sacramenti eucharistiæ quare suprà in litera E. de eucha.

Modi vocationis quibus Christus vocauit nos ad paradisi connubium quatuor sunt, ser. iij. do. ij. post Tri. 376

Modi seu gradus bonæ vitæ nouem sunt, supra in litera G. scilicet Gradus.

Modicum septuplum nota, quando Christus dixit tutres modicũ, quid designatur per hoc, serm. j. do. ij. post octauas Paschæ. 111

Modus petendi siue orãdi habet octo infra in litera O. de oratione.

Monumentũ Christi tripliciter clausum fuit sermone ij. dei paschæ, ibi. Tertio &c. 14

Monetæ veræ & bonæ cõditiones, & proprietates no. Sermone iij. do. xxiij. post Trinitat. 890

Montem domini, i. cælestẽ regnũ quis ascendere debet quærit David, & respõdit sibi ipsi, Innocens manib' &c. istã gẽdo quatuor virtutes seu conditiones personarum quæ stabũt in loco sancto dei, ser. iij. do. xj. post Trinitatem post princip. 585

Mors quadruplex accidit nobis ex defectu dilectionis, quare suprà Dilectio.

Morientium & ab hac vita decedentium tres sunt conditiones, ser. vj. do. ix. post Trin. post princip. 544

Mundus vnde dicitur, & quot modis capitur, & mundani non possunt recipere spiritũ sanctũ, patet in viz. Pẽ. 242

Mundus alius quem post mortem acquirimus quatuor diuersa habet loca secũdum merita vel demerita nostra nobis præparata, patet Sermone ij. domi. xvij post Tri. circa princ. 726

Mundum creauit deus duplici ratione, sermone v. dominicæ infra octo. Ascensionis in princ. 226

Munditia cordis dicitur pœnitentia duplicitatione, Ser. ij. dom. post Trinit. ibi, Dico secundò &c. 351

Mulier honesta & bona reducit sæpe virum ad emendationem vitæ suæ, serm. iij. dominicæ in Albis in fine. 78

Mulieribus congruit vt in itinere non separatim discurrant, ser. ij. diei Paschæ ante medium. 14

Multitudo piscium ab apostolis detenta quid significat, sermon. ij. dominicæ v. post Trinitat. 431

Mutuare debemus proximo largè sine spe lucri, ser. j. do. xv. post Trinitatem, circa medium. 649

N.

Quæras per alias literas, vt cùm dicitur, Nascitur puer, in litera P. Item nomen Christus in litera C. Istè dũ nascitur infans, gaudet mater post dolorem, quære in litera G. de Gaudio, & sic vlterius singe omnia incipientia ab N. in alias literas.

O.

OBedientia requiritur ad omnia decem præcepta, serm. j. do. iij. post Tri. ibi, Secunda species &c. 394

Obedientiæ duplex est gradus. Ser. j. dies Paschæ in fine. 9

Obedire & subiici debet caro humana spiritui & animæ, sermone ij. dominicæ in Albis. 63

Obiectum charitatis, vide supra in Charitas.

Oblationem deo faciemus tunc quando cum proximo nostro fuerimus reconciliati, ser. j. do. vj. post Trinitat. ibi, Dico Tertiò &c. 452

Otium vitare debemus, & occupationem præcipuè spiritualem semper arripere. Ser. iij. circa fin. dominicæ j. & ij. post octa. Pasc. post princ. 107. 113

Idem patet sermon. iij. domini. iij. post oct. Paschæ. 148

Odium cui nocet, & quàm detestabile est. require in ser. ij. dominicæ iij. post Tri. ante, Dico tertiò. 397

Offerre volens deo munus primò debet se reconciliare proximo suo. Sermo. j. dominicæ

do.vj.post Tri. 452
Officium diuinum in duobus vel tribus perficiendum est. serm.j dom.xij.post Trin. 477
Opus bonū fit in nobis per Christum tripliciter, scilicet incipiēdo, continuando & perficiendo patet in Ser.v.dom. xxij.post Trinit. 873
Opera bona non sunt dimittenda, quāuis faciens esset in peccato mortali.ser. j dom.quintæ post Trinitat.ante, Dico secundo. 427
Opera Christi omnia fuerūt bona.Ser.j. do.xij.post Tri.in j.parte. 699
Opera pœnitentiæ sunt octo.patet in tex ra P.de pœnitentia.
Opera misericordiæ septem. vide in Ser. iij.do.iiij.post Trin. 413
Opera misericordiæ possunt cōprehendi sub quatuor.Ser.ij.do.xvj. post Trinitatem. 681
Opera Christi quædam fiebant manifestè, & quædam occultè.rationem illius vide in Ser.Ascen.do. 189
Opera pietatis & misericordiæ quo differūt ltē opera misericordiæ corporalia sunt quatuor.Et totidem opera pietatis animæ.in Sermo.v.domicæ iiij. post Trinitat. 421
Opera septem valde notabilia Christus operabatur in passione sua.Ser.iij.do. j.post oct.Paschæ per totum, 117
Opera siue mysteria Christi septem nos docent, omnem iniuriam nobis illatam remittere.Ser.iij.dom.iij. post oct.Paschæ,in prin. 148
Ordines angelorum. vide suprà Angelorum.
Orādum quomodo est,f.æquo animo mane & sero.Ser.iij.dom.ij.post oct.Paschæ.ibi,Tertia tristi. 123
Ordinati & dispositi erimus in vita bona quadrupliciter.Ser. primo do.xvij. post Trin. 710
Orandi siue petendi octo sunt modi. patet Ser.iij.fe.ij.rogationis.179.& ser. v.do.xvj.post Tri. 699
Orādi Christū tenuit quatuor modos, scilicet subleuādo oculos in cælum,extendendo manus,flectendo genua,& procidendo in terram, patet in Sermone Ascensionis domini. 191
Oratio pro alio facta multum vtilis est. do.in Albis,Ser.iij. 76
Oratio semper à deo exauditur, seruatis quibusdam cōditionibus .Ser.j.do in^a post oct.Paschæ. 158
Idem patet in Sermone quintæ domi.xj. post Trinitat. 540
Oratio nostra erit,Pater noster &c.per quem est illa oratio ordinata,quomodo debet dici, & quot petitiones continentur in eadem,ser.ij.do.iiij.post oct. Paschæ. 164
Orationes tres breues etiam magnæ virtutis reperiūtur in sacra scriptura, præter Pater noster, Aue Maria, require, Ser.j.do.xvj post Trin. 830
Orationes in vnanimitate & concordia fient. Item attentè, humiliter, & confidenter, & ordinatè. in die scilicet Paschæ. 4
Orationis bonæ natæ sex cōditiones, ser. vj.do.v.post Trin. 445
Orare Credo in deum mane & sero,maxime necessarium est, & vtile.Ser.iiij. do.xj.post Tri.in fine. 594
Oratio Pharisæi habebat tres defectus. qui vitari debent in omni bona oratione.Sermone quinto dominicæ xj.post Trinitatem.ibi, Quantum ad secundum &c. 596
Originale peccatum derivatur ad omnes ab Adā seminaliter descendentes:quære in Ser.vj.dominicæ in Albis.ibi. Primo Christus &c. 48

Ostensio visualis coram sacerdote est optimus modus curandi lepram scilicet confessio. Patet Sermo. ij. dominicæ xiiij. post Trinitate. ibi. Tertius modus &c. 634
Oues Christi dicimur, & per pretiosum eius sanguinem redempti, Sermo primo post oct.suo. Paschæ, ibi, Dico primo &c. 93

P.

PAcem necessariò seruabit hic qui in posterum eadem frui desiderat.do in albis.Serm.j.& ij. 58.& 62
De pace vide in loco suo ibi.f.pax.
Paradisum cælestem quidam intrant ambulando,quidam aquitando,quidā natigando,quidam natando, quidam volando.Sermo.v.dominæ vj.post Trinit. per totum. 469
Paradisum intrare compellimur, & rigorosè ad eum trahimur.Serm.iiij.domi. ij.post Trinit. 380
Parentes summa diligentia tenentur custodire pueros in innocentia, & bonis moribus.Serm. vj.do.in albis.ante,Secundo dat deus &c. 84
Partui infantium mors sanctorū meritoriè cōparatur,quia tā hūc quàm illā gaudium magnū sequitur.Ser.fe,v.Pente. ibi.Dico quòd magnum &c. 282
Passio Christi tripliciter nos liberauit à potestate diaboli. Sermo.ij. diei Paschæ.ibi,Secundo debemus. 12
Pastor bonus & verus quis dicitur.Ser. j.do.j.post oct.Paschæ 93
Pastoris bonitas erga oues patet quadruplici ratione, vide ibidem, patet etiam Sermo. ij.& iij.domini.iij. post Trinitatem. 409.& 414
Patientiam sustinere tenemur hīc temporalem cum vera exultatione. Sermo. iij.dei Trinit. 311
Patientia in tribulatione est quinta spēs humilitatis.Ser.j.do.iij.post Tri 394
Pax septuplex necessaria est in hoc mundo.Serm.iij.dom.ij.post oct.us. Paschæ circa medium. 129
Pax siue concordia quotuplex est, & quotupliciter seruari debet.Serm.ij.do minni.in albis. 62
Pacē & cōcordiā quo tpe anni maximè petere debemus & desiderare. Ser.ij. fe ij.roga.ibi,Dico Tertiò &c. 178
Pax tripliciter pōt etiam diuidi, quia est quædā pax ethica, quædā economica, quædam politica.Ser.ij.diei Pente.255
Pedes quibus gradimur quomodo crucifigendi sunt patet.Ser.iij.Domin.xiiij. post Trinit. 643
Peccatū originale ad nos descendit.patet supra in li.O.ibi, Originale peccatum.
Plā totius mūdi pertulit Christus in cruce.Ser.iij.do.j.post oct.Paschæ. 505
Peccata venialia.vide in litera V.
Pœnitentia perficitur octo modis,qui modi pulchrè designantur per octo dies. Serm.j.do.in albis. 59
Pœnitentia quare latius & remissius fiet infra paschа & Pente. hoc plenè notatur.Ser.iiij.eiusdem do.in albis,ibi.Sexta ratio &c. 78
Pœnitentia digna continet in se octo gradus.Ser.iij.do.xj.post Trinita.ibi,Dico secundo &c. 587
Pœnitētia vt sit deo grata habebit duo. Ser.fe.v.Pent.ibi, Tertia cōditio. 285
Pœnitentiæ octo opera patent Ser.j. dominni.in albis. 59
Pœnitentiæ decem opera patent Sermo. ij.dom.ij.post Trinitat.ibi, Quantum ad primam. 370
Pœnitentiæ sunt quatuor partes.f. cordis contritio, & emendandi propositum, oris confessio, & operis satisfactio. Ser.j do.iij.post oct.Paschæ. 138
Pœnitentialis afflictio per septem du-

vabit annos vno peccato mortali. Ser. j.do ij post oct. Paschæ. 114
Peregrinus verus tria incommoda sustinet. Ser. j.fe. ij. Paschæ. 26
Peregrinus verus fuit Christus ex multiplicatione, patet ibi. consequenter.
Peregrini ne errent ambulant viam quatuor signis notatam. Sermo. j. feriæ ij. Paschæ. 24
Peregrini ter in die solent intrare hospitium sic Christus in hac mundo triplex habuit hospitium, patet ibidem.
Personalia bona & spiritualia siue essentialia quæ habemus à deo patre patet Ser.ij.do.xvij.post Trini. 621
Petitiones septē continentur in oratione do. Ser.ij.do.iij. post oct. Paschæ 164
Petitio de petitionibus, vide amplius suprà in litera O, de orationibus.
Philosophorum dicta sunt deficietia, sed theologorum vera, patent Serm.v.do. viij. post Tri. in prin. 505
Pietas & misericordia quintupliciter differunt, ser.fe.ij.Pent. 266
Pisces in tā magna multitudine ab apostolis capti quid designant, ser.ij. do v. post Tri. 430
Plagæ siue vulnera quinque quæ Christus post resur. sibi retinuit, minores sacrūt quàm in cruce, quid per hoc designatur, quære Ser.iij.do.in Albis. 72
Platea & mansiones regni cælestis sunt ex auro purissimo, & quotuplices sunt vide in Ser. Ascensionis dom. ibi, Quantum ad tertium 193
Planctus & dolores horribilissimi erunt nobis in peccato decedentibus Ser. fe. vj. post Ascensionem. 197
Plenitudine triplici fuerunt apostoli repleti spiritusancto, Sermo. j. diei Pentecostes, 248
Ploratio siue fletus noster erit lachrymabilis in orando, Sermone iij fe. secunda rogationum. 172
Plorationis siue fletus quinque sunt modi, suprà in litera F. f. Fletus.
Portæ ciuitatis Hierusalem quot fuerunt, & quid per eas nominatim designetur, require ser. iiij. do. xvj. post Tri. 693
Potestates quatuor dedit deus cuilibet homini ser. fe. vj. Paschæ. 49
Potestas qualis & quanta data est Christo, patet ibidem.
Prandiū Christi ad quod nos sumus vocati, & quòd est nobis paratum, quale & quotuplex est, vide ser ij. do. xx. post Trinit. 792
Præcepta dei decem consistunt in obedientia, patet ser. j. dominicæ post Trinitatem 343. & ser. j. do. xiiij. post Trinitatem. 631
Pretiositas sanguinis Christi, vide in litera S.
Prædestinationis subtilem quæstionem require in ser. j. dici Pent. post secundam conditionem. 249
Præmium æternū, quære in S. de salario.
Presbyteri quid operabuntur, vide in litera S. f. Sacerdotes,
Præsumptio ipsius intellectus valde mala triplex est ser.ij.do.vj. post Tri. circa medium. 457
Propitiationem Christi magnam, ser.ij. do. j. post oct. Paschæ. 121
Promissiones valde consolatorias fecit Christus apostolis suis. sermo. j. do. iiij. post oct. Pas. per totum. 157
Prophetarum falsorum nota differentiam, sermo. ij. dominicæ vnj. post Trinitatem 492
Proprietates cali quot & quæ sunt, in quo semper mentaliter sit conuersatio nostra, sermo. quarto dominicæ xxij). post Trin. 892
Proximum nostrum quomodo diligere tenemur, sermone j. dominicæ secunda post octauas Paschæ, ibi, Quantum ad sextum. 116
Proximus noster quis esse dicitur, Serm. j. dominicæ xiij. post Trinita. ibi, Dico tertiò &c. 577
Prudentia dicendorum dicitur sextus gradus bonæ vitæ. Ser. iij. domi. xvij. post Trinit. 731
Pueri in iuuentute summa diligentia custodiendi sunt in innocentia baptismali Ser. vj. dominicæ in Albis. 84
Purgatorij ignis dicitur baptismus misericordiæ dei. Ser. iiij. dominicæ infra oct. Ascensi. circa finem. 226
Purgatorij pœna triplex est, & ostenditur nobis per similitudinem, Ser. ij. dominicæ xxv. post Trinit. 912
Purgatorij locum communiter dicimus esse in terra, vide quæstionum Ser. j. domini xxv. post Trinitat. 910

Q.

Quæstiones siue interrogationes discipuli ad magistrum quandoque possunt fieri sine reprehensione, & quandoque non. Sermo. j. de Trinitate. 295
Quærere debemus primò regnum dei. Sermo. j. dominicæ xv. post Trinita. per totum. 647
Quæstio bona in theologia, an aliquis de seipso vel etiam de alio possit cognoscere quòd sit filius dei participatiuè, scilicet per gratiam dei, Sermo. vj. dominicæ viij. post Trinitatem, in principale. 511
Quæstio est inter doctores vbi locus purgatorij & infernus situatus est. Serm. j. do. xxv. post Trinit. in fi. 911

R.

Rationem de omni verbo & opere reddemus in extremo iudicio. vide horribilia exempla & documenta, Ser. iij. dominicæ ix. post Trini. 519
Redemtionis nostræ opera. vide tria in Sermo. do. viij. post Trini. ibi, Quartum secretum &c. 488
Regnum dei quærimus primum, id est primitus ante omnia opera. Ser. ij. dominicæ. iiij. post octa. Paschæ. ibi, Secunda petitio. 165
Religionem mutare, scilicet exire vnam & intrare aliam, periculosum, & vituperabile est. require exemplum de beato Benedicto, & quodam canonico regulari. Serm. iij. do. viij. post Trinitatem. ibi, ij. dico &c. 501
Religiosi quæ & quot tenentur observare. Sermo. ij. dominicæ. xiiij. post Trinita. in fine. 641
Renouamur in anima & vita tribus modis. Sermo. iij. dominicæ vj. post Trinitatem. 458
Resurrectionis articulus maioris difficultatis fuit ad credendum, feria iij. & sabba. post Pascha. 39. & 52
Resurrectio Christi duas habuit excellentias super omnes alias resurrectiones mortuorum quæ vnquàm erunt vel fuerunt. Sermo. j. in die Paschæ in principio. 1
Resurrectio Christi fuit celebrata assecluose, demonstrata gratiose, & publicata virtuose. patet ibidem consequenter.
Resurrectionis hora patet ibidem.
Resurrectio Christi quibus primò manifestata fuit. patet ibidem, & Sermo. ij. eiusdem diei. 9
Resurrectionis Christi dies quare maxime desiderabilis est. Sermo. ij. dies Paschæ. 10
Resurrectionis Christi die quare Letari & Alleluia cantare debemus. ibid.
Resurrectionis mysterium inter omnia mysteria Christi fuit nobis magis vtile. Sermo. ij. diei Paschæ. 9

Resurrectio Christi quare Petro & quare mulieribus ostensa sunt. patet ibi. 52
Resurrectio Christi patuit multis argumentis & multis modis pass. sabbat. Paschæ. 52
Resurgere volens cum Christo ornabit se quatuor dotibus in præsenti vita. Serm. ij. dies Paschæ. 9
Retributionem quadruplicem acquirimus pro bona mensura qua proximo hîc mensuramus. Sermo. j. dominicæ iiij. post Trinitatis. ibi, Quarta virtus &c. 406
Retributiones tam de bonis quàm de malis operibus à deo recipiemus, & hoc in tribus vicibus. patet Ser. ij. dom. xiij. post Trinit. per totum. 616
Rex diabolus est, quem superare nos oportet quadrupliciter, vt patet Ser. ij. domin. infra octau. Ascen. 218
Rogationes siue rogationum dies, quo tempore anni sunt instituti, quomodo obseruandi, quid nobis confertur à deo cum debite facimus orationes & processiones, patet in sermonibus pro secundo & tertio feriæ secundæ Rogationum. 174. & 179

S.

Sabbata sanctificans multa bona adipiscitur in hac vita, qui verò eadē violauerit, multiplicia pericula incurrit. Serm. vj. domi. ij. post Trinitat. ibi, Dico tertiò &c. 391
Sacerdos consecrans munditiam mentis & corporis seruabit, quia excedit omnes angelos in dignitate officij. Sermo. j. corporis Christi. 321
Sacerdotum errores siue defectus circa missarum celebrationem. vide suprà in errore.
Sacerdotes retinere debent & vitare ruricorum societates. dominica in albis. sermo. vij. circa finem. 92
Sacerdotes angeli dicuntur, ibidem, sermone sexto. 87
Sacramentum confirmationis quibus debet dari, ser. vj. dominicæ in albis. circa medium. 86
Sacramentum primum inter sacramenta ecclesiæ est baptismus aquæ. Sermo. iiij. dominica infra octa. Ascensionis scilicet Qui crediderit. 220
Sacramenti eucharistiæ mirabilia. vide supra de eucharistia in litera E.
Salarium quando à Christo recipiemus, magnum & in æternum durabile erit. Sermo. vij. domin. xxj. post Trinitat. Dico. ij. &c. 712
Salarium gloriæ æternæ si dignè promereri volumus, quatuor obseruari oportet. serm. iij. do. xiiij. post Trin. 643
Saluos fieri vult deus omnes homines sermo. iij. dominica octau. post Trinitatem. 495
Saluari volens tria necessaria habebit in se. Ser. j. do. xiij. post Trini. 609. idem vide Ser. j. do vj. post Trin. 449
Sancti quomodo dispendunt ad loca damnatorū, & videt pœnas eorū ser. j. do. j. post Tri ibi, Dico tertiò &c. 348
Sanguinis effusio pro Christi nomine optimus est baptismus. Ser. iij. dominicæ infra octa. Ascen. 221
Sanguinis Christi effusi pretiositas & dignitas infinita fuit. Ser. j. domi. post octa. Paschæ 94
Sapientia & stultitia opponuntur, sicut virtus & vitium. Ser. vij. do. xx. post Trinitat. 323
Satisfactio & restitutio quæ sunt, & quomodo differunt. Ser. iij. Trini ibi, Quintus gradus &c. 115
Scientiæ philosophorum & theologorum quomodo differunt. Ser. v. domi. xxv. post Trini... 927

Scientia vel ars patet suprà in A. de arte.
Scuto fidei resistendum est quatuor iaculis antichristi. Ser. iij. domi. xxj. post Trinit. ante, Quintus est &c. 846
Secreta septem per quæ falsarum personarum errores extirpantur. Serm. iij. post Trinit. 310
Secretæ eucharistia. vide supra in Eucharistia.
Secretum omnium mysteriorum Christi, & totius scripturæ tam veteris quàm noui testamenti, declaratū fuit apostolis. Ser. j. do iij. post oct. Paschæ. 157
Semita est via stricta, & quid nobis designat, patet Ser. iij. do. xiij. post Trin. ante medium. 624
Sepulturæ mortuorum comparatur damnatio inferni ex tribus similitudinibus. Ser. fe. vj Pentecostes. 289
Sepultura inferni septuplex est. patet ibidem.
Sermones discipulorum euntium in Emaus, qui fuerunt, nota quædam quibusdam inaudita. Sermo. ij. feria ij. Paschæ. 27
Seruitus peccati, quære de peccato in litera P.
Sigilla septem illius libri clausi Ioannis euangelistæ ostensi, designant septem signacula quibus liber sanctæ Trinitatis personarum in vna essentia clausus est, quem nemo aperire vel intelligere poterat nisi agnus occisus, scilicet filius dei. Sermo. j. die Tri. circa medium. 209
Signa duo per quæ fidei Trinitatis excellentiam considerare possumus, patet ibidem in fine.
Signum sanctæ crucis qualiter faciendum est à nobis quo nos signare debemus. Sermo. ij. ibi, Dico secundò. 308
Signa multiplicia & reuelationes ostensæ nobis deus tā corporalia quàm spiritualia pro corroboratione fidei. Ser. vj. do. in Albis. 84
Simoniam committit, qui diuina perficit ad thesaurizandum temporalia. Sermone primo domini. j post octauo. Paschæ. 112
Situs ordinum angelorum secundum sub & supra prout sanctis nobis tradiderunt. patet Sermo. iij. do. infra octau. Ascensi. 217. vide amplius supra de angelis in litera A.
Solitaria vitæ quibus congruit, & quibus vita communis. Ser. j. do. xix. post Trinitatem, in principio. 761
Societas in quibus commendabilis est, & quandoque necessaria. Sermo. ij. dies Paschæ ante medium. 16
Societatem laicorum presbyteri vitare debent. Sermo. vij. do. in Albis. 92
Somnia apparent vera, sed plerunque falsa sunt, & communiter decipiunt somniantem. Serm. iij. do. xv. post Trinit. ibi, Dico secundò &c. 661
Somnianti dies huius seculi comparatur, quia nihil de diuitiis suis sibi retinebit. habebitur. ibidem
Species humilitatis vere, quære de humilitate in H.
Spiritus sanctus dicitur spiritus veritatis duplici ratione. in vigilia Pentecostes. 242
Status hominum septem sunt, & quilibet obligatur ad obseruationem mandatorum dei. Sermo. j. domini. vij. post Trinitatem. 475
Status hominum quadruplex est benedictionem gloriæ hæreditariæ possidentium. Sermo. v. domi. v. post Trinitatem. 449
Status hominum per viam ad paradisum ducentem euntium triplex. est

Ser.vij.infra oct.Ascensionis, scilicet illo, Hæc locutus sum. 238
Status hominum peccato seruientium periculosissimus est.Sermo.iij.dominicæ. vij.post Trinitat. 482
Stulti efficimur & imprudentes per septem.Serm.iij. domin.xx.post Trinitatem. 803
Superbia abominabilis est & detestanda, quia initium omnis perditionis est, patet Serm.tertio. dominicæ primæ & Serm. iiij. dominicæ. ij. post octa. Paschæ. 109.& 127
Substantia.iij.sunt in Christo.ser.iij.dominicæ.viij.post Trinit.ibi. Secundum secretum &c. 496
Sublimitas charitatis est sapientia vel inuentio supernaturalis.Serm.vij. domi. xvj.post Trinitatem. 711
Subiectio nostra diuinalis valde exigua & modica est.Ser.j. dominicæ ij. post octauas Paschæ. 115
Subiecti erimus deo triplici timore.sermo. v. dominicæ.ij. post octam. Paschæ. 132
Superscriptio bonæ monetæ qualis erit. sermo.iij.do.xxiij.post Tri. 887
Supplicare tenemur in orationibus nostris humiliter.Ser.iij.feria secundæ rogationum. 179
Supplicatio patrum in limbo detentorum pro liberatione multiplex fuit.Sermo.primo diei Paschæ. 1
Supplicationes quæ de orationibus in litera O.
Suscitare mortuos aliter conuenit deo, aliter sanctis aut angelis. sermo.j. diei Paschæ in princip. 1
Sustinere & sufferre debemus libenter tribulationes & aduersitates in hoc mundo propter tres rationes, Sermo vj. dominicæ xvj. post Trinitatem. 706

T.

TAbula in qua plantantur boni mores quadruplex est, Sermo,v.feriæ paschæ. 45
Tactus Christi triplex inuenitur in sacra scripura. vide declarationē huius perlucidam. sermo.vj. domini. xvj. post Trinitatem. 705
Theologicales virtutes & morales quæ sunt, & quomodo inter se differunt. Ser.vj.dominicæ infra octa.Ascē. 231. & sermo v.dominicæ xv. post Trinitatem. 227
Temperantia humanalis est sacerdotibus necessaria.Sermo vij.dominicæ in Albis. 92
Tentatio diaboli inuadit homines cuiuscunque status mundi,Ser.iiij. dominicæ, viij.post Trinitat. 503
Tentationes, tribulationes, siue pœnæ, quas perfecti martyres sustinebant, sunt decem.Sermo iij.dominicæ xj.post Trinit.ibi,Dico quartò &c. 589
Tentationes quàm multiplices & quàm variæ sunt.Sermo iij.dominicæ ij.post octauas Paschæ. 126
Terra diuersa continet in se loca,in quibus purgantur animæ peccatrices, supra in litera L. scilicet Locus.
Testimonium quodlibet erit in ore duorum,vel trium,sermo j.dominicæ infra octa.Ascensionis in prin. 206
Testis & iudex simul erit Christus in iudicio suo, patet Sermo.ij.infra octa. Ascen. 212
Thuribulum quinque habet similitudines cum corpore Christi,Ser.ij.corporis Christi post medium, 330
Timor triplex est, per quem subiicimur deo, scilicet naturalis, filialis, & reuerentialis,Sermo.v.dominicæ ij. post octa.Paschæ. 132
Tributum quod deo tenemur. quale est, patet

patet, ser.i.& ij.do.xxiij.post Trinitat. 878.& 881
Trinitatem personarum in vnitate essentia dei inquirere peruersa curiositas est.tenere & credere vt docet ecclesia, fides & securitas est,videre eam sicut est,felicitas est,ser.j dies Trinit.ante medium. 296
Trinitatem personarum in vnitate essentiæ, ser.feriæ,ij.post Pent.scilicet,Gratia spiritussancti. 260
Tristitia verè pœnitentium conuertetur in perfectissimum gaudium, quod nunquam remouebitur ab eis, sermo. ij. dominicæ.iij. post octauas. Paschæ. 140
Tristitia damnatorum qualis & quanta est, & vnde causatur, vide sermo. v. feriæ Pentecostes, in principio. 280

V.

VAdunt homines per viam paradisi tribus modis.Serm.iij.do.ij.post Trinitatem. 380
Vbique est deus tripliciter, ser.j.dom.v. post Trinitat. 405
Velocitas Christi ad dandum testimonium contra peccatores.ser.ij.dom infra octa.Ascensionis. 212
Venalia peccata sunt triplicia, quæ per tria.s.lignum,fœnum, & stipulam designantur,ser.ij.dom.ij.post Trinitatem,in fine. 375
Verbum patris æternum.i.filius in diuinis,& verbum à nobis prolatum differunt multifarie. Item verbum dei est duplex.s.æternum quod est eius verbum proprium, & temporale quod est verbum eius commune. Item verbum dei temporale siue cōmune dignè prædicatum,& deuotè auditum,tria bona operatur.s.illuminat,inflammat,& purificat.sermo.iiij.dominicæ.tertiæ post octa.Paschæ. 152
Via ducens ad paradisum secura & bona triplex,ser.vij.dom infra octauas Acē.scilicet,Hæc locutus sum &c. 238
Et sermone iij.dominicæ ij.post Trinitatem. 380
Via peregrinorum quomodo signata erat,quare serm.j.ser.ij.Paschæ,ibi.Secundo dicitur &c. 24
Viaticum spirituale dicitur sacramentum Eucharistiæ. Ser.in octa.corporis Christi post principium. 356
Videre & audire Christū quomodo prophetæ & sancti patres antiqui testamenti desiderabant, & quomodo nos eum videre debemus,ser.j.do.xiij.post Trinitatem. 610
Villæ tres sunt in alio mundo quas homines per bona huius mundi emere possunt,sermone ij.dominicæ ij. post Trinitatem. 369
Vitium superbiæ detestabilissimum est, quia initium omnis perditionis, vide in litera S. De vitio inuidiæ supra in litera I.&c.
Victoriam nos habere oportet contra quadruplicem regem de omni vitio instigantem, antequam ad communionem accedamus, ser.iij.dominicæ infra octa. Ascen. 219
Vir tenetur vxori dilectionem & prouisionem,patet ser.ij.in die Pent.ibi,Dico secundò,&c. 258
Virginitatem seu castitatem tenere in cōmessationibus & ebrietatibus impossibile est,ser.iiij.do.j.post oct. Paschæ. ibi,Quintum opus &c. 110
Vita spiritualis perfectio consistit in quatuor,patet in sermo.iij.diei Trinitatis. 311
Vitam bonam quadruplicem confert nobis spiritussanctus .ser. feriæ.ij.Pentecostes. 268

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vita bona sunt plures gradus. supra in Gradu

Vita male sunt nouem modi, serm feria, vj. post Pentecostes. 288

Viuere nostrum in hoc seculo non est, nisi mori, quia continuè tendimus ad mortem. sabbato post Ascensionem, post principium. 201

Viuere incipiens deificè tres similitudines sibi maximè deseruientes notabit. ser. domin. infra octa. Ascensionis. scilicet Ante omnia. 206

Vocati & electi ad cœnam Christi. vide in cœna. patet serm. j. domi. ij. post Trinitatem. 363. & serm. ij. domi. xx. eiusdem. 792

Vocati sumus omnes ad conuiuium Christi. Item vocationis quatuor modos, vide in sermo. iij. dominic. ij. post Trinitatem. 375

Voluntas est vna patris, & filij & spiritus sancti. ser. iij. do. viij. post Trinitat. in principio. 501

Vox domini super aquas multas quomodo intelligitur. Et quadam mulier extollens vocem, quomodo exponitur. serm. iiij. dominica xxv. post Trinitatem. 917

Vnitas essentiæ trium personarum, patet suprà de Trinitate in litera T.

Vsuram super lucratam exiget à nobis deus de omnibus tã corporalibus quã spiritualibus qua dedit nobis. sermo. j. dominica xij. post Trinitatem. 373

Vtilitates quinque proueniunt nobis ex ex sacramento Eucharistiæ dignè sumpta in octa. sacramenti. 356

Vulnera Christi post resurrectionem mi minora fuerunt quàm in passione, quid hoc signat, patet sermo. iij. dominica in Albis. 69

Vulnera Christi & cicatrices non deformitatem, sed magnam pulchritudinem ostendunt in eius corpore glorioso. Sermo. eodem eiusdem dominica. 69

Vulnera quinque perfossa habuit & habet Christus. Serm. j. dominica. iij. post Trinitatem. 394

Vxor deuota sæpe conuertit virum suum de mala vita. Exemplum Sermo. iij. dominicæ in Albis, circa finem. 72

Vxor viro suo tenetur duo obseruare. scilicet reuerentiam & diligentiam. Ser. ij. Pentecostes. 258

FINIS.

DIVINI verbi pręconis, interpretis, & professoris subtilissimi, Sancti Vincentij Ferrarij de regno Arragoniæ, conuentus Valentię diui prędicatorũ ordinis, sermones vberrimi æstiuales de tempore, incipiunt feliciter.

In die sancto Paschæ. Sermo primus.

SVrrexit, non est hic. Marci. 16. Vt in præsenti sermone resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, Deus velit in cordibus nostris aliquod spirituale sentimentum dulcedinis & benedictionis huius festi, pro animarum consolatione, & vitæ reformatione infundere, recurramus ad virginẽ Mariam, iam lætissimam de filij sui resurrectione, dicẽdo sibi, Aue Maria, &c. Nota, verbum propositum bona noua insinuat de gloriosa resurrectione Iesu Christi, quæ annuntiauit angelus bonus istis tribus Marijs, quæ cum maxima deuotione frequenter currendo sepulchrum Christi adierunt, dicẽs eis, Surrexit, quasi dicat. Iam suũ corpus exiuit de monumento, iã non est anima in limbo, quia iã exiuit. Item sua humanitas nõ est hic, nec corpus, quia iam surrexit, quasi dicat, nõ queratis ipsum hic. Pro huius verbi declaratione sciendũ, quod Christi resurrectio super omnes alias resurrectiones mortuorum quę vnquã antè fuerũt, vel erunt, habuit duas excellẽtias magnas. Prima quia fuit virtuosa. Secunda quia fuit glorioſa. Multi enim surrexerũt de morte ad vitã, tam in veteri Testamẽto quàm in nouo: sed nõ surrexerunt per propriam potentiã, sed alienam. Christus verò surrexit de morte ad vitam proprio posse, & nõ alieno, sicut verus Deus: quia eius corpus in monumẽto habebat infinitũ posse ex diuinitatis coniunctione ad suscitandum seipsum, & etiã anima in limbo, vt dicit sanctus Thomas 3. parte. q. 53. artic. 4. Nunquam sic fuit de alio mortuo: quia corpus mortuũ alterius nõ habet posse, nec etiam anima ad suscitandum se. immo dicit Dauid, Spiritus vadens, supple ad mortem, & non rediens, proprio supple posse ad vitam. De Elia & Eliseo legitur, quod suscitauerunt mortuos in veteri Testamento. Similiter legitur, quod Apostoli & alij sancti diuersos suscitauerunt mortuos: sed quomodo? orando & supplicando nõ virtute propria nec mortuorũ, sed virtute Dei, & solũ ministerialiter. Dicit enim, scilicet Tho. 1. par. q. 110. ar. 4. vbi cõcludit quod solus Deus miracula facere potest, in solutione ad primũ argumentũ, quod angeli aliqui dicũtur miracula facere, vel quia ad eorum desiderium Deus miracula facit, sicut & sancti homines dicũtur miracula facere: vel quia aliquod ministeriũ exhibẽt in miraculis quę fiũt, sicut colligendo pulueres in resurrectione cõmuni: vel aliquid huiusmodi agẽdo. Hęc ille vbi supra. dicit etiã idẽ sanct⁹

Solus Deus propria virtute miracula facit.

Thomas 2.2.quæstio.7.cap.78.artic.1.ad primum argumentum. & 3.parte.quæstio.88.3.artic.ad quartum, Et inde potentia.quæst.6.4. cap.quod sancti faciunt miracula dupliciter,scilicet postulatione & potestate,id est non præcedente oratione manifesta.tamen in vtrisque Deus operatur principaliter:sancti autem instrumentaliter. Ex quibus verbis patet, quod sancti non faciunt miracula propria virtute vel potestate, sed Dei:quia solùm faciũt miracula vel impetrãdo & ministrãdo siue instrumentaliter.Sed Christi resurrectio hodierna non fuit nisi per proprium posse:ideo dicebat Christus, Ego pono,id est dimitto animam meam,& iterum sumo eam.Nemo tollit eam à me,scilicet violenter,sed ego ponam eam à meipso. Potestatem habeo ponendi eam, scilicet per mortem, & potestatem habeo iterum sumendi eam, scilicet per resurrectionem. Ioannis 10. Secunda excellentia fuit,quia ista resurrectio fuit gloriosa, surrexit enim Christus ad vitam gloriosam,immortalem & impassibilẽ. Alij autem qui suscitabãtur in veteri & nouo testamento,& qui postea resuscitati sunt,de cõmuni lege & cursu suscitabantur ad vitam mortalem, & ad miseriam passibilem huius mundi, & post iterum morituri. Sed Christus ex singulari priuilegio de morte ad vitam gloriosam. Auctoritas, Christus resurgens ex mortuis iam nõ moritur,mors illi vltrà nõ dominabitur, ad Romanos 6. Huius autem resurrectionis gloriosè ponit beatus Thomas triplicem caussam.3. parte.quæst.54.articu.2. Tum quia sua resurrectio fuit exemplar & caussa nostræ resurrectionis,vt patet 1.Corint.15.Tum secundò,ratione humilitatis passionis, ex qua meruit gloriam resurrectionis. Tum tertiò, quia peracto mysterio redemptionis ex gloria animæ in corpus gloria redũdabat, quamuis antea dispensatiuè illa redundantia impediebatur, vt mysterium nostræ redemptionis sua passione impleret.Istæ duæ excellentiæ Christi resurrectionis subtiliter tanguntur in themate.Prima scilicet quod fuit virtuosa,tãgitur, in illo verbo,quasi actiuo,surrexit, nõ dicit suscitatus est ab alio:vt fuit Lazarus:sed surrexit:scilicet per proprium posse.Surrexit Christus à mortuis per gloriam patris. ad Romanos sexto, quæ est eius gloria cum filio & spiritu sancto. Secunda excellentia, scilicet quod fuit gloriosa,ostenditur ibi:nõ est hic,scilicet corpus in sepulchro: nec anima in limbo,nec humanitas in hac vita mortali,sed sacramẽtaliter in altaris sacramento. Ideo dixit angelus mulieribus Christũ in sepulchro quærẽtibus. Scio enim quod Iesum qui crucifixus est quæritis:Non est hic:surrexit enim sicut dixit. Venite & videte locum vbi positus erat Dominus. Et citò euntes dicite discipulis eius quia resurrexit:& ecce præcedet vos in Galilæã. Ibi eum videbitis: ecce prædixi vobis. Matth.vlti.Patet thema.De huiusmodi gloriosa resurrectione notaui tria puncta,in quibus consistit tota practica huius

huius benedictæ resurrectionis Christi.

Resurrectio Christi fuit celebrata affectuosè,
Demonstrata gratiosè,
Publicata virtuosè.

In his tribus punctis seu cõclusionibus stat tota practica sermonis. Primò dico quod resurrectio Christi fuit celebrata affectuosè.Tot enim sancti patres quasi innumerabiles, qui erant in limbo, ardenter desiderabãt videre illud gloriosum corpus, quod sustinuit ictus & totũ onus passionis.Videntes autem sancti patres,quod iã transiuit dies Veneris sancta & sabbatum,in ista nocte desiderabãt Christi resurrectionem videre & eius vulnera:quemadmodum cupit homo videre equum,cum quo rex triumphauit.Sancti patres concorditer Christo supplicauerunt,vt resurgeret:quia licet Deus ab ęterno prædestinauerit filij sui resurrectionem,prędestinauit etiã quod per orationes & supplicationes sanctorũ patrum fieret. Ideo anima fidelis hic dulciter cõtemplari poterit intẽsum desiderium sanctorum patrum in limbo,quomodo concorditer Christo per ordinem & modum hîc notatũ pariter supplicare potuerũt vt resurgeret.Primò Adam primus patriarcha cum Noe, Mathusalem, Melchisedec, Abraham, Isaac, Iacob, & alij qui habuerunt primum locum proponendi, & genibus flexis coram Christi anima proposuerunt suas supplicationes quas registrauit Dauid in libro curiæ, scilicet in psalterio: & dixerunt Christo,Surge Domine in requiem tuã,tu & arca sanctificationis tuæ.Psal.131.Nota,tu anima sanctissima surge in requiẽ tuam,scilicet carnẽ, quæ nunquã repugnauit spẽ ritui:& tu anima & arca sanctificationis tuæ, scilicet caro plena omnibus escis virtutũ.Secunda supplicatio fuit sanctorũ prophetarum, scilicet Moysi,Samuel,Eliæ,Elisæi,Esaiæ,Hieremiæ & aliorũ dicẽtiũ Psal.67.Exurgat Deus & dissipẽtur inimici eius.s. dæmones & milites qui custodierũt sepulchrũ eius, & fugiant qui oderunt eũ à facie eius,vt Iudæi,qui etiã fugiũt hodie à facie Christi. Tertia fuit sanctorũ sacerdotũ,Aarõ,Eleazar,Ithamar,Phinees,& aliorũ dicentiũ illud Psal.7. Exurge Domine Deꝰ meus in præcepto ꝯ mãdasti, & synagoga populorũ circũdabit te. Nota in præcepto ꝯ mãdasti. s.Qui se humiliat exaltabitur.Luc.18.Ideo Domine,quia tãtũ te humiliasti exurge,&c. & synagoga,id est cõgregatio discipulorũ tuorũ,qui perdiderũt fidẽ circundabit te,credẽdo tuã resurrectionem. Quarta supplicatio fuit sanctorũ regum, vt Dauid, Ezechię,Iosue, Iosaphat:& sanctorũ iudicum & ducum,vt Gedeonis,Iepte,Samsonis,Iudę Machabæi, & aliorum dicentiũ, Exurge Domine,adiuua nos,& redime nos propter nomen tuum.Psal.43. Nota adiuua nos, quia licet haberẽt gloriam essentialẽ tantã quantã hodie:tamen nõ habebant locũ gloriæ.Ideo dicebant: & redime nos quantum ad lo

cum: quia adhuc quantum ad locum, nō erant redempti, quia adhuc erant in carcere limbi, & inde nō poterant exire sine adiutorio Dei. Quinta fuit sanctarum mulierum, scilicet matris nostræ Euæ, quæ post peccatum fecit magnā pœnitentiā, & Sarę, Rebeccę, & Rachelis, Iæ, Iudith, Hester, Annæ, Elizabeth, & aliarum dicentium, quæ Eua proposuit, dicens: Exurge & intende iudicio meo Deus meus & dominus meus in causam meā. Psalmo 34. Dum Eua viuebat in hac vita, dicere potuerunt sibi qui tunc viuebant, quando patiebātur aliquod malum: propter te habemus ista mala. Etiā in limbo dicebant sibi nō cum iniuria seu indignatione: propter te iumus hic omnes. Propter hoc Eua dicebat & supplicabat vt resurgeret, vt eos inde educeret, vt de cetero sibi talia non dicerent. Sexta fuit sanctorum noui Testamenti: vt Ioannis Baptistæ, & sanctorum Innocentium, Ioseph & latronis boni dicentium, Exurge Deus, iudica causam tuam, memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente fiunt tota die. Psal. 73. Nota, Eua dixit iudica causam meā, & Ioan. & alij dicunt causam tuam: quilibet dicit verum diuersis respectibus. quia vt dixi, Ioānes & sancti noui Testamenti dixerūt, Exurge Deus, & iudica, &c. Nam Iudæi quādo audierunt dici quòd Christus resurgeret tertia die: deridebant & deridendo dicebant. De cruce non potuit descendere, & modò exibit de monumento, & posuerunt custodes, ne discipuli furarentur corpus eius: Et dicebant Christo multa inproperia: propter hoc dicebant, Exurge Deus, iudica causam tuam, & tunc tacebunt Iudæi, qui credūt te nō habere potestatem resurgendi. Et quare Eua dixit causam meam? iam dictum est in quinta petitione. Septima supplicatio fuit sanctorum angelorum, qui associabāt animam Christi, qui videntes quod sancti patres supplicauerūt Christo vt resurgeret, etiam & ipsi ostendendo eorum bonum desiderium humiliter supplicauerunt, dicendo. Exurge quare obdormis, Domine exurge, & ne repellas in finem. Psal. 43. Loquūtur sancti angeli vt amicus loquitur amico, excitando eum à somno. Sciebāt enim angeli generalem resurrectionem esse futuram in fine mundi: ideo dicebant: Exurge quare obdormis, id est valdè dormis, quia hodie est tertia dies, & ne repellas in finem, id est tardes tuam resurrectionem vsque in finem, scilicet in generalem resurrectionem quando omnes resurgemus in ætate 30. annorū vel circiter. Dicit tamen sanct. Tho. in 4. distinct. 44. quæst. 1. artic. 3. quòd omnes resurgent in ætate iuuenili, non tamen quod quo ad numerum annorum, sed quo ad staturam. Quando autem istę septem supplicationes fic cum magno desiderio fuerunt Christo propositę in aurora, Christus omnibus circumexistētibus respondit, dicens. Propter miseriam inopum & gemitum pauperum, nunc exurgam, dicit Dominus. Psalmo vndecimo. Saluum me

me fac. Nota propter miseriam, scilicet localem sanctorum, & gemitum pauperum, id est discipulorum suorum flentium nunc, exurgam. Ecce quomodo voluit quod sua gloriosa resurrectio perficeretur per sanctorum supplicationes, licet ab æterno esset prædestinata, & anima Christi cum omnibus sanctis patribus exiuit de limbo, & ille locus remansit solus: quia tunc nullus mansit ibi. Et anima Christi assumpsit illud corpus glorioſum, & surrexit. In cuius resurrectione terra tremuit, & custodes facti sunt velut mortui, & Christus exiuit de monumento sine eius apertura, quemadmodum natus fuit de virgine sine virginitatis fractura: & stans supra sepulchrum ostendit suum corpus glorioſum, vulnera & plagas omnibus sanctis patribus, qui genibus flexis adorādo dixerūt, Gloria tibi Domine, qui surrexisti à mortuis, cū patre & sancto spiritu, &c. Ecce primus pūctus huius benedictę resurrectionis Iesu Christi hodie factę. Dico secundò, quod est demonstrata gratioſe singulariter virgini Marię. Conclusio est plurium theologorum dicentium, quod Christus in sua resurrectione primò apparuit virgini Mariæ suæ matri. Hoc expresse dicit Ambro. in lib. de virginibus di. Maria resurrectionē Christi vidit & prima vidit: sed Euangelistæ non curant hoc ponere, solùm curauerunt ponere testes indubitatos, quia testimonium matris pro filij fauore posset calūniari. Et quod primo apparuit matri virgini, ad hoc credendum cogit nos triplex ratio. Prima propter diuinum præceptum, quia in passione filij super omnes alios fuit tribulata, Christus ex speciali priuilegio pepercit matri vt sine dolore pareret & cōtra cōmunem cursum naturæ. Item ne sentiret dolores in sua morte, qui excedunt omnes huius vitæ dolores, vt dicit Dō minus Albe. super, missus est. Finis omnium terribilium est mors, quia anima tota simul eradicatur vt arbor, sed omnes dolores partus & mortis venerūt super eā in passione filij sui. Cùm ergo dicat scriptura, Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Ecclesiastici septimo. Christus autem perfectissimè seruauit legem de honoratione parentum, sequitur quod primò apparuit matri, quę præ alijs omnibus fuit tribulata. Secunda, propter fidei meritum. Nā pro certo habetur, & ostenditur satis clarè ex textu quod tempore passionis Christi perdiderunt fidem Christianam omnes Apostoli & discipuli totaliter: aliqui dubitādo an esset verus Deus & Messias, licet omnes reputarent eū sanctissimum prophetā: sola virgo Maria illo sabbato sancto inuariabiliter credidit, propter hoc defertur ei, vt quolibet sabbato fiat officiū de ea in ecclesia Dei. Cùm ergo dicat scriptura, Apparet autem Dominus eis, qui fidem habent in illum. Sapiētiæ primo. Videtur hoc pro præmio meriti suæ fidei, quod primò ei appareat. igitur, &c. Tertiò propter amotis intentionem. Nam certum est, quod nunquam fuit mater, quæ tantum diligeret

Triplicitér ostenditur, Christū post suā resurrectionem primum apparuisse virgini matri.

geret filium suum sicut virgo Maria Christum. Cùm ergo ipse dixit, erit. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Ioannis 14. igitur, &c. Ex his tribus rationib' patet, quod primò apparuit virgini matri, licet sancti Euãgelistæ hoc expresse taceant. Dicatur practica quę modo sequenti fieri potuit, & anima deuota piè cõtemplari poterit, vt det in cordibus Deus sentire dulcedinem huius apparitionis. Virgo autem Maria certissima erat quod filius suus resurgeret die tertia, vt ipse prædixerat, sed fortè nesciebat horam suæ resurrectionis, quia non legitur quod Christus dixerit horam suæ resurrectionis, si hora prima, vel tertia, &c. Ideo virgo Maria in nocte præsenti, quæ fuit sibi lõga nox, expectabat resurrectionem filij sui, & cepit cogitare, qua hora resurgeret, & nesciuit. Et sciẽs quod inter alios prophetas Dauid plus locutus fuit de Christi passione & resurrectione, posuit se ad legendum psalterium, vt inueniret si Dauid dixisset aliquid de hora: & legit primum psalmum, & secũdum, & tertium, &c. & nihil inuenit de hora: tãdẽ legendo fuit in Psal 56. vbi legitur, & loquitur Dauid in persona patris ad filium dicens: Exurge gloria mea. Exurge psalterium & cithara. Respõsio filij ad patrem, Exurgam diluculo. Nota quod pater vocat filium suum tripliciter, scilicet gloriam suam, psalterium & citharã, propter tria quæ Christus habuit in hac vita. Primò Deus Pater vocat Christum gloriam suam, & hoc quia Christus in hac vita in omnibus quę fecit, & dixit, diligebat & procurabat honorẽ patris. Ideo dicebat, Egò gloriam meam oũ quęro, sed honorifico patrem meũ. Ioannis. 8. Ideo pater dixit, Exurge gloria mea. Secundò vocat ipsum psalteriũ. Psalteriũ enim habet decẽ chordas, & est instrumentũ camerę secretũ, & non sonat multum, & signat legem Mosaicam, quæ quasi instrumentum cameræ fuit solũ datum illi populo Iudaico, quæ in decẽ præceptis quasi decẽ chordis consistit. Huic fuit Christus valdè obediens. Ideo dicebat, Nõ veni soluere legem sed implere. Matth. 5. Ex huiusmodi obedientia vocatur à patre psalterium. Tertiò vocat ipsum citharã. Cithara enim signat legem euangelicam. Ratio, quia habet vocem clariorẽ, & magis audibilem: talis fuit lex euangelica, quę per totum mundũ fuit audita. In omnem terrã exiuit sonus eorum, &c. Respõdit filius patri, Exurgã diluculo. Cogitate quãdo virgo Maria sciuit horã resurrectionis, quomodo surrexit de oratione, ad videndum si erat aurora, & vidit quod non. Et iterum redijt ad legendum, si inueniret alibi alium testem de hora resurrectionis, & in cõtinuando lectionẽ fuit in Psal. 107. scilicet, Paratũ cor meũ Deus, &c. vbi inuenit prædictum versum iterum, Exurge gloria mea. & iterũ respexit per fenestram si erat aurora. Et vidit q̃ non, & perfecit Psalterium. Deinde voluit videre si aliquis aliorum prophetarum dixisset aliquid de ho-

de hora resurrectionis, & inuenit in Osee 6. qui loquitur in persona Apostolorum. Viuificabit nos post duos dies, & tertia die suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius, sciemus sequemurque, vt cognoscamus Dominum, quasi diluculum preparatus est egressus eius. No. viuificabit nos, quia mortificauerant Apostoli propter incredulitatem. Tunc virgo Maria surrexit, dicens: Sufficit mihi habere tres testes de hora resurrectionis. & parauit cameram & cathedram pro filio, dicens: Hic sedebit filius meus, & hic loquar ei. Et respexit per fenestram, & vidit incipere auroram, & gauisa est, dicens: Modò resurget filius meus. Et genibus flexis orabat, dicens: Exurge Domine in occursum meum, & vide, & tu Domine Deus virtutum, Deus Israël. Psalm. 58. Et Christus misit statim virgini Gabrielem nuntium, dicens: Sicut nuntiasti matri meę incarnationem, nuntia sibi etiam meam resurrectionem. & incontinenti cum magno gaudio venit ad virginem, dicens: Regina cæli, lætare alleluia, quia quem meruisti portare, alleluia, resurrexit sicut dixit alleluia. vt fuit reuelatum beato Gregorio qui addidit, Ora pro nobis Deum alleluia. Et statim post venit ad eam filius benedictus cum omnibus sanctis patribus, &c. Si dicatur, quomodo poterant recipi in illa parua camera? Dico quod tanta est eorum magnificentia, quod si vellent, mille millia possent recipi in ea, immo & in minori loco, per virtutem diuinam ad nutum eius assistentem. vt tangit sanctus Thomas in quarta distinctione quadragesimaquarta. & Christus salutauit matrem, dicẽs: Pax vobis. Virgo autem flexis genibus, & plena lacrymis præ gaudio, adorauit eum osculando manus & pedes, dicens: O vulnera benedicta, quæ tantum dolorem mihi dedistis die Veneris, &c. & Christus osculando matrem, dixit: Mater mea gaudete, quia iam de cetero non habebitis nisi gaudium & lætitiam, tergendo ei lacrymas, & sedit in cathedra & loquebantur simul valdè dulciter. O qui fuisset in illo parlamento. Dixit virgo filio, Fili ego consueui facere festum in die sabbati, ad significandum requiem creationis mundi, sed de cetero faciam festum in die dominica, in memoriam vestræ resurrectionis & quietis & gloriæ, & placuit Christo. Christus autem dixit matri ea quæ egit in inferno, quomodo ligauerat diabolum, & ostendit sibi sanctos patres, quos inde extraxerat, qui fecerunt virgini Mariæ magnam reuerentiam. Cogitate quomodo Adam & Eua dixerunt virgini Mariæ, Benedicta vos estis illa filia nostra & domina, de qua Dominus dixit diabolo serpenti, Inimicitias ponam inter te & mulierem. Genesis tertio. Dixit Eua, Ego ex culpa clausi ianuam Paradisi, sed vos ex gratia aperuistis. Item propheta quilibet dicebat virgini Mariæ, Ego prophetaui de vobis in tali loco dicẽs, & humiliter eam salutãdo dixerunt omnes simul virgini Ma-

riæ. Tu gloria Ierusalē, tu lętitia Israēl, tu honorificentia populi nostri. Iudith 15. & virgo Maria eos salutās dixit. Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes eius annuntietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. 1. Pet. 2. Deinde sancti angeli dixerunt sibi vt prius, Regina cæli, &c. quia istud fuit vnum de septem gaudijs principaliorib⁹ virginis Mariæ. Virgo autem humiliter resalutās eos dixit, Vos omnes estis administratorij spiritus in ministerū missi, propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Hebr. 1. Patet quomodo resurrectio Christi fuit demonstrata gratiosè. Dico tertio, quod publicata fuit virtuosè. Postquam enim Christus consolatus est virginē Mariam, virgo mater cōsolationis rogauit filium, vt etiam dignaretur cōsolari dilectricem suā Mariam Magdalenā, quę tantum doluit de passione sua dicēs: Quamuis Apostoli habuerunt magnū dolorem de vestra passione, Maria tamen Magdalena habuit maximū, ideo placeat vobis eam consolari, & sorores meas, quæ hodie summo mane inuerunt ad monumentū, vt vngerent corpus vestrum, & valdè mane vna sabbatorum venerunt ad monumentum orto iam sole. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedētem in dextris, coopertum stola candida, & obstupuerūt, qui dicit illis, Nolite expauescere, Iesum quęritis, &c. Marc. 16. Nota valdè mane, id est in aurora orto iā sole, quia claritas auroræ est aduentus solis. Ideo fili consolamini eas. Illa enim Magdalena philocapta vestra, moritur amore vestri. Item Apostoli etiam plorant, singulariter Petrus, qui existens in quodā monumento, non facit nisi flere. Statim Christus misit angelum ad monumentū, vt annuntiaret tribus Marijs suā resurrectionem: quas inuenit cum capsis vnguentorum, dicentes solicitè, quis reuoluet nobis lapidem, &c. Item quia custodes non permittent nos intrare. Et quando fuerunt ad monumentum, secunda vice viderūt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentū, viderunt iuuenem, &c. vt habetur vbi suprà. Et dum recessērunt à monumento, Christus apparuit eis, quæ adorātes tenuerūt pedes eius, forsan dicendo sibi, Domine, ibimus ad matrem vestrā, quæ tot dolores sustinuit in passione vestra. Respondit eis, Non oportet vos ire, quia iam vidi eā, & consolatus sum eam. Sed misit eas ad discipulos, vt eis nuntiarēt suā resurrectionē, & post ipse apparuit discipulis, qui gauisi sunt viso domino, & non crediderūt mulieribus. Ecce quomodo fuit publicata virtuosè. Mo taliter, vt patet, Christi resurrectio fuit publicata & manifestata tribus conditionibus personarū. Primò virgini Marię. Secundò tribus Marijs. Tertiò discipulis. Vbi ostēditur mysticè, quod ipse apparebit per gloriam in Paradiso innocentibus, quia per virginem designantur, quæ semper fuit innocens ab omni peccato, ideo dicebat Chri-

Christus, Sinite paruulos venire ad me, & nolite eos prohibere, talium est enim regnum cęlorum. Matth. 19. Secundò apparebit pœnitentibus, qui per mulieres significantur. Pœnitentes enim portāt capsas vnguentorū, id est corpora, in quibus sunt vnguenta medicinalia pœnitentiæ curatiuæ plagarum ex infirmitate peccatorum. Ideo dicebat Christus, Pœnitentiam agite, appropinquat enim regnum cælorum. Matth. 4. Tertiò, apparebit in gloria obedientibus, qui significantur per discipulos. Nota, duplex est gradus obedientiæ. Primus est obedire præceptis seu mandatis Dei, ad quod tenētur omnes generaliter, & obedire omnibus præceptis ecclesiæ singulariter præcepto de communione hodie fienda ex ecclesiæ prę-cepto, nisi de cōsilio boni cōfessoris auticipetur vel prolongetur. extra de peni. & re. omnis. quia Christus hodie triumphauit & leuauit campum, ideo hodie vult intrare castrū quod tanto labore acquisiuit, ideo dicebat, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata Matth. 19. Ideo apparuit Apostolis in mensa, ad significandū quod hodie apparet cum gratia dignè cōmunicantibus. Secundus gradus obediētiæ est obedire cōsilijs, sed ad istum gradum tenentur illi, qui se obligarunt per votum ad obseruandam paupertatem, castitatem, obediētiam, &c. vt religiosi. De isto gradu dicebat Christus, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, &c. Matthæi. 19.

In die sancto Paschæ. Sermo II.

Alleluia. Tobię 13. Et Apocalyp. 19. Ista dies est multū desiderabilis, ad quem multi anhelauerunt, & vtinam propter sanctitatem diei, & non potius propter tędiū pœnitentię in ieiunijs, vel quod peius est, propter desiderium redeundi ad peccata pristina, sicut canis redit ad vomitum, de quibus dicit Apostolus ad Hebręos 6. Rursum crucifigentes sibimetipsis filiū Dei, & ostentui habētes. Non ergo sic desiderabilis est, sed propter sanctificationē huius diei, & eius magnitudinē. Vnde sciendū, quod omnia festa anni agūtur in memoriā beneficiorum Dei, quæ cōtulit ecclesiæ sanctæ suæ, vt de his laudet Deum, & regratietur. Vnde Esa. 63. Miserationū Domini recordabor, laudē Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinē bonorum domus Israel quę largitus est eis, secundū multitudinē misericordiarum suarū. Quanto beneficia sunt collata maiora, tāto maius festum est. De hoc vide sanctum Thomā super Ioannem decimo. Magna fuit dies dominicæ annuntiationis, quia tunc suscepimus beneficium inchoationis nostræ salutis, Deo assumente naturam humanam in vtero virginis. Maior dies natiuitatis suæ, quia tunc salus nostra palam manifestata est, diuinitate

visa in carne vel humanitate. ad Titum 2. Apparuit gratia Dei salvatoris nostri, &c. ad Titum 3. Apparuit benignitas & humanitas salvatoris nostri Dei. Et Psal. 96. Viderunt omnes fines terræ salutare Dei nostri. Adhuc maior est dies dominicæ passionis, quia tunc per mortem Christi pretium solutum est, per quod redempti sumus ab æterna morte. 1. Corinthiorum 6. Empti estis pretio magno, &c. & 1. Pet. 1. Nõ corruptibilius auro & argento, &c. Nihil enim nobis nasci profuisset, nisi redemptio subsecuta fuisset. Sed super omnes magna est dies paschæ, dies dominicæ resurrectionis, quia nobis hodie securitas data est æternæ & immortalis vitæ obtinendæ in anima & corpore, quam nobis tribuit Christus per resurrectionẽ suã, quæ caussã est & securitas resurrectionis nostræ. Ideo hodie maximè lætari debemus, & ipsum laudare dicendo alleluia, nam alleluia dicitur ab allelu, quod est laudate, & ia, quod est nomen Dei, secundum quod est invisibilis. Vnde alleluia, id est laus Dei secundum Hugnitionem. Papias dicit. Alleluia Latinè laudate Dominum. Debemus igitur hodie laudare Dominum. Psalm. Laudate Dominum omnes gentes, &c. hodie enim omnes creaturæ laudãt Dominum, & gaudent, scilicet superiores, mediocres, & infimæ, vt patet ex sermone præcedenti, scilicet. Surrexit, nõ est hic. Est autem multiplex ratio, quare hodie spiritualiter debemus gaudere, & Deum laudare. Primò quia Deus nos suo corpore cibauit, & sanguine in sacramento altaris, nam famelicus multum gaudet de comestione. Vnde corpus quod hodie nobis sacramẽtaliter cõtulit, est idem corpus quod de virgine sumpsit, in quo 33. annis vixit, in quo pati voluit & sepeliri & resurgere. Dedit autem cum hoc corpore animam & diuinitatem ex naturali concomitantia. Secundum enim sanctum Thomam 3. part. quæst. 76. arti. 1. in hoc sacramento est aliquid dupliciter. Ex vi sacramenti, id est significatum per formam. & ex naturali concomitantia, id est realiter cõiunctum Christo: Vnde in hoc sacramẽto est anima Christi & diuinitas eius. Secundo modo tantùm sub vtraque specie sunt similiter & quantitas & anima Christi. Caro autem & os & huiusmodi sunt sub specie vini secundo modo tãtum, & sub specie panis primo modo. Sanguis verò cõuersò est sub specie vini ex vi sacramenti, & sub specie panis ex naturali concomitantia, vt etiã dicit S. Tho. in 3. scrip. di. 10. Vnde per hoc donum significatur status beatitudinis, in qua dabit seipsum inseparabiliter, & inamissibiliter immediatè visibiliter, non sub specie panis. Et hæc est differẽtia huius dationis ad æternã, quia hic dãt se corporaliter, ibi totaliter: hic temporaliter, ibi æternaliter: hic sub specie panis latenter, ibi sine omni medio apparenter. O quale donum, vbi Deus dat seipsum, nunquam tale donum recipiens quisquam pauper potest fieri, quia in ipso est quidquid desiderabile est, nunquã turbari aut tri-

Multa hic de existẽtia corporis Christi, in sacramẽto altaris.

aut tristari potest, quia ipsum est gaudiũ sine fine: nisiquã potest infirmari nec antiquari, quia Deus vita est. O verè pauper est ille, qui hodie nõ est hoc cibo cibat'. Sed antequã possit dignè recipi, oportet quod recipiens sit bene dispositus, nam sicut medicina quanto est virtuosior, tanto recipiens debet magis timere vt sit bene paratus, quia sicut medicina sanat bene paratũ, ita interficit indispositũ. Corpus Christi est medicina tãtæ virturis, quod recipientẽ bene dispositum curat ab omni peccato, quia cũ tanta deuotione potest homo cõmunicare, quod erit sine omni peccato, sicut puer mox baptizatus. Magnus enim, vt inquit sanctus Tho. 3. par. q. 79. per totam quæstionem. & in 4. dist. 12. est Eucharistiæ fructus. Nam scelerum remissionẽ caussat tripliciter, scilicet ignoratorum futurorũ, inquãtum robur nobis confert ad scelera futura, vitando & caussando eõ tritionem, & hoc dupliciter cõtingit. Vno modo, nõ perceptũ actu, sed voto, sicut cùm quis prius iustificatur à peccato. Alio modo etiã perceptũ ab eo qui est in peccato mortali, cuius conscientiã & affectũ non habet. Fortè enim primò nõ fuit sufficienter contritus, sed deuotè & reuerenter accedens consequitur per hoc sacramentũ gratiã charitatis, quæ contritionem perficit & inquisitionẽ peccati tã mortalis quàm venialis. Pœnã etiam debitã pro peccatis delet non totã, sed secundum mensurã peccatorũ & deuotionis. A purgatorio insuper eucharistia liberat secundum eundẽ sanctum Tho. 3. par. q. 52. art. 8. ad secundum, inquantum est sacrificium satisfactorium pro peccatis. Insuper & alios habet effectus. Nam quoniã est effectiuum vitæ spiritualis, ad similitudinẽ cibi corporalis facit, quia sustentat, auget, restaurat, & delectat, immo & in beatis auget gloriã accidentalem, sed nõ essentialem. Proprius ramẽ effectus Eucharistiæ secundum sanctum Tho. in 4. dist. 12. est transformatio hominis in Deũ, ad quam sequitur augmentum virtutum & restauratio perditorum. Consequẽs verò effectus & minus principalis est diminutio fomitis. Notat etiam idem sanctus Thomas Esaiæ. 10. Eucharistia dat quinque, scilicet veniam culpæ, vitam gratiæ, confirmationem in pugna, confortationem in via, & prægustationem gloriæ. Confortat enim à peccato, & præseruat dupliciter, vt dicit beatus Thomas in tertia parte, & quarta scrip. vbi suprà, scilicet interius roborando per gratiam, & exterius repellendo omnem impugnationem dęmonum per passionem Christi, cuius est signum. Potest autem quis cum tanta indeuotione accedere, quod damnationem acquirat. Vnde 1. Corinthiorum 11. Qui indignè manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit. Sumens enim Eucharistiam cum conscientia peccati mortalis, peccat mortaliter, vt dicit sanctus Thomas quarta distinctione nona, & tertia parte, quæst. 79. artic. 2. ad tertium, & octauum, & 4. Ideo cum maguo timore & reuerentia de-

Propriũ sacramẽtiæ eucharistiæ effectus est, augmentum gratiæ.

tia debemus nos preparare. vnde ibidem, Probet autem seipsum homo, scilicet præmeditando, & sic de pane, &c. Modus manducandi traditur sub figura. Exo. 12. de agno paschali, &c. Secundò debemus gaudere & ipsum laudare, quia nos de inferni captiuitate liberauit. Nã captiuus multũ gaudet de liberatione, & nos gaudere debemus de liberatione infernali. Nam carcer ille inferni est igneus, & ignis æternus, & pœna est ibi sine numero illata diabolo, & mẽbris eius ibidem existẽtibus. Istum carcerem Deus destruxit, quãdo ad inferos descẽdit. Psal. 106. Quia cõtriuit portas æreas, & vectes ferreos cõfregit, &c. Portæ æreæ inferni sunt cupiditates, & vitiosæ cõsuetudines hominũ, quæ nõ sinunt clausos exire. Vectes autem Christus sua fortitudine fregit. Huius figuram habemus Iudicum. 16. de Samsone qui abijt in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, & ingressus est ad eã. Quod cùm vidissent Philisthæi, posuerũt in porta ciuitatis custodes ibi tota nocte præstolantes cum silentio, vt facto mane exeuntẽ occiderent. Dormiuit autem Samson vsq; ad medium noctis, & inde surrexit & apprehendit ambas fores portæ cũ postibus suis & sera, impositisque humeris, portauit ad verticem montis. Vbi glos. Greg. Quid in hoc facto significatur? Samson redẽptorem significat: quid Gaza nisi infernum? quid Philisthæi nisi perfidiã Iudæorũ? qui cùm Christũ mortuũ viderunt, & corpus eius in sepulchro positum, custodes ilico deputauerunt, & auctorẽ vitæ lætati sunt se deprehendisse. Sed Christus destruxit inferni claustra rectè, sicut Samson fores in Gaza. Samson verò media nocte nõ solùm exijt, sed etiã portas eius tulit, quia redemptor noster ante lucem resurgens, non solùm de inferno liber exijt, sed etiam claustra inferni destruxit, portas tulit, & montis verticem subijt, quia resurgendo claustra inferni disrupit, & ascendẽdo regna cælorum penetrauit, nõ solùm etiam Christus destruxit infernum, sed etiã diaboli potentiã minuit. Nam ante passionem Christi diabolus liberè circuibat terrã ab initio mundi, vt seduceret omnes gẽtes, & ideo hũc Christus ligauit. Apoc. 20. Apprehendit angelus draconem serpentẽ antiquũ, qui est diabolus & Satanas, & ligauit eũ per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit & signauit super illũ, vt nõ seducat amplius gẽtes, donec cõsumentur mille anni. Glo. interli. Ange. Christus apprehendit draconem pro violentia nocendi, serpentem pro fallacia, antiquum, quia ab initio mundi nocuit, qui est diabolus deorsum fluens. & Satanas, id est aduersarius, & ligauit eum, id est priori potestate priuauit, & misit in abyssum, & clausit & signauit super illum, id est sigillum posuit signum sanctæ crucis, vt non seducat amplius gentes, donec consumentur mille anni, id est, donec Antichristus veniat. Nota secũdum sanctum Tho. in 3. parte. q. 49. artic. 2. quod per passionem Christi triplicitèr liberati sumus à potestate

testate diaboli. Tria enim sunt cõsideranda circa potestatẽ quã diabol⁹ exercebat in homines ante Christi passionẽ. Primũ est ex parte hominis, qui suo peccato meruit vt in potestatẽ traderetur diaboli, per cuius tentationem fuerat separatus. Secundũ est ex parte Dei, quem homo peccando offenderat, qui per suã iustitiã hominẽ reliquit potestate diaboli. Tertiũ ex parte ipsius diaboli, qui sua nequissima voluntate à consecutione salutis impediebat. Quantũ ergo ad primum, homo est à potestate diaboli liberatus per passionem Christi, in quantum passio Christi est causa remissionis peccatorum. Quãtum autem ad secundum, etiam sumus liberati, in quãtum passio eius nos Deo reconciliauit. Quantum etiã ad tertiũ, sumus liberati per passionem Christi à diaboli potestate, inquantum in passione Christi excessit modum potestatis sibi traditę à Deo, machinãdo in mortem Christi qui nõ habebat meritum mortis, cùm esset absque peccato. Dicit August. 14. de ciuitate. Iustitia Christi victus est diabol⁹, quia cũ in eo nihil mortis dignum inueniret, occidit eũ, & inde vtiq; iustum est, vt debitores quos tenebat, liberè dimitterentur in eum credentes quem sine vllo debito occidit. Tertiò, gaudere debemus & ipsum laudare, quia per resurrectionẽ suam dedit nobis certitudinem cognitionis. Nam multum gaudet, qui diu desideratum videt. Primo enim non poterat apparere nec clarè videri. Ratio est, quia in libro subtilis litera nõ bene legit subtilis oculus, etiã superposito sibi crasso corpore & obscuro, sed quãdo supponitur corpus clarum & lucidũ, melius legitur, quia bene apparet grossior, sicut quãdo superponitur crystallus vel vitrum. Filius Dei est liber cõtinens in se quod est necessarium humanæ saluti. Etiam est liber vitæ, & testamentum altissimi, & agnitio veritatis. Sed ille liber subtilis, est sua diuinitas: ita quod nullus intellectus creatus potest ibi legere in vita presenti. Exo. 33. Non videbit me homo & viuet. Post incarnationem iste liber fuit coopertus pelle grossa & rudi, sci licet corpore mortali. Ideo nõ poterat legi nec videri diuinitas latẽs sub tali corpore. Ideo Iudæi volebant ipsum lapidare dicentes: Ioã. 10. De bono opere nõ lapidamus te, sed de blasphemia, &c. Sed hodie in beata resurrectione quoniã corpus gloriosum, clarũ, lucidũ, fuit positum supra diuinitatem, tunc liber fuit cognitus, & apparuit. Ioan. 12. Hoc non cognouerunt discipuli eius primùm, sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt, quia hæc scripta erant de eo. Ergo per resurrectionem dat nobis cognitionem. In signũ cuius pluries legitur in die resurrectionis suę apparuisse. Prima apparitio facta est beatæ Mariæ virgini, licet de hoc euãgelium nõ faciat mẽtionem. Et hoc potest ostendi auctoritate Sedulij dicentis, Semper virgo manens, huius se visibus astãs. Lucem propriam prius dominus obtulit. Secundò ex consuetudine ecclesiæ. Summus enim pontifex

tifex in die Paschæ ad sanctã Mariam maiorem primã celebrat stationem, per hoc innuens primam apparitionem factam beatæ virgini. Tertiò per præcepti obseruationem. Deus enim præcepit, Honora patrẽ, & matrẽ, &c. Si enim esset aliquis in partibus vltramarinis, de quo mater intellexisset quod mortuus fuisset, & tandẽ sanus rediens extraneas personas visitaret, & ad matrem tribulatam vltimo veniret, iste non esset bonus filius, nec matrem honorasse videretur. Sed si Christus prius alias de sua resurrectione lætificasset, & tandem matri desolatæ apparuisset, sic nõ videretur obseruasse præceptum de parentibus honorandis. De hoc vide in sermone præcedenti alias rationes. Secũda apparitio facta fuit Marię Magdalenæ, de qua loquitur Euangel. hodiernũ dicẽs: Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salome, emerunt aromata, &c. Sed quæritur, quare istę mulieres præcipuè quęsierunt Christum? Ratio, quia Christo erant plus obligatæ, eo quòd plura officia ab eo receperant. Maria enim Magdalena multum Christo tenebatur, quia ab ea septem dęmonia eiecerat, Mar. vlt. Martham sororẽ suam à fluxu sanguinis liberauit, & fratrẽ suum Lazarum quatriduanũ suscitauit, & eam semper excusauit, scilicet apud Pharisæum, qui dicebat ipsam immundã, & apud sororẽ, quæ dicebat eam esse otiosam, & apud Iudã, qui dicebat eã esse prodigã. Secundò Maria Iacobi, mater Iacobi Minoris ei multum tenebatur. Tum quia nepos suus erat, tum quia tres filios suos, scilicet Iacobum, Simonem, & Iudam Alphęi filios cardinales, id est Apostolos fecit. Tertiò, Maria Salome ei multũ tenebatur, quia nepos suus erat, tum quia duos filios eius, scilicet Iacobum & Ioannem Apostolos fecerat. Secundò quęritur, quare in simul tres venerunt? Ratio primò, propter maiorẽ testimonij veritatẽ, quia in ore duorum vel trium testium stat omne verbum. Secundò propter decentiã & honestatem, decet enim matronas ire bene associatas. Tertiò propter mysticam significationẽ, vt ex hoc daretur intelligi, quod illi ad Christũ veniunt qui fidem, charitatẽ, & opera habent. Quartò, ad commendandam societatem. Melius enim est seruire Deo in societate, quàm in singularitate. Eccle. 4. Melius est esse duos simul, quàm vnum. habẽt enim emolumentum societatis suæ. Tales enim aliquando meritò suæ societatis liberantur à malo culpę perpetrandæ. ideo subditur, Si quisquã præualuerit aduersus vnum, duo resistunt ei. aliquando mutuò se accendunt in amore Dei. ideo subditur, Si dormierint duo simul, fouebuntur mutuò, vnus ab alio calefiet, aliquando proteguntur à tentationibus diaboli. vnde dicitur, Funiculus triplex difficilè rumpitur. Diabolus non potest rũpere seruos Dei insimiliter congregatos. Psal. 132. Ecce quàm bonum & quàm iucũdum habitare fratres in, &c. Nec potest inuadere vnitos. 1. Regum 17. Eligite vobis virum, & descendat ad singulare certamen.

De

Dei istis tribus mulieribus ostenditur magna deuotio in tribus. Primò in hoc voluerunt Christum inungere. vnde dicitur, quod emerunt aromata, id est vnguenta aromatica, vt venientes vngerent Iesum. ex magna deuotione corpus Christi volebant inungere. Consuetudo enim erat Iudæorum, vngere corpora mortuorum, vt conseruarẽtur ab incineratione, & à fœtore, & à vermium corrosione. Sed istæ mulieres deceptæ erant, quia corpus Christi in diuinitate erat balsamatum, & ideo si per mille millia annorum in terra iacuisset, nõ potuisset putrefieri, aut incinerari, nec potuissent vermes generari. Psalmo, Non dabis sanctum tuum in corruptionem. In hoc tamen bene ostenderunt dilectionem Christo mortuo, quam habuerunt ad Christum viuum. Pauci enim sunt amici, qui verè diligunt in vita, quia ferè omnes diligunt propter sua, non propter se. Ecclesiast. 6. Est amicus socius mensę, & nõ permanebit in tempore necessitatis. Pauciores sunt in morte qui diligunt, immo sępe parẽtes filijs, & filij parentibus aduersantur in morte, quando pro salute volunt aliqua ordinare. Paucissimi sunt, qui diligunt post mortem, quia post modicum, & filius patris, & pater filij, & amicus amici obliuiscitur. Psalmo, Obliuioni datus sum, tanquam, &c. Et alibi. Periit memoria eorum cum sonitu. Istæ autem sanctę mulieres dilexerunt Christum in vita, quæ sequebantur ipsum prædicantem. Lucæ. 8. Sequebatur Maria Magdalena, & aliæ mulieres, quę ministrabant ei de suis facultatibus, dilexerunt eum in morte, quia associabant eum in cruce. Io. decimonono. Stabat iuxta crucem Iesu, mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophe, & Maria Magdalenę, Dilexerunt eum etiam post mortem, quia voluerunt eum vngere in monumẽto existentem. Secundò, deuotio istarum mulierum ostẽditur in hoc, quod valdè tempestiuè voluerunt venire. ideo dicitur, Et valdè manè, &c. Sed si valdè manè erat, quomodo tunc ortus erat sol? & si sol iam ortus, quomodo erat valdè manè? Ratio, quia istæ mulieres in ciuitate habitabant, sepulchrum autem Christi extra ciuitatem erat. Ipsæ autem valdè manè surrexerant, sed quia via longa erat, & honestas matronas non decet currere, sed maturè incedere, ideo iam ortus erat sol, quando venerunt ad sepulchrum. Est ergo sensus, valdè manè veniunt, id est venire incipiunt, orto iam sole, scilicet quando peruenerunt. Vel veniunt orto sole, quantum ad fulgorem suum, qui dicitur aurora, non quantum ad sphæram suam. Vnde dicit Augustinus. Orto iam sole, id est cùm cælum ad partem orientis iam albesceret. Vel nomine solis intelligitur Christus, qui fuit ortus de matris vtero per natiuitatem carnalem, & de tumulo per natiuitatem quodammodo gloriosam. Est ergo sensus, valdè manè veniunt, scilicet cùm verus sol, scilicet Christus, qui fuerat ortus in hoc mundo de ma-

Christi corpus erat, ratione diuinitatis incorruptibile.

de matris vtero natiuitate carnali, iã ortus erat resurgendo de tumulo natiuitate cælesti. Quod autẽ dicitur, vna sabbatorũ, intelligitur prima die sabbati, quæ nũc dominica dicitur. Dies enim aliter nominant Iudæi, aliter Romani, aliter Ecclesia. Iudæi enim nominãt eos à sabbato di. prima sabbati, secũda sab. &c. & hoc propter reuerentiã sabbati, in quo Deus requieuit ab opere, quod & sanctificauit. Romani nominãt dies à planetis, & maximè ab illo, qui hora prima illius dominatur, quia sol dominatur prima hora dominicę, illum vocant diẽ Solis, & sic de alijs. Ecclesia nominat dies à ferijs, dicens, Feria 1. 2. 3. & sic de alijs. Et idem est de feria quod cessatio. Vnde antiqui diẽ solennem feriam appellabãt, quia ab opere seruili cessabant. Vel dicitur feria ab offerendis victimis, quia in diebus festiuis sacrificia offerebant. Sed nunc Ecclesia econuerso omnem diem appellat feriã, quia in omni tempore a victimis est cessandum: quãuis enim prẽcepta cẽremonialia veteris legis fuerint viua vsque ad passionem Christi, tamẽ deinceps fuerunt mortua, & post diuulgationem Euangelij mortifera: vt dicit beatus Tho. 1. 2. q. 103. art. 3. & 2. 2. q. 87. art. 1. & q. 93. art. 1. & in 4 di. 1. & 2. Tertiò deuotio istarũ mulierum ostenditur in hoc quod monumentum desiderabant videre apertum. vnde dicebãt, Quis reuoluet nobis lapidem, &c. Nam monumentum tripliciter clausum erat, scilicet aduolutione grandis lapidis ad os eius, sigilli impositione, & militum armatorum deputatione. Ideo mulieres nõ sperabant se posse intrare, quia tã grandem lapidem mouere non possent, cùm fragiles essent, & milites eas fugarent, & sigillum prẽsidis frangere non auderẽt. Christus autẽ, qui exiuit de vtero virginis clauso, & qui ianuis clausis ad discipulos intrauit, ipse exiuit de monumento lapide clauso, saluis sigillis, custodibus expauefactis. Postquã autem resurrexit, angelus lapidem reuoluit, vt sic daret mulieribus aditum ad introeundum. Sed milites facti sunt sicut mortui, & quasi amentes, & ex hac subita apertione monumenti, & terræ magna concussione. Terrẽmotus enim factus est magnꝰ, vt milites exterreret, & vt de resurrectione Christi terra lætitiam demõstraret. Sicut autem in passione Christi mota est terra in signum tristitię. Sic in resurrectione mota est in signum lętitię. Vel terrẽmotus ideo factus est, vt per hoc figuraretur quod corda terrenorum per fidẽ passionis & resurrectionis ad fidem essent promouenda. Mulieres igitur accedentes & respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Sed quare istę mulieres volebant appropinquare monumento, cùm nullam haberent de reuolutione lapidis certitudinem? Ratio, quia credebãt adhuc corpus Christi esse in monumẽto. vnde dicebant, Etsi nõ possumus eum vngere, saltem poterimus monumentum eius tãgere, & ibi eum flere, & ad̃ociare. Ecce mirabilis dilectio & deuotio mulierum erga mortuum suũ, sed hodie apud

apud multos perijt memoria eorum cum sonitu. Hodie multi sunt porci, qui ad clamorem vnius porci propter mortem rugiẽtis currunt, & cùm ipsi viderũt poni porcum in alueolo, statim recedunt, & illius obliti sunt: sic multi mortuum deflentes, dum sepulturæ est traditus, eius obliuiscuntur. Mulieres ergo introeuntes in monumẽtum, viderũt iuuene, id est angelum, qui videbatur quasi iuuenis, ad innuendum, quòd in ætate iuuenili omnes resurgemus, nõ quòd ad numerum annorum, sed quò ad staturam, vt dicit S. Thomas 4. scrip. di. 44. arti. 2. Et 3. par. q. 46. art. 9. ad secundum. Hic sedebat in dextris. Greg. Quid per sinistram nisi vita præsens? quid verò per dextram nisi vita æterna designatur? quia ergo redemptor noster præsentis vitæ corruptionem transierat, rectè angelus qui nuntiare eius perennẽ vitam venerat, in dextra sedebat, & hic coopertus erat stola candida. Reuera stola ista non est ex mortali vellere, sed ex vitali splendens cęlesti lumine, nõ terreno colore, dicẽte propheta, Amictus lumine sicut vestimento. Et de iustis dicitur Matth. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris eorum. Greg. Stola candida coopertus apparuit quia festiuitatis gaudia annũtiauit. Candor enim vestis splendorem denuntiat nostræ festiuitatis. Matth. etiam dicit, q̃ aspectus eius erat sicut fulgur, & vestimẽta sicut nix. Fulgur est de cælo, nix de terra, per quod datur intelligi quod in Christi resurrectione, terrena cælestibus sunt coniuncta. Secundum autem Greg. in fulgore terror timoris, in nive blandimentũ candoris signatur, per quod datur intelligi quod Christus in iudicio terribilis peccatoribus, & blandus iustis apparebit. Iste angelus allocutus est mulieres primò eas confortando, di. Nolite expauescere. in hoc enim dignoscitur bonus angelus à malo: quia bonus in principio terret ex fulgore. in medio confortat ex suo allocutione. in fine lætificat ex immensa consolatione, & sua iucunda visione. Malus autem ecõuerso, quia in principio terret ex sua horribili visione. in medio ex sua allocutione magis terret. in fine contristat ex subsecuta deceptione. vt dicit S. Tho. 3. par. quæst. 30. arti. 3. ad. 3. & super Iob. 4. & 2. Corinth. 11. & ibi di. quod omnis angelus apparens hortatur ad bonum, sed bonus angelus perseuerat, malus autem se nũtiat ad malũ. Secundò ipsas cõfortando & certificãdo de resurrectione di. Iesum Nazarenum quæritis crucifixum. Non est hic, &c. Grego. Non est hic per præsentiã carnis, sed tamen vbiq; est per præsentiã maiestatis. Quod autem hoc sit verum, ecce locus vbi posuerunt eũ. Nam propter hoc reuoluerat lapidem, vt locũ ostenderet, quasi dicat. Si meis verbis non creditis, vacuo credatis sepulchro. Tertiò, angelus misit eas ad Apostolos, di. Ite dicite, &c. Notandũ est, quod prima mulier fuit media inter serpentem & hominem, trahens ad perditionẽ. Secũda scilicet virgo Maria fuit media inter Deum & homi-

nem, faciens nostram reconciliationē. Istæ autem mulieres fuerunt mediæ inter angelum & Apostolos, nuntiantes eis nostrā salutē & saluationē. Iam homo nō potest conqueri de muliere, quia si prima dānauit, secunda saluauit, tertia nuntiauit. Si prima fuit caussa mortis nostræ, secūda fuit caussa vitæ nostræ, tertia annuntiatrix salutis nostræ, ideo angelus fecit istas mulieres nūtias nostræ resurrectionis. Sed quare dixit & Petro? Respōsio, propter tria. Primò, quia Petr⁹ per negationē desinebat esse discipulus, & adhuc nō erat certus, vtrum restitutus fuerit ad gratiā. vnde si nō fuisset nominatus, remānisset cōfusus, & fortè desperasset. Et ideo vt sciret quod per fletū fuerat peccatū dimissum, & quòd erat restitutus ad officium discipulatus, fuit proprio nomine nominatus. Secundò, vt angelus sibi tanquā summo pontifici deferret. Si quis enim Papæ & collegio cardinalium literas mitteret, Papā nominatim exprimeret, cardinales verò in generali proferret. Angelus igitur nominatim expressit Petrum tanquā summum pontificem, discipulos autem generaliter tanquam collegiū. Tertiò, quia Petrus interpretatur agnoscens vel dissoluens, per quod datur intelligi quod illi ad Christum veniunt, qui ab amore carnali se dissoluunt, & qui peccata sua eū cōtritione agnoscūt, & humiliter se nihil esse existimāt. Quartò, angelus istis mulieribus apparitionem Christi in Galilęa denuntiauit di. Præcedet vos in Galilęā, ibi eum, &c. Apparitio facta in Galilęa fuit. Tum propter mysterium in ipsa specialiter nominatum. Galilęa enim interpretatur transmigratio. Christus dū esset in hac mortali vita, triplicem defectum patiebatur, scilicet quātum ad corpus mortalitatē, quantum ad animam passibilitatem, quantum ad vtrunq; pœnalitatē & multiplicē miseriam. Sed in resurrectione facta est transmigratio, quia corpus migrauit de mortalitate ad immortalitatem, anima de passibilitate ad impassibilitatē, corpus & anima de miseria & pœnalitate ad gloriam & felicitatem. Vnde Leo Papa, post passionem ruptis vinculis mortis, infirmitas in virtutem, mortalitas in æternitatem, contumelia transiuit in glorią. Illę autem mulieres exeuntes denuntiant Apostolis quod surrexit: sed ipsi Apostoli reputauerunt tanquam deliramenta, & nō credebant illis. Tunc Petrus & Ioannes cucurrerunt ad monumentum, & viderunt linteamina & sudarium, &c. Et abierunt ad alios discipulos. Maria autē stabat ad monumentum foris ploraus, &c. ibi Christus in specie hortulani ei apparuit. Et hæc fuit prima apparitio, de qua loquitur Euangelium, licēt primò matri apparuerat, vt dictum est. Sed quare Christus primò Mariæ Magdalenæ apparuit? Ratio, propter quatuor. Primò, quia ardentius diligebat, vnde stabat ibi plorans. Secundò, vt ostenderet se mortuum pro peccatoribus. Matthæ. 9. & Lucæ quinto. Non veni vocare iustos, sed peccatores. Tertiò, vt sicut mulier fuerat nuntia mortis, ita esset nuntia vitæ. secundum gloss. Quartò, vt vbi superbundauit delictum, superabundaret & gratia. Roman. 5. Secunda apparitio facta fuit mulieribus redeuntibus de monumento, quando dixit eis. Auete. Tertia Petro, sed vbi aut quando, Euangelistæ non dicunt. Quarta discipulis euntibus in Emaus. Quinta discipulis in vnum congregatis. Debemus igitur lætari de eius resurrectione, sicut Apostoli & mulieres lætati sunt, quia viderunt quem mortuum putabant. Vnde si volumus Christum videre, oportet quòd seruiamus diligenter in feruore charitatis succensi, sicut Maria Magdalena. Nam videmus quod humor abundans maximè impedit claritatem solis videre, sed ficci oculi bene vident. Sic homo habens oculos cordis plenos humore voluptatis carnalis, nō potest Christum videre. Vnde Maria Magdalena quāndiu vixit voluptuosè, Christū non vidit interius, quia oculus interior plenus erat humore impediente eam. Sed postquam feruor diuinæ dilectionis eam excitauit, tunc Christus ei apparuit. Ideo volētes quod Christus eis appareat, debent omnem humorem prauum remouere, & feruorem diuinæ dilectionis in seipsos excitare. Romanorum duodecimo. Spiritu feruentes, Domino seruientes. Quartò debemus gaudere & lætari, quia per resurrectionem suam nobis ianuam cœli nobis aperuit. Nam multum gaudent, qui ad societatem principum assumuntur, sic, &cet. Vnde sicut Christus in resurrectione quatuor dotes habuit, licēt non secundum propriam rationem dotis, sicut nec angeli, vt dicit docto. s. quarta distinctione quadragesima nona. quæstione 4. articul. 3. & 4. sic beati in futura resurrectione dotabuntur quatuor dotibus in corpore, vt etiam doctor. s. tangit in 4. distinct. 44. & 3. parte. quæstio. 45. articu. 1. ad 3. Fuit enim corpus Christi subule, agile, clarū & impassibile. Istis quatuor erit corpus nostrum dotatum. Quæ ideo vocantur dores, quia dabit eas Dominus in dotem sanctis, qui sibi copulabuntur hic per veram fidem & dilectionem, & in futuro per æternam fruitionem, sicut sponsa dotatur à sponso. Prima dos vel nobilitas est subtilitas quam recipiet corpus ab anima, quæ faciet corpus totaliter subditum animæ, & eleuabit ipsum in quandam similitudinem animæ, sicut & ipsa eleuata erit in similitudinem Dei, ita vt corpus videatur quasi vnus spiritus cum anima. Et hoc dicit Apostolus primæ Corinthiorum decimoquinto. Seminatur corpus animale, id est habens bestiales motus inordinatæ concupiscentiæ, sicut in alijs animalibus: sed resurget corpus spirituale, id est totaliter spiritui subiectum & conforme, ita quod in nullo præstabit impedimentum animæ, quò minùs Deum contempletur, amet, & inhæreat ei, quod non habet anima in statu huius vitæ. Nunc enim corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sapiēt. 9. Et caro concupiscit

Dotes corporis glorioſi

cupiscit aduersus spiritum. Gal. 5. & impedit animã, ne possit Deum continuè meditari, nec ad perfectã eius notitiã attingere vel amoré, & hoc facit grossities & pondus corporis animam deprimentis. Et signum huius accipi potest in somno, dum anima nõ occupatur vsu sensuum exteriorum sicut vigilãdo, tunc cõsueuerunt fieri reuelationes. Mens enim habet duos respectus, scilicet ad superiora à quibus illustratur, & ad corpus respectu cuius ligatur in somnis, nõ autem respectu primi, sed fit liberior quàm in vigilia vt di. B. Tho. in de veritate. q. 12. art. 3. ad secundum, & q. 18. artic. 2. ad sextum. Videmus insuper quod grossities corporis impedit, quod non potest transire ad libitũ, quia aliqua corpora sibi resistunt, sicut murus vel paries. Sed corpus gloriosum ita subtile erit, quod omne corpus penetrabit sine resistẽtia. Cuius simile videmus in natura. Nã oleũ penetrat vas cõtinens ipsum sine vasis diuisione. Per oleum enim intelligitur gratia. Sicut enim nauta descendens in mare, portãs oleũ in ore, mediante quo illuminatur videns maris pericula, sic gratia Dei illuminat & dirigit nauigantes inter mundi pericula ne pereãt. 2. Corint. 12. Sufficit tibi gratia mea Ideo corpus gloriosum est plenum nõ solùm gratia, sed potiùs gloria, quæ est gratia consummata. Omne corpus etiã cælum penetrat sine diuisione. Prouerb. 29. Humilem spiritu. suscipiet gloria. Secunda dos erit agilitas, quæ etiam prouenit de gloria animæ in corpus, vt statim vbi velit spiritus, ibi erit corpus absque vllo impedimento. Nam propter ponderositatẽ corporis in hac vita nõ potest anima esse vbi vult. Vnde quãdo anima putat pondus corporis secum leuare & ducere ad bona opera, seipsam frequenter præcipitat, sicut simia cùm credit globum sibi alligatum super tectum leuare, pondus globi simiã in lutum præcipitat, sic corpus præcipitat animam in lutum peccati. Sed in resurrectione corpus omnino obediet animę. Augustinus, Vbicunque voluerit spiritus, protinus erit & corpus. Ideo dicit Apostolus ibidem 1. Corinth. 5. Seminatur in infirmitate, resurgent in virtute. Cuius simile videmus in natura. Nam aliquis lapis iacens in terra non potest moueri à decem, qui mouebatur tamen à puero extra terram siue locum proprium existens. Sic corpus quod non potest moueri ab anima quandiu iacet in terra, in resurrectione eleuabitur ad cælum, & mouebitur ab anima ad nutum. Hanc virtutem dedit Deus ipsi corpori glorioso. Ecclesiastici. 17. Deus de terra creauit hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & iterum conuertet illum in ipsam, & secundum se vestiuit illum virtute. Nam sicut radius subitò pertransit ab oriente in occidentem, & oculus subitò de terra videt stellam, sic subitò ad nutum corpus erit vbi anima voluerit. Tertia dos erit claritas, quæ etiam fluet de gloria animæ. Et secundum quod quilibet sanctus erit maioris meriti, sed hoc erit maio-

maioris claritatis in corpore. primæ Corinthiorum 15. Stella differt à stella in claritate, sic & resurrectio mortuorum, quia erit & apparebit vnus & splendidior altero, nihilominus quilibet habebit claritatem corporis excedẽtem septies claritatem solis, quia erit tunc lux solis sicut lux septem dierum, & tunc fulgebant iusti sicut sol in regno patris eorum. Matth. 30. Et licet nunc lux solis nõ sit proportionata oculis, tamen sic nõ erit ibi, quia erit claritas demulcés, & oculi erunt fortiores & nobiliores. Hæc etiam claritas secundum Gregorium erit peruia, ita vt sine impedimento corporis vnus sanctorum videbit quid est in corpore alterius, & quanto abundabit in lumine gloriæ, tanto clariùs videbit sicut in claro fonte. Ideo Apostolus vbi suprà. Seminatur in ignobilitate: surget in gloria. non tamen in illa gloria, de qua 1. Machab. 2. Gloria eius stercus & vermis est. Sicut serpens totam virtutem suam ponit in pelle pulchra & colorata, & sub pelle non habet nisi putredinem & venenũ. Sic quidam tantum curant de pulchritudine corporali, quod interius non remanet nisi putredo peccati. Talis pulchritudo non erit ibi. Sed quia pulchritudo corporis glorioſi veniet ab anima. Psalm. 44. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Ideo semper durat. Non sic de pulchritudine moderna, de qua Iacobus primò. Exortus est sol cum ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt. Tunc autem omnes defectus corporales cessabunt, & quidquid pulchritudinis est, habebit corpus. Quarta dos erit impassibilitas & immortalitas, ita vt neque fames aut sitis, frigus aut æstus, nec aliquod læsiuum à quo corpus modò patitur, ibi locum habebit. Et hoc etiam erit in gloria animæ, quia sicut tunc ipsa tota erit eleuata in diuina similitudine, ita & corpus per animam consequetur impassibilitatem & immortalitatem. Augustinus. Tam potenti virtute fecit Deus animam, vt redundet in corpus incorruptionis vigore. Ratio est, mutatio alterat naturam, sicut patet, arbor sita in terra mala non fructificat, sed sublata ad terram bonam, statim fructificat, quia arbor trahit alimentum à terra, ideo fructus sequitur conditionem terræ in qua sita est. Propter quod dicit Augustinus, quod primi parentes si stetissent in innocentia, corpora eorum fuissent immortalia & incorruptibilia, propter esum ligni vitæ quod incorruptibile erat. Hoc pro tanto dicor: Nunc comedimus cibum corruptibilem & putibilem, vt patet de pane & vino, & ideo corpus modò tali cibo nutritum, habet corrumpi, immo quò plus comedit & delicatiùs, citiùs putrescit & moritur. Sed post resurrectionem in paradiso edemus cibum vitæ, in quo nulla corruptio seu putredo est. Apocalypsis secundo: Vincenti dabo edere de ligno vitę, quod est in paradiso Dei meij Item bibemus in fonte vitæ. Apocalypsis septimo, De-

ducet eos ad fontes aquarum vitæ. Bibere delicias huius mundi, est bibere de fonte mortis. Ideo sicut oportet nunc corpus nostrum corrumpi propter corruptionem cibi quem sumit, ita in paradiso erimus immortales propter cibum quo vtemur. Ioan. 6. Qui manducat ex hoc pane, viuet in æternum. Igitur propter conditionem cibi in paradiso oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. 1. Corinth. 15. Hoc est q̃ Apostolus dicit ibidem suprà. Seminatur in corruptione, surget in incorruptione. Hæ sunt quatuor dotes vel nobilitates quas recipiẽt corpora nostra à Deo, mediãte gloria animę. Et vt nos assecuraret, in præsenti voluit eas in corpore suo monstrare ad tempus, cùm adhuc in mundo esset. Nam subtilitatem habuit, quãdo de clauso virginis vtero exiuit. Agilitatem, quando super vndas maris ambulauit. Matth. decimoquarto, & Ioan. 6. Claritatem, quando in monte Thabor transfiguratus gloriam claritatis suæ discipulis ostendit. Matth. 17. Impassibilitatem, quando de manibus Iudæorum ipsum præcipitare, seu lapidare volentium euasit. Luc. 4. & Ioan. 8. Si ergo in resurrectione renouari desideramus secundum has nobilitates corporis, quas ante resurrectionem dominus in suo corpore ostendit, & post resurrectionem perpetuò conseruauit, oportet quod sic in nouitate vitæ ambulemus, & nos hac in vita eas spiritualiter in anima repræsentemus, ita vt habeamus subtilitatem & agilitatem, &c. Subtilitatem habemus, quando cor nostrum purgatum est ab inordinato amore terrenorum, in quibus impuritatem & grossitiẽ contrahit. Amor enim inordinatus impuritatem facit in anima per hoc, quod eam extra se effluere facit in id quod amat, & cum eo vniri. Psalmo vigesimoprimo. Factum est cor meum tanquam cera liquescens, &c. Sicut enim argentum per liquefactionem mixtum cum cupro impurum efficitur, ita anima per inordinatũ amorem mixta terrenis, impura efficitur. Igitur quantò plus anima eleuatur super terrena ea contemnendo, tantò subtilior est. Sicut enim aër dicitur subtilis quando non est ingrossatus nebula grossa, & vinum subtile, quando est eleuatum supra feces & depuratum: similiter homo dicitur subtilis ingenio, cuius mens non est depressa super sensibilia & grossa, qui spiritualia possit & latentia comprehendere. Sicut etiam videmus in omnibus bene ordinatis, quod id quod subtilius est supereminet, vt flos in arbore, ignis inter elementa. Sic & anima quando superfertur istis terrenis, subtiliatur, ex hoc quod tunc vnitur Deo, qui est in termino omnis subtilitatis. Quælibet enim res quantò magis appropinquat suo perfectiuo, & illi à quo recipit suam perfectionem tantò plus nobilitatur, sicut aër illuminatus nobilior est quàm obscurus, & similiter corpus coniunctum animæ quàm separatum. Cùm igitur anima soli

ma soli Deo inhærens, quæ sursum sunt quærit, nõ quæ super terrã, vt dicat cum Apostolo, Nostra conuersatio in cælis est. tunc subtilis est, & etiã habilis, & etiã meretur subtilitatem in corpore. Et conuerso autem quando conuertitur ad terrena, qui desideria corporis perfecit ingrossata efficitur, vt patet in auaro, qui animã habet terrenam, quia totam voluptatem ponit in acquirendo terrena. Similiter luxuriosus animam habet luteam, quia in luto per luxuriam iacet. Superbus habet animam de vento, & sic de alijs. Ideo si anima velit subtilitatem habere, oporteret huiusmodi remouere, & ab inordinato amore terrenorum se extrahere, & ad cęlestia contemplãda eleuare per hãc subtilitatem. Sequitur alia nobilitas, scilicet agilitas. Dum enim mente abstracti sumus ab amore & grossitie desideriorum terrenorum & mente totaliter elati in amorem Dei, & desiderium cælestium, tunc efficimur agiles & prompti ad currendum per incrementa bonorũ operum illuc quò amor noster, & desiderium tendit. Augustinus, Amor meus, pondus meum, eò feror quocunque feror. Ad hãc agilitatem proficiendi hortatur nos Apostolus, dicens: Sic currite, vt comprehendatis. 1. Corinth. 9. & dat inde exemplum Philip. 4. dicens: Sequor autem si quo modo comprehendam. Et per hunc cursum & sequelam nihil aliud intendit, quã perfectum in bono & virtutibus per exercitium bonę operationis, & ad hoc obligamur quãdiu sumus in hac vita. Quia secundũ Hieronymum, Gregorium, Augustinum, & Bernardum nemini cõcessum est stare nec in corpore, nec anima, quia in via Dei non progredi, regredi est. Tertiò oportet nos habere claritatem præuiam, si verè velimus resurgere cum Christo. Et voco præuiam claritatem, quando homo clarus est intus & extra. Intus per testimonium bonæ conscientiæ, extra per redolentiam bonæ famæ. De primo dicit Apostolus 2. Cor. 1. Gloria nostra, id est gaudium, hæc est testimonium conscientiæ nostræ, & merito, quia naturaliter clara & lucida lætificant, vt patet in auibus, nã consurgente aurora lætificantur & cantant. Etiam homines in locis tenebrosis existentes timent, & viso lumine confortantur. Si talia extrinseca lætificant, quantò magis claritas intrinseca qua lucet in conscientia? Prouerb. 15. Secura mens quasi iuge conuiuium. Et sicut conscientia pura lætificat, sic econuerso conscientia obumbrata peccatis conturbat & contristat. Sap. 17. Semper præsumit sæua perturbata conscientia. Quartò oportet nos habere impassibilitatem, id est non extolli per prospera, & deprimi per aduersa, sed omnes tribulationes, id est aduersitates patienter sufferre propter Christum: non tamen debemus patientiam habere asininam. Nam dicunt naturales, quod asinus quando videt lupum venientem, abscondit caput sub vepribus, & permittit se à lupo morderi, quousque appropinquat ad cor, & tunc vult re-

sistere. Ita plures, nam lupus, id est diabolus, asinus, id est homo, in peccatis quærens delectationem. Talem patientiam non debemus habere, sed fortiter resistere diabolo in suggestionibus malis & in principio tentationum, scilicet contumelias & opprobria gratanter & hilariter propter Christum, & exemplo sui sustinere, orare pro malefactoribus nostris, vt tandem impassibilitate animę qua anima Christi cum corpore in resurrectione sua vestita est, in generali resurrectione indui mereamur.

Feria II. Paschæ. *Sermo I.*

TV *solus peregrinus es in Ierusalem.* Luc. vlt. Quãuis Christus in propria venerit, & Dominus omnium fuerit, tamen in mundo voluit conuersari sicut peregrinus. Vnde nullam domum habuit in hoc mundo. Si aliquis nasceretur in peregrinatione, oporteret quod in aliena domo nutriretur, & postquam creuisset, oporteret quod in aliena domo conuersaretur, & si moreretur, oporteret quod in alieno monumento sepeliretur. Isto modo Christus fuit peregrinus. Nam in aliena domo fuit natus, in aliena domo cõuersatus, & in alieno sepulchro sepultus. Ideo verũ fuit peregrinus. Nã ipse dicit, Luc. 9. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ac si diceret, Ego non habui in vita nidum, id est domum sicut volucres vbi possem habitare, ego in natiuitate mea non habui ceruical, vbi aurem meã potuissem reclinare, in morte etiam foueam non habui, sed in alieno sepulchro sepulchro sepultus fui. Vt tamen melius videamus quomodo Christus fuit peregrinus, dicendum quod peregrinus fuit:

Quantum ad habitum quem assumpsit,
Quantum ad vias quas fecit,
Quantum ad hospitia quæ intrauit,
Quantum ad pericula quæ sustinuit,
Quantum ad signa quæ reportauit.

Primò igitur dicitur peregrinus, quantũ ad habitum quẽ assumpsit. Christus enim habuit sclauiã scartellam, baculũ & pileum. Per sclauiã significatur eius caro, quam virgo beata in vtero sibi ministrauit, Dicit enim S. Thomas in 3. parte. quæst. 33. artic. 4. ad quintum. & 3. scrip. dist. 3. quæst. 2. artic. 1. quod beata virgo se habuit actiuè in præparatione materiæ, sed non in conceptione Christi, quia vt idẽ dicit in textu vbi suprà, & 3. dist. 4. quod cõceptio Christi attribuitur spiritui sancto efficienter, licet sit à tota trinitate & à singulis personis. Ista sclauia primò fuit albissima, id est purissimis guttis sanguinis beatę virginis facta sine omni peccato. Vnde Christ⁹ dicit de se & de alijs qui habent sclauias, id est corpora sua pura. Apo. 3. Ambulabit mecũ in albis, quia digni sunt, &c. Deinde ista sclauia facta est to-

est tota rubea in cruce, quia tota ipsa fuit aspersa sanguine. Vnde admirãres angeli dixerũt. Esa. 63. Quare rubrum est indumentũ tuũ, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? Respõdit, Torcular calcaui solus, &c. Vltimo facta est ista sclauia tota nigra, quando remansit in cruce mortua & liuoribus plena, Apoc. 6. Sol, id est Christus factus est niger tanquã saccꝰ cilicinus. Per scartellã intelligitur eius anima. Peregrini enim in scartella solẽt portare argentũ: anima autem Christi plena fuit argẽto triplici argento, scilicet gloriæ, gratiæ, & sapientiæ. Ioan. 1. Vidimus gloriã eius, ecce primum argentũ, plenũ gratię, ecce secundũ, & veritatis, ecce tertium. Christus enim in primo instanti suæ cõceptionis habuit plenitudinẽ gratiæ, vt dicit S. Tho. 3 par. q. 7. art. 3. & 4. & 3. scrip. dist. 13. & 14. Nam homines erãt à cælesti regno exclusi, ideo apportauit Christus argentũ gloriæ & gratię, per quod eos patri reconciliaret. Erant cęci & tenebris inuoluti, nescientes viam inuenire quæ ducit ad vitam, ideo apportauit argentum sapientiæ, per quod viam cælestis patriæ demõstraret. Tertiò assumpsit pileum siue capellum, id est coronã spineã. Solent enim peregrini portare capellum cõtra æstum, ventum, & pluuiã. Sic consideratio coronæ spineæ debet nobis esse in vmbraculũ diei, ab æstu carnalis voluptatis, vt refrigeremur: quia sicut dicit Augustinus. Non decet sub spineo capite membrum fieri delicatum. Debet esse in defensionem à pluuia tribulationum, vt alleuiemur, quia sicut Greg. dicit: Si passio Christi ad memoriam reducitur, nil est omnino quod non ęquo animo toleretur. Debet esse in absconsionem à vento tentationũ, vt propulsentur. Hęc significãtur Num. 21. vbi dicitur, quod ad visionem serpentis ænei in patibulo suspẽsi, sanabantur illi qui à serpẽtibus percutiebantur. De his tribus dicitur Esa. 4. Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia. Per baculum intelligitur crux. Peregrini enim vtũtur baculo ad sustentationem, & ad transeundum flumen, & ad malarum bestiarum percussionem. Sic Christus suæ crucis baculo homines tribulatos sustentauit, ne fatigarentur. Heb. 12. Recogitate eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes. Ipse etiam Christus per baculum suæ crucis flumen istius mundi transiuit, & ad patriam venit. Genes. 32. in baculo meo transiui Iordanem istum. Luc. vlti. Oportebat Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Tertiò per baculum crucis diabolũ percussit. Esa. 30. A voce Domini pauebit Assur virga percussus, id est diabolus. timẽt enim dæmones nimis baculũ crucis. Vnde vbicunque dæmones baculum crucis vident, territi fugiunt, timentes baculum quo plagam acceperunt. Secundò dicitur peregrinus propter vias quas fecit. Solent peregrini diligere vias planas

& mundas, & odisse ascensus & descensus. Iste autem peregrinus nihil habuit, scilicet de plano, sed tota via fuit ascēsus & descensus. Primò enim fecit magnum descensum & saltū, quādo scilicet venit de cælo in hunc mundum. Io. 16. Exiui à patre, & veni in mundum. Deinde fecit magnum ascensum, quando de mundo ascendit ad patibulum crucis. Io. 3. Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis. Etiā fecit magnum descensum, quando à cruce descendit in tumulum & in limbum. Et inde fecit magnum ascensum, quādo scilicet de limbo rediēs & de sepulchro, & resurgens ascendit in cælum. Ephe. 4. Qui descendit ipse est, & qui ascendit super omnes cælos. Notate, vita præsens est quædam via, in qua nullus ferre vult aliquā difficultatē in ascendendo ad aliqua sublimia, nec in descēdendo & in sustinendo aliqua aduersa, sed tātum ire vult per planum, id est habere omnia prospera & delectabilia. Sed quicunque vadit post Christum, nō errat, cùm ipse sit via, veritas, & vita. Io. 14. Quatuor sunt, quæ nō permittunt aliquē errare in via, scilicet ferramentorū impressio. Vnde cōmuniter dicitur. Tene viam ferratā, si vis habere bonā viam. Secundum est crucum erectio, quando cruces in via recta eriguntur. Tertium est ramorū & plantarū reflectio. Quartum est lapidum cōgregatio. Et ista quatuor signa voluit habere Christus. Habuit ferramēta, id est vulnera in corpore suo ferramētis impressa. Habuit crucem quā super humeros suos portauit, super quam ascendit. Habuit reflectionem plātarum, id est coronā spineā. Habuit cōgregationem lapidū, quia ipsum Iudæi pluries lapidare voluerunt. Io. 8. & 10. Qui ergo nō vult errare, sequatur ista quatuor signa, quę Christus in via posuit ne erremus. Et hoc fuit necessārium, quia viæ eius nō fuerunt planę sed asperæ. Qui ergo nō vult sustinere aliqua aspera, sed omnia vult habere prospera, cōstat quòd multum errat à via. Tertiò dicitur Christus peregrinus propter hospitia quæ intrauit. Solent peregrini ter in die intrare hospitium, scilicet in tertia ad prandium, vel ad prandendum. In meridie ad bibendum, & quiescendum. In sero ad cœnandum & dormiendū. Sic iste peregrinus habuit tria hospitia. Primum fuit vterus virginis, & istud intrauit in tertia, id est in Martio, qui est tertius mensis à Ianuario, vel in tertia, id est tertio tempore, scilicet gratiæ. Præcesserat enim duplex tēpus, scilicet naturæ & legis scriptæ. In tertio tēpore, id est gratiæ. In isto hospitio Christus prandium fecit, habens carnē virgineam pro cibo & sanguinē pro potu, & istum potū & cibum etiā dat nobis. Io. 6. Caro mea verè est cibus, &c. Secundum hospitium ingressus est in meridie, ibi bibit quādo dixit, sitio. Sed tamen quia Iudęi obtulerunt ei acetū. cùm gustasset, noluit bibere, vt patet Matt. 27. Ibi etiā requieuit, & inclinato capite tradidit spiritū.

Luc.

Luc. 23. Ideo dicit sponsa Cātico. 1. Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie. Tertium hospitium fuit sepulchrū vbi dormiuit. Psal. 3. Ego dormiui, & soporatus sum. Secundo anima Christi in triduo mortis in limbo fuit, vbi Christus etiā cœnā fecit omnibus sanctis. Hester. 1. Assuerus tertio anno imperij sui, id est tēpore gratiæ, fecit grāde cōuiuiū cunctis hominibus, id est patriarchis & prophetis, & apostolis & pueris suis, id est virginitatem seruātibus, & puritatem, fortissimis Persarū, id est martyrib⁹, & Medorum inclytis, id est cōfessoribus, & præfectis prouinciarum, id est angelis. Quartò Christus dicitur peregrinus quantū ad pericula. Sunt enim peregrini in multis periculis, quādoq; à socijs, qui eos perdunt, quādoq; ab hospitibus qui eos occidūt, quādoq; à latronibus, qui eos spoliant. Sic Christus a suo socio, scilicet Iuda, fuit traditus. Mat. 26. Amen dico vobis q⁹ vnus vestrū me traditurus est. A Iudeis, inter quos fuit hospitatus, fuit vulneratus & occisus. Zach. 13. Quid sunt plagæ istę in medio manuū tuarū? Et dicet, His plagatus sum in domo corū qui diligebāt me. A militibus, à quib⁹ fuit vestibus spoliatus. Io. 19. Milites eū crucifixissēt eū, acceperūt vestimēta sua, & fecerūt quatuor partes, vnicuiq; militi partem. Psal. Diuiserunt sibi vestimenta mea. Quintò dicitur peregrin⁹, ppter signa quę reportauit. Solēt peregrini in sclauia sua reportare quędā signa, ad ostendendū quod suā peregrinationē perfecerūt, & vt homines citius moueātur ad benefaciendū eis, vt securius per viā incedāt. Sic Christus ad patriā rediēs, quas habuit in cruce cicatrices retinuit, triplici ratione. Primò propter ostēsionē paternę obediētiæ. Pater enim sibi cōmisit, vt genus humanū sua passione redimeret. Vt igitur ostēderet patri, quod op⁹ sibi iniunctū cōsummauit, cicatrices retinuit. Ioan. 17. Opus cōsummaui, quod dedisti mihi vt facerē. Secundò propter prouocationem paternę misericordię, vt his ostēsis patri, eū ad misericordiā prouocaret, vt nobis benefaciat, & nobis misericordiā suā impartiatur. 1. Ioan. 2. Aduocatū habemus apud patrē Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Tertiò in signum securitatis nobis acquisitæ, ne scilicet hostes de cetero in via timeamus, sicut hostes timent & fugiunt, quando vidēt crucis signaculum. Esa. 13. Super montem caliginosum, id est diabolum, leuate signum, &c. Alias rationes vide in 3. parte sancti Tho. quæst. 54. artic. vlti. &c.

Curseruarit sibi Christus vulnerum cicatrices.

Feria II. Paschæ. Sermo II.

MAne nobiscum Domine, quoniam aduesperascit. Luc. 24. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno, in quo agitur de quadam notabili apparitione Christi manifestantis suam gloriosam resurrectionem, quomodo apparuit duobus discipulis suis euntibus per viam in Emaus. Ista apparitio continet magna secreta, & speculationes, ad illu-

illuminationem intellectus nostri. Sed saluetur priùs virgo Maria, &c. Verbum propositum est quædã breuis oratio, sed deuota, quam frequenter sancta mater ecclesia isto tempore resurrectionis dicit, Mane nobiscum Domine. Pro pleniori declaratione, & materiæ introductione sciẽdum, quòd tam in veteri quàm in nouo testamento Christus dicitur sol. Ratio, quia sicut sol naturalis per suã pœnitentiam illuminando & calefaciendo causſat diem in mundo, & per suam absentiam obtenebrando & infrigidando relinquit noctem. Sic Christus quãdiu est præsens creaturæ per gratiã, causſat in ea diem gratiæ, illuminãdo cõtra errores, dubitationes, falsas apparitiones, & calefaciẽdo in die amoris, cõfortat ad vitãdum vitia & delectationes carnales, &c. & facit fructificare in operibus misericordiæ, pœnitentiæ & iustitiæ, & sic de alijs bonis operibus. Et sicut sol naturalis ablentatur & occidit per interpositionem terræ inter ipsum & nos: Sic Christus sol iustitiæ, quãdo homo inter Christum & se interponit terrã, scilicet terrenas affectiones honorum, diuitiarum, officiorum, dignitatum, & huiusmodi, Christus absentatur, & relinquit noctẽ tenebrosam culpæ, & homo ambulat cespitando de peccato in peccatũ. Ecce ratio quare dicitur sol. Auctoritas, Orietur vobis timẽtibus nomẽ meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Malach. 4. Nota, vobis timentibus nomẽ meũ, quia nõ timẽtibus Deum licet eis oriatur sol naturæ, nõ tamen eis oritur sol gratiæ. Itẽ & sanitas in pennis eius, gratia & gloria sunt duæ alæ eius. Gratia enim confert sanitatem cõtra infirmitates culparũ mortaliũ, & vulnera peccatorum. Gloria est ala, quę cõfert sanitatem miserijs temporalibus. Item in nouo testamento dicitur sol. Nam ecclesia dicit virgini Mariæ, Ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, &c. Itẽ sol in quadragesima erat super nos, quia eram⁹ in pœnitẽtia, & ieiunijs & orationibus & vigilijs, &c. Sed modò video quod vadit ad occidẽtem, quia iã multi redeunt ad vanitates ornamentorũ, &c. dimittendo bonam vitam. Multi credunt, quod non debent tenere bonam vitam, nec facere pœnitentiam nisi in quadragesima. Quia ergo in cordibus multorum ipse dies gratiæ per excessus vitę iam incipit in vesperum culpæ declinare. Ideo ecclesia petit in themate. Mane nobiscũ Domine, &c. Modò videndi sunt modi, quib⁹ retinetur Christ⁹. Et noui in euãgelio hodierno tres modos quibus Christus manebit nobiscum, ne cadamus in noctem culpæ scilicet,

Loquendo verba spiritualia,
Audiendo documenta cælestia,
Faciendo misericordiæ opera.

Dicit thema, Mane nobiscum Domine, &c. Dico primo, q⁹ Christ⁹ mane nobiscũ loquendo verba spiritualia. Ratio naturalis, quia omne simile naturaliter attrahitur & retinetur à suo simili, vt patet de magnete, qui trahit & retinet ferrum, nõ ex aliquibus qualitatibus caliditatis vel siccitatis, sed ex similitudine & conuenientia quã habet à tota specie, vt dicunt Philosophi. Idem de Agetesteyn attrahẽ ti paleam ex similitudine naturali quã habet à tota specie. Idem de animalibus si sint hic diuersa mixtim cõgregata, statim ad vnã partem separabũt se boues, ad aliam equi, ad aliam asini, & ad aliã oues, & sic de qualibet specie. Idem de omnibus, qui sibi similibus cõiunguntur, vanus cum vanis, pauper cum pauperibus, diues cum diuitibus, bonus cum bonis. In hoc cõcordat scriptura. Omne animal diligit sibi simile, sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad simile sibi cõiungetur, & omnis homo simili sibi sociabitur. Eccle siast. 13. Patet ergo quod similitudo est ratio attractionis seu cõiunctionis. Modò videamus quã similitudinẽ habet Christus cũ verbis spiritualibus. Dico quod magnã, quia ipse est verbum nõ corporale nec trãsitoriũ, sed spirituale & æternum. De quo Dauid, Verbo Domini cæli firmati sunt. & Apoc. 19. Vocabatur verbum Dei, scilicet ante incarnationẽ. Si ergo simile attrahitur à suo simili, cùm Christus sit verbũ spirituale, rationabiliter trahitur & retinetur à loquentibus verba spiritualia. Auctoritas. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum ego in medio eorũ. Matt. 18. Istud ostenditur in principio euãgelij vsque, Oculi autẽ eorum tenebãtur ne eũ cognoscerent. Vnus istorũ discipulorũ vocabatur Cleophas. Alius, vt dicitur à quibusdã, erat Lucas. Sed Hieronymus dicit, quod Lucas nunquã fuit discipulus Iesu, sed Apostolorum, præsertim beati Pauli. Et exeuntibus de Ierusalem, inceperunt loqui verba spiritualia de Christo & eius passione, & statim Christus fuit cum eis. Si dicatur, & vnde venerat Christus? nõ legitur clarè vbi stabat illo tempore, nõ in cælo, inquantũ homo. Sed dicunt doctores aliqui, quod stabat in paradiso terrestri cum sanctis patribus. Ratio quæ fundatur in philosophia est, quia locus & locatũ debent proportionari, vt dicatur in 4. Physicorum. Cùm ergo post resurrectionem Christus habuisset corpus gloriosum, immortale, & impassibile, & incorruptibile, decebat eum habere locum conuenientem. De hoc Dauid in Psalm. Domine probasti me, in persona Christi dicit, si pro quia, Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Psal. 138. Pennæ sunt corpus gloriosum, & anima sanctissima. Sanctus Thom. dicit in 3. parte. q. 55. art 3. in solutione secundi argumenti. quod incognitum est in quibus locis tempore intermedio, scilicet inter resurrectionem & ascensionem corporaliter esset Christus, cùm hoc scriptura non tradat, & in omni loco sit dominatio eius. Cùm ergo illi duo discipuli irent de Ierusalem ad castellum Emaus, quod erat in spatio stadiorum. 60. ab Ierusalem. Sicut nos computamus

De loco in quo Christ⁹ in corpore iam glorioso quatenus homo erat.

Distantia stadij.

putamus viã per leucas, Italici cõputant per milliaria, Græci autẽ cõputant per stadia. Stadium dicitur quantũ currebat Hercules gigas vno anhelitu, & 15. stadia faciunt leucã. Ita quod. 60. stadia sunt quatuor paruæ leucæ, & sic incedebãt tristes, loquentes de passione Christi magistri eorum, & statim quando fuerunt extra murale Ierusalẽ, soli ambulantes loquebãtur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Ecce materia de qua loquebantur. Ego si vobis dico aliquid de his quæ loquebantur, non possum errare, quia si de omnib⁹ loquebantur, ergo & de aliquibus, arguendo ab vniuersali ad particulare. Et factum est dum fabularentur. Fabulari est loqui cum dubitatione, cùm homo nõ firmat cor suum in aliquo. Et secum quærerent, ergo ibãt. Dicatur practica. Quando ipsi fuerunt extra murale ciuitatis Ierusalem, dixit vnus alteri, Socie quid tibi videtur de isto nostro magistro Iesu. Respõdit alius, Nescio quid dicam. Credebam ipsum esse filiũ Dei, propter miracula quę faciebat, sed modò non credo, quia ita crudeliter mortuus est, nunquid si filius Dei esset, pater iuuisset filium positum in tali pressura? Respondit alter, Nec ego credo ipsum esse Dei filium. Et ipse Iesus appropinquans, ibat cũ illis. Dixit alius, Si non esset filius Dei, quomodo potuisset Lazarũ suscitasse? nunquid ibi fuisti, & vidisti quando suscitauit Lazarum quatriduanum? ita etiã & ego fui & vidi. Itẽ de illo cæco à natiuitate, cui dedit visum. Et sic loquendo, & fabulando ibant, & flendo. Post modicũ dicebat alter. O socie, quanquã Elias & Eliseus suscitauerunt mortuos? tamen nõ ex hoc credũtur filij Dei fuisse, nec ipsi dicebãt se esse filios Dei. Christus autem retrò sequebatur eos, audiendo verba eorum, sed ipsi calefacti de verbis non curabant de eo, quia nec ipsum cognoscebãt. Dicebat alter, Verum est quod multi prophetarum fecerunt miracula multa, sed quomodo? non per se nec virtute propria, sed aliena. Sed Iesus virtute propria faciebat imperando, alij autem faciebant orando. Dixit alter, Verum dicis, pro certo ista ratio est bona. Et post modicum dixit alius socias. Nescis tu socie, quod in nocte passionis suæ orauit ne moreretur? si fuisset filius Dei, nunquid pater audiuisset eum? Respõdit alter, Verum dicis, tamen si noluisset mori, bene potuisset fugere, vel latere, sicut quãdo Iudæi voluerunt ipsum lapidare, sed ipsemet venit ad passionẽ voluntariè & nõ violenter, immo dixit nobis. Ecce ascendimus Hierosolymã, &c. Matt. 20. Dixit alius, Modò ponamus quod non sit filius Dei, tamẽ non possumus negare, quin sit Messias. Nã omnes doctores ponunt & dicunt, quod tempus Messiæ est cõpletum, & iste habuit omnia signa data & posita à prophetis de Messia, quia cæcis dedit visum, claudis gressum, &c. Respõdit alter, O socie, rex Messias debuit nos liberare à captiuitate, & iste non liberauit nos, sed mortuus est, & nos remanemus hic in captiuitate sub imperio Roma-

Romano, &c. Dixit alter socio, Ecce quid ego cogito, Nunquã iste prædicauit de dominio istius mũdi, nec de bonis tẽporalibus. Ideo quoniã Prophetę dicunt, quòd Messias debuit nos liberare & redimere à captiuitate, non intelligitur de ista captiuitate Imperatoris Romanorũ, sed diaboli, vt credo. Dixit alius, O quàm bona ratio est ista, verum dicis. Et alter dixit, Ponamus quod nõ sit filius Dei nec Messias, tamẽ ipse fuit sanctissimus propheta & bon⁹. Tu scis quod nunquã vidimus in eo aliquem defectũ, nec Pilatus qui examinauit eum, inuenit in eo aliquam causãm, pro qua ipse esset dignus morti, immo erat plenus virtutibus, humilitate, sanctitate, castitate, patientia, abstinentia, ieiunijs, vigilijs, &c. Respõdebat alter, Si ipse fuit ita sanctus & amicus Dei, quomodo in cruce dixit, Hely Hely, id est Deus meus, Deus meus, vt quid, &c. Nunquid Deus omnipotẽs iuuat, & cõseruat suos? nunquid dicit Dauid de amicis Dei, Cum ipso sum in tribulatione, eripiã eum, &c. Si fortè sanctus fuisset, nõ reliquisset eũ. Ecce quomodo ibant, & loquebantur de omnibus, & intus ipsum amabant, & dubitabant. Dixit alter, Videtur mihi quod quando dixit, Hely Hely, &c. quod hoc dicebat de amicis, apostolis & discipulis, qui eum derelinquebãt, & de hoc dicebat patri, qui ordinauit ita fieri. Respõdit alter, Verè bene dicis, & nõ recordaris de sole obscurato, & de terra quæ tremuit, itẽ de mortuis qui surrexerunt. Item de multis qui conuersi fuerunt, vt Longinus, & alij de simplicibus, qui percutiẽtes pectora sua reuertebantur. Et Christus sequebatur eos. Ideo Greg. De se ergo loquentibus præsentiã exhibuit, sed de se dubitantibus cognitionis suæ speciem abscondit. Ex his faciam rationem, quia isti discipuli non habebant fidem, & si hominibus non credentibus per solam loquelam verborum spiritualium se iunxit Iesus, quantò magis nobis qui sumus credentes, si loquamur verba spiritualia? Considerandum est autem hic, quare Christus istis duobus discipulis eũntibus in villam nomine Emaus, apparuit in aliena effigie, sicut dicitur Mar. vlti. Ad illam quæstionem respondet S. Tho. 3. parte. q. 55. artic. 4. quod resurrectio Christi manifestanda fuit hominibus per modum quo eis diuina reuelãtur. Innotescunt autẽ diuina hominibus, secundũ q̃ diuersimodè sunt affecti. Nam illi qui habent mentem bene dispositã secundum veritatem, diuina percipiunt. Illi autẽ qui habent mentem nõ bene dispositã, diuina percipiũt cum quadã cõfusione dubietatis vel erroris. Animalis enim homo nõ percipit ea quę sunt spiritus Dei, vt dicitur, 1. Cor. 2. Et ideo Christ⁹ quibusdã ad credẽdũ dispositis per resurrectionẽ apparuit in sua effigie. Illis autẽ in alia effigie apparuit, qui iã videbãtur circa fidẽ tepescere. Vnde dicebãt, Nos sperabamus quia esset redẽpturus Israel. Vnde Greg. dicit in homilia, q̃ talẽ se exhibuit eis in corpore, qualis apud illos erat in mẽte. Quia enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim adhuc in cordibus eorũ peregrinus erat à fide: ita se longius finxit, ac si esset peregrin⁹. Nec illa fictio fuit mendaciũ, quia secũdum Aug. in lib. 3. euãgel. Nõ omne quod fingimus, mendaciũ est, sed quando illud fingimus quod nihil significat. Cùm autem fictio nostra refertur in aliquã significationem, nõ est mẽdacium, sed aliqua figura veritatis. Alioquin omnia quæ à sapientib⁹, & etiã ab ipso Domino figurate dicta sunt, mendacia reputabuntur, quia secundũ vsitatum intellectum nõ consistit veritas in talibus dictis. Sicut autẽ dicta illa etiã singuntur facta sine mendacio ad aliquam rem significandam, & ita factum est hic. Clarum est ergo quod dixi ex vobis spiritualibus attrahitur & retinetur Christus. Iuxta quod dicit thema, Mane nobiscum Domine, &c. ne scilicet cadamus in noctẽ peccati. Habemus hic exẽplum morale, vt loquamur verba spiritualia, nõ carnalia, nec mũdana, nec mẽdacia. Turpius est mendaciũ in ore quã stercus, quia peruertit officiũ linguæ. Ideo cauete à falsis iuramẽtis, à diffamationibus, à blasphemijs. Propter hoc Apostolus dicebat, Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cũ proximo suo. Et omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat, &c. ad Ephes. 4. Dico secundò, quod est alius modus attrahendi & retinendi Christum per gratiã, scilicet audiedo verba cælestia, sicut modo me prædicante, vobis audientibus, nunc Iesus est in medio nostrum. Ideo dicũt naturales Philosophi, quod sicut similitudo est causa societatis & dilectionis, ita & vacuũ. Secundum enim Philosophos, vt impleretur vacuũ si esset, citius descẽderet cælum, quam vt permaneret vacuum in aẽre. Si enim vas plenum à parte inferiori euacuetur, subitò per foramen superius attrahit ventum, aliàs non euacuaretur. Sic quando cor hominis audientis doctrinas cælestes euacuatur, à cogitationibus mundanis, trahit ad se pœnitentiã Dei. Act. 10. Adhuc loquente Petro verba hæc, Cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebãt verbum. Nota cõsequenter secundi partem euãgelij. Et ait Dominus ad illos, Qui sunt hi sermones quos, &c. vsque, in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Nota, nos autẽ sperabamus. Glosa iam nõ speramus. Ad quos dicit Christus, Et vos fuistis discipuli sui? Dixerant, Immo. Et audistis eius sermones? Ita. Et dixit, O stulti & tardi corde ad credẽdũ. Stultitia sumitur hic pro excitate secundum literam. In omnibus quæ locuti sunt Prophetæ. O dixerunt illi, Et tu scis quid dicũt Prophetæ? Ita, audite. Textus. Qui incipiens à Moyse & omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Ergo si dico vobis de aliquibus nõ potero errare. Alia practica. Dixit eis Christus, Non scitis, quod à principio quando creauit Deus mundum, in medio Paradisi constituit arborem vitæ, quæ habebat talem virtutem, quod qui comederet de illo fructu, nullam haberet senectutem, & euaderet

Nõ omnis fictio est mendacium.

Nõ admittit natura vacuũ.

Stultitia interdum pro excitate cordis in sacris literis accipitur.

deret mortem. Vnde hoc? Nunquid sine arbore potuit Deus præseruare gentes in vita corporali? Responderunt illi, Nescimus, credimus quod sic. Et Christus, Immo potuit, sed illa arbor fuit figura Iesu Christi, qui in medio mundi operatus est humani generis salutẽ. De quo Dauid, Deus autẽ rex noster ante sæcula operatus est salutẽ in medio terræ. Psal. 73. Mediũ terræ est ibi, vbi crux magistri vestri fuit posita. Ibi enim est centrum terræ siue mundi. Ecce ibi arbor vitæ, qui comedit de illo fructu cũ duabus mandibulis, scilicet credendo & obediendo, non morietur æternaliter. Dixerũt illi, Nunquã audiuimus tale secretũ. & dixerunt, Dicatis nobis plus. Et dixit, Postquam Deus formauit Adam, & voluit formare mulierẽ, quomodo fecit? Responderunt, Misit soporem in Adam, cumque obdormisset, tulit vnã de costis eius, &c. Gene. 2. Et Christus, Nunquid Deus aliter poterat formare mulierem? immo, sed figura fuit, quod sic de latere Christi dormiẽtis per mortẽ debuit formari ecclesia sponsa sua per sanguinem redemptionis, & aquam regenerationis. Item quando Deus tempore Noë voluit destruere mũdum per aquę diluuium ex abundantia peccatorũ, nónne mandauit fieri arcam, in qua saluaretur semen, scilicet Noë, & alij? Nunquid poterat aliter eos saluare? immo, sed hoc fuit figura. Figurabat enim diluuiũ peccatorũ, quod submergit animantia, scilicet homines animales & mũdanos, & volucres, scilicet multos contẽplatiuos, & nõ habent remediũ saluationis nisi per arcam crucis, cuius porta aperta est in latere Christi. De quo illi admirantes dicebant, Verũ dicit pro certo. Ille scit plus quã magister noster, & similia verba. Itẽ cũ Abraham non haberet nisi vnum filiũ de Sara. s. Isaac, & Deus præcepit sibi vt sacrificaret filium sibi. Gene. 22. Quare Deus præcepit hoc maximè, quia non fuit factum sacrificium de eo, sed de ariete, nisi quia fuit figura passionis Christi, in qua diuinitas figurata per Isaac nõ fuit passa, sed humanitas figurata per arietẽ? Item de patriarcha Iacob quando debuit mori, & Ioseph collocauit coram patre suo Iacob duos filios vt benediceret eos, & Iacob cancellatis manibus in modũ crucis benedixit eis, scilicet Manassem & Effraim. Et illa benedictio figurabat Christi passionem. Duo filij Ioseph figurabant duos populos, Manasses maior filius, quod idẽ est quod oblatio, significabat populũ Iudaicũ qui propter scelera & peccata sua non meretur benedici cum dextera, immo benedictio translata est in Christianos. Effraim verò filius iunior, quod idẽ est quod augmẽtum, significabat populum Christianum. Christianitas enim creuit, & amplius crescet in fine mundi. Item filij Israël quod remedium habuerunt in deserto contra serpẽtes? Nume. 21. erectum fuit lignũ cum serpente æneo in modum crucis, & figura fuit crucis, quæ est remedium contra serpentes infernj. Postquam declarauit eis figu-

Præclara figura in Manasse & Effraim.

ras, dixit eis quomodo Christi passio fuit à prophetis ꝓphetizata. Dauid fecit de ea totum illum ꝑalmum, Deus Deus meus respice in me. In quo cõprehendit fere totam eius passionem. Item Esa. 53. Vere languores nostros ipse tulit, &c. Item Dan. 9. Post hebdomadas 72. occidetur Christus. Et sic interpretabatur illis scripturas. O dicere potuerũt illi, Magister noster nõ prædicabat nobis ista, imò, sed erat culpa eorum, quia non intelligebant. Patet ergo quomodo audiẽdo doctrinas attrahitur & retinetur Christus. Moraliter. Ergo audiendi sunt sermones, missæ, & verba Dei. Propter hoc dicit Hie. Tu in nobis es Domine, & nomen sanctum tuũ inuocatum est super nos, &c. Hiere. 14. Aures enim sunt portæ per quas intrat Christus, quando homo audit doctrinas cælestes. Ideo magnum malum faciunt sibi illi, qui nolũt audire sermones. Ideo Apost. dicit, Fides est ex auditu, auditus autẽ per verbum Christi. ad Ro. 10. Nota per verbum Christi, nõ dicit Ouidij, nec Philosophorũ, nec poëtarum. Et ideo maius malũ ꝙ fecit Machometus, fuit præcipiendo suis ꝙ nõ audirent prædicationes Christianorũ, per hoc claudens eis portã saluationis, quæ est audit⁹ verbi Dei, quia si audissent, indubiè oẽs penè essent Christiani. Vnde nullus est, qui iugiter audiat verbum Dei, quin cõuertatur, si benè prædicetur. Dico tertiò, ꝙ est ali⁹ modus attrahendi & retinendi Christum ne recedat à nobis, s. faciẽdo opera misericordiæ. Nam secundũ Philosophos tria attrahunt. Primum est similitudo. Secundum est vacuum, vt dixi. Tertium est calidum, quod etiam habet virtutẽ attractiuã, sicut patet in lampade, vbi oleũ trahitur ab igne, sic calor charitatis & misericordiæ trahit præsentiam Dei. Auctoritas. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. 1. Io. 4. Et hãc tertiã rationẽ ostẽdit in euãgel. fine. Et appropinquauerũt castello, vsque ad finem. Et nota ꝙ ipsi ibant ad castellum, & ipse Dominus finxit se longius ire, quia nõ venit solũ ad saluandum illos, sed etiam alios multos. Et coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum Domine, quoniam aduesperascit. Potuit cogitare, Ita cogitis me, bene placet mihi, & intrauit cum illis. Potest autem imaginari quod ipsi voluerunt soluere cœnam, & facere sibi misericordiam & eleemosynam, etsi in alieno erant hospitio, & sic retinuerunt eum. Patet ergo quod eleemosynis Deus retinetur à creatura. Quando autem fuerunt in hospitio, ꝓbabile est, quod rogauerunt hospitem vt pararet bonam cœnam, benè poterat admirari hospes, quod homines pauperes vellent tantũ expendere. Qui dixerunt quod ille peregrinus licèt sic incederet, erat literatissim⁹, quia plus ostendit nobis in ista via in vno sermone, quàm magister noster in tot sermonibus. Ideo volumus eum inuitare ad cœnam. Ideo paretis nobis bonam cœnam. Et illa quasi iam parata, dederũt aquam ad manus, honorando valde peregrinum. Et Christus incepit benedictionem mensæ iuxta suam consuetudinẽ di. Oculi omnium in te sperant Domine, &c. Et illi admirantes quõ sciebat ipse benedictionem eorũ & magistri, respiciebant eũ, nec cognoscebãt. Et cùm fuissent in mensa, Christus fregit panem ac si cultello esset diuisus, & in hac fractione panis cognouerunt eũ, & subito disparuit. Albertus tamẽ dicit super Lucã, ꝙ Cleophas in propria domo parauit sibi cœnã, & eadem hora reuersi sunt in Ierusalem. Moraliter. Ergo faciatis eleemosynam pauperibus, frangatis eis panẽ, recipiatis pro vobis necessitatem, & nõ superfluitate, de alijs autẽ subueniatis pauperibus, verecundis, viduis, pupillis, hospitalibus, & sic retinebitis Christum per gratiam. Idẽ dicebat Christus. Mat. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur, &c.

Feria tertia Paschæ. *Sermo* 1.

APeruit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Lu. 24. Sciendũ quod inter oẽs difficultates & veritates fidei Christianæ articulus resurrectionis fuit maioris difficultatis ad credendũ nõ solùm infidelibus, paganis, & Philosophis, sed etiam Apostolis, & discipulis Christi. De philosophis legitur Act. 17. quòd cũ Apostolus Paulus prædicaret Athenis articulos fidei, Philosophi ipsum libenter audierunt, quousq; fuit peruentũ ad articulũ resurrectionis, quia tũc ipsum deridẽdo dixerunt, quid vult seminator verborũ hic dicere? Alij dixerũt, Nouorum dæmoniorum videtur annũtiator esse, quia Iesum & resurrectionẽ annuntiabat eis. Ratio, quia Philosophi habebãt ꝙ regula & ꝙ principio, qs à pura priuatione nõ est ꝓcessus ad habitũ, sicut à cæcitate ad visum, vel à surditate ad auditum. Cũ ergo mors sit priuatio omniũ sensuum, &c. Ideo articulus resurrectionis fuit maximè difficultatis ad credendũ. De hoc ꝓphetia, Aspicite in gẽtibus, & videte, & admiramini, & obstupescite, quia op⁹ factũ est in dieb⁹ vestris, ꝙ nemo credet cũ narrabitur. Abac. 1. Et loquitur de ope passionis & resurrectiõis. Itẽ Esa. 53. Quis credidit auditui nostro, & brachiũ dñi, &c. s. regẽ Messiã, quia sicut miles brachio defendit se, ita De⁹ ꝙ regẽ Christũ defendit nos à diabolo. Patet ergo difficultas crudelitatis hui⁹ art. Propter hoc Christ⁹ multipliciter ostẽdere voluit, & manifestare Apostolis suã gloriosã resurrectionẽ:

Primo per auditum,
Secunda per tactum,
Tertio per visum,
Quarto per gustum,
Quinto per odoratum, *Sexto per intellectum.*

σπείρων λόγον. *Qui verba nouos spargit.*

De sexto dicit thema, Aperuit eis sensum vt intelligerẽt scripturas. Dico primò ꝙ Christ⁹ ostẽdit suã resurrectionẽ ꝙ sensum auditus, ibi, Stetit Iesus in medio discipulorũ suorũ, & dixit eis, Pax vo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis, ego sum, nolite timere. Discipuli omnes erant congregati, qui loquebantur inter se, nec credebant Christi resurrectionem, quam audierant à tribus Marijs. Et Christus intrauit ianuis clausis dicens, Pax vobis, Ego sum, nolite timere. Dico quod hic per auditū Christus ostendit discipulis suis veram suam resurrectionem, quia dubitabāt ne fortè esset spiritus malignus, quia sic intrauerat ianuis clausis. Ideo Christus ipsos certificando locutus est discipulis, dicens, Pax vobis. Ego sum, &c. quasi dicat spiritus malignus non affert pacem, sed guerram, diuisiones, inimicitias, & fugit pacē. Ideo quando Christus misit Apostolos ad prædicandum, dixit eis, In quancunque domum intraueritis, primùm dicite, Pax huic domui. Luc. 10. dixit eis, Pax vobis, &c. Quæ quidem verba veniebāt ad aures Apostolorum cū infinita dulcedine mellis, ostēdendo auditui Apostolorum quod nō erat spiritus malus, sed bonus. De hoc prophetia. Cant. 5. Anima mea liquefacta est. vt dilectus locutus est. Et loquitur in persona cuiuslibet Apostoli Christi. Quæstio. Si aliquis diceret, Frater, & si verba Christi veniebant cum tanta dulcedine, quare iudæi non credebant in eum? Responsio quod quādo infirmus habet palatum inordinatū, & infectū aliquo malo humore, dulce videtur sibi amarū, secus de sanis & bene ordinatis & dispositis. Ideo sani & bene ordinati crediderunt in Christum, & nō iudęi malitiosi. Augustinus. Impius nō sentit dulcedinē Dei, &c. De hoc prophetia, Nonne verba mea bona sunt cū eo qui rectè graditur? Mich. 2. Et loquitur in persona Christi, & ideo qui sine obstinatione veniunt ad audiendū sermones, illuminātur verbo Dei, aliàs nō. Secundò ostendit suam resurrectionem per tactū. Postquam discipuli crediderunt quod non erat malus spiritus, opinati sunt aliud, scilicet quod anima esset Christi sola sine corpore. Tunc dixit eis Iesus, Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Ecce quomodo per tactum ostendit suam resurrectionē. Ipse qui videbat corda eorū & falsam opinionē, per tactū voluit eis ostēdere veritatem di. Palpate & videte, &c. Dic practicè quomodo vocauit Petrū di. Veni Petre palpa, & vide nunquid sunt hic carnes & ossa. Idē de alijs Apostolis. Ex isto tactu trahitur vna talis consideratio vel distinctio inter vetus & nouum testamentū. Quia Deus antiquitùs noluit quod arca testamenti tangeretur, immō si tangebatur ab aliquo, statim moriebatur, vt patet de Oza. 2. Reg. 6. Sed arca vitæ noui testamenti, scilicet corpus voluit tāgi, & palpari. Ecce qualis differēua, sicut inter amorē & timorē, quia tūc volebat timeri, nunc autē amari. Ideo deus tunc assumpsit formam terribilem ignis, sed nūc assumpsit formā amicabilem hominis. Et sicut tunc adorabatur in forma arcæ, sic modò adoratur in hostia. Et sicut in arca erant tria, scilicet virga Aaron, tabulæ legis Moysi, & vrna

& vrna mānę. Virga significat passionem & regnum regale Dauid. Tabula vero animam Christi, qua ostenditur scientia Dei. Manna autem diuinitatem sapidam. Et modò potest tangi hostia. Et sicut tunc ex tactu arcæ moriebantur, ita modò de tactu Christi viuunt, & saluantur. Mar. 6. Quotquot tangebant eum salui fiebant. Tertiò per visum. Quid turbati estis, & cogitationes ascendūt in corda vestra? Videte manus meas, & pedes meos & latus, quia ego ipse sum. Depressa illa opinione falsa, q̄ erat sola anima Christi, receperunt aliā falsam opinionē. Cogitabant enim q̄ Christus assumpsit aliud corpus, quia corpus suū erat ita clausum & custoditū in sepulchro, quòd credebāt ipsum nō posse exire de sepulchro. Cōtra hoc Christus dixit eis, Quid turbati estis? nunquid vidistis vulnera? quia illud idē corpus quod vidistis, est. Tunc ex visu discipuli crediderūt. Ecce differentiam inter legem veterem & nouam, quia in veteri lege nō videbant eum, vt patet Exod. 33 de Moyse, qui stetit in mōte quadraginta diebus, & loquebatur cum Deo, tamen nō vidit eum, immo petijt pro gratia dicens. Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuā. Vnde dixit Deus Moysi. Non videbit me homo & viuet. Idē de arca, quę si videbatur ab aliquo, statim moriebatur. Ideo præcepit Dē Moysi, ne intrarent Leuitę ad videndū arcam, ne morerentur. Ideo legitur 1. Regum. 6. de illis qui ex visu arcæ mortui sunt. Ratio, quia illa tota lex fuit velata & cooperta, & figura. Ideo Deus nolebat videri, sed modò vult videri, quia iā sunt figuræ manifestæ & claræ. Ideo petebat Dauid dicēs, Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Reuela, scilicet figuræ, sed modò videtur & tangitur in hostia. De hoc prophetia, Parauit Dominꝰ brachiū sanctū suum in oculis omniū gentiū, & videbūt oēs fines terræ salutare Dei nostri, &c. Esa. 52. Quartò, per gustū ibi, Adhuc autē illis nō credentibus & mirātibus dixit. Habetis hic aliquid q̄ manducetur? At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauū mellis. Et cū māducasset corā eis, sumēs reliquias, dedit eis. Deposītis primis opinionibus falsis, opinati sunt quartò, q̄ Christus nō surrexit à mortuis veraciter, sed phātasticè & similitudinariè. Propter hoc Christꝰ volēs probare & ostēdere suā verā resurrectionē dixit, Habetis hic aliquid q̄ māducetur? Si dicatur hic, Quomodo corpꝰ glorioſum potest comedere? Dico q̄ corpus glorioſum perdidit nę cessitatē comedēdi, sed nō perdidit potestatē, quia nō indiget cibo, tamē si vult potest comedere. Ideo Christus comedit verè & realiter, & cibus descēdit in stomachū, sed nō fecit ibi digestionē. Quid ergo factū est de illo cibo? Dic quid fit de gutta aquæ, quę cadit circa ignē vel solē, quæ euaporatur: Idē de illo cibo. Et fuit completa ꝓphetia Sāsonis. Iudi. 14. Dic hīstoriā de leone quē occidit, &c. & quomodo ꝓposuit problema socijs dicēs, De comedēte exiuit ci

Potest glorioſus corpus edere sed cibus nō in eius substantiam cōuertitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus,& de forti egressa est dulcedo. Totum hoc fuit figura Christi, quia leo mortuus non erat comedeus,nec fortis,sed vult dicere de comedẽte.i. Christo,qui quando comedit cum Apostolis in cœna, exiuit cibus.s.vitę. De quo dicit ipse,Caro mea vere est cib°,& sanguis meus,&c.Io.6. Ecce sacramentũ altaris. Et de forti.i. Christo mortuo,quia corpus Christi mortuũ ex cõiunctione diuinitatis tantam habuit fortitudinẽ, quantã habet nunc egressa dulcedo, s.gloriosæ resurrectionis. Quintò per ꝓ olfactum. Et de hoc nihil dicit Lu.sed Io.20.dicitur,insufflauit. Quare? Resp. Vt ex illo odore suã veram resurrectionẽ ꝓbaret ꝓpter quintam opinionẽ falsam, quã multi habent. Opinantur nõnulli,ꝙ post resurrectionẽ nõ habebimus intestina. Dico ꝙ immo habebimus ventrẽ & intestina,sed nõ sicut modò, sed erunt plena optimo liquore odorifero aromatico. Ideo Christus ad ꝓbandum hoc,insufflauit in discipulos suos anhelitum odoriferum,neq; mirum. Legitur in Iob.40.de Leuiathã seu cete,de quo B.Tho.ibi ad literã dicit, quòd habet anhelitum odoriferũ & clarum,& clarificat mare, & quãdo vult comedere,emittit multum de anhelitu,ad cuius odoris fragrantiam veniunt pisces,& absorbet eos. Modò fiat ratio per locũ à minori. Si illa fera bestia habet anhelitum odoriferum & clarum,& clarificat mare,& quãdo vult comedere,emittit multũ de anhelitu, quãto magis corp° Christi glorioſum,qui est Deus,& homo? Et sic extraxit discipulos ex illa opinione,& fuit cõpleta ꝓphetia de Isaac. Ecce odor filij mei,sicut odor agri pleni,cui benedixit Deus. Gen.27. Nõ dicit odor de muscatis,vel de ciueta,vel de algalia,sed sicut odor agri pleni. No. differentiã inter agrum & hortum, quia hortus est clausus & ager nõ. Ecce differentiam inter legẽ Moysi, & legem Christi,quia lex Moysi fuit tanquã hortus clausus & strictus, quia solũ data fuit illi populo Israël. Ideo Can.5. Descendat dilectus meus in hortum suũ, nõ dicit agrũ suum,vt comedat fructũ. Descendit in incarnatione, vt colligeret fructus obedientium. Sed lex Christi euangelica est tanq̃ ager aptus,quia nõ solũ vni populo & in vna patria,sed in omnẽ terrã exiuit sonus eorum,& in oẽs gentes. Et sicut Iacob iunior prępripuit benedictionem Esau antiquioris,ita populus Christianus qui venit post populum Iudaicum,abstulit populo Iudaico benedictionẽ. Lex euangelica dicitur ager plenus. Quia in lege euangelica cõpletur lex Moysi,& cessat sicut portus cõplet & pficit nauigationẽ nauis & cessat. Itẽ sicut cõpletio domus dat cõplementum ędificationis,& sicut virilitas dat cõplementum homini,sic & lex euangelica dat cõplementum legi Moysi. Ideo dicebat Christus Iudæis. Nõ veni soluere legem sed adimplere. Mat.5. Sextò ostendit Christus suã resurrectionẽ p intellectũ. Nam dubitauerunt Apostoli,an Christus surrexit verus Deus & homo. Ideo ad illud ꝓbandũ Christus

Natura piscis Leuiathã.

Christus aperuit illis sensum,id est intellectũ,vt intelligerẽt scripturas,quia null' alius potest citò scientiã dare ignoranti & rudi, nisi solus Deus. Apostoli autẽ oẽs erant ignorantes & idiotę & sine literis,& Christus subitò ostendit eis scripturas, ꝓphetias, & figuras, quas intellexerunt melius quã prophetę. Quis potuit illuminare Salomonẽ in tanta scientia nisi Deus? Sed maiorem illuminationẽ cognouerunt Apostoli. Et sic Apostoli cognouerunt verè ꝙ Christus surrexit à mortuis,verus Deus, & verus homo. Et fuit cõpleta prophetia Dauid in persona cuiuslibet Apostoli di. Benedicã Dominum,qui tribuit mihi intellectum,insuper & vsque ad noctẽ increpauerũt me renes mei. Psal.15. Iudæi dicuntur renes, Dicũt Philosophi,ꝙ virtus generatiua hominum maximè est in renibus. Et quia Iudæi genuerunt Apostolos, ideo dicuntur Iudæi renes. Vult ergo dicere renes, id est Iudei vsque ad noctẽ,id est ad finẽ mundi. Verbo & scripto increpant,id est reprehendunt Christum,& Christianos,sanctos & sanctas Dei,sed in fine debent destrui. Zachar.5. Et conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi,& ecce volumen volans:& dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Ecce ego video,&c.

Feria IIII. Paschæ. Sermo vnicus.

MAnifestauit se iterum Iesus. Io.21. Sermo erit de sancto euangelio hodierno,quod continet vnã gratiam & mirabilem apparitionem,quam fecit Christus discipulis suis post suã resurrectionẽ. In qua cõtinẽtur multa secreta speculatiua ad illuminãdũ intellectus nostros & moralia pro bona instructione vitæ nostræ. Sed primò salutetur virgo Maria. Manifestauit se iterũ,&c. In sacro euãgelio sunt quatuor moralia circa apparitionẽ quã fecit Christus discipulis suis,scilicet,

Occasio necessitosa,
Operatio miraculosa,
Cognitio virtuosa,
Refectio gratiosa.

De omnibus istis dicit thema,Manifestauit se iterũ Iesus,&c. sistis quatuor modis. Dico primò, ꝙ de ista apparitione Christi ostenditur in euãgelio occasio necessitosa,s.ex qua necessitate hęc apparitio fuit facta. Pro quo sciendũ est, ꝙ Christ° ante suã passionẽ quãdo ibat prædicando de villa in villã,nõ solũ ipse,sed etiã ipsum sequẽtes inueniebãt prouisionẽ ꝓpter deuotionem,quã populus habebat ad doctrinã Christi & eius conuersationẽ,in tantũ quod quãdo misit Apostolos prædicare,præcepit eis ne portarent sacculum, neque perã,& bene ꝓuidebantur. Ideo dicit Christus eis in nocte passionis. Quãdo misi vos sine sacculo & pera & calciamẽtis,nunquid aliquid defuit vobis? Et dixerũt,Nihil. Lu.22. sed post Christi passionẽ maiores Iudęorũ ad se iustificandũ,dabãt intelligere popu

Universidad de Deusto
Biblioteca

lo, quod ideo crucifixerunt Christũ, quia erat magnus incantator, ideo populus amisit deuotionẽ de Christo. Propter quod eius discipuli non inueniebãt ad comedẽdum, propter hoc quilibet ipsorum redibat ad suũ officiũ mœchanicũ, vt haberent vitã, sicut Christus prædixerat eis in nocte passionis dicens. Percutiam pastorem, & dispergẽtur oues gregis. Mat. 26. Itẽ Io. 16. Ecce venit hora vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solũ relinquatis. Ideo propter necessitatem vitæ redibant ad officia sua. Petrus & alij iuerunt ad piscandum. Ecce occasio necessitosa quare venit miraculũ. De hoc dicit prima pars euangelij. Manifestauit se iterum Iesus, vsque alcẽ derunt in nauim. Illi alij duo discipuli qui nõ nominãtur, creditur fuisse Andreas & Philippꝰ. In hoc enim quod ibi nominatur Petrꝰ, innuitur quia aliꝰ erat frater eius Andreas, in hoc q; nominatur Nathanael, innuitur q; alius erat frater eius Philippus. No. practicè quomodo dixit. Vado piscari, nũquid debemus mori fame? Respõderunt alij. Venimus & nos tecũ. Et iuerunt ad mare Galileæ, quod est Tiberiadis, sic dictum ab illa ciuitate. Et per totam noctẽ piscãdo, laborando nihil prendiderunt. Ideo hodie mane erant tristes & famelici, tunc apparuit eis. Sed notãda sunt hic duo secreta. Primũ, cùm dixit Petrus. Vado piscari. Quærit beatus Greg. in homil. hodierna. Vtrum fuit licitũ & sine peccato redire ad officiũ dimissum ex sequela Christi? Hęc quæstio habet difficultatẽ ex verbo Christi. Luc. 9. dicẽtis, Nemo mittens manũ ad aratrũ, & respiciẽs retro, aptus est regno Dei. Aratrũ est pœnitentia, vel significat pœnitentiã, quia sicut aratrum frangit terrã ad fructificandum, sic pœnitentia colit terrã corporis, vt faciat fructus spirituales. Ergo nõ respicere retro potest intelligi dupliciter, scilicet redire ad officiũ, quod ĩcludit vel inducit peccatum, vel ad officiũ quod fieri potest sine peccato. Primo modo nullus debet retro respicere, scilicet redeũdo ad officiũ, q; includit vel inducit peccatũ, sed post vitã spiritualem licitum est redire ad officiũ quod nõ includit peccatũ. Verbi gratia, De religioso qui intrauit religionẽ, talis misit manũ ad aratrum ex obligatione, sed respicit retro dimittẽdo habitum, nõ est aptus regno Dei. Idẽ de presbytero quãdo recipit sacros ordines tunc mittit manum ad aratrum, ad viuendum castè, & honestè, & dicendo officium distinctè, sed respicit retro, retinendo concupiscentiã, vel dimittendo horas, vel iurat, ludit, mentitur, nõ est aptus regno Dei. Idem de vobis, qui in sacra quadragesima missistis manum ad aratrum, faciendo pœnitentiã, conterendo, confitendo, bonum propositum assumendo. Si autem modò respicitis retro dicentes. Verè nimis esset, reuertamur ad ludendum, iurandum, & ad malas voluptates, & . nõ apti estis regno Dei. Idẽ de illis qui dimiserunt officia quę ĩcludũt peccata, vt latrones, vel faciẽtes taxillos, tales nõ debent

bent redire. Ideo B. Mat. qui ante cõuersionem fuit cãbiator, quod ĩcludit peccatũ, vel prouocat ad peccatũ, iuxta illud, Qui tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea. Eccl. 13. Ideo Greg. in homi. hodierna. Sũt enim plura officia & negotia quæ vix, &c. Sed ad officia quæ non ĩcludunt, nec prouocãt peccatũ, licitũ est & bonũ redire, sicut est officiũ piscationis. Idẽ legitur de apostolo Paulo, qui erat scenofactoriæ artis. Act. 18. dicit glo. à scenos Græcè, id est chorda vel tẽda Latinè. Et quãdo ibat ad aliquẽ locũ, vbi nõ prouidebatur sibi, ipse operabatur cum aliquo magistro de officio suo certis horis diei, vt inde viueret, & in alijs horis ꝑdicabat vel disputabat. Ideo dicit ipsemet Act. 20. Argentũ & aurũ aut vestẽ nullius cõcupiui, sicut ipsi scitis, quoniã ad ea quæ mihi opus erãt & his qui mecũ sunt, ministrauerunt manus istæ. Ideo pẽrsonæ deuotæ sicut domicellæ, quæ nolũt nubere propter Deũ, debent certis horis dici operari manibus, & certis horis orare & audire missam. Isto modo tenẽt vitam B. virginis Marię. Et talis vita est benedicta tã pro hominibus, quã pro mulieribus. Etiam pro religiosis scribere, vel libros ligare, vel habeatis prouisionem. Idẽ de presbyteris, nõ oportet facere simonias, nec vendere confessiones, nec, &c. Ideo Apostolus, Rogamus vos fratres vt abũdetis magis, & operã detis, vt quieti sitis, & vt vestrum negotiũ agatis & operemini manibus vestris sicut præcepimus nobis. 1. Thess. 4. Dicunt Domini iuristæ, quod vbi apponitur præcipimus, obligat ad mortale. Ecce quare Petrus & alij redierunt ad officiũ piscationis, sed ex hoc nõ dimiserũt officiũ spirituale inceptũ. Secundum secretũ est ibi, Illa nocte nihil prendiderũt, ideo debebãt esse tristes. Nota q; nocte huius vitæ multi laborãt, tã per mare, quã per totã terrã, tã de die quã de nocte negotiãdo cũ magnis periculis, cõgregando bona tẽporalia, domos magnas ædificando, castra & villas emẽdo. Sed trãsacta nocte, s. post mortẽ multi per totã noctẽ laborãtes nihil prendiderũt nisi stercora, s. bona tẽporalia, quibus dicet Christus, Vbi sunt illa quę cõgregastis? Respõdebunt illud verbũ Lu. 5. Præceptor, scilicet qui præcipis operari, scilicet meritoriè, per totã noctem laborãtes nihil cepimus. Ideo sapiẽs ille est qui in nocte huius vitæ vt apprehẽdat pisces operatur opera meritoria, ieiunia, orationes, eleemosynas, opera misericordiæ & pœnitẽtiæ. Ideo Christus cõtulit dicẽs. Operamini nõ cibũ qui perit, scilicet in hoc mundo per mortẽ, sed qui permanet in vitã æternã. Io. 6. Secundò ostenditur in euãgelio præsenti apparitio miraculosa, ibi, Mane autẽ facto venit Iesꝰ & stetit in littore, vsq;, præ multitudine piscium. Dic practicè quomodo Apostoli erãt tristes & famelici, & nõ cognouerũt Dominũ, qui apparuit eis in littore maris, & fortè in specie mercatoris volẽtis emere pisces, dicẽs, O pueri habetis pisces? Qui respõderũt, Nõ habemꝰ pisces. Dixit eis Iesꝰ,

γραμ σκευοποιοὶ τὴν τέχνην. ἐτατατ eorũ, texeretabernacula, seu alia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Mittite in dexteram nauigij rete, &c. Potuit dicere Petrus. Et vnde vos scitis tantum de arte piscandi? Et iuxta cõsilium suum ita fecerunt, & prẽdiderũt 153. magnos pisces, &c. No. hic quomodo Christus post suã resurrectionẽ apparuit discipulis & amicis suis in trib⁹ formis, seu figuris. Primò in forma peregrini Lu. 24. Secũdò in forma hortulani. Io. 20. Tertiò in forma mercatoris, vt hodie. Nec inuenitur q̃ in alia forma apparuit, q̃ fecit Dominus ad ostendendũ vitã quam tenuit in hoc mũdo. Quoniã ipse fuit peregrinus in sua cõuersatione, fuit hortulanus in sua prædicatione, fuit mercator in sua passione. Quantum ad primũ, instar peregrini noluit habere in hoc mundo domum, nec camerã, nec cellam ꝓpriam, sed voluit ire vt peregrinus de domo in domum, ideo dicebat Mat. 8. Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, &c. Ecce vita peregrini. Secũdò fuit hortulanus in sua prædicatione. Officiũ autẽ hortulani est, malas herbas eradicare, & bonas plãtare, sicut fecit Christus, qui ligone linguæ suæ prædicauit, & cũ ligone bonæ vitæ suæ de cordibus gentium eradicauit malas herbas errorũ, peccatorum, falsarum opinionum, & plãtabat virtutes. Ideo dicebat Deus pater, Ecce dedi verba mea in ore tuo, quãtũ ad prædicationẽ. Ecce cõstitui te super gentes & regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Hier. 1. Tertiò fuit mercator in sua passione, quia in hoc mundo emit totum genus humanum pretio sanguinis sui dicens Patri, Pater, recipiatis hoc pretium pro redẽptione. Ideo 1. Pe. 1. Redẽpti estis de vana vestra cõuersatione paternæ traditionis pretioso sanguine agni immaculati Iesu Christi, Ecce quomodo in his formis ostenditur tota vita Christi, in quibus tropologicè ostenditur nobis, q̃ in hac vita debemus esse peregrini cõuersando, hortulani operãdo, & mercatores perseuerãdo. Iuxta illud Greg. Omnis Christi actio, nostra est instructio. Mundus iste est ad instar dom⁹, quæ habet duas portas, vnam ad intrandũ, scilicet natiuitatẽ, aliã ad exeundum, s. mortẽ. Nullus decipiatur, quia in hoc mundo sumus oẽs peregrini & viatores, ideo nõ debemus facere superfluitatem, quoniam peregrini nõ faciunt excessus in vestibus, nec superfluitates, nec vanitates, sed solũ curant de necessitate. Vnde, Peregrini enim sumus corã te, & aduenæ sicut oẽs patres nostri. 1. Par. vl. Et talẽ se reputabat ille magnus rex Dauid, potens & gloriosus di. Quoniam aduena ego sum apud te & peregrinus, sicut oẽs patres mei. Psal. 38. No. sicut oẽs patres, quia nõ legitur de patribus antiquis, q̃ ædificarẽt domos, vt patet de Noẽ, qui vixit 950. annis. Gene. 9. Et non ædificauit domum, &c. modò quilibet ædificat domum, &c. Et in alio mundo non faciunt vnam paruam cellam. Tales se nõ reputãt peregrinos, sed habitatores hui⁹ mũdi. Quibus dixit Apostol⁹, Obsecro vos fratres tanquam aduenas & peregrinos, abstinete vos à

vos à carnalibus desiderijs quę militant aduersus animam, cõuersationem vestram inter gentes habentes bonã, 1. Pet. 2. Item Apostol. Quandiu sumus in hoc mundo corpore peregrinamur. 2. Co. 5. Secundò debemus esse hortulani, quilibet nostrum habet vnũ hortũ, s. corpus ꝓprium, seu vitam ꝑsentem. ideo diligenter attendendum est & notandum, si sint ibi malæ herbæ, illa mala herba, s. superbia, &c. eradicare debemus ligone discretionis, & plantare ibi illã bonã herbam, plantam humilitatis. & sic de alijs. Tertiò debemus esse boni mercatores ꝑseuerando in bona vita, vt in fine quando ab⁹ debet separari à corpore, intremus possessionẽ glorię. Angelus est creditor, Christus venditor, & homo mercator, & in fine venit angelus & vt creditor dicit, Quid dabis Christo, ꝓ gloria habẽda? Respõdet bonus religiosus, Vitã bonam quã tenui iuxta regulam, &c. De quo pretio Deus est cõtentus & sufficit. Idem de bono clerico, qui dat Christo tot annos bonę vitæ. Idẽ de laicis, qui dant Christo tot annos de pœnit. ideo dicit ipse Ioh. 10. Sequuntur me, tenẽdo s. bonã vitam q̃ est pretium iustũ, & ego vitã æternã do eis. Secundũ secretum est morale, ibi, Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis, &c. Dextra autẽ & sinistra significant vitã ęternam & temporalem, siue statum gratiæ & culpæ. Auctoritas, Leua eius sub capite meo, hoc est status vitæ præsentis, & status culpæ: & dextera illius amplexabitur me, hoc est status gratiæ, siue status gloriæ. Can. 2. Illi mittunt rete, & piscantur ad sinistrã, quidquid faciunt, faciunt ad habendum tẽporalia, vt diuitias, honores & dignitates, vel illi qui in statu culpæ mortalis faciũt bona opera de genere, nõ cõprehendunt pisces meritorũ ꝓ gloria & honore Dei. Verbi grat. de illo q̃ mittit filium suum in religionẽ, vt seruiat Deo, vt oret ꝓ se & ꝓ eo, & sic tales piscãtur ad dexterã. Secus, qui mittit filiũ suum in religionẽ, vt sit Abbas vel Episc. Idẽ de religioso, qui suã intentionẽ ordinat in omnibus suis operibus & ꝓdicationibus, vt fiant ꝓ honore Dei & salute animarũ, talis piscatur ad dexterã. Secùs de illo, qui ordinat totã intentionẽ suam ad bona tẽporalia habenda, vel vt reputetur subtilis, &c. Idẽ de clericis, qui quasi oẽs piscantur ad sinistrã, vendentes sacramenta ecclesię. Idẽ de laicis, quando dimittunt iniurias amore Dei, tunc apꝓhendunt pisces meritorum. Ideo 1. Pet. 1. In omnibus honorificetur Deus. Secùs quando remittunt amore domi norũ temporaliũ, vel pro pecunia. Ideo dicit Deus Mat. 6. Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Propter hoc scriptura sacra, Vias quæ à dextris sunt nouit dominus approbatiuè s. peruersæ verò sunt, quæ sunt à sinistris. Pro. 4. Tertiò ostẽditur in sancto euãgelio cognitio virtuosa, quõ Christus fuit cognitus à suis discipulis. De hoc dicit euangelium. Dixit ergo discipulus ille quẽ diligebat Iesus, Petro, Dominus est, &c. vsq;, trahentes rete piscium. B. Ioannes ad-

Opus bonum ex genere, & quia in gratia factum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nes admirans quis esset homo ille, qui tantũ sciebat de arte piscandi, & curiosius inspexit illum: & cognouit illũ esse Dominum Iesum Christum, & dixit Ioannes Petro, Dominus est. Dic quomodo Petrus venit ad Iesum. Notanda sunt hic duo secreta. Primum quare Ioannes præ alijs Christum cognouit? Responsio, quia Ioannes inter alios habebat illam excellẽtiam, quod erat virgo purissimus. Ideo præ alijs habebat oculos animæ clariores. Ideo primò cognouit Christum, iuxta illud Matth. 5. Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt. Oppositum est de luxuriosis, qui habent oculos animæ lippos. De quibus Sapi. 1. In maleuolam animam nõ intrabit sapientia. Ideo religiosi, vel presbyteri qui volunt intelligere arcana sacræ scripturæ, debent se cõseruare in pura castitate. Secundum secretum, cùm Ioannes prius cognouit Dominum, quare ergo Petrus venit ad Christũ? Responsio. Simon Petrus significat obedientem & pœnitentem, Simon obediens, Petrus est dolor mœroris. Ecce pœnitentes, in quo innuitur, quod obedientes & pœnitentes citius veniunt ad Christum quã virgines, quoniã virgines multę dãnãtur ex inobedientia, obedientes verò saluantur. Ideo Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Mat. 19. Idem de pœnitẽtibus. Mat. 4. Pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnũ cælorum. Quartò, ostenditur in euangelio refectio gloriosa, ibi, vt ergo descenderũt in terrã, vsque in finẽ. Dic practicè, quomodo quãdo omnes discipuli fuerunt in terra, viderunt quod Christus eis parauerat prandiũ, fecerat ignẽ, & posuit piscẽ super prunas, & parauerat mẽsam, & panẽ & vinum, scies famẽ & laborem discipulorum. Vnde dicit de ipso Dauid, Tu solus laborẽ & dolorem cõsideras. Nam dicit ipsemet Mat. 11. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis. Nota duo secreta. Primum traxerunt centum quinquagintatres pisces magnos. Quidam dicunt, quod hoc figurabat, quod post Petrum erant venturi centum quinquaginta summi pontifices. Hæc opinio diu durauit, sed non est vera, sed ista est veritas. Nã tres sunt perfectiones necessarię, vt perueniamus ad littus cęlestis glorię scilicet obedientia ad decem præcepta, quod significatur per numerũ centenarium, quia decies decem faciunt centum, qui est numerus perfectus. Secundò, necessaria est obseruantia quinque sensuum corporalium quæ figuratur per numerum quinquagenarium. Tertiò, est necessaria trium virtutum theologalium. Obseruantiæ tales veniunt ad littus gloriæ, iuxta illud Matt. 13. Simile est regnum cælorum sagenæ missæ in mare, &c. Secundum secretum. Christus parauit prandium discipulis, quod significat, quod postquam nos laborauimus in nauibus mundi in operibus misericordiæ & meritorijs, scilicet in seruitio Dei & in pœnitẽtia, Christus parauit nobis prandiũ dicens, Ecce prandium meũ paraui, tauri mei & altilia mea occisa

occisa sunt, venite ad nuptias. Mat 22. Itẽ Luc. 22. Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meꝰ regnũ, vt edatis, &c. Deo gracias.

Feria v. Paschæ. Sermo vnicus.

Vidi Dominum, & hæc dixit mihi. Ioan. 20. Quia sanctum euangelium facit mentionem, quod Christus Marię Magdalenæ apparuit in forma hortulani. Ideo in præsenti sermone volo tenere modum hortulani, qui primò parat terram, deinde seminat, & plantat hortũ. Sic faciam de horto euangelicæ historię, deinde plantabo moralitates. Dicatur historia euangelica, sicut recitatur à Ioanne, quomodo die resurrectionis summo mane Maria Magdalena venit ad monumẽtum cum vnguento, vt vngeret corpus Iesu, & stabat ad monumentum foris plorans, &c. Quæstio literalis, quare conuersa fuit retrorsum? Responsio, quod angeli quibus Maria loquebatur, exhibuerunt reuerentiam Christo venienti in forma hortulani, tunc Maria Magdalena conuertebat se, ad videndum cui angeli fecerunt reuerentiam, & videns Iesum in forma hortulani, nõ cognouit eum, sed credidit hortulanum esse & sanctum hominẽ, quia angeli faciebãt sibi reuerentiam. Dixit Mariæ, Mulier quare ploras? quem quæris? Illa æstimans quod hortulanus esset, dixit ei, Domine si sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eum, & ego eũ tollam. Nota quomodo hic sunt tria reuelatiua sine antecedente aliquo. Conditio est amantis, quia credit quod omnes teneãt in corde id quod ipse amat, sicut mulier quæ perdidit filium, quem perquirendo dixit. Vidistis eum, &c. O qualis amor. Deinde cõuertit se ad angelos, tunc Christus vocauit eã suo nomine Maria. Tunc ipsa cognouit eum, voluit eum tenere, & osculari pedes eius, & Christus noluit dicens, Noli me tangere, nondum ascendi, scilicet in corde tuo ad patrẽ, scilicet per immortalitatem, vult dicere, tu nõ credis adhuc meam resurrectionẽ, vade ad fratres meos, & dic eis, Ascendã ad patrem meũ, scilicet per ęternam generationem, & patrem vestrum, scilicet per tẽporalem adoptionem. Deum meum, per vnitatem essentiæ, & Deũ vestrum, scilicet per creationem. Tunc Maria festinanter venit ad Apostolos dicens. Vidi Dominum, & hæc dicit mihi. Patet historia. Nota quod in isto sancto euangelio sunt quatuor tabulæ, in quibus poterimus seminare vel plantare bonas moralitates. Diuisio sermonis hæc est. Prima est diligentia spiritualis. Secunda est confidentia cordialis. Tertia credentia generalis. Quarta audientia diuinalis. De quarta dicit thema. Vidi Dominum, & hæc dixit mihi. De prima dicit principium euangelij. Maria stabat ad monumentum foris plorans. Ecce hic diligentia, quia Petrus & Ioannes, & aliæ Mariæ fuerunt ad monumentum in die resurrectionis, in aurora. Et non inuento corpore, redierunt ad domos, sed Magdale-

gdalena sola remansit dicens, quod ibi maneret, quousque sciret vbi esset, & fleret quousque inueniret Christum. Ideo quilibet qui communicauit in Pascha, est monumẽtum & sanctum sepulchrum Christi. Ratio, quia sicut quando corpus Christi fuit positum in sepulchro, primò fuit vnctum vnguentis pretiosis, deinde inuolutũ fuit in sindone. Sic & in communione primò dolet de peccatis, & proponit de peccatis abstinere homo, & confitetur, sic vngitur corpus Christi inter nos aromatibus. Secundò vngitur aloe quæ multum cõfortat, quando homo restituit & remittit iniurias, orat, &c. audit missas, sermones, &c. Tertiò inuoluitur infra illam cortinam albam hostiæ, & ponitur in sepulchro dignius & sanctius, quàm sepulchrum in quo semel corpus Christi fuit positum, sed in corpore hominis non solùm semel, sed pluries ponitur. Item quia in illo sepulchro fuit corpus Christi sine anima, & sine sanguine, quia fuit corpus mortuum, sed in sepulcro corporis hominis ponitur cum anima & sanguine, & corpus est viuum & glorioſum. No. In die illa, s. resurrectionis, quia tunc ex præcepto & ordinatione ecclesiæ debetis communicare. Qui illa die non recipit Deum, anima eius non recipietur à Deo in paradiso, nec eius corpus debet recipi ad sepulturam ecclesiasticam, vt habetur extra de pœnitent. & rem. c. omnis. De illa dicit Dauid. Hæc dies quam, &c. Exultemus & lætemur in ea. Et dicit Scriptura tropologicè, Isa. 11. In die illa radix Iesse quæ stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Et erit sepulchrum eius glorioſum. Radix Iesse vocatur Christus propter eius diuinitatem, & flos quantum ad eius humanitatem, quę stat in signum populorum, in missa, quando eleuatur hostia, sicut in passione fuit eleuatus in cruce. Et erit sepulchrũ eius glorioſum, non intelligitur de illo sepulchro materiali, quia non est capax gloriæ. No. quandiu Maria Magda. vidit monumentum clausum, non credidit corpus Christi furatum, secus quando vidit ipsum apertũ. Sic post communionem si vultis ne Christus tollatur à vobis, facitis quod sepulchrum sit clausum, scilicet in oculis, auribus, & ore. Quoniam quando sentimenta & sensuum organa sunt sic bene gubernata, nõ oportet timere quod Christus furetur à nobis. Sed quãdo monumentum est apertum oculis, in auribus, & in ore, vacuum remanet, Dauid psal. 5. Quoniam non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est. Remedium ergo est diligentia spiritualis, quam ostendit Maria Magd. perquirendo Christum, plorando & plangẽdo, id est pœnitentiã faciendo. Dic quomodo pueri 12. annorũ cõmunicare debent, vt dicunt doctores, cõcordat textus euãgelij. Lu. 8. Surrexit puella, & Dominus iussit ei dare ad mãducandum. Ideo Christus Io. 6. Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnẽ filij hominis, &c. Secunda tabula est confidentia cordialis. Iſiam etiam

etiam ostendit Magdalena, quando dixit Christo, credens ipsum hortulanũ fuisse, Domine si sustulisti eũ, dicito mihi, &c. No. Ego eum tollam. Cùm esset mulier nobilis & delicata, & Christus magnus homo, quomodo vna mulier posset portare vnum corpus hominis mortui? ostenditur hic cõfidentia cordialis. Pauidus & timidus nunquam faciet aliquid boni, de corde enim procedit fortitudo vel metus. Ideo legitur Deut. 20. ꝙ antiquitus quando debebãt ire ad bella, prẽconizabatur, Quis est homo formidolosus & corde pauidus, vadat & reuertatur in domum suam, &c. Idem in prælio spirituali, quando confessor dicit, Potestis facere hoc vel illud? Dicit, Non possum. Ratio, quia corde pauent. Ideo nullum bonũ facient, sed quando dicunt, Pater, bene possum facere. Ideo dixit Christus cuidam, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Mar. 9. Cõfide ergo in Deo de omnibus & in omnibus, nec est recurrendum ad diuinos ꝙ aliqua mundi necessitate, sed ad Deum, tam pro filijs habendis, quàm pro salute, &c. Tertia est credentia generalis, quæ ostenditur in hoc quod Maria Magdalena voluit tenere pedes domini, & ipsos osculari, sicut fuerat assueta in vita, & Christus sibi dixit, Noli me tangere. Secundum hunc textum Maria Magdalena dubitabat in sexto articulo fidei, s. tertia die resurrexit à mortuis. Dicatur, Credo in Deum. Ideo Christus nõ permisit vt eum tãgeret, tanquam minus credentẽ in illo articulo. Habemus hic doctrinam ꝙ caueamus, ne in aliquo articuli fidei dubitemus, quia Christus non permitteret quod sibi vniremur in gloria. Ideo addiscatis Credo in Deũ, & in tempore antichristi eritis armati, quia eius nuntij venient dicendo, Quam credentiã habetis nobis dicatis. Si nescitis Credo, decipient vos, & facient credere errores. Item de anima quando exijt de corpore, statim veniet coram Christo ad iudicium, & dicit Christus, Quis es tu? Respondebit, Domine, Christiana sum. Et ipse, Quæ est fides Christianorum? Nescio. Et Christus, Nescio te. Vnde Scriptura dicit, Qui ignorat, ignorabitur. 1. Corin. 14. Sed quando dicet, Ista est, & dicit Credo in Deum pat. &c. tunc dicet Christus, Euge serue bone, & fidelis, quia &c. Roman. 10. Si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris, &c. Quarta est audientia diuinalis, quando Maria dixit, Vidi Dominum, & hæc dixit mihi, &c. Moraliter, hoc potest dicere quilibet nostrum in dominica postquam audiuerit missam, Vidi Dominum, scilicet in manibus presbyteri, & hæc dicit mihi, scilicet verba missæ. Nota, dominica seruanda, & de completa missâ audienda, non sicut faciunt multi, qui in die festo non possunt stare in ecclesia per horam in saluationem animæ, sed stant extra, locutionibus vacantes, & quando pulsatur pro corpore Christi, tunc veniunt vt porci.

Tales

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tales possunt dicere, Vidi Dominum, sed nihil dixit mihi, quia nō audiui missam. Quomodo creditis, quod Deus det vobis prouisionem, si non facitis sibi seruitium quod tenemini? Nullus Dominus prouideret seruitoribus nec vasallis non seruientibus sibi.

Feria sexta Paschæ. Sermo vnicus.

Data est mihi omnis potestas. Matth. vlti. Hoc est verbū Christi propriè, appropriatè verò potest esse verbū cuiuslibet Christiani. Dixit Christus propriè, tanquā dominus & saluator, Data est mihi omnis potestas. Hoc dicit discipulis suis, quando eis apparuit postquā surrexit à mortuis. Data est mihi omnis potestas, scilicet super omnes creaturas merito passionis Ratio, nā lex Dei est, qui vult in hac vita pro honore Dei humiliare seipsum, in alia vita exaltabitur. Dixit ergo Apostolis contendentibus de maioritate regni cælorum, Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Matt. 18. Ecce lex Dei. Modò videamus quomodo Christus merito suæ humilitatis meruit exaltari super omnes creaturas. Nota quatuor gradus humilitatis Christi. Primus quia voluit humiliari sub creaturis corporalibus, scilicet sub elemētis corporalibus, quæ dabant ei tædium, calorem, frigus, pluuiam, ventum & siccitatem. Ideo secundum legē Dei meruit inquantū homo dominium & exaltationē super omnes creaturas corporales, ideo omnes subijciuntur imperio suo, ita quod si præciperet monti vt se moueret, statim esset factum. Idem si præciperet soli, lunæ, vel stellis vt starent. Et sic homo meruit, quia sub eorum influētiis voluit humiliari. Secundus gradus est, quia voluit humiliari sub creaturis angelicis, assumens nō angelos, sed carnem passibilem & mortalē. Item quia voluit ab angelis gubernari, quia quando erat paruus, per angelum qui apparuit Ioseph, voluit in Aegyptū fugere, & redire de Aegypto. Itē ab angelo voluit confortari, licēt nō indigeret, quia maior est angelis, sed voluit humiliari. Ideo meruit habere dominū super angelos, intantū quod statim faciunt quidquid præcepernt eis. Tertius gradus est, quia voluit humiliari sub creaturis humanis, singulariter in sua passione, in qua fuit humilis & obedīēs sagionibus & ministris, eorum imperio expoliando & ponēdo se in cruce, &c. extendendo brachia. Ideo meruit habere dominium super omnes homines mūdi qui sunt, & fuerūt, & erūt. Quartus gradus est, quia voluit humiliari sub creaturis infernalib⁹, quādo à dęmonio voluit tentari in templo, in deserto & in monte. Ideo meruit habere dominiū super omnes dæmones, qui fugiunt quando audiūt nomē eius. Patet ergo ex lege Dei, quomodo in alia vita exaltatur, qui in hac vita pro Deo vult humiliari. De quo auctoritas ad Philipēs. 2. humiliauit semetipsum factus obediens. Nota humiliauit semetipsum, sub his prę-

his prædictis quatuor gradibus creaturarum. Ideo propriè Dominus Iesus potest dicere thema. Data est mihi omnis potestas. Secundò quòd appropriatè quilibet Christianus potest dicere aliquo mō do. Data est mihi omnis potestas. Et hoc propter quatuor potestates, quas Deus dedit cuilibet homini.

Prima est de generatione diuinali,
Secunda de reconciliatione spirituali,
Tertia de sanatione corporali, Quarta de saluatione cælestiali.

Ex his dicet Christian⁹. Data est mihi omnis potestas, &c. Prima pō testas data cuilibet homini est de generatione diuinali, quia quilibet homo efficitur filius Dei, scilicet in baptismo, baptismus enim est spiritualis generatio. Semē est verbū Dei, qꝑ mittitur à Deo per os sacerdotis baptizātis, isto modo efficitur homo filius Dei. Magna potestas est illa qꝑ de filio rustici vel pastoris subitò efficiatur filius Dei, & habeat ius in regno Dei, qꝑ nō habuit ante baptismum. Ratio, quia nōdum est filiⁿ Dei, sed post baptismum puer intrat paradisum ita securè, sicut filius in domo patris. Ecce magna potestas. De ista potestate dicit Ioannes, Dedit eis potestatē filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. Io. 1. Et ad Ro 8. Spiritus, supple, sanctus, reddit testimoniū spiritui nostro, qꝑ sumus filij Dei. Moraliter. Ex quo omnes boni sunt filij Dei & regis Iesu Christi, patet quantū debent cauere de tribus maximè peccatis. Primò ne bibant in tabernis, quia nō decet hoc filios regis, licēt viatores possunt, non tamē debent hoc facere illi qui habēt ibi domos, vxores & filios. Ideo Apostol. 1. Co. 11. Nunquid domos nō habetis ad māducandum & bibendū? Secundò, ne ludant cū taxillis. Nō enim cōuenit filijs regis, qꝑ sint lusores; immo omnes mirarētur, si viderent filium regis cum lusoribⁿ. Idem de Christianis, quibⁿ nō licet. Ratio, quia ludus taxillorum est fons iurandi per Deum, & furandi; quia ex ludo nihil potest lucrari, quia oportet restituere, sed quod perditur hoc est perditum. Vnde talis ludus est inuentus à diabolo ad dānandum animas, quoniā ex ludo cōdemnantur septē cōditiones gentiū, & hoc ostēditur taxillis, quia inter duas partes semper ostēdit vnam, & aliā de primit, & illa pars depressa significat dānandos. Primò dānantur illi, qui inuitant alios dicendo, ludamus. Secundò cōsentientes. Tertiò iuuantes. Quartò taxillos præstātes, vel pecunias. Quintò qui intrāt domum vel tabernā. Sextò dominus domus. Septimò rectores cōmunitatis, quia semper, & nō corrigunt. Quod est tā magnum peccatum? Hinc dixit Sara Tob. 3. Mundam seruauit animā meā ab omni concupiscentia. Nunquā cum ludentibus miscui me, neq; cum his qui in leuitate ambulabāt, participē me præbui. Est enim ludus aleæ prohibitus. dist. 35. cap. Episcopus, quare vitandus. Sed bonus ludus est ludus baliste & cum pila. Tertium peccatum, cauendum est Deū

Sancta doctrina aduersus lusores potestatum aleæ.

iurare vel renegare, ꝙ est tam magnū peccatum, ꝙ terra non potest sustinere. Dicā vobis vnū magnū miraculū de biblia. Legitur 4. Re. 19. de quodā rege Assyriorū vocato Sēnacherib, q habebat 185000 hominum armatorū, qui dixit vnā blasphemiā cōtra Deū dicēs, Et nō potest Deus tuus tantum ꝙ liberaret te de manib⁹ meis. Hoc dixit regi Israēl. Ex ista blasphemia oēs sui homines armorū fuerunt incinerati illa nocte. Modò attēde quoties lusores dicant, nō posset De⁹ ꝙ ante veniat quater q̄ cinq. Ideo cauete vos ab istis blasphemijs. Ideo est bonum affirmare per aduerbia, & honorare nomen Domini. Vnde dicit scrip. Maledicti erūt qui cōtempserint te, & cōdēnati erūt oēs, qui blasphemauerint te. Tob. 13. Caueatis ergo ab, &c. Secunda potestas nobis à Deo data, est de reconciliatione spirituali. Dic postquā sum⁹ filij Dei p baptismū, tanq̄ filij mali & ingrati per malā vitā & peccata, efficimur inimici Christi, & perdim⁹ primā potestatē. Ideo oportet nos refugium quærere ad secundā potestatem, quę est de recōciliatione spirituali, s. per pœnitentiā, per quā possum⁹ patri nostro Iesu Christo recōciliari. Null⁹ est in mūdo ita magnus peccator & malus, quin si dolet de peccatis, Christus statim parcet ei, quia pater est, & non obliuiscitur filios suos. Ideo quando filij humiliter petunt veniam, & proponunt emendare se, statim pius pater parcit eis. Nota miraculū Matt. 19. de illo paralytico qui nihil poterat facere, amici verò eius portauerunt ipsum Christo, di cēdo suā infirmitatē. Ad quē dixit Christ⁹. Cōfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidā de scribis dixerunt intra se, Hic blasphemat. Et cū vidisset Iesus cogitationes eorū, dixit, Vt quid cogitatis mala in cordib⁹ vestris? Quid est facilius dicere, remittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula? Vt autē sciatis quia fili⁹ hominis, &c. vsq., Videtes autē turbæ, glorificauerūt Deum, qui dedit talē potestatē hominib⁹. Hic paralyticus est peccator, qui nullū op⁹ meritorij potest facere, licèt posset ieiunare, orare, & eleemosynas dare, nō tamen est meritorij ad gloriā. Si dicatur, ergo dimittā. Respōdeo, ꝙ ideo huiusmodi opera nō sunt dimittēda. de pe. dis. v. fal sas pe. quia licèt nō valeāt ad gloriā, tamē valēt ad multa alia bona, & finaliter ad habendū cōtritionē. Ideo quātumcunq; sit peccator, & sit in peccato, bona nō sunt dimittēda, immo tunc sunt magis necessaria, sed nō sunt meritoria. Auctoritas, Ioā. 15. Sine me, dicit Christus, nihil potestis facere. Sed hic paralyticus curatur, si in lecto pœnitētię per quatuor ante ipsum portatur. Duo portatores à parte ante sunt cōtritio, & ꝓpositum abstinendi à peccatis. Duo à parte post sunt oris cōfessio, vt exeāt immunditię, sicut sanies de apostemate. Secund⁹ est pœnitētię à cōfessore iniunctę obseruatio. Talis peccator si sic portatur ante Christū, recōciliabitur cū Christo, & Christ⁹ vocat eum filium, dicēs: Cōfide fili, remittuntur, &c. Tertia potestas nobis

Maria Secundi eberib sūt hæc, Non te seducat De⁹ tu⁹ in quo habes fiduciam, &c.

Bona opera in peccato facta sunt meritoria de congruo licet non de condigno.

nobis à Deo collata, est de sanatione corporali, s. si habem⁹ infirmitates, plagas, dolores, & sic in corporib⁹ nostris possum⁹ curari, etiā si nō esset aliqua medicina in mundo. Ratio, Christus nō solùm est Dominus & medicus animarum nostrarum, sed etiam corporum, quæ ipse formauit, quia pater & mater modicum ibi faciunt, s. vile. Mater nescit quid portat, sed Deus est ille qui manibus suis formauit corpus, deinde creat animam. Ideo Christus curat de animabus, quibus prouidet per baptismum, & per alia sacramēta ecclesiæ, & dedit etiā remedium & medicinam pro corporibus, s. in die ascensionis, quando debuit ascēdere in cælum. Primò ordinauit medicinā ꝓ corporibus nostris, dicens: Signa autem eos qui crediderint, hæc seq &c. Mar. vl. Nota eos qui crediderint, nō eos, s. qui sanctè viuunt. Nota in nomine meo, cuius nomen est Iesus Christus, & alia omnia sunt cognomina. Linguis loquentur nouis i. mutis dabit verbum, si sit vtile animæ, sed multis esset vtili⁹ ꝙ essent muti, vt mulieres loquaces. De infirmitatib⁹, nota ꝙ multis vtilis est infirmitas, quia humiliantur & sequuntur ecclesias. Dic practicè de nomine Iesu cum signo crucis, &c. Si haberemus fidem, nō oporteret nos ire ad medicos, nec diuinos, nec sortilegos. Die de illo homine curato in Sabbatho à vulnere cum nomine Iesu. Ideo Christ⁹ Lu. 10. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici, & nihil vobis nocebit. Quarta potestas à Christo nobis data, est de saluatione celestiali. Hæc est alijs melior, s. habere potestatem regnandi in paradiso. De hac potestate dicit scrip. Tob. 1. Dedit illi potestatem quòcunq; vellet. Nota quocunque vellet. In alio mundo sunt duæ ciuitates, s. paradisus & infernus. In paradiso est gloria, in inferno est pœna, &c. Dedit autem Deus potestatē hominibus ex libero arbitrio ascēdere quocunq; vellent, si vis ad ciuitatem paradisi ire, potestatem habes eundi, si vis ad ciuitatem inferni ire, potestatem habes eundi ad eādem. Eccles. 15. Apposui tibi ignem & aquam, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Diceret aliquis, ergo omnes ibimus ad paradisum, quia omnes volunt illuc ire. Nota quomodo licèt dicant ore, volumus ire ad paradisum, tamen opere & facto oppositum faciunt, & ideo recipiuntur in alia ciuitate, s. in inferno. Ideo mendacium dicunt, sicut si quis dicit se velle ire in Bethaniam, & ceperit viam ad Valentiam, sic omnes dicitis quod vultis ire ad paradisum, & recipitis viam inferni, s. viam superbiæ, &c, quæ ducit ad infernum, dimissa via plana humilitatis, quæ ducit ad paradisum. Idem de alijs vitijs & virtutibus. Ecce quare dicit, Dedit illi potestatem, &c. Si dicatur, prædicta repugnant prædestinationi. Respondeo, quod hoc est erroneum, quoniam prædestinatio non aufert liberum arbitrium. Etiam si sis prædestinatus

& finis vitam tuam in peccato mortali, damnatus es, quia prædestinatio includit, vt impleatur per bonam vitam. Iob. 36. Annuntiat de ea. i. de vita æterna, amico suo q̃ possessio eius sit, & ad eam possit ascendere. De his potest dicere quilibet, Data est mihi omnis, &c.

Sabbato post Pascha. *Sermo vnicus.*

MOnumentũ vidit, & credidit. Ioan. 20. Verbũ propositũ declarat nobis modũ, quomodo Ioan. euãgelista credidit Christi resurrectionẽ, s. quando vidit monumẽtum apertũ, & sudaria. Hoc dicit thema. Monumentũ vidit, s. apertũ, & credidit Christi resurrectionẽ. Sciẽdum quod Christi resurrectionẽ credere fuit valdè difficile gẽtib⁹ mundi, & etiã discipulis Christi. Ratio, Nam in sacra scriptura inuenitur resurrectio multorum, vt 3. Reg. 17. de Elia, qui suscitauit vnũ mortuũ nõ virtute propria, sed Dei. Itẽ 4. Reg. 4. de Eliseo, qui suscitauit vnũ mortuũ, & post mortẽ etiam suscitauit aliũ, 4. Reg. 13. Itẽ de nouo testamẽto legitur, q̃ multi surrexerunt à mortuis, nõ tamẽ propria virtute, sed Dei. Sed Christus ꝓpria virtute & potestate surrexit à mortuis propter coniunctionẽ diuinitatis cũ corpore & etiã cum anima. De quo vide S. Tho. 3. part. q. 53. ar. 4. & ex hoc habebat posse infinitũ, ideo fuit quoddam singulare & valdè difficilè ad credendũ de Christi passione & resurrectione. De hoc ꝓphetia Iacob. Gen. 49. Ad prædã ascendisti fili mi, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna quis suscitabit eum ad prædam. Ascẽdit Christ⁹ in cruce brachijs extensis. Brachijs enim sapientiæ & iustitiæ amplexatus est totum mundum, quando quieuit in passione. Leo dormiens tantam fortitudinem habet & virtutem quantam vigilans. Idem de anima. Quia ergo Christi resurrectio fuit ita difficilis & mirabilis, & ad vitam immortalem, quia aliqui quando resurgebant, iterum morituri resurgebant, Christus verò surrexit ad vitam gloriosam & immortalẽ. Ideo fuit ita difficilis eius resurrectio ad credendũ. Propter hoc Christus multipliciter voluit ostendere & manifestare suã resurrectionẽ, vt dicit Lucas Act. 1. Præbuit seipsum viuũ post passionẽ suã in multis argumẽtis per dies 40. apparens eis, & loquens de regno Dei. Nota nouem argumenta, quæ inueni in euangelijs, ex quib⁹ argui potest etiã nostra resurrectio à morte peccati mortalis ad vitã gratiæ. Primũ argu. fuit thema ꝓpositũ. Monumentũ vidit, & credidit, &c. Nõ credatis q̃ in Christi resurrectione monumentum aperiretur vt posset inde exire, quia in suo exitu de monumento ipsum nõ fuit apertum. Quoniam sicut exiuit vterũ virginis vt radius solis transiens per fenestram vitreã, ita exiuit de monumẽto clauso & figuato sine aliqua apertura. Sed post exitum de monumẽto angel⁹ Domini descẽdit de cælo, & accedens reuoluit lapidẽ, & sedit super eũ. Mat. vl. Quia alias nõ potuissẽt videre, si corp⁹ erat intra vel extra

tra monumẽtũ. Et sic Ioã. monumentũ vidit, & credidit Christi resurrectionẽ. Ecce primum arg. quo Ioan. credidit. Moraliter. Sic peccator primò potest cognoscere ex apertura monumenti, si surrexit de morte peccati ad vitã gratiæ. Die quomodo corp⁹ peccatoris est vt monumentum depictum foris, int⁹ verò plenum corruptionib⁹. Sic peccatores extra sunt picti & ornati, &c. int⁹ vero fœtent ex malis cogitationib⁹, desideris, odijs, &c. quibus dicit Christus. Væ vobis hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparent speciosa, intus verò plena sunt ossib⁹ mortuorũ & omni spurcitia, sicut & vos. Matt. 23. Patet ergo ratione & auctoritate, q̃ peccatores sunt monumẽta, & anima iacet intus mortua, sed potest resurgere per aperturã sepulchri, s. cõfitendo peccata, aperiendo os, & proijciendo peccata extra. Isto modo peccator resuscitatur de morte culpæ ad vitã gratiæ, per aperturã monumẽti. Ideo Esa. 38. Viuens viuens ipse cõfitebitur tibi, sicut & ego hodie, &c. Nota viuẽs. s. vita naturæ, viuẽs. s. vita gratiæ, cõfitebitur tibi, &c. Et viuentes in inferno nõ cõfitentur Deo, sed diabolo vi tormẽtorum. Sicut ille qui torquetur, cõfitetur suum peccatum, sic in inferno quando superbus calcatur à demonib⁹, & auarus mittitur in metallo liquefacto: & sic de alijs, confitentur sua peccata dicendo, O miser, maledicta dies in qua fui superb⁹, vel auarus, vel luxuriosus, &c. sed illa cõfessio nihil valet eis, sed cõfessio quæ fit ab homine viuente vita naturæ & gratiæ, illa est optima. Ideo Prou. 28. Qui abscõdit scelera sua, nõ dirigetur, qui autem cõfessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiã cõsequetur. Secundũ arg. fuit per testimonium angelorũ, qui mentiri nõ possunt, nec fallere, ideo eorũ testimonio voluit Christ⁹ ostendere & probare suã resurrectionem. Dicit B. Matth. q̃ quando illæ Mariæ venerunt ad sepulchrum, vt vngerent Iesum, angelus dixit eis, Scio enim q̃ Iesum quæritis crucifixũ. Nõ est hic, surrexit enim sicut dixit, venite & videte locum, &c. Matt. vlti. Ecce secundum argu. Moraliter, sic quilibet vestrũ ex testimonio angeli boni potest cognoscere si surrexit, &c. Angel⁹ bonus est cõfessor. Ratio, quia sicut angel⁹ bonus est purus & honestus, talis debet esse sacerdos. Itẽ angel⁹ nõ curat de pecunijs, sic nec cõfessor, &c. Ideo bonus sacerdos dicitur angelus in sacra scriptura, Labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legẽ requirent ex ore eius, quia angel⁹ Domini exercituũ est. Malach. 2. Sacerdos bon⁹ cõputatur ꝓ angelo bono, mal⁹ verò ꝓ diabolo. Tunc enim homo habet testimoniũ. s. in confessione boni sacerdotis, quando cõfessor dicit, Audiui confessionẽ vestrã, & video q̃ doletis de peccatis, & ꝓponitis abstinere. Ideo auctoritate mihi cõmissa absoluo te. Isto testimonio patet, q̃ anima vestra surrexit de morte culpæ ad vitã gratiæ. Et potest tũc dicere peccator, Vitã & misericordiã tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.

Iob.10. Nota, vitā & misericordiā tribuisti mihi, tanq̄ vicarius Dei. Sicut enim vicarius regis remittit & absoluit reū, quia nullus alius potest remittere crimina cōtra legē regis facta. Itē sol⁹ sacerdos est vicarius Dei, qui potest remittere peccata, quia solis presbyteris Christus dicit. Quorum remiseritis peccata, remittūtur eis. Io.20. Tertiū arg. alijs melius fuit per vulnerū ostentionē. Die quo Christus post suā resurrectione voluit retinere signa quinq; plagarū principaliū, nō q̄ habeat manus perforatas, nec pedes, nec latus, sed sunt ad instar stellarū Sed S. Th. di. tu 3. par. q. 54. ar. vl. ad 2. q̄ illa apertura vulnerū post resurrectionē quāuis sit cū quadā solutione continuitatis, totū tamē hoc recōpensatur per maiorem decorē gloriæ, vt corp⁹ nō sit minus integrū, sed magis perfectū. Et subdit, Tho. nō solū vidit, sed & vulnera tetigit. Quia vt dicit Leo papa, Sufficit sibi ad fidē propriā vidisse q̄ viderat, sed nobis operatus est ad salutem, vt tangeret quē videbat. Et ad primū arg. dicit q̄ cicatrices illæ quæ in corpore Christi permanserunt, nō pertinent ad corruptionē vel defectū, sed ad maiorē cumulū gloriæ, inquantū sunt quedā virtutis insignia. & in illis locis vulnerum quedam specialis decor apparebit. Ostendit discipulis manus & pedes & latus, qui nolebāt credere resurrectionē, Tūc gauisi sunt discipuli viso domino. Ioā. 21. Moraliter, sic nos habemus vulnera animarū, s. peccata mortalia, quę sunt septē, s. superbia, & sic de alijs. Si ista vulnera mutātur in signa clara, s. virtutes oppositas, signum est q̄ surrexistis de morte culpę ad vitā gratię. verbi gratia, Quando vulnus superbię & vanitatis mutatur in humanitatē, signum est q̄ surrexistis. Idē de plaga auaritię, quādo fur vel vsurarius restituit, &c. Sicut ille qui recepit superfluas, & inordinatas potiones. si vult sanari, oportet ipsum vomitare, ita qui recepit iniustē aliqua bona, quę sunt tanq̄ inordinate & superfluę potiones, ea oportet restituere, alias oportet mori æternaliter. Quando ergo fit restitutio, est signum resurrectionis. Idē de vulnere luxurię. Vir & vxor seruando debitū modum, nō faciunt luxuriam, sed aliter totū est luxuria Quando ergo mutatur in signum clarū castitatis, signū est, q̄ anima surrexit à mortuis, & sic de alijs. Ideo 1. Pet. 2. Conuersationē vestram inter gētes habētes bonam, vt in eo quod detractant de vobis tanq̄ de malefactoribus, ex bonis operibus nos cōsiderantes, glorificent Deum. Quartum argu. fuit per tactum. Dicit Luc. q̄ discipuli estimabant se spiritum videre, quando Christus apparuit eis. Quibus dixit Christus. Palpate & videte, quia spiritus carnē & ossa nō habet, sicut me videtis habere. Lu. vl. Moraliter, Isto modo tactu ꝓbatur, si homo surrexit à morte, &c. Non bene est ꝓbabile visu. Nam multi videntur boni, & sancti, & benigni, &c. Vitus enim bonum argumentum c⁹, sed nō ꝓbat sufficiēter, quia multa lucent vt aurum quę nō sunt aurū. Immo forcipus nō ꝓbatur solo visu vel sono, sed etiā tactu.

Quales cicatrices vulnerū in Christo manserint.

Ita de multis hominib⁹, qui nō bene ꝓbātur visu, quia videntur sancti, & sunt pleni superbia & hypocrisi, nec bene ꝓbantur sono, quia habent bona & pulchra verba. Multi prędicant humilitatē qui sunt superbi, & sic de alijs. Sed quando tāguntur aliquo verbo iniurioso, verbū iniuriosum est tanq̄ lapis durus, & si nō tenēt virtutem patiētię nihil valēt. Persona hypocrita nō potest se tenere ad tactū. Exēplū de Iob, qui faciebat multa bona, de quo dixit Deus Satanæ, Nūqd cōsideasti seruū meū Iob, q̄ nō sit similis ei in terra? homo simplex & rect⁹ & timens Deū, &c. Iob. 1. Respōdit Satanas, Extēde paululū manū tuā, & tāge cūcta quę possidet, nisi in faciē benedixerit tibi. Deus verò ad ꝓbandū dedit licētiā diabolo vt tāgeret eū. Sed Iob habuit patientiā in omnib⁹ dicēs, postq̄ omnia perdiderat, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit ita factū est, sit nomē Domini benedictum. Iob. 1. Iste erat de ꝓbatis. Sic multi creduntur esse iusti, boni, & perfecti, sed quādo tāguntur, ipsi deturpant seipsos. Ideo potest dicere quilibet talis. O miser, parum de bono est in me. Quintū arg. fuit p trāducationē. Quādo angeli apparēt nōnunq̄ videntur cōmedere, vt patet Gen. 18. de Abrahā, qui inuitauit tres angelos, & videbantur comedere, sed non erat vera comestio. Tob. 12. dixit Raphaël angel⁹. Cùm essem vobiscū, ꝓ volūtatē Dei quę erā, videbar quidē vobiscū manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominib⁹ videri nō potest, vtor. Sed Christus post resurrectionem verè comedit ad ꝓbandū suā resurrectionē, quia habebat os, gurtur, & stomachū, quia in his trib⁹ cōsistit comestio, sed nō faciebat digestionē, quia hoc est facere nutrimētum, quo ipse nō *Quo pacto christus post resurrectionem comederit cum discipulis.* *edisse* *gruat.* indigebat, quia habebat corp⁹ glorioſum. Et istud tāgit doctor S. Th. 1. par. q. 52. ar. 3. ad 5 arg. & 3. par. q. 54. ar. 2. ad 3. arg. vbi ponit q̄ Aug. dicit in 13. de ciui. Dei. Saluator noster post resurrectionē iā quidem spirituali carne, sed tamē verè cibum & potum cum discipulis sumpsit nō alimentorum indigentia, sed ea qua hoc poterat potestate, vt enim Beda dicit super Lucā. Aliter absorbet aquā terra sitiens, aliter solis radius calens. Illa indigentia, iste potentia. Manducauit ergo Christus post resurrectionē nō quasi indigens cibo, sed vt eo modo naturā corporis resurgētis astrueret. Et propter hoc nō sequitur q̄ fuit eius corpus animale, quod est indigens cibo, sed spirituale, vt patet 1. Cor. 15. Sic nec nos post resurrectionem comedemus cibum corporalem. De isto argu. Luc. vlti. Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei, &c. Moraliter, sic vos etiam per comestionem potestis probare vestram resurrectionem. Si comedistis agnum paschalem cōmunicando dignè, signum est quod surrexistis, &c. Quia Deus ordinauit, quod sicut totum nostrum malū venit ex comestione cibi, &c. sic vult etiā quòd ex comestione fructus *Beda.* *August.* vētris virginis Marię veniat totū nostrū bonū. Dicatur quomodo in

hostia cõsecrata est Christus verus Deus & homo, & virtute illius cibi, viuemus vitæ naturæ, gratiæ, & gloriæ, & confortat intellectũ, memoriam, & voluntatẽ. Ideo Christus inquit, Panis quẽ ego dabo, caro mea est, &c. 10.6. Sextũ argumentum fuit per ambulationem, quãdo ambulauit cũ duobus discipulis euntibus in castellũ Emaus. Luc 24. Quia ambulare est signũ resurrectionis. Ideo Christ⁹ postquã suscitauit Lazarũ dixit, Soluite eũ & sinite abire, in signũ resurrectionis. Moraliter, isto argumẽto patet si verè surreximus ambulãdo secũdum quod dicit Dauid in Psal. 83. Ibunt de virtute in virtute, &c. in Sion, id est in gloria cælesti. Practicè, & incipiamus à religiosis. Dicatis vos, domine religiose, modò est annus quando eratis deuot⁹, & modò quomodo verecũdor dicere, quia nõ cõtinuè profeci in virtutib⁹. Et sic hoc altero anno nõ ambulaui, sed pot⁹ steti aut etiã retrocessi. Quia secũdũ Ber. in via Dei stare & nõ progredi, retrogradi est. Idẽ de clericis, quomodo dixistis missam, eratis deuotus Pater ita. & modò quomodo? pater verecũdor dicere, quia modò nõ dico officiũ, teneo cõcubinam, &c. Idẽ de sęcularib⁹, anno prętérito nõ fui cõfessus, nec modò. Dicatur quomodo miraremini, si eũdo & redeũdo per viã, inueniretis aliquẽ in eodẽ loco, &c. Videtis periculũ nõ ambulare, cũ dicat scriptura, Ambuletis dignè, Deo per omnia placẽtes, in omni opere bono fructificãtes. ad Col. 1. Septimũ argumentũ fuit per locutionẽ, quãdo illis duob⁹ discipulis interpretabatur scripturas. Lu. 24. Loqui enim rationabiliter est op⁹ hominis viui. Ideo dixerũt discipuli postquã ipsum cognouerũt, Nõne cor nostrũ ardẽs erat in nobis, dũ loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Moraliter isto argumẽto ꝓbatur nostra resurrectio. Si loquimur rationabiliter, orãdo, vel legendo, vel proximũ corrigẽdo, signũ est resurrectionis. Loqui verba Dei, signũ est vitę animę. Quãdo enim arbor facit flores, folia, & fruct⁹, signum est ꝙ radix viuit. Sic quãdo homo loquitur de Deo cũ reuerẽtia, & orat, nõ mẽtitur, nec diffamat proximum, signũ est ꝙ anima viuit. Secùs quãdo homo nõ curat, & loquitur malũ de proximo, signum est mortis animę. Ideo Christus ait, Bonus homo de bono thesauro cordis ꝓfert bona, malus homo de malo thesauro cordis sui profert mala. Matth. 12. Dicit Philosophus in Ethicis. Qualis vnusquisq; est, talia loquitur & operatur. Item primò Perihermenias, Voces sunt notę, id est signa earũ quę sunt in anima passionũ. Octauum argumẽtũ fuit per fractionẽ panis, quãdo illi duo discipuli inuitauerũt ipsum ad cœnã, credẽtes ipsum fuisse peregrinũ, parauerunt bonã cœnã, & ipse iuxta modũ suũ dixit versum ꝓ benedictione mẽsę, Oculi omnium in te sperãt Domine, & tu das escã, &c. In fractione panis cognouerunt eũ. Lu. 24. Cognouerũt ꝙ verè surrexerat à mortuis. Moraliter, in hoc possum⁹ cognoscere, si verè surrexim⁹ à morte culpę. Panis enim in sacra

Quales Christi pedes nos imitet.

cra scriptura significat prouisionẽ corporalẽ. Vnde dixit De⁹ Adæ, Gen. 3. In sudore vult⁹ tui vescẽris pane tuo. Sumitur hic panis ꝓ tota ꝓuisione. Si ergo frãgitis panẽ de bonis vestris, dãdo pauperibus verecũdis, &c. signũ est ꝙ viuitis. Vnde scriptura Tob. 12. Eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quę peccata purgat, & facit inuenire vitã ęternã. Nonũ argumentum fuit per testimoniũ scripturę scilicet scripturarum implętionẽ, quãdo aperuit illis sensum vt intelligerẽt scripturas. Lu. vlt. Quia sic oportebat pati Christum, & ita intrare in gloriã suã. Quia ita fuerat figuratũ, quia quãdo De⁹ formauit Adã, obdormiuit, & tunc accepit costã de qua formauit Euã. Ita Christ⁹ debuit dormire in cruce, & aperire latus, de quo exiuit sanguis & aqua, vnde formata est ecclesia. Itẽ tẽpore Noe saluati sunt aliqui homines, aues, & iumẽta in arca à diluuio. Arca fuit crux, vt saluẽtur gẽtes à diluuio peccatorũ & vitiorũ, in qua & ꝓ quã saluãtur homines literati, & aues, scilicet contẽplatiui, & iumẽta, scilicet homines terreni. Idẽ de serpẽte ęneo, Nu 21. Signũ fuit Christi, vt gẽtes euaderẽt à morsib⁹ serpẽtis inferni, &c. Moraliter, sic per scripturarũ implętionẽ patet nostra resurrectio spiritualis. Tota perfectio scripturę cõsistit in obseruãtia decẽ pręceptorũ legis. Si ergo seruamus decẽ ꝑcepta, signũ est vitę. Ideo Christ⁹ Mat. 19. Si vis ad vitã ingredi, &c.

Dominica in Albis, scilicet in octauis Paschæ. Sermo I.

Post dies octo iterũ venit Iesus. Ioã. 20. Verbum propositũ secundũ intellectum historicũ vel literalẽ loquitur de aduentu Christi & de apparitione quã fecit, vt cõuerteret Thomã Apostolum incredulum. Ideo ne dãnaretur, Christ⁹ iterum post dies octo apparuit ei, hoc dicit the. Post dies octo iterum, &c. Secundũ verò intellectum mysticum & spiritualẽ thema loquitur de aduẽtu Christi in animã ad iustificãdum eãdẽ de peccato, & ad dãdum gratiã sibi & benedictionẽ. Et istos duos intellect⁹ volo nũc declarare in prẽsenti sermone. Iuxta primum intellectum literalẽ dicatur historia euãgelij literaliter. Nota insufflauit, dicẽs, Accipite spiritum sanctum. Anhelit⁹ habet duas cõditiones, quia est calidus & humidus. Hęc duo dat spiritus sanctus. Primò dat caliditatẽ amoris & deuotionis. Secundò dat humiditatẽ cõtritionis & lacrymarum. Hi duo sunt effectus spiritus sancti, Christus verò insufflauit, innuẽs ꝙ spiritus sanctus nõ solùm procedit à Patre, sed etiã ab ipso, dans Apostolis & presbyteris potestatẽ remittẽdi peccata, dicẽs: Quorũ remiseritis peccata, &c. Ex ista Christi cõmissione sacerdotes possunt remittere peccata instrumẽtaliter, quia Christ⁹ remittit principaliter. In ista Christi apparitione Thomas nõ erat cum alijs discipulis, qui dixerũt Thomę, Vidimus Dominum. Qui respõdit, dicens: Nisi videro in manib⁹, &c. Ac si vellet diceret, resurgat ipse nunc? Certè nõ credo, quia cùm pe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

penáit adhuc viuus in cruce,& Iudęi dicebāt sibi, Si rex Israēl est, &c.offerebāt sibi cōuersionem suā, nō potuit descendere de cruce. Quomodo ergo mortuus potuit exire de clauso monumēto & custodito. Dico vobis q̄ nisi videro,&c. Ecce quomodo Thomas erat dubi⁹ & min⁹ credens,intantum q̄ si in incredentia tali fuisset mortuus,fuisset æternaliter dānat⁹. Cogitate,ego & vobis hoc dico,fortasis q̄ per totā hebdomadā apostoli laborauerunt ad ipsum cōuertendū. Etiam virgo Maria & Magdalena, & Thomas verecundabatur fortè corā virgine Maria negare, sed retrò fortè dicebat, Nunquid mater diceret vnū mendaciū ꝓ filio suo? Vidēs Christ⁹ q̄ nec apostoli, nec mater sua poterat ipsum conuertere,ipsemet Christus misericordia mot⁹,post octo dies,s.à prima apparitione venit,& ianuis clausis intrauit dicens,Pax vobis.Secretū hui⁹ nota,q̄ Iesus trib⁹ vicib⁹ salutauit apostolos in euangelio hodierno,ad docendū q̄ omne bonū cōmunitatis si debet conseruari in bono,tres paces debet habere.Prima inter maiores & minores,s.supportādo minores, & honorādo maiores. Secūda inter ipsos primates debet esse cōcordia & charitas,vt in charitate bona intendant bonū cōmune.Tertia pax inter plebeios,vt inter se cōcordent,ideo dixit trib⁹ vicib⁹,Pax vobis,pax vobis, pax vobis. No. quomodo potuit Christus dicere Thomæ, Nōne tu es ille qui noluisti credere meā resurrectionem? Respondit Tho.Immo Domine ego credo,tu es Deus meus,& dominus meus. O qualē verecundiā habuit de sua incredulitate Tho. quādo vidit Christū,& Christ⁹ vocauit eū dicēs,Infer digitū tuum, &c.& Tho.credidit. Dicit gl.Aug.q̄ Tho.nolebat tāgere,quia iam firmiter credebat statim quādo vidit Christum.Sed dicit B.Greg.q̄ Christ⁹ voluit omnino q̄ tāgeret loca clauorū, ne de cetero aliquis dubitaret.Et dicebat Tho.Credo Domine. Cui dixit Christ⁹,Quia vidisti me Thoma,credidisti,&c.nō dicit quia tetigisti. Dico tibi q̄ beati qui nō viderūt & crediderunt,Patet the.iuxta intellectū historicum & literalē.Modò oportet declarare iuxta intellectum mysticū & spiritualē.Pro quo sciēdū q̄ duo opera sunt in summa per quæ Christ⁹ venit in creaturā per gratiā.Primò venit per baptismum.Secundò per pœnitentiā.Si enim perditur Christ⁹ postq̄ venit per bap⁹ tismum in creaturā,iterū venit per pœnitentiā post dies octo. Dico primò q̄ Christ⁹ per gratiā venit in creaturā p baptismū,quia ante baptismū Christus nō est in creatura p gratiā,immo dico vobis, q̄ ante baptismū creatura est habitatio dęmonū. Die quomodo Adā & Eua ex peccato facti sunt captiui diaboli. Sic quādo duo milites in campo clauso faciunt duellum, & vnus di. Heu me,reddo me tibi, efficitur captiuus alterius,ita inter illos duos milites,s.Adam & diabolum in cāpo clauso paradisi terrestris fuit duellum, vbi Adā fuit vict⁹,& reddidit se diabolo p cōsensum.Immo fuit ipse captiuus cū

Sūt qui dicūt loca vulnerū tetigisse Thomā, & qui aiūt nō tetigisse, credidisse tamen.

vxore

vxore sua.Et est lex talis,q̄ si captiui generāt filios,etiā filij sunt captiui.ita de Adā.Aut.Ef.5.Propterea captiu⁹ duct⁹ est popul⁹ me⁹.i. gen⁹ humanū,quia nō habuit scientiā, & loquitur ꝓpheta in pſona Dei.No.quia nō habuit scientiā,quoniā peccatū Adæ venit ex defectu derio scietię,quia serpēs dixit, Eritis sicut dij scientes bonū & malū. Ge.2. Patet ergo q̄ oēs erāt captiui diaboli. Quomodo diabol⁹ expellitur? Respōdeo,q̄ per baptismū.Ideo quādo creatura debet baptizari,nō permittit sacerdos q̄ intret ecclesiā,quousq; est coniurata vel exorcizata di.Exorcizo,&c.Exi maledicte diabole.Ex hoc infertur cōclusio,q̄ oēs Iudęi & infideles sunt dęmoniaci,quia non sunt exorcizati.Ergo in baptismo expellitur,quo expulso & mūdata camera,venit Christ⁹ per gratiā. Ecce primus aduent⁹ Christi in creaturā.Aut.Hic est qui venit per aquā & sanguinē Iesus Christ⁹,nō in aqua solū,sed in aqua & sanguine.1.Io.5.No.per aquā & sanguinē.Si dicatur,Ego fui in baptismo multoties,& nō vidi sanguinē ibi.Respōdeo,q̄ virtute sanguinis Christi baptism⁹ habet virtutē & efficaciā.Aug.Quę est tāta vis aquę,vt corp⁹ tāgat,& animā abluat?q.d.sanguis Christi.Sed ecce post baptismū quādo peccam⁹, expellimus à nobis Christū ex immunditijs peccatorū,quia nō est porc⁹,vt velit stare in luto luxuriæ. Et tunc diaboli porci inferni redeunt illuc,& Christ⁹ recedit,vt ipse dicit,Cùm immūdus spiritꝰ exierit ab homine &c.Mat.13,& Lu.11. Nota,& fiūt nouissima hominis illi⁹ peiora priorib⁹, quia peiora sunt peccata actualia intēsiuè q̄ originale peccatū,vt di.S.Th.3.par.q.1.ar.4.quia plus habet de ratione volūtarij, licēt originale sit maius malū extēsiuè. Modus iterū expellēdi diabolū est per cōuertionem pœnitētialē.Ecce diuina prouidētia quomodo ,puidit vt p pœnitētiā humilē & deuotā cōscientiā depuretur & mundetur,& diabol⁹ expellatur.Ideo Iac.4.Resistite diabolo.& fugiet à vobis.Ideo dicit thema,Post dies octo iterū,&c. Hic octo dies sunt opera pœnitētialia, quib⁹ cōpletis iterum venit Christus.

Primus dies est peccatorum cognitio,
Secundus cordis contritio,
Tertius oris confessio,
Quartus vitæ correctio,
Quintus iniuriarum remissio,
Sextus debitorum restitutio,
Septimus famæ reparatio,
Octauus eucharistiæ communio.

Actuale peccatū est grauius originali, quia pœna sensus punitur:originale verò nō nisi grauę, quia sola pœnæ dāni est obnoxium.

De his dicit thema,Post dies octo iterū venit Iesus.Dico primò q̄ primus dies est peccatorū cognitio,quando ex claritate diuinæ gratiæ homo cognoscit peccata sua dicendo, O miser ego sum religiosus, & nō tenui obediētiā,paupertatē,nec castitatē, nec ceremonias nostri ordinis in victu & vestitu,& inclinationib⁹, &c. Ecce primus

dies.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dies. Idē de clericis & laicis. Et possunt dicere post recognitionem cū Apostolo ad Rom. 13: Nox præcessit, dies autē appropinquauit. Secundus dies est cordis cōtritio. Quid valeret cognoscere grauissima peccata, nisi displicerent? Hoc est cōtra illos qui gloriantur cùm malefecerint, &c. Oportet ergo post cognitionem peccatorum, dolere & flere ex cōtritione, exemplo pueri cadentis in lutum, qui plorat, quia deturpauit tunicam, &c. Sic & tu qui peccatis deturpasti tunicam tuam nouam innocentiæ, quam pater tuus Christus fecerat tibi in baptismo, quia cecidisti in luto luxuriæ, vel auaritiæ, vel gulæ. Ideo debes flere & accusare teipsum. Iuxta illud Prouer. 6 Zelus & furor viri nō parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redēptione dona plurima. Not. Zelus, sicut qui habet pulchrā vxorem vel filiam, est zelotyp⁹, & hoc ex nimio amore, multò magis debet esse zelotypus de anima sua, ne tangatur à dęmonibus vel peccatis. Furor est illa reprehēsio quam homo habet de se ex cōritione, dicens: O miser, quantum offendi Deum, &c. Tertius dies est oris confessio, ex qua persona cognoscit peccata & dolet, ideo proijciantur extra, sicut ancilla portat, vel proijcit sterc⁹ de camera domini sui per fenestram. Ista scopa cum qua scopatur camera conscientiæ, est memoria peccatorum. Dauid. Meditatus sum nocte cùm corde meo, & exercitabar, & scopabam spiritum meum: psal. 76. Ideo proijcienda sunt per fenestram oris in sterquilinio cōfessionis. De isto cantatur modò, Hæc dies, scilicet cōfessionis, quā fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Confessio dicitur dies propter claritatem gratię Dei. Et dicitur dies Domini, quia Christ⁹ ordinauit cōfessionem, sed Iacob⁹ cùm dicit, Cōfitemini alterutrum peccata vestra. Iac. 5. Sed hoc est error, quia nec Iacob⁹ nec B. Petrus poterant ordinare aliquod sacramentum, sed Christus ordinauit septem sacramenta, Sed Iacobus recitat istud. Quia dicit S. Tho. in 3. parte. q. 64. art. ad tertium, quod Apostoli & eorum successores sunt vicarij Dei, quantum ad regimē ecclesię, cōstituti per fidem & fidei sacramēta. Vnde, sicut nō licet eis cōstituere aliam ecclesiam, ita nō licet eis tradere aliam fidem neq; instituere alia sacramenta, sed per sacramenta quę de latere Christi pendentis in cruce fluxerunt, dicitur esse fabricata ecclesia Christi. Et in corpore articuli dicit, quod solus Deus est sacramentorum institutor, & admonet ad hoc quod Christus ordinauit. Ecce quare dicit, Hæc est dies quam fecit Dominus, quia ordinauit cōfessionem, exultemus & lætemur in ea, & post cōfessionem homo remanet lætus valdè, quia remanet deoneratus ab onere peccatorum. Quartus dies est vitę correctio. Facta cōfessione oportet corrigere & emēdare vitam suam per deuotas orationes. Et vtile est cuilibet mane & sero cogitare, quod videtis Christum in cathedra suę maiestatis iratum ad vos, Idem de virgine Maria.

ria. Item castigare carnem, occasione cuius fiunt omnia peccata, per ieiunia, vel cilicium, vel disciplinam. Item facere eleemosynas aliquas maximè in dominica quando venietis ad missam cogitando, modò ergo vado ad petēdam eleemosynam à Deo. Ideo vt optimā habeam eleemosynam, dabo etiam eleemosynam corrigendo vitā, quia si ante eratis superbus, vanus de cetero humiliamini, & sic de alijs peccatis. De isto die dicit Apostol⁹, In die, scilicet correctionis vitæ, honestè ambulemus, nō in cōmessationibus & ebrietatibus ad Rom. 13. Quintus dies est iniuriarum remissio, scilicet quod velitis remittere iniurias inimicis, & nolle recipere vindictam, sed amore Iesu parcere, dicendo Deo. Domine talis iniuriam mihi intulit, sed domine maiores iniurias ego feci vobis. Ideo ne vos recipiatis vindictam de me, nolo recipere vindictam, sed amore vestri totum remitto. De isto die dicit Christus, si quis ambulauerit in die nō offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux nō est in eo. Ioan. 11. Offendit, scilicet cadendo in infernum, quia lux Dei, scilicet pax & amicitia non est in eo. Quia quando ille qui nō vult remittere moritur, anima quæ vellet cælum ex naturali desiderio ascendere, tunc offendit & cadit in infernum. Sextus dies est debitorum restitutio, scilicet quod quilibet qui habet pulchram domum, vel tasseam debet respicere si est aliquid ibi de furto, rapina, deceptione, retētione iniusta, aut inuentione, & restituere. Benedicta est dies talis restitutionis. De qua dicit Scriptura, In die enim bona venimus ad te. 1. Reg. 25. Septimus dies est famę reparatio. Multi sunt qui nō furarentur bona, nec pecunias, & tamen furantur plus, scilicet bonam famam, quę valet plus. Prouer. 22. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ. Fama enim bona nobis necessaria est, & propter nos, & propter alios. Propter nos, quia est præcipuum bonum inter exteriora bona. Quia facit idoneum ad officia humana, & præseruat à peccatis. Et propter alios ne scandalizentur, & malum exemplum sumant ad peccandum. vt dicit, scilicet Thom. de verita. q. 3. ar. 2 &, 2. 2. q. 73. ar. 2. Sicut enim fur tenetur ad restitutionem, sic qui furatur famam proximi ex malitia, etiā si sit verum quod dixit, & erat secretum, tenetur ad restitutionem famæ, aliàs non poterit intrare paradisum. Sed quæritis quomodo restituet? Respōdeo, quod coram omnibus coram quibus fuistis malè locuti, tenemini reuocare, dicendo ꝙ nō credant, quia malitiosè locuti fuistis, & si ille qui est diffamatus scit hoc, oportet etiam ab eo petere veniam, aliàs non oportet. De isto vide ad longum, S. Tho. 2. 2. q. 73. scilicet per totum. Multi damnantur ex his diffamationibus, quia verbum transit, deinde nō curant nec cōfitentur, nec inde faciunt sibi cōscientiam. De isto die dicit Dauid tropologicè. Ordinatione tua perseuerat dies. Psal. 118. No. perseuerat in tantum, ꝙ si in

De fama bona restituenda.

si in hoc mundo non restituat famam, vel quia non habet opportunitatem, & moritur cum contritione, & proposito petendi veniam, anima vt interdum contingit, redit de alio mundo ad petendum veniam. Vnde nota quod erant duo qui quendã diffamauerunt, & diffamatus & vnus diffamans adhuc viuunt, & vnus diffamator obijt, & stetit per aliquod tempus in purgatorio. Et cùm exiuit, credidit statim ire ad paradisum. Et dixit Deus, Nõ intrabis, quia primò habes facere restitutionẽ famę istius. Et ego scio istud esse verũ quod anima redijt, quia ego ipse fui per ipsum diffamatus, & à me venia petiuit. Quoniã omnia seruiunt tibi: quia nõ solùm boni christiani seruiũt Christo, sed etiã bona fama. Quoniã si prędicator vel sacerdos sit malę famę, nihil appreciatur. Ideo bona fama multũ seruit Christo. Octauus dies est eucharistiæ cõmunio, postquam enim persona cognoscit peccata sua, & cõteritur, confitetur, corrigit vitam suam, remittit iniurias, restituit debita, reparauit famam, & finaliter cõmunicat deuotè, tunc verificatur thema post dies octo. i. per octo opera pœnitentialia prædicta, iterum venit Iesus. De isto die dicit Dauid, Melior est dies vna in atrijs tuis, id est ecclesiis, vbi est communicandum super millia. Ergo post dies octo iterum venit Iesus, &c.

Res mirandæ et rarę.

De eadem dominica. Sermo secundus.

Pax vobis, pax vobis pax vobis. Ioan. 20. Thema ꝓpositũ colligitur ex S. euangel. huius dominicæ. In quo dicit Christus apostolis ter, Pax vobis, primò cõsolando eos, quia quando apparuit eis timuerunt valdè, vt habetur Lu. 24. Tunc cõsolãdo eos dixit, Pax vobis. Ego sum, nolite timere. Secũdò dixit eis, Pax vobis, exaltãdo eos, faciẽdo eos suos legatos dicẽs, pax vobis. Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Tertiò dixit eis, Pax vobis ad firmandũ eos. Quoniã quidã eorum nõ erant bene firmi in credentia, ideo dixit eis, Pax vobis. Beati qui non viderunt & crediderunt. Ecce vnum colligitur thema. Et quia Christus ter dixit, Pax vobis, innuitur quod triplex pax est nobis necessaria in hoc mundo: si volumus venire ad patrem gloriæ.

Prima est pax interior, scilicet cum seipso,
Secunda est pax exterior, scilicet cum proximo,
Tertia est pax superior, scilicet cum Deo.

Et pro qualibet dicit thema, Pax vobis, &c. Dico primò quòd prima pax vobis in hoc mundo necessaria, est pax interior, s. cum seipso. Si dicatur, & habet guerram cum seipso, respõdeo, quòd omnes. Vnde guerra naturalis est in quolibet homine, s. inter corpus & spiritum, siue inter carnem & animam. Quia quidquid placet vni, displicet alteri. Anima enim de sua natura semper vellet cõtemplari Deũ, quia est de substantia spirituali vt angelus. Sed caro quia de terra est, vt dicitur Gen. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ. Ideo trahit animam & inclinat ad terrã, ad vilitates, & corruptiones. Anima trahit sursum, & caro deorsum. Ecce guerra in homine. Vultis istã guerram bene intelligere, cogitate, ille qui torturatur in quali guerra est & tribulatione, quando sursum trahitur chorda, deorsum lapide, nónne videtur vobis ꝙ est ibi guerra? Talis guerra est in quolibet homine, trahitur sursum chorda conditionis naturalis animæ, deorsum verò pondere carnis ad terrena inclinantis. Ecce guerra in scriptura. Corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Sap. 9. Verbi gratia. Si incipitis orare, anima ascendit cõtemplando, sed statim corpus trahit eam inferius ad cogitãdum de coquina, vel de taberna. Ideo deprimit sensum. i. spiritum multa cogitãtem. De ista guerra dicit Apost. Caro cõcupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnẽ: hæc enim sibiinuicem aduersantur, vt non quęcunq; vultis illa faciatis, ad Gal. 5. Modò videam⁹ & respiciamus nos in ista tam forti guerra quomodo fiat pax. Dico quòd vno duorum modorũ. Vel quod anima subijciatur corpori, iste modus est malus reprobatus & indecens, ac si domina domus nobilis & prudens subijceretur captiuæ fatuæ, cum qua haberet guerram, talis domus non esset bene ordinata. Sic in domo corporis nobilis domina & prudens filia creatoris est anima. Ancilla & fatua de se, & fœtida & immunda est caro. O q̃ fœtida est caro, quilibet qui aduertit, bene scit licèt pluries modo lateat, publicabitur tamen finaliter. Nota de domicella Parisiensi, quæ noluit deponere cornua de capite propter admonitionem mariti, qui tandem deposuit sibi violenter, & tunc apparuit caput scabiosum, ita, &c. Ideo nõ esset bona pax, si anima subijceretur carni. Ber. Nõ decet dominam ancillari, nec ancillam dominari. Alius modus faciendi istam pacem est quod ancilla, s. caro humilietur & subijciatur dominę, s. animæ. Et fit hoc per pœnitentiam. Ecce quare est necessaria pœnitentia. Quia sicut equus pinguis & lasciuiens humiliatur, quãdo sibi amouetur annona, ita & corpus, amouendo sibi annonam, &c. Isto modo ancilla subijcitur dominę. Et hoc modo sancti patres nostri Dominicus S. Tho. & S. Petr. Frãcis. Bened. Bernard. Aug. &c. subijciebant carnem animæ, & habebant pacem secum. Et hunc modum ponit Aug. di. Carnem vestram domate ieiunijs & abstinentia escæ & potus, quantum valetudo permittit. No. domate, nõ dicit occidite. Ideo discretè fiat abstinentia. Immo dicit notanter. Aug. Quantum valetudo permittit, quilibet scit quantum potest portare animal suum, nec vltra sibi imponeret, quia perderet animal. Idé de corpore. Quilibet debet cogitare, & attendere fortitudinẽ suam & lõgitudinem vitę, s. quantũ potest videre, &c. De ista pace dicit scriptura, Pacẽ habeat tabernaculum tuũ, & visitãs speciem tuã, nõ peccabis. Iob. 5. Et conse-

consequenter dicit idem Iob. Et scies quoniã multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ. Ingredieris in abundãtia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo. Ecce hoc vt inuestiganimus ita est, quod auditum mente pertracta. Nota tabernaculum tuum, id est personã tuam. Et visitans speciẽ tuam, scilicet animã, nõ peccabis, scilicet defendendo partẽ animę. Sed oppositum faciunt multi, qui in ista guerra fouent, & iuuant carnem cõtra animã. Nota ad hoc similitudinem de illo rege, qui habebat filiã valdè dilectã sibi. Qui volens ire vltra mare ad visitandum loca sancta, cõmisit filiam suam vni militi, promittens sibi facere magnum honorẽ, si filiæ suæ seruiret bene, & ipsam custodiret, qui dedit etiã sibi ancillã seruitricem. Post recessum regis miles adamauit ancillã, intantum q̃ non curabat de filia, immo ibat nuda, discalciata & improuisa, &c. Et flẽs dicebat militi: Nũquid ego filia regis sum? quomodo hoc facerẽ? &c. Ad quã dicebat ancilla. Si vis diligi à milite, cõsentias sibi corp' tuum. Quæ omnino cõtradicebat. Sed finaliter victa tædio, cõsensit sibi. Sed quãdo venit rex pater eius, ipsum militem, ancillã & filiam meretricẽ proiecit in ignẽ ad cõburendum. Rex iste est Dominus Iesus Christus. Apoc. 19. Rex regum & Dominus dominantium. Filia huius regis est anima, quta in illa nihil agunt parentes, sed solus Deus creat ipsam ad imaginem suam, cum tanta pulchritudine quod mirum est, &c. Ancilla est caro. Rex autẽ Iesus transfretauit in die ascensionis ad illã Ierusalẽ quę sursum est, ad Gala. 4. Miles cui Deus cõmisit filiam suam, scilicet animam, est quilibet nostrum cui dicit Deus, Custodi temetipsum, & animam tuam solicitè. Deut. 4. Sed si adamatis ancillam, id est carnẽ, quia pro ipsa paratis magnas escas, gallinas, &c. quia illud nõ est cibus animę. Item expenditis in vestibus totum pro ancilla dimittendo filiam nudam, quia vestes animæ sunt virtutes. Item paratis bonum lectũ pro ancilla, nõ curãdo filiam, quia lecti animę sunt Christi vulnera, vbi cõtemplando quiescit. Idẽ de equis, scutiferis & alijs. Et filia regis efflorescit, quia cibi eius sunt verba Dei, missę, sermones. Matt. 3. Nõ in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Et moritur fame. Finaliter ancilla dicit animæ vt consentiat, & victa tædio consentit, & simul faciunt multa mala & peccata. Sed quando venit Christus, scilicet in iudicio particulari, vel vniuersali, quid faciet rex? Dico quod totum simul proijciet in infernum, quia talis pax multum displicet Deo, iuxta illud Dauid in persona Dei, Zelaui super iniquos pacem peccatorum, scilicet hominis cum ancilla & filia, quam corrumpit, videns, Psal. 72. Non est respectus, scilicet misericordię, nec firmamentum in plaga eorum, quia in æternum ardebunt. Ideo necessaria est interior pax, vt caro subijciatur animæ. De qua dicit thema, Secunda pax necessaria ad saluationem est pax

est pax exterior, scũ proximo. Primò debent habere pacẽ Domini cũ vasallis ipsos defendẽdo, & nihil aliud prẽter suos reditus ab eis recipiendo, & in pace & iustitia eos cõseruando. Et vasalli cũ dominis eis obediendo & fidelitatẽ seruando. Itẽ diuites debent habere pacẽ cũ pauperibus, ipsis dando vel mutando sine vsura, & ecõuerso pauperes diuitibus seruiendo, dictã cõpletam faciendo, aliàs non debent recipere salarium. Itẽ debet esse pax inter sanos & infirmos. Sani infirmis seruiendo, & econuerso infirmi patientur sustinendo. Item inter virũ & vxorem sibijnuicẽ fidelitatem seruãdo, quia aliàs nõ est pax. Itẽ inter filios & parẽtes honorãdo corde, ore, & opere & iuuando, & econuerso parentes filijs prouidendo, nutriendo, & instruendo, maximè quando sunt parui ne iurent, ne mentiantur, ne furentur aliquid, vt ore confiteantur & cõmunicent. Item cũ inimĩ eis nolendo vindictã, sed cõmittendo totũ Deo. Ratio, quia nullus quantumcunq; esset audax in palatio regis præsente rege reciperet vindictam, licet dicat in corde. O si istũ inuenirẽ extra. Si totus mũdus est domus Dei. Baruc 3. O Israël, quã magna est domus Dei, & ingẽs locus possessionis eius. Et oẽs sumus intra suũ palatium & in præsentia sua. Ideo in hoc mundo debemus habere pacẽ cum inimicis. Sed quando inuenis inimicum tuũ extra. s. in inferno, tunc auda ẽter recipias vindictam, quia tunc incipiet tẽpus rixę, sed tunc dimitte totũ, & nõ aufer ei verbum, sed et loqui debes, & salutare, &c. Item habere pacẽ cum oĩbus, nihil ab eis recipiendo, nec etiã fructus. Ratio, quia nõ placet patri, ex quo dedit partẽ filijs, q̃ vnus recipiat partem alterius. Sic Deus diuilit omnia bona huius mundi, & vni dedit multum, alteri parũ, vt sibi placet. Ideo sitis cõtenti, quia ipse diuisit & prẽcipit nõ tangere partẽ alterius, ideo furtũ est peccatum mortale, quia est cõtra ordinationẽ Dei. Ideo Apostolus ad Ephe. 4. Qui furabatur iam nõ furetur, magis autẽ laboret operãdo manibus suis, q̃ bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatẽ patienti. Item non diffamare alũ. de ista dicit script. s. Soliciti seruare vnitatẽ spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus & vnus spiritus sicut vocati estis in vna spe vocationis vestrę. Ad Ephe. 4. No. soliciti, non dicit dispositi. Quidam sunt dispositi ad faciendum pacẽ cum proximo, sed non sunt soliciti dicendo si petat veniam, & faciat emendam, vel si aliquis Dominus interponat se, vel prælatus amore sui, parẽ, aliàs nõ. Tales dispositi sunt, sed nõ sunt soliciti, quia non curant de pace. O quantũ bonũ perdit talis. Sic quando anima talis venit corã Christo ad iudiciũ, & Christus ostendit sibi vulnera dicens: Ecce quid feci p̃ te, videam' quid tu fecisti pro me. Si vellet dicere anima, Domine, remisi mortẽ patris, &c. Et Christus, Amore cuius, &c. Ideo quando aliquis Dominus dicit alicui homini, Amore mei facitis pacẽ quia ego do vobis, &c. Debet talis respõdere, Plus vo

lo ego remittere sibi amore Christi, quã vestri, quia cõsequi regnũ suum ex hoc volo, q̃ non possetis mihi dare, sed Christus. Ideo nõ amore vestri, sed amore domini nostri Iesu Christi ego remitto, & facio pacẽ. Et tali animæ dicet Christus in iudicio Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituã, intra in gaudium domini tui. Ma. 25. Ideo Dauid cõcordans cũ apostolo, Psa. 33. dicit, Quis est homo qui vult vitã, s. æternam, &c. Respõdet ipsemet di. Inquire pacẽ & persequere eã. Ecce solicitudo. Non expectes q̃ inimicus veniat ad te, vel q̃ aliquis dominus te roget, & persequere eam. Cõtinuè quære pacem quousq; habeatur. Nota nunc corpus, s. christianitatis, in quo multa sunt membra. Caput est Christus, ad Eph. 4. Oculi sunt cõtemplatiui, aures sunt iudices tẽporales & cõfessores. Nares sunt deuoti sentientes odorẽ Christi virtutum & sanctorũ. Os quantũ ad officium loquendi sunt prædicatores. Quantũ ad officiũ comedẽdi sunt sacerdotes qui recipiunt escas corporis & sanguinis domini nostri Iesu Christi. Brachia sunt milites. Vterus burgeses & diuites. Tibię sunt Christi laboratores, qui portant onus. Auct. ad Ro. 12. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ mẽbra non eundẽ actũ habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autẽ alter alterius membra, &c. Et quãdiu mẽbra corporis sunt cõiuncta & vnita, ibi manet spiritus, secus quãdo sunt diuisa. Ista est ratio quare oẽs esse debem⁹ vniti, quia sic manet in nobis spiritus qui viuificat. Ideo si volumus ad pacẽ gloriæ peruenire, habeamus hic pacẽ, Quoniã deus in paradiso nõ vult aliquẽ brigosum, imo si aliquẽ vellet intrare, diceret. Nolo quia tu poneres hic guerrã. Ideo Apostolus ad Heb. 12. Pacẽ sequamini cũ omnib⁹ & sanctimoniã, sine qua nemo videbit Deũ. Tertia pars, nobis necessaria est pax superiorũ, s. cum deo, quæ pax est facienda & habenda ad instar vasallorũ qui habent pacẽ cum domino si sunt sibi obedientes. Idẽ de nobis erga deũ seruãdo sua præcepta. Et sicut prima pax habetur per pœnitentiã, secunda per amicitiã, sic hæc tertia habetur per obedientiã. Aucto. Acquiesce ei, & habeto pacẽ cum eo, & per hæc habebis fructus optimos. Iob. 22. Acquieuit homo corde per fidelitatẽ deo, nõ frãgendo iuramentũ q̃ facimus in baptismo. Die modũ. Frangitur autẽ fides huius homagij, quãdo homo recurrit ad diuinos, &c. vt ꝓditor, quia in suis necessitatib⁹ nõ debet recurrere ad diuinos. Pax autẽ seruatur, quãdo homo tenet fidelitatẽ ꝓmissam sibi. Secũdo ore loquẽdo de eo eũ honore & reuerentia. Cõtra hãc faciunt iuratores & blasphemi, quando emẽdo vel vendẽdo iurant falsẽ. Ideo ipse defendit se mittẽdo lapides & tẽpestates, & quãdo creditis colligere bladum & vinũ, nihil est, &c. quia ipse vastat totũ. Ideo nõ debetis iurare, sed per aduerbia affirmare. Tertiò habetur pax cum deo in opere soluẽdo sibi

sibi reditus, aliàs vasalli nõ haberent pacẽ cũ dominis suis. Deus autẽ sibi retinuit reditus de fructibus, decimas & primitias, ideo solnere debetis. Itẽ de tẽpore quod currit per septẽ dies retinuit sibi vnã diem, s. dominicã. Ideo soluere debetis, nõ tangere partẽ suam, faciendo aliquod opus tẽporale &c. sed spirituale, audire missam cũ silentio, sermones, &c. Et dicit quod per hoc habebitis fructus optimos. Boni fructus sunt abundantia bonorũ tẽporalium quę dãtur à deo. Meliores fructus sunt bona spiritualia, s. remissio peccatorũ, gratia dei, sanctitas & huiusmodi. Sed optimi fructus sunt fructus gloriæ qui dantur illis qui habent deum. Ideo Dauid, Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis, s. vt simus sibi obedientes, quia ista est virtus sua. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo III.

VEnit *ianuis clausis, & stetit in medio*. Ioan 20. Sermo noster erit de gloria corporis domini nostri Iesu Christi post resurrectionẽ. Materia erit alta in theologia. Sed primò saluetur virgo Maria. Pro huius verbi declaratione & materiæ prædicandę introductione sciẽdum est, quòd cõmunis doctrina est theologiæ, quòd dominus noster Iesus Christus diuersimodè habuit, & recepit gloriã animę & corporis, quia in vno tẽpore recepit gloriã animæ, & alio, gloriam corporis. In conceptione enim quando virgo Maria dixit angelo, Ecce ancilla domini, fiat mihi, &c. in vltimo verbo, s. tuum, anima Christi tunc habuit & recepit tantam gloriã à deo quantam habet nunc in cælo. Ratio, quia anima Christi ex vnione diuinitatis habuit & recepit inæstimabile claritatẽ gratiæ & gloriæ. Sicut si crystallus vniretur soli, maximã in se reciperet claritatẽ. Ita de anima Christi cum diuinitate vnitã. Ideo Ioan. dicit, Vidimus gloriã eius gloriã quasi vnigeniti à patre. Io. 1. Videbãt gloriã animæ Christi intellectualiter, quia per opera Christi miraculosa, videbãt in Christo diuinitatẽ. Sed corpus Christi nõ fuit gloriosum, quãdo fuit formatum, licèt esset sanctum & purum, imo fuit passibile, & mortale vsque ad resurrectionẽ pro nostra redemptione, quia alter non fuisset passibile, ideo voluit quòd eius corpus non haberet gloriã vsque post resurrectionem. Patet ergo quòd diuersimodè Christus habuit gloriã in anima & corpore. De gloria corporis. Lu. 24. Nõne hæc oportuit pati Christum, & ita, &c. Gloria autẽ corporis ostẽditur subtiliter in themate cùm dicitur, Venit Iesus ianuis clausis &c. Dicit autẽ Apostolus. 1. Cor. 15. & glosa, & doctores etiã ponũt hoc quod gloria corporis glorioſi consistit in quatuor excellẽtijs. Et omnes ostenduntur in themate.

Prima est agilitas vigorosa, ibi, Venit Iesus.

Secunda subtilitas virtuosa, ibi, ianuis clausis.

Tertia impassibilitas rigorosa, ibi stetit,
Quarta claritas gloriosa ibi in media.

Prima ergo excellentia corporis glorioſi eſt agilitas vigoroſa, quia ſubitò, id eſt imperceptibili tẽpore, nõ autẽ in inſtanti de vno loco venit ad aliũ ſicut vult. Magna eſt agilitas æquorũ currentiũ, maior autẽ volucrũ, & auium volantium, & maior ſagittarũ. Et adhuc maior eſt agilitas, & leuitas ſolis, qui ſubitò, id eſt imperceptibili ſiue paruo tẽpore tranſit magnũ ſpatium, ſed præ omnibus maior eſt agilitas corporis glorioſi. Ratio, quia ſol in ſuo curſu indiget multis horis, ſed corpus glorioſum ſubitò tranſit, & vadit de oriente in occidentẽ, nec indiget vna hora. Dicatur quomodo imaginatio ſubitò vadit quo vult, & in puncto, ſic & corpus glorioſum ex excellẽtia agilitatis corporis glorioſi. Et ponitur ab apoſtolo. 1. Cor 15 Sic erit reſurrectio mortuorũ. Seminatur corpus in infirmitate, ſurget in virtute. No. ſeminatur. ſ. in ſepultura. Sepelire vocat apoſtol⁹ ſeminare, quia ſicut granũ ſeminatur vt faciat fructum, ita ſeminatur corpus vt reſurgat glorioſum. Iſta excellẽtia corporis glorioſi tangitur in themate, cũ dicitur. Venit Ieſus. Et vnde venit? de paradiſo terreſtri. Quoniã doctrina eſt cõmunis, q̃ Chriſt⁹ poſt reſurrectionẽ ſtetit cum ſanctis patribus in paradiſo terreſtri vſq; ad diẽ aſcẽſionis. De hoc dicatur ratio & auctoritas. Ratio eſt iſta, quia ſecũdũ Philoſ. loc⁹ & locatũ debẽt ꝓportionari, & quia Chriſtus poſt reſurrectionẽ habuit corpus glorioſum & impaſſibile, cõueniens ergo fuit q̃ ſtetit in excelſion loco huius mundi. Igitur venit Ieſus, ſcilicẽt de paradiſo terreſtri ad diſcipulos in Ieruſalẽ ſubitò. Auctoritas. Dauid in perſona Chriſti, Quò ibo à ſpiritu tuo, & quò à facie tua fugiã? Si aſcẽdero in cælum, tu illic es, ſi deſcendero ad infernũ, adeſ. Si ſumpſero pẽnas meas diluculo, & habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua, &c. Pſa. 138. Verbum eſt Chriſti apud Deum patrẽ de glorioſa ſua reſurrectione. No. ſi ſumpſero pẽnas meas. Chriſt⁹ in ſua reſurrectione recepit duas alas. Dexterã ſ. animã ſanctiſsimã, & ſiniſtrã. ſ. corpus glorioſum & impaſſibile. Patet ergo ratione & auctoritate q̃ Chriſtus poſt ſuã reſurrectionẽ ſtetit in paradiſo terreſtri. Ideo cum dicitur. Venit Ieſus, oſtẽditur eius agilitas vigoroſa, quia in puncto, hoc eſt in paruo & imperceptibili tẽpore veniebat de tãta diſtãtia. Moraliter autem hanc virtutẽ poſſumus habere nos merito diligẽtiæ ſpiritualis in bonis operibus, Verbi gratia, Religioſus qui cum diligẽtia ſeruat ea ad quę tenetur, hic talis merito huius virtutis cõſequetur agilitatẽ corporis poſt diẽ iudicij. Idẽ de presbytero qui cũ diligẽtia dicit officiũ ſuũ, ſurgit ad matutinas, & cũ diligẽtia cõſtetur & dicit miſſã ſuã, & diligẽter ꝓcurat ſalutẽ animarũ. &c. Idẽ de laicis q̃ diligẽter exercẽt officiũ ſuũ, q̃ habẽt officiũ iudicãdi vt iudi-

Locus quem Chriſt⁹ vna cũ ſanctis patribus à reſurrectione ad aſcenſionẽ vſque incoluit.

iudices, aſſeſſores, procuratores, notarij, nõ dilatando quæſtiones, nec protrahendo ſententiã, tales merito huius diligentiæ cõſequẽtur excellentiã agilitatis. Idẽ de alijs, ſi diligentes ſint in orãdo mane & ſero, & cum diligentia veniunt ad miſſam in dominica. Itẽ cõfitentur ꝓ tẽpore & cõmunicant cũ diligentia, & dant eleemoſynas pauperi, vel dant cõgerũ ſibi, & nõ faciunt ipſum expectare, merito huius cõſequentur excellentiam agilitatis in die iudicij. Ideo dicit ſcrip. Cõfortamini & agite diligenter, & erit Dominus vobiſcũ in bonis 2. Paral. 19. ibidẽ paulò ante. Sit timor Domini vobiſcũ: & cum diligentia cuncta facite. Per oppoſitũ, quando homo eſt negligens in operibus ſpiritualibus, vt religioſus, &c. vel presbyter & in miſſæ, &c. & laici licẽt in die iudicij ſuſcitentur, tamen corpora eorũ erunt grauia & ponderoſa, q̃ ad eundum mediam leucã indigerent tota die, ibunt vt ligati, &c & hoc propter eorũ negligentiam quã habuerunt. Ideo dicit ſcrip. Hier. 48. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter. Secunda excellentia corporis glorioſi eſt ſubtilitas virtuoſa, quia nihil eo ſubtilius. Subtilis eſt aër vel ventus tranſiens per parua foramina, ſubtilior eſt lux quæ tranſit per feneſtrã vitreã, per quam non poteſt ventus tranſire, ſed adhuc ſubtilior eſt vox hominis, vel ſonus cãpanæ, quã vos auditis in camera & ianuis clauſis intrat eo. Præ omnibus his ſubtilius eſt corpus glorioſum. Quia licet ſit verũ corpus, tanta eſt tamen eius ſubtilitas q̃ etiã do capſa ferrea exiret ſi in ea clauderetur, ſine eius apertura, cũ tamen inde nõ poſſet exire ventus nec lux, nec aqua nec vox. Hæc excellẽtia ſubtilitatis ponitur 1. Cor 15. Sic erit reſurrectio mortuorũ. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpirituale, quia habet cõditiones ſpiritus. Hoc oſtenditur de corpore Chriſti glorioſo cũ dicitur, ianuis clauſis, ſ. intrauit ad diſcipulos. Dic quõ diſcipuli timore Iudeorũ erant in cœnaculo ianuis clauſis. Io. 20. cũ fores eſſent clauſæ. &c. Sicut enim exiuit vterũ virginis ſine fractura & exiuit de monumento ſine eius aperturaita intrauit ad diſcipules ianuis clauſis. Moraliter iſtã excellentiã ſubtilitatis poſſumus nos habere merito abſtinentiæ corporalis, ſ. abſtinendo à nimio cibo & potu, & à delẽctationibus, quia perſona abſtinẽs attenuatur, & ſubtiliatur in corpore. O q̃ bonũ eſt in hoc mundo attenuari, vt in die iudicij reſurgamus cum illa excellentia ſubtilitatis. Ideo dixit Chriſtus. Attendite vobis ne fortè grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Lu 21. Per oppoſitũ perſonæ qui nolunt abſtinere à ſuperfluitate cibi & potus, deliciarũ, nec ieiunant ieiunia eccleſiæ in reſurrectione erunt corpora eorũ ita groſſa q̃ vix poterunt ſe mouere & cũ magna violẽtia aër permittet eos trãſire. De illis dicit Apoſtolus, Quorũ deus vẽter eſt, ad Phi 3 quia ſicut deberẽt ſeruire deo, ſic ſeruiũt ventri. Tertia excellentia corporis glorioſi eſt impaſſibilitas rigoroſa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rosa, quia non poterunt pati de cetero aliquod malum seu dolorem, & erunt semper in ætate triginta annorum, in qua omnes resurgemus, tam senes quàm iuuenes, ac etiam pueri in vtero matris mortui resurgent in ætate triginta annorũ, nec senescent, & erimus impassibiles. Sicut radius solis non potest scindi gladio, nec submergi aqua, nec cõburi igne, nec etiã coinquinari turpitudine. Sic nec corpus gloriosum ense potest scindi, nec aqua submergi, etiam si descenderet in profundum maris, nec igne potest comburi, nec etiam ignis inferni potest sibi nocere, si vult illuc intrare ad videndũ damnatos, nec ignis, nec dæmones possunt sibi nocere vel aliquod facere tedium, nec aliqua immunditia potest coinquinari. De hoc dicit sacra scrip. Sic erit resurrectio mortuorũ. Seminatur corpus in corruptione, surget in incorruptione. 1. Cor. 15. Hæc excellentia ostenditur de Christo, cùm dicitur Stetit. Nos in hoc mundo nõ stamus, sed cõtinuè fluimus, sicut aqua cõtinuè fluit per flumen vsque ad mare, sic nos oẽs cõtinuè vadimus in mare amaræ mortis. 2. Reg. 14. Oẽs morimur & quasi aquæ dilabimur in terrã quę nõ reuertuntur. Corpus verò gloriosum fluit continuè impassibiliter. Ideo de corpore Christi glorioso dicit, Stetit. Auctoritas allegoricè, Deus stetit in synagoga deorũ, id est angelorũ. psal. 81. Moraliter istã excellentiã impassibilitatis possumus nos habere, s. merito patientię, quod aufert sentimentũ doloris & passibilitatis. Nã qui verè est patiens nõ sentit iniurias, sic impatiens qui statim ascendit ad quintã. Si occiditur amicus patientis dicit. Fecit Deus hoc. Sicut dixit Iob speculũ sapientię post tot iniurias sibi illatas ab inimicis, Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factũ est. Sit nomẽ Domini benedictũ. Iob 1. Patiens semper dicit. Deus fecit hoc, & non talis, quia solùm fuit minister. Ideo dicit Scrip. sacra, Patiẽtia vobis necessaria est vt voluntatẽ Dei facientes reportetis promissionẽ, ad Heb. 10. No. promissionẽ, Cuius excellentiæ impassibilitatis. Omnia mala penè sunt à Deo, ideo nõ impatienter debem⁹ sentire. Mala autẽ culpę sunt à nobis. Per oppositũ impatientes, qui de nihilo statim, ascendunt ad quintam, resurgent in iudicio, s. non tamen impassibiles, sed passibiles, quia totũ corpus erit plenũ doloribus à capite vsque ad pedes. Et nihil corporis erit impassibile, & quilibet eorũ dicet, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ad Ro. 7. Quarta excellentia corporis glorioſi est claritas gloriosa. Nõ solum erit corpus agile subtile & impassibile, imò etiã erit ita clarũ, q̃ in mundo nihil est ita clarũ, nec stellę, nec luna, nec sol. Clarum est vitrum, clarius crystallũ, adhuc clarior est ignis, sed sol est clarior. Omnes doctores dicũt, q̃ septies erit clarius sole corpus gloriosum. Ex hoc sequitur, q̃ si Deus loco solis poneret corpus gloriosum, magis mundũ illuminaret q̃ sol. Vnde si nos

nos possemus videre vnũ corpus gloriosum, nollemus comedere nec bibere, &c. De ista excellentia dicit scrip. sancta, Sic erit resurrectio mortuorũ. Seminatur corp⁹ in ignobilitate, surget in gloria. 1. Cor. 15. Hæc excellẽtia ostẽditur de Christi corpore glorioso cũ dicitur, In medio. Dicunt astrologi, q̃ sol est in medio planetarum.

Primus est Luna,
Secundus Mercurius,
Tertius Venus,
Quartus est Sol,
Quintus est Mars,
Sextus Iupiter,
Septimus Saturnus.

Septem planeta

Solegitur est in medio planetarũ qui illuminat omnes alios planetas. Ita & Christus in medio discipulorũ. Ideo eũ dicitur in themate, in medio, notatur claritas corporis Christi glorioſi. Est tamen in voluntate corporis Christi glorioſi ostendere suã claritatẽ quando vult, aliàs nõ videtur. Ideo quando Christus apparebat apostolis nõ videbãt suã claritatẽ. De ista dicit scrip. Tũc fulgebũt iusti sicut sol in regno patris eorũ. Mat. 13. Moral. ista excellentia claritatis habetur merito castitatis. Clara & pulchra est persona casta, siue sit religiosus, siue clericꝰ, &c. Auct. O q̃ pulchra est casta generatio cũ claritate, aliàs charitate. Sap. 4. No. cũ charitate, q̃a quãdo sunt casti cũ timore, s. diffamationis, vt multi religiosi clerici & mulieres timore pericuh, sed habẽt defideriũ, talis castitas nihil valet. Sed quãdo sũt casti amore Christi dicẽdo. Sicut Dñe vos q nũquã gustastis de illo, &c. amore mei, sic nec ego volo gustare amore vestri. Talis castitas dicitur cũ charitate esse & deuotione. Per oppositũ p̃sona luxuriosa est ita vilis, & resurget in iudicio, sed ita immũda & fetida, q̃ si mõ nos viderimꝰ vnũ corpꝰ tale, statim moreremur. No. hic miraculũ de malo quodã homine q̃ habebat bonã vxorẽ & deuotã, quę inducebat virũ suũ ad cõfessionẽ, nec volebat se cõtinere à suis ribaldaijs. Ipsa tamẽ cõtinuè orabat p̃ eo dicẽs. Dñe ex quo ego nõ possum corrigere, vos Dñe faciatis ne dãnetur. Accidit semel q̃ ipse veniebat de lupanari, & à Deo mutata est facies eiꝰ in turpissimã figurã & horribilẽ, intãtũ q̃ vxor iamis clausis ascẽdit ad fenestrã volens sibi aperire. & oẽs de vico fugiebãt eius aspectũ ac si dẽmonẽ viderẽt. Qui de hoc admirãs trãsiuit p̃ domũ barbitõsoris, & in speculo vidit suã horribilẽ formã, & etiã territ seipsum, q̃ statim iuit ad cũratũ vt cõfiteretur, & curatus fugiebat. Sed peipiens ad vocẽ clamoris eũ esse suũ subditũ, cõfessionẽ eius audiuit. Et cõfessus recuperauit pristinã formã. In hoc ostendebatur qualẽ faciẽ debẽt habere dãnati, intãtũ q̃ nullus poterit sustinere eorũ aspectũ. Ideo cauete à corruptionibꝰ & à cõcubinis, &c. De qbus Dauid. Corrupti

sunt, & abominabiles facti sunt, &c, Psa. 14. De istis dotib⁹ quatuor vide S. Tho. ad longum in 4. dist. 43.

De eadem Dominica. Sermo III.

Stendit eis manus & latus. Ioan. 20. Hoc verbū dat mihi motiuum & rationem prædicandi de quadam materia valde vtili & deuota, s. de quinque plagis Christi. Si placet Deo erit materia magnæ consolationis animarum nostrarum. Sed primò salutetur virgo Maria. Doctrina est generalis & certa in sacra theologia, quod quando Christus surrexit in die resurrectionis de morte ad vitam gloriosus in corpore & anima, voluit resurgere cum quinque plagis, quas etiam retineret & retinebit æternaliter. Non tamen intelligatis vos q̄ Christus habet manus & pedes perforatos, nec latus perforatum sicut habuit in cruce, immo perfectè fuit curatus gloria resurrectionis & impassibilitatis. De hoc Dauid in persona Christi dicit, Domine Deus clamaui ad te, & sanasti me, Domine eduxisti ab inferno animam meam, saluasti me à descendentibus in lacum. Psa. 29. Sed remanserunt signa illarum plagarū sicut curato vulnere à perito medico, remanet tamen signum. Sic in Christo post resurrectionē, remanserunt signa plagarum, non cum aliqua deformitate, seu turpitudine, sed resplendētia ad instar stellarū, & vulnus lateris ad instar medię lunæ, & in ęternū retinebit ista signa. Ego amore vestri quęsiui quare, & inueni sex rationes confirmatas auctoritatibus sacræ scripturæ veteris & noui testamenti, quare Christus vult signa plagarum in suo corpore glorioso retinere, scilicet,

Prima propter confirmationem de credentia,
Secunda propter demonstrationem de beneuolentia,
Tertia propter commemorationem de victoria,
Quarta propter impetrationem de venia,
Quinta propter manifestationem de iustitia,
Sexta propter informationem de pœnitentia.

Vel sic & breuius, Propter fidei confirmationē, Victoriæ cōmemorationē, Venię impetrationem, Iustitiæ manifestationē, Pœnitētię informationē. His sex rationibus voluit Christus resurgere cū signis quinq. plagarum. Et de prima loquitur thema di. Ostendit eis manus & latus & etiā pedes. Lu. vl. s. ꝓpter confirmationē credētiæ discipulorū incredulorū. Patet thema, Dico primò, quod prima ratio quare Christus voluit resurgere cum signis plagarū, fuit ꝓpter confirmationem de credentia, vt fides & credentia esset cōfirmata in apostolis, & consequenter in nobis. Hoc declaratur sic, Inter oēs articulos fidei maioris difficultatis fuit ad credendum articulus resurrectionis, quā alij articuli. Nota, non solùm infideles Pagani, & Philosophi non potuerunt credere hunc articulū, imò etiā nec apostoli.

Ratio, quoniā regula est philosophiæ, quia à pura priuatione nō est egressus ad habitū, s. naturalē, quoniā cæcus nullo posse naturali potest reduci ad habitū vt videat, nec surdus ad auditū, nec mutus ad loquendum. Modo maior priuatio quæ potest esse est mors, quia per ipsam priuatur homo non solū visu vel auditu, sed etiā omnibus sensibus. Si ergo à priuatione cæcitatis non est regressus ad habitum, multò minus à pura priuatione omniū sensuum, &c. Ideo legitur de Apostolo Paulo in Actibus Apostolorum, q̄ prædicādo iuit in Græciā ad prædicandum in ciuitate Athenienſium, vbi erat tunc maximum studiū philosophorū, qui patienter & cum magno silentio audierunt Apostolum, quousque ventum fuit ad articulum resurrectionis, tunc quidā dixerunt. Quid vult seminator verborū hic dicere? Alij verò dicebāt, Nouorum dęmoniorū videtur annūtiator esse, quia Iesum & resurrectionē annuntiauit eis. Act. 17. Vnde nō solùm philosophi non poterant credere Christi resurrectionē, immo etiā nec apostoli Christi. Lu. 24. legitur quod tres mariæ regressę à monumento, nuntiauerunt Apostolis quomodo Christ⁹ surrexit à mortuis. Et visa sunt ante illos quasi deliramentū verba illa, & nō crediderunt illis, intantum quod Thomas apostolus qui nō fuit cū alijs apostolis quādo eis apparuit Iesus, quando dixerūt sibi apostoli. Vidimus dominū. Io. 20. Respōdit Tho vultis me deludere. Nisi videro in manibus eius fixurā clauorū, & mittā digitū meum in locū clauorū, & mittā manum meā in latus eius, nō credā. Quādo erat in cruce & Iudei sibi ꝓmittebant q̄ cōuerterentur, si descenderet de cruce. & nō potuit descendere, & q̄ modò surrexit nō credo. Ideo Mar. vl. Nouissimè recūbentibus vndecim apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatē illorū & durtiā cordis, quia his qui viderāt eū resurrexisse à mortuis, nō crediderunt. Nota nouissime quia in die ascensionis, quæ fuit apparitio vlt. exprobrauit incredulitatē eorum, quia primò nō crediderunt. Dicit Ambr. in li. de virginibus q̄ virgo Maria postquā Christus surrexit & sibi apparuit, vocauit apostolos, & nuntiauit eis, q̄ eius filius surrexerat, & noluerunt sibi credere: immo dicebant, bonū est domina, corā ea, sed retrò dicebant, qui vult credere credat. Ideo modò respondeo ad quæstionē quā multi faciunt in art. resurrectionis. & resurrexit tertia die, &c. quare additur secundū scripturas, & nō in alijs articulis fidei. Die quomodo sancti patres ordinauerunt, Credo in Concilio Niceno, & de alijs articulis fidei gētes credebāt simpliciter eis, sed in articulo resurrectionis addiderūt secundū scripturas, ad maiorē confirmationē, & hunc modū habuerunt de biblia ab Apostolo Paulo dicēte, Tradidi vobis in primis quod & accepi, quoniā Christus mortuus est, ꝓ peccatis nostris secūdū scripturas. & quia sepult⁹ est, & quia resurrexit tertia die secundū scripturas. q.d. non solum dicò

Maxima in Philosophia.

Quia mulieres nouos spargit.

secundum intellectum meū & credentiā meam, sed secundum scripturas. Et quia visus est Cephę, & post hoc vndecim. 1. Cor 15. Sciēs ergo Christus difficultatē credendi huius articuli ꝓpter duritiam & minus credentiā discipulorum suorum, voluit resurgere & retinere signa plagarum pro cōfirmatione credentiæ. Ideo dicit Ioan. quod apparuit eis di. Pax vobis, & ostendit eis manus & latus, quia dixit, Credite ego sum. Deinde vocauit Thomam di. Infer digitū tuū, &c. Et Tho. credendo dixit, Dominus meus, & Deus meus. Nō solūm hoc fuit confirmatio credentiæ Thomæ & aliorum apostolorū, sed etiam pro confirmatione nostra & omniū Christianorū, & quando audiunt vel legunt totā ꝓbationem. Gregor. Plus nobis contulit Thomæ incredulitas, quam Mariæ credulitas. dum enim ipse vulnera tangit carnis, in nobis vulnera sanat infidelitatis. Ecce prima ratio. De ista auctoritas, Surge propera amica mea & sponsa mea. Veni columba mea in foraminibus petræ, in cauerna macerię. Can. 2. No. hic ecclesia, vel Christianitas vocatur à Christo amica, sponsa & columba. Primò vocat ipsam amicam, & bene, cū sibi ostēdit maximā amicitiā, nūquam aliquis tantū fecit ꝓ vxore sua. Ideo dicit, Surge amica mea, s. de infidelitate & minus credentia in quā cecidisti, quia omnes perdiderant fidem in Christi passione. Deinvocat eam sponsam, qui ex ea generat Christus filios. Tertiò vocat eam columbam propter simplicitatem gentium. In primitiua ecclesia non faciebant rapinam, &c. dicit ergo Christus ecclesiæ, Surge, &c. in foraminibus petræ illius, s. de qua dicit Apostolus, Petra autem erat Christus. 1. Cor. 10. In cauerna maceriæ. Humanitas est paries siue maceries. Nam sicut maceries cooperit & abscondit, sic humanitas diuinitatē cooperiebat. Latº eius dicitur cauerna. Quia dicitur Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit, non dicit vulnerauit, sed aperuit. Ecce hic prima ratio. Moraliter cogitate hic Christi benignitatem, qui amore pauperum voluit resurgere cum signis plagarum, vt citius crederent. In quo nobis dedit exemplū habendi pietatem & compassionem de miserabilibus personis, pupillis, viduis, &c. vt eis subueniamus. Viduæ & pupillo nō nocebitis. Si lęseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorū, & indignabitur furor meus, &c. Exod. 22. Secunda ratio est ꝓpter demonstrationē benevolētiæ, quā s. habet erga nos. Hoc potest declarari quadā experientia mūdana de milite diligente aliquā domicellam, amore cuius portat clenodiū ex auro, ad ostendēdum sibi amorē, & gloriatur de ea intantū ꝙ si aliquis tangit clenodium illud, sequitur duellū, &c. Sic miles Christus philocaptus est de illa domicella, s. ecclesia seu Christianitate vel de natura humana. Nunquā aliquis homo cum tanto ardore amauit aliquā mulierem, sicut Christus naturā humanā, ꝓ cuiº amore recepit clenodiū in ve-

ste humanitatis, s. quinque vulnera, quasi quinque stellas quæ noluit retinere post resurrectionem. Vnde si aliquis interrogaret, domine amore cuius portatis istud clenodiū? responderet. Amore philocaptæ meæ. De hoc auctō. Esa. in persona Christi dicit, Dixit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Respōdet Christus, Nunquid obliuisci potest mulier infantē suum, vt nō misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen nunquā obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te, muri tui corā oculis meis semper. Esa. 49. No. Dixit Sion, id est Christiana ecclesia speculatiua in die ascensionis dixit, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Cui respondit Christus di. Quare dicis hoc? Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, &c. quasi dicatur, plus diligo te, s. sponsam meā, quàm mater filium, quia ecce in manibus meis descripsi te, s. calamis clauorum. Nullus sustineret amore suæ dilectæ ꝙ nomen suū dilectę scriberetur ferro ignito in carne sua. Et muri tui, s. vulnera, quia sicut muris defenduntur villæ ab inimicis, sic nos cruce Christi defendimur ab inimicis, s. dęmonibus. Moraliter sicut Christº amore nostri portat diuisam, sic nos amore sui debemus portare aliquam diuisam. Dic ꝙ quodlibet opus pœnitentiale est diuisa Christi, qui ergo amore Christi ieiunat, & est discoloratus, diuisam Christi portat. Idē de illo q portat ciliciū, vel se disciplinat. Idē de hominibus vel mulieribus, qui amore Christi dimittit vanitates ornamētorū, & vadit humiliter. Greg. Euidētissimū signū re ꝓborū est suphia, & electorū humilitas. Nā ꝙ illorū quisq; supra se portat, sub quo rege militat declarat. Tertia ratio est ꝓpter cōmemorationē victoriæ de bello quid habuit in die veneris sancta. Vult enim ꝙ tātū negotiū nō tradatur obliuioni. Ideo retinuit signa plagarū. Hoc potest declarari ꝑ parabolā de nobili ciuitate ab infidelibus inimicis obsessa crudeliter, ita q nullū recipiebāt nisi ad mortē. Sed venit nobilis fortis miles & valēs, q ꝓ liberatione bellauit cū inimicis, & finaliter habuit victoriā, sed fuit in ꝓlio grauiter vulneratus. Rex autē ciuitatis habuit peritissimū medicū, qui poterat ipsum totaliter curare, ne in eo appareret signa plagarū, sed miles noluit, imò voluit ꝙ totaliter curaretur, ꝙ remanerēt signa plagarū ad cōmemorationē victoriæ. Hæc magna & nobilis ciuitas est natura humana, quæ fuit ab illo magno principe Lucifero obsessa vltra 5000. ann. s. ab Adā vsque ad Christū, intātū ꝙ neminem recipiebat captiuū, sed oēs ducebantur ad mortē in infernū. Quis est homo qui viuit & non videbit mortē, eruet animā suā de manu inferni? Nec poterāt habere remediū. Sed venit ille nobilis miles filiº virg. Mariæ armatº hūanitate vt posset recipere ictus, qa in sua diuinitate nō poterat pati, & in die veneris sancta intrauit ꝓliū contra Luciferū, & similiter liberauit ciuitatē, sed fuit grauiter vul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ter vulneratus per totum corpus. Rex autem, id est Deus Pater potest ipsum taliter curare, quod nullum signū remaneret in suo corpore, sed Christus voluit retinere signa quinque plagarū principalium in signum & cōmemorationē victoriæ. De hoc authoritas & prophetia Isa. 62. in persona angelorū di. Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra. Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego qui loquor iustitiā, & propugnator sum ad saluandū. Quare ergo, &c. In die ascensionis quando Christus ascendit, angeli qui erant in cælo videntes signa plagarū in Christo quærebant, Quis est iste qui venit de Edom. Non quærebant hoc angeli ex dubitatione, sed ex admiratione. Tinctis vestibus, i. mēbris humanitatis de Bosra, id est tribulatione. Respōdit Christus, Ego qui loquor iustitiā, quia cū possim liberare ciuitatē humanæ naturæ, per potentiam & violentiā, nolui nisi per iustitiā liberare eā. Ecce tertia ratio. Moraliter dicit Augu. quia sicut Christus retinuit signa plagarū in cōmemorationē victoriæ, sic & in die iudicij oēs martyres resurgent cum signis plagarū & dolorum, in signum cōmemorationis & gloriæ ipsorū. Dicit enim S. Augu. 22. de ciui. Dei. vt doctor sanctus dicit 3. par. q. 54. ar. vlt. quod fortasis in illo regno in corporibus Martyrum videbimus vulnerū cicatrices, quæ pro Christi nomine pertulerunt. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, & quædam qualitas in corpore, non corporis, sed virtutum fulgebit pulchritudo, verbi grat. de B. Tho. Cant. qui in cap. fuit vulneratus, in die iudicij resurget cum illo signo speciali rutilanti & perlucido in capite, ita quod omnes cognoscēt signū martyrij in commemorationem suam. Idem de beato Petro martyre. Idem de B. Paulo & Dionysio, qui fuerūt decapitati ꝓpter Christum. Idem de illis qui fecerunt pœnitentiam, apparebunt vestigia cilicij disciplinarum, &c. Authoritas, Semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferēte, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. 2. ad Cor. 4. & ad Gal. 6. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Secretum quando aliquis vult facere pœnitentiam, non statim reperit socios, sed qui facit pœnitentiam portabit splendorem gloriæ. Quarta ratio est propter impetrationem veniæ, seu misericordiæ pro nobis apud patrem, supplicando, inquantū homo, quia inquantum Deus non conuenit sibi supplicare, quia supplicatio fit maiori, & Christus inquantum Deus est æqualis patri & Spiritui sancto, sed inquantum homo supplicat patri & orat pro nobis & bene expedit nobis, quia alias iam fuissemus consumpti ex peccatis. Auctoritas, Christus Iesus qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Ad Romanos 8. Ad declarandum modum huius interpellationis, notaui

historiam

historiam quam recitat Iosephus de Antipatre patre Herodis Ascalonitæ, qui occidit innocentes, quia pro imperatore fuit vulneratus in multis prælijs. Qui fuit ab inuidis accusatus apud imperatorem de proditione. Et citatus ab imperatore comparuit & respondit, nō verbo, sed facto, quia nudatus ostendit vulnera imperatori dicens, Non sunt ista signa proditionis, sed fidelitatis. Tūc amplexatus est eum imperator & osculatus. Sic miles Christus pro honore Dei patris bellauit. Et in domo Christi, scilicet ecclesia, & in genere suo, scilicet humano fiunt multa mala & proditiones contra Deum patrem recurrendo ad diuinos inimicos Dei, &c. Et clamores, querimoniæ & accusationes veniunt quotidie coram Deo patre, qui dicit filio, Fili in domo vestra sustinetis vos proditiones corā me, &c. Christus respondet patri ostendendo vulnera di. Et quare recepi ego ista vulnera? Nunquid vt excitetis eos ad pœnitentiam? Et Deus Pater licēt sciat, ipsum interrogat, Quæ sunt istæ plagæ in medio manuum tuarū? Respondet Christus, His plagatus sum, ꝓpro honore vestro in domo eorum qui diligebant me. Zach. 13. Nota in domo eorum, scilicet patriarcharum & prophetarum qui dilexerant Christum, sed eorum filij fuerunt mali, & ipsum odio habuerunt, & ipsum vulnerauerunt. Ecce quarta ratio. Moraliter patet quomodo securè possimus confidere, si volumus corrigi de peccatis, quod Deus parcet nobis, quia talem aduocatum ibi habemus. Vnde si miles in terra regis haberet aduocatum eloquentem, sapientem, & à rege valde dilectum, posset securus esse de gratia regis. Talis aduocatus est Christus in curia Dei. Miser est enim qui defendit se in peccatis, vel desperat, & nō corrigit se. Ideo 1. Io. 2. Filioli mei hęc scribo vobis, vt nō peccetis, sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Quinta ratio est ꝓpter manifestationē iustitiæ. Quoniam Christus in die iudicij descendet & stabit in aëre, & oēs gentes in circuitu eius. Dicit Chryso. super Matt. 24. ꝙ tunc Christus ostendet signa plagarū dicens, Ecce quid ego feci pro vobis vt vos redimerem, & ianuam paradisi aperirē. Ecce manifestatio iustitiæ. Quid fecistis vos pro me? Benedictus erit ille, qui poterit ostēdere aliquod opus nobile factum pro Christo. verbi grat. Dicent illa die deuoti religiosi, Domine nō feci tantū pro vobis quantū vos fecistis pro me, sed amore vestri renuntiaui libero arbitrio, cui naturaliter inclinabar per votum obedientiæ. Ité dimisi diuitias temporales per votū paupertatis. Idem de bonis clericis & laicis dicētib⁹, Domine vos amore mei fuistis plagatus in capite, & ego amore vestri dimisi ornamenta, & vanitates capitis. Item sicut vos habuistis faciem deturpatam, &c. amore vestri amisi pulchritudinem faciei, scilicet ieiunando, &c. Item vos amore mei extendistis manus in

cruce,

cruce,& ego amore vestri extẽdi manum dexteram dando eleemo
synam,& sinistram,faciendo restitutionem. Item habuistis latus a
pertum,& ego remisi de corde inimicis. Itẽ habuistis pedes clauā
tos,& ego abstinui a malis passibus. Tunc dicet Christus, Ex quo
fuistis mihi similes in doloribꝰ,eritis mihi similes in gloria. Venite
benedicti, &c. Mat.25. Deinde dicet Christus his qui erunt à sini
stris, Ecce quid feci pro vobis ostendendo signa plagarum,quid fe
cistis ꝓ me? At illi tacebunt. Et tunc Christus dicet. Ecce sustinui ꝓ
vobis dolores in capite,& vos habuistis caput plenum vanitatibus,
põpis,superbia,&c. Ego habui manus perforatas,& vos fecistis rapi
nã. Idem de alijs,&c. Ideo,Ite maled. &c. Discedite à me ma. Mat.
25. De hoc prophetia, Aspicient ad me quẽ confixerunt,& plangẽt
eum planctu quasi super vnigenitum, & dolebunt super eum sicut
doleri solet in morte primogeniti. In illa die magnus erit planctus
in Ierusalem,quia ibi erit iudicium, sicut planctus Adremon in cã
po Mageddon. Zach.12. Sexta ratio est ꝓpter informationẽ, siue cõ
tinuationem pœnitentiæ. Dominus Iesus in tempore pœnitentiæ,
s.in die veneris sancta recepit quinque plagas principales,& post re
surrectionem in tempore paschali,ipsas voluit retinere,sed non ita
magnas sicut quando ipsas recepit, sic nos in tẽpore pœnitentiæ,ꝙ
in 40. recipimus quinque plagas,in quibus cõsistit tota pœnitẽtia,
& modò tempore quadragesimali & paschali debemꝰ eas retinere,
licèt nõ ita magnas & fortes. Prima plaga fuit cõtritio dolorosa de
peccatis cõmissis,si bonus christianus es in 40. doluistis de pecca
tis, De ista plaga debet nunc remanere signum, s.ꝓpositum nõ re
deundi ad peccata. sunt multi qui credunt quod solùm in 40. debẽt
facere pœnitentiam, &c. immo omni tempore necessariũ est cave
re à peccatis. Ideo Christus dixit, Vade & iam amplius noli pecca
re. Ioan.8. Secunda plaga fuit confessio pudorosa,& illa plaga dici
tur,quia dolorosum est seipsum diffamare. De isto est tenendum si
gnum, quod die dominica fitis in cõfessione missæ, quoniã illa cõ
fessio signum est illius plagæ,scilicet cõfessionis in quadragesima.
ideo pro vobis dicitur ante missam confiteor. Nam sacerdos debet
esse confessus sacramentaliter, si mortaliter cõmisit,&c. Ideo Da
uid psal. 99. Populus eius & oues pascuæ eius introite portas eius
in conf. Tertia plaga est afflictio dolorosa,scilicet ieiunare, non co
medere carnes, plaga est dolorosa non consuetis,&c. Signum reten
tionis huius plagæ est temperantia in cibo & potu. Item vt ieiunij
veniatis ad missam die dominica: qui habet loqui cum rege vel Pa
pa non bibit antè, &c. & talis potest dicere, Dirigatur Domine o
ratio mea sicut incen. in conspe. tuo. psal. 140. Quarta plaga est re
stituno copiosa. Signũ retinendi huius est de cetero non facere vl
surã nec simoniã, nec rapinã, nec furtum, nec retinere mercedem

eis debitam,nec rem inuentam,nec decimas,nec primitias, nec bo
na ecclesiæ,nec hospitalium, nec defunctorum,iuxta illud Aposto
li. Qui furabatur iam non furetur, magis autem laboret operando
manibus suis quod bonum est,&c. ad Ephe.4. Quinta plaga est re
missio iniuriosa,s.remittere iniurias. Ista est plaga lateris quæ respi
cit cor,& dolorosa plaga est. Signum retinendi huius est, ne decete
ro portemus odium,rancorem,&c. sed pacem & amorem & vnitatẽ
& concordiam. In hoc enim cognoscẽt omnes quod discipuli mei
estis,si dilectionem habetis ad inuicem. Io.13. Vel hæc mando vo
bis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Io.15. De his signis dicit
Ber. Data sunt quædam signa & indicia manifesta,saltem vt indubi
tabile sit eum esse de numero electorum,in quo hæc signa permã
serint. Nota hanc materiam de cicatricibus,& rationes propter quas
cicatrices seruauit Christus in æternum in eo permanturas, quas vt
Beda super Lu. dicit, Non ex impotentia curandi seruauit,sed vt in
perpetuum victoriæ suæ circumferat triumphum. Tangit B. Tho.3.
parte.q.54.art.vltimo per totum.

De eadem Dominica. Sermo V.

NOli esse incredulus sed fidelis. Ioan.20. Sermo vester erit
de fundamento bonæ vitæ,s.de fide catholica. Sed pri
mò salutetur virgo Maria. Pro cuius declaratione &
materiæ introductione sciendum, quòd doctrina cõ
munis est & certa & vera in sacra theologia, quod à
principio mundi semper fuit necessarium ad saluationem,fidem hã
bere de Deo,sine qua nullus poterit hic habere gratiam Dei, nec in
alio mundo gloriam,sed diuersimodè,quoniam tempore legis natu
ræ sufficeit fides explicita, quæ poterat haberi in intellectu natu
rali sine libris,scilicet credere primò vnum Deum, quia intellectu
naturali potest cognosci sicut cognoscitur potentia Domini in æ
dificio magnæ domus. Secundò quod ipse est Deus iustus retribu
tor, &c. Hi duo articuli fuerunt semper necessarij ad credendum.
Auctoritas, Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim o
portet accedentem ad Deum,quia est,& inquirentibus se remune
rator sit, ad Hebr. 11. quoniam iustus Dominus bonis seruitoribus
retribuit bona, & malis dat punitionem. Tempore autem legis
Moysi debuerunt habere maiorem fidem explicitam trium articu
lorum,scilicet prædictorum duorum,quod Deus est,& quod remu
nerator. Tertiò credere quòd Deus deberet mittere filium saluato
rem mundi,quia hoc fuit clarè reuelatum in lege scripture. De hoc
Dauid. Qui annuntiat verbum suum Iacob,iustit. & iudi. sua Israël.
psal.147. Nota verbum suum,illud de quo Io.1. In principio erat
verbum &c. Et verbum caro factum est. Alia secreta fidei non tenebã
tur scire nisi magni literati, sed modò tempore legis gratiæ tenẽ
mur cre-

Fides im plicita o mni tẽ pore ad salutem necessaria.

mur credere plus, ſi 12. articulos fidei, iã publicatos & declaratos in ecclesia Dei. Ideo Athanasius, Quicunque vult saluus esse, ante omnia opus est vt teneat catholicã fidem. Quam nisi quisque integrã inuiolatamq; seruauerit, absq; dubio in ęternum peribit. Ex quo fides est ita necessaria ad saluationẽ, ideo dicit thema cuilibet Christiano, Noli esse incredulus, sed fidelis, patet thema. Fides catholica est a nobis credenda tripliciter, ſ. Simpliciter sine disputatione. Plenarie sine diminutione. Firmiter sine dubitatione. Et pro quolibet dicit thema, noli esse incredulus, &c. de primo q̃ debemus credere fidem catholicam simpliciter sine disputatione, vel contradictione. Credere simpliciter, est quãdo homo credit alicui simplici verbo sine iuramẽto, sine testibus de re mirabili, in quo sibi fit magnus honor. Hunc honorem debemus nos facere Domino nostro Iesu Christo credendo simpliciter suo simplici verbo, sine probatione, iuramento, demonstratione & testibus, quod falli nõ potest, nec fallere, nec mendacium dicere, talis simplex credentia est multum meritoria & necessaria. Ratio, quia veritas fidei, seu veritates fidei, sunt altissimæ, & transcendentes, intantum quod intellectu naturali non possunt cõprehendi: ideo oportet credere simpliciter sine disputatione. Stultus esset cęcus, si vellet disputare de coloribus, quos nunquam vidit, sed oportet eum credere quod dicitur sibi. Sic nos cæci sumus in hoc, quod nunquã vidimus veritates fidei, ideo nõ oportet disputare, sed credere Domino Iesu Christo. Dicit namque. 2. Meta philosophus. Sicut se habet oculus noctuę ad lumen solis, ita se habet intellectus noster ad manifestissima naturæ. Quod autem oculus noctuę non possit clarè intueri solẽ, non est defectus solis, sed noctuæ. Sic veritates fidei clarissimę sunt in se, sed ex defectu intellectus nostri cõprehendi nõ possunt. Ideo dicit Scriptura, Qui confidunt in Domino, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescẽt illi. Sap. 3. Nota qui cõfidunt in Domino, ſ. quod non potest mentiri nec fallere in dilectione, acquiescent illi, non dicit in disputatione, quoniam cum aliquis vult secum disputare in fide, diabolus facit sibi argumentum, & tunc non scit respondere, ideo cadit in errorem, sicut cadunt multi dicentes. Quomodo Christus potest esse in tã parua hostia? & quomodo stat, nũquid frãgitur in fractione hostiæ? Cogitate quod omnes veritates fidei iam sunt disputatæ, ergo oportet credere, cùm dicit Apostolus ad Corq̃ui disputabant de fide, Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate fidei quę est in Christo Iesu. 2. ad Cor. 11. Dic practicè quomodo Eua disputante cũ diabolo dicebat, diabolus. Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Genes. 3. Ecce prima quæstio mundi. Et per hanc cecidit in dubitationem di. Ne forte

moriamur.

moriamur: cùm tamen Deus sine dubio dixisset, moriemini. Respõdit diabol⁹, nequaquã moriemini. Scit enim Deus, quod in quacũq; die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri, &c. Eua debuit respõdere diabolo. O proditor tu facis mihi quæstionem de voluntate Dei, recedas, &c. & nõ fuisset victa. Sic debetis respõdere quæstionibus quas vobis facit diabolus de fide, loquendo imaginationi vestræ, & nõ disputare, sed dicere, Credo. Ecce quare dicit Apostolus, Timeo, &c. Moraliter ex disputatione fidei sunt in mundo multi increduli. Verbi gratia, Primo vsurarij dicentes, quare de pecunia mea quã ille tenet cum qua lucratur, & facit sibi commodũ, non potero recipere lucrum? Ecce error contra fidem, quia recipere aliquid ex mutuo, vsura est. Vnde si pro mutuo mille florenorũ recipitis obolum, vsura est. Et quando dicitur, Est de mea pecunia, &c. Error est. Pecunia nõ est vestra sed Dei, qui est Dominus. Et Dominus nõ tenetur dare cõputum nec rationem, sed vos habetis dare rationẽ de omnibus etiam obolis, qualiter acquisiuistis, custodiuistis & expendistis, quia Domini est terra & plenitudo eius. Diuites enim solum sunt dispensatores. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispẽsatores. 1. ad Cor. 4. Ideo tenentur dispensare iuxta voluntatem Domini. Et alibi ipse iã dedit regulã iuxta suã voluntatẽ di. Non fœnerabis fratri tuo ad vsurã, nec pecuniã, nec fruges, nec quãlibet aliã rem, &c. Deut. 23. Sed vsurarius magis confidit de instrumento alicuius notarij falsi q̃ Dei. Ecce in hoc est defectus fidei, quia est articulus fidei. Credere sanctam ecclesiam catholicã, quę scilicet determinat q̃ vsura est peccatum mortale. Est enim cõtra præceptũ, Non fœnaberis. 13. q. 3. penale. Alij diffamant ecclesiam di. q̃ papa licentiat vsuras, pupillis, hospitalibus &c. Error est. Quoniam nõ sunt facienda mala, vt eueniant bona. Ro. 3. Secundò luxuriosi disputant quod fornicatio simplex nõ est peccatum & cadunt in hæresim dicendo, cui facimus iniuriam, &c. Si cum filia regis faceres, nunquid faceres iniuriã regi &c. Sic omnes sunt filię regis Christi, ideo, &c. Ideo dicit scriptura, Abominatio facta est in Israel & in Ierusalem, quia cõtaminauit Iudas sanctificationẽ Domini, quã dilexit, & habuit filiã Dei alieni, Malach. 2. quanto ergo maius periculum est disputare de altissimis. Sunt & alij disputantes & reprobantes imagines dicẽtes, q̃ est peccatum idolatriæ, vel quod est idolatrare. Ecce ignorantia ex qua cadunt in hæresim. Imagines enim sunt in ecclesia Dei nõ ad adorandum eas, vt res quædam sunt, sed ad repræsentandum, & sunt libri laicorum, &c. Nota quod secundum S. Tho. in 3. scrip. di. 9. q. 1. q̃ 2. ar. 2. ad 3. & 2. 2. q. 94. ar. 2. ad. 1. Triplici de causſa imagines Christi & sanctorum sunt in ecclesia. Vnde sic etiam est error & peccatũ amouere imagines laicis. In veteri enim lege præcepit Deus ne sic-tent imagines, scilicet ad adorandum. Non facies tibi sculptile, &c.

Exo.20. Primus homo qui in nouo Testamento inuenit imaginē, fuit Christus. Dic historiam quomodo misit imaginem suam regi Abagaro, vt dicit S. Tho.3. scrip.di.9.q.1 ar.2.q.2.ad 3. Dico secundo, quod debemus credere fidem catholicam plenarie sine diminutione. Vnde conclusio est B. Tho.do.in.2.2.q.5.ar.3 quod si aliquis credit omnes articulos fidei præter vnū, dicit quod de nullo articulo habet fidē, sed solùm opinionē. Ratio, quoniam omnes articuli fidei habent vnum fundamentum, s. veritatem diuinā infallibilē. Qui ergo nō credit vnum articulū fidei, nō credit fundamentū, ideo de nullo habet fidem. Nota similitudinē de domo.12 camerarum fundata super columnā vnā, quia deficiente columna fundamenti nō solùm vna cadit, sed omnes cadunt. Sic de fundamēto fidei. De quo Apost. Fundamentū aliud nemo potest ponere, &c.1.ad Cor.3 Ideo credere sine diminutione debemus. Et charitas omnia credit.1.Cor.13. Credēda sunt magni articuli sicut parui & ecōuersō. Vnde Christ⁹. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est. Et qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Lu.16. ideo ad melius seruandū hāc fidelitatē fidei est consilium ecclesiæ, s. dicere quolibet die mane & sero, Credo. ad instar militis qui fecit homagium regi. ad Ro.10. Si credideris in corde tuo dominum nostrū Iesum Christum, quia Deꝰ illū suscitauit a mortuis, saluus eris, &c. Ratio, quare oportet vt ore dicatur, quia alias sicut lucerna in laterna extinguitur nisi spiret, &c. Sic fides in corde est vt lucerna accēsa in laterna. Aucto. Psal.17. Quoniā tu illuminas lucernā meā, s. credentiā fidei, Domine Deus meus illumina tenebras meas, s. ne cadā in errores contra fidē, ideo nisi spiret per foramen oris extinguitur paulatim. Ideo Apost. Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi vos probate.2.Cor.13. Probatur fides in ore cōfitēdo, sicut firmatur in ore credēdo, sicut trabs quādo fortiꝰ percutitur, tantò magis in terra firmatur. Isto modo Dauid qui spiritu prophetię scuit omnes articulos fidei, ore hilariter cōfitebatur. Auctoritas. Psal.115. Credidi, s. propter quod locutus sum. Lore. Et quomodo respōdet. Ego autē humiliatus sum nimis. Qui hoc cōsilium seruauerit diligenter, saluabitur virtute fidei, quæ nō permittet ipsum mori sine vera pœnitentia & cōfessione. Ergo noli esse incredulus. Dico tertiò, quod debemus credere fidē catholicā firmiter sine dubitatione. Vnde cum maiori certitudine credendi sunt articuli fidei quā illa quæ videtur oculis propriis. Ratio, quia sensus possunt leuiter decipi ex aliquo defectu, vel in dispositione obiecti vel subiecti, siue medij, vt patet de sensu visus in ebrijs, & de gustu in infirmis. Ideo Apost. Postulet in fide nihil hæsitans. Qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circunfertur. Iac.1. Sicut enim vnda maris agitatur ventis hinc inde, sic persona quę dubitat in fide, agitatur huncinde argumentis & rationibus, & nihil potest

test obtinere à Deo. Secūs in fideli in nullo dubitante. Ideo Apo.2. Esto fidelis vsq; ad morte, & dabo tibi coronā vitę. Nota ꝙ tam fortiter & fideliter est tenenda fides catholica, ꝙ citius deberet homo amittere bona tēporalia, diuitias &c. & famā etiā, & vitā, quā fidem vsq; ad mortem, inclusiuē. Et quid homo consequitur ex hoc, dicit Christ⁹ Apo.2. Dabo tibi coronā vitę. De qua corona habetur Apo. 12. Signū magnū apparuit in cælo. Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eiꝰ corona stellarū duodecim. Hęc auctoritas intelligitur ad literā de ecclesia, allegoricè de virgine Maria, tropologicè de anima beata. Et secundū hunc intellectum modò loquor. Hæc mulier est quælibet anima Deo fidelis & deuota, amicta sole, s. Christo. Vnde ecclesia, Sol iustitiæ Christus Deus noster. Induitur enim per veram fidē & credentiā. Et luna.i. scientia Philosophię sub pedib⁹ eius, quia qui secundū principia & regulas Philosophię se vellet gubernare in his quæ fidei sunt, caderet. Dicit enim principium Philosophię, ꝙ multiplicatis suppositis, multiplicantur & essentiæ. Suis pedibus ponatur, quia nō tenetur in creatore. Itē ꝙ finiti ad infinitū nulla est ꝓportio, fallit in Christo Deo & homine. Itē quod locus & locatū debēt ꝓportionari. Item quod impossibile est Deum mori, &c. & sic de alijs. Ideo Apost. Videte ne quis vos decipiat per Philosophiā & inanē fallaciā s. Logicā, &c. ad Col.2. Ex tali fidelitate datur corona stellarum duodecim in alio mundo. Sicut sunt duodecim articuli fidei, sic corona gloriæ est duodecim beatitudinū eis correspōdentium. Tres stellę à parte ante sunt. Prima, credere Deū Patrē. secūda, credere Deū Filiū ęqualē patri. tertia, credere spiritum sanctū à patre & filio procedentem in æqualitate. Tres à sinistris. Prima, credere Christi incarnationē, secūda, Christi passionē, tertia, sanctorū patrum liberationē. Tres à dextris. Prima, credere Christi resurrectionē, secūda, Christi ascensionē. tertia, ecclesiæ gubernationē virtute sacramentorū. Tres retro stāt. Prima, ꝙ Christ⁹ venturus est inde. secunda, quod omnes resurgemus. tertia, quod dabit omnibus retributionē secundum opera sua. Ex his duodecim credētijs corona est gloriæ. Duodecim stellæ sunt duodecim articuli fidei, quibus anima coronatur iā in hoc mundo per gratiam, & in alio per gloriā, quibus correspondent duodecim beatitudines. Ideo Apostolus 2.ad Timoth.4. Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, &c.

De eadē Dom. Ser VI. notabile de quatuor signis quæ Deus dat in animā.

MVlta quidem & alia signa fecit Iesus. Ioan.20. Pro declaratione huius verbi iuxta intellectum quem volo præticare, sciendū quod Deus in hominum saluatione tenet modum, quem tenuit in eorū formatione, quia primò format corpus in vtero matris, deinde creat animā

Universidad de Deusto
Biblioteca

& creando infundit. Isto modo fecit de Adam, quia primò creauit corpus eius de luto, & inde creauit animam eius, & in corpus infudit. Genes. 2. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Dico, similem modum tenet Deus in saluatione. Quoniam in veteri lege primò dedit legem ad solũ corpus pertinentem. Ideo Apostolus, Non priùs quod spirituale est, sed quod animale est, deinde quod spirituale est. 2. ad Cor. 15. Verbi gratia: In veteri lege primò Deus populo suo dedit ad distinctionem & differẽtiam aliorum Apostolorum signa carnalia, sicut sunt signa circuncisionis. Gen. 17. Dixit Deus Abrahæ, Circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Nota, quod Abraham fuit primus homo qui vnquam recepit circuncisionem. Sed quia hoc signum erat secretum, ideo voluit Deus dare populo suo signum notorium extra, s. in pilis & in capite & in barba, quod nullus de populo suo raderet pilos capitis nec barbæ, sicut faciebant alij populi. Leuit 19. Non in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam. Ecce signum corporale. Itẽ dedit signum populo suo ad differentiam in vestibus, de quatuor vittis hyacinthinis, quæ dicuntur fimbriæ. Numer. 20. Dixit quoque Dominus ad Moysen. Loquere filijs Israel, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per angulos quatuor palliorum ponẽtes in eis vittas hyacinthinas. Itẽ dedit eis etiã signum in cibis. Leui. 11. ne confederent, &c. Sed omnia signa ista fuerũt corporalia, quia prouidit solũm corpori, & pro tũc nõ curauit animam. Ideo sapiens orabat di. Domine innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manum & brachium dextrum. Eccl. 36. Nota, innoua signa, q. d. quia ista carnalia sunt. Manum, id est, potentiam & brachium dextrum, id est, nouum testamentum. Brachium sinistrum est vetus testamentum, modicam habens virtutem. Deinde De⁹ dedit illa signa spiritualia, de quib⁹ dicit thema, Multa quidẽ & alia signa, s. à corporalib⁹ vel carnalib⁹ signis, fecit Iesus quæ dedit populo suo Christiano. Patet thema. Amore vestri quæsiui quot sunt signa, & quæ sunt, quæ Christus dat in nouo Testamento animabus nostris. Et inueni quod sicut dedit quatuor signa in veteri Testamento, sic dat quatuor signa spiritualia in nouo Testamẽto.

Primum de innocentia baptismali.
Secundum de militia spirituali.
Tertium de præsidentia spirituali.
Quartum de pœnitentia sacramentali.

Ideo dicit thema. Multa quidem & alia signa, &c. Primò Christus suis fidelibus in nouo testamẽto dat signũ spirituale de innocentia baptismali, quod à doctoribus vocatur character Græcè, ꝙ est signũ Latinè. Anima enim, ante baptismũ, ꝓpter peccatũ originale est immun-

immunda & abominabilis, in tantum quod si persona moritur ante baptismũ, nõ potest intrare paradisum, sed in baptismo anima mundatur & recipit ibi illud pulcherrimũ signũ characteris. Ad hoc melius intelligendum, dic similitudinẽ de imagine facta, vt ponatur in tẽplo, &c. & dũ portatur ad tẽplum, cadit in lutũ, nec ponitur in altari nisi priùs lauetur. Sic anima rationalis est imago Dei à magno argentario trino Deo facta ad imaginem suam. Gene. 9. Ad imaginem quippe Dei factꝰ est homo, quæ inquantũ est ad imaginem Dei, pulcherrima est, sed in generatione carnali cadit in lutum, quia in vtero creatur, & creando infunditur, vt dicit Aug. Vnde si aliter crearetur anima sine illa generatione carnali, non haberet peccatũ originale, sicut aiæ Adæ & Euę nõ habuerũt peccatũ originale, vt ostẽdit pulchrẽ, s. Th. 1.2. q 31. ar. 4. vbi quęrit, Vtrũ si aliquis formaretur ex carne humana miraculosè, deriuaretur ad eã peccatũ originale. Et respõdet & cõcludit ꝙ nõ, quia talis nõ fuisset in Adã secundũ seminalẽ rationẽ, ꝙ solũ caussat traductionẽ peccati originalis, vt Aug. dicit supra Gen. ad literã. Sed illi soli peccatũ originale cõtrahunt, qui ab Adã descendunt secundũ seminalẽ rationẽ. Et ideo nisi talis sic descendens ab Adã, & in peccato originali existẽs, priùs lauetur aqua baptismi, nõ recipitur in tẽplo paradisi. Et si vellet dicere, quia nunq̃ peccaui, nec feci aliquod peccatũ, permittatis me intrare, diceret sibi Christus, Respicias quomodo es immunda, quid faceres tu inter istas mũdissimas? De ista materia dicit script. Quid est homo vt immaculatus sit, & vt iustꝰ appareat natꝰ de mulhere, vsq;, quãto magis abominabilis & inutilis homo, &c. Iob. 15. Nota abominabilis & inutilis homo, s. ad gloriã. Quia sicut meretrix nuda si veniret, abominaretur à vobis, sic & anima nõ baptizata abominatur à sanctis. Sed in baptismo mũdatur, cũ dicitur, Ego te baptizo &c. & datur sibi à Christo illud signũ in frõte ad instar stellæ fulgidę. Vnde si tũc anima posset à nobis videri, tanta est pulchritudo quod &c. Et si ante q̃ peccet recedat à corpore, recta via vadit ad paradisum, vt dicit S. Th. 3. par. q. 68. ar. 2. ad 2. & 4. scrip. di 4. q 2. ar. 1. q 3 ad 4. Et omnes angeli volũt ipsam osculari. De isto signo dicit Apost. Credẽtes signati estis spiritu ꝓmissionis sancto, qui est pignus hęreditatis nostræ, ad Ephes. 1. Nota credentes, quia requiritur credentia propria, si sit adultus, vel credentia ecclesię in paruulis. Hoc signũ est glorię. Hutus signi existẽtis in anima datur capida siue mitra, quæ datur pueris immediatè post baptismũ extra tota picta, quæ signat vestẽ innocẽtię, qua anima induitur, quousq; peccat mortaliter, quia tunc perditur vestis innocẽtię, & signum characteris deturpatur, sed nõ perditur, immo remanet semper in damnatis, quia indelebilis est. 4. di. 4. q. 1. ar. 3. q. 4. & 3. par q. 50. ar. 4. ad 3. & q. 63. & 66. & 72. Ideo Ioannes Apoc. 16. Beatus qui vigilat & custodit vestimenta sua ne nudus

Par ratio est de Christo Domino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambulet, & videant turpitudinem eius. Quia anima nuda magis est abominabilis quàm corpus nudum. Moraliter. Die quomodo parentes debent prouidere ne filij eorum perdant hanc vestem innocentiæ, nutriendo eos, & dando bonas doctrinas. Primò, vt sciant se signare. Secundò virginem Mariã salutare tanquã reginã, &c. Ité ne iurent, ne mentiantur, &c. Quoniam magna est eulpa patentium, si filij sunt mali. Quia quando sunt parui, & nuenes ad instar virgulæ, dirigi possunt, &c. Ideo dicit Christus B. Ioanni, Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt. Apocal. 3. Nota. Sardis interpretatur principatus vel pulchritudo. Ecce innocentia baptismi, in qua pauci sunt. Ideo dicit Habes pauca nomina in Sardis. Vnde dicit Apost. Nolite contristare spiritum sanctum, s. qui habitat in vobis, in quo signati estis in die redemptionis, scilicet baptismi, ad Ephes. 4. Secundò dat Deus signum de militia spirituali, & hoc in sacramento confirmationis, quæ non potest dari nisi ab Episcopo, immo est quæstio, Vtrum Papa posset committere simplici sacerdoti vt confirmet? & aliqui doctores tenent quod non: B. Thomas tamen in 4. scrip. dist. 7. q. 3. art. 1. q. 3. & dist. 25. q. 1. ad tertium. & 3. par. q. 72. art. 11. ad primum, dicit quod confirmatio conferri potest a simplici sacerdote ex commissione solius Papæ, non autem a diacono. Hoc signum datur à Christo, quando Episcopus dicit, Confirmo te signo crucis, &c. & dat tibi alapam vt recordetur. Sic etiam percuritur miles alapa vel ense, quando fit miles. Ideo dicitur signum militiæ, quia in ea datur robur ad pugnam spiritualem, vt dicit S. Thomas 3. par. q. 72. art. 4. ad tertium. & ar. 5. 7. 9. & 10. hoc signum est ad instar monilis aurei in fronte, in tantum quod quando anima intrat Paradisum, statim cognoscit quomodo vnus sunt confirmatus & non alius ex illo signo militiæ spiritualis. Ideo facitis confirmari filios vestros, quia confirmati habent maiorem gloriam in cælo quàm non confirmati, vt dicit S. Thom. 3. par. q. 72. art. 8. ad quartum. Et in confirmatione confertur plenitudo gratiæ spiritus sancti, vt in dicto art. 1. & confirmatio roborat animam contra alias impugnationes quo ad fidem, vt in 4. dist. 7. in literali expositione. & 3. c. q. arti. 9. De illo signo dicit scriptura, Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum. Et audiui numerum signatorum 144. millia signati. Apoc 7. Nota, Nolite nocere, præceptum est Christi ad Antichristum & suos di. Nolite nocere terræ, id est laicis laborantibus pro terrenis, neque mari, id est pœnitentibus, qui dicuntur mare ob contritionis amaritudinem: neque arboribus, id est perfectis in bonis operibus fructificantibus. Ideo ex isto sacramento cor Christiani confirmatur intantum, quod tempore Antichristi

De ministro confirmationis.

Quid cõfirmatio cõferat.

christi fortior erit confirmatus quàm alter non confirmatus. Ideo Christus præcepit Apostolis Luc vlt. Sedete in Ierusalem, donec induamini virtute ex alto, id est donec sitis confirmati. Quia licèt Apostoli fuerunt à Christo baptizati baptismo Christi, vt dicit sanctus Thomas 4. scrip. dist. 19. & arti. 4. ad tertium. non tamen fuerunt confirmati vsque ad diem Pentecostes. Ideo dixit eis, Sedete, id est non intretis bellum prædicationis, quia non estis fortes, donec induamini, &c. Fuerunt enim Apostoli confirmati à Christo. Sed fine materia, vt dicit S. Tho. dist. 7. q. 1. ar. 2. q. 1. ad tertium. 3. par. q. 72. ar. 1. ad primum. Sic in quatuor prælijs Antichristi multi erunt non fortes, quia non sunt confirmati, qui timore negabunt fidem.

Primum prælium erit per dona placentia,
Secundum per miracula apparentia,
Tertium per insolubilia argumenta,
Quartum per durissima tormenta.

Sed illi qui erunt confirmati erunt fortes in omnibus istis prælijs, dicentes illud Act. 13. Per multas tribulationes &c. Ecce quare dicit, Nolite nocere terræ, &c. Et sequitur, Et audiui numerum signatorum 144. millia signati. Vbi ponit tria composita, quia tres conditiones personarum debent recipere sacramentum confirmationis, scentum millia, id est senes: quadraginta millia, id est iuuenes: quatuor millia, id est pueri. Millia autem significat perfectionem confirmationis, quæ potest dari senibus, iuuenibus, & pueris quatuor annorum & suprà. Dicit enim S. Tho 3 parte. q 72. dist. 5 art 2. & 4. scrip. dist. 7. q 3. art. 2. De hoc quod confirmatio debet dari cuilibet baptizato cuiuscunque ætatis, sexus, & conditionis, & etiam morienti. O qualis honor est habere hoc signum, quia sicut in curia regis, licèt omnes sint domestici, tamen magna differentia inter milites & scutiferos, &c. Sic omnes Christiani sunt domestici regis ipsius Christi, tamen nobiliores sunt confirmati, quia sunt milites qui dicere possunt, arma militiæ nostræ non sunt carnalia. Quilibet nostrum magis vellet quod filius suus esset miles in curia regis quàm scutifer tantùm. Idem de curia regis Christi. Ergo labora sicut bonus miles Christi. 2. ad Timo. 2. Tertium signum est de præsidentia spirituali. Hoc signum datur presbyteris in sacramento ordinum, quando ordinatur ad sacerdotium, quod signum dicitur esse character indelebilis, vnde magna præsidentia est, remittere peccata. Quis potest remittere peccata nisi solus Deus? Hoc posse commisit Deus sacerdotibus. Item posse aperire cælum in cõsecratione. Quis enim fidelium habere dubium possit in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ cælos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summa ac ima sociari, vt dicit Greg. in 4. dialogorum, de cõse. dist. 2. Quid sit sanguis, versi. quis. Angeli autẽ dice

Universidad de Deusto
Biblioteca

re possunt cantando, Panis angelicus fit panis hominum, dat panis celicus figuris terminum. O res mirabilis, mãducat dominũ seruus pauper & humilis. De isto signo dicit scrip. Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui. Apo. 7. Nota, quod alter Angelus dicitur sacerdos, quia licèt nõ sit Angelus in natura vel persona, debet tamẽ esse Angelus similitudine, vt bonus frater prędicator dicitur alter Dominicus similitudine. Dic quomodo debet tenere vitã angelicã, &c. Ideo Exo. 19. Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiat eos. Dic quando sunt boni sacerdotes, quomodo ab Angelis cõmendantur, quando verò sunt mali, detestantur. Ecce quare dicit, Vidi alterum Angelũ. De sacerdote Malach. 2. Labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legẽ requirent ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est. Nota, ascendentem ab ortu solis, quia missa nõ est celebranda ante ortum solis, id est lucis, nisi de speciali licẽtia Papę. Vnde dicit S. Th. 4. par. q. 83. ar. 2. ad 4. & 4. scrip. dist. 15 q. 1. art. 2 q. 4. quod missa potest dici quando incipit apparere aurora, nõ autem de nocte nisi in natiuitate Christi, & in vigilia Paschę, tunc enim ex digna celebratione missę sacerdos ascendit in scala gratiæ plusquam ex aliquo alio opere. Per oppositum, mali sacerdotes ex illo descendunt vsq; ad profundum inferni. Dauid Psal. 106. Ascendunt vsq; ad cælos, s. boni, & descendunt vsq; ad abyssos mali presbyteri, anima eorum in malis tabescebat. Nota, habentem signum Dei viui, s. præsidentiæ spiritualis, seu præsidentiæ sacerdotalis. Hoc signum habuit etiam Dominus Iesus, nõ sub ratione characteris, quia dicit S. Tho. 4. dist. 4. q. 1. ar. 3. & 3. par. q. 63. art. 5. quod Christus nullum habuit characterem. Dauid, Iurauit Dominus & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Quartum signum est de pœnitentia sacramentali. Vnde quãdo aliquis cum cordis cõtritione cõfitetur peccata sua, quãdo sacerdos absoluit ipsum, in illo puncto datur in anima signum quod dicitur ornatus, & non dicitur character, sed ornatus, intantum quod quando anima sic pœnitens recedit à corpore, dæmones qui veniunt ad mortem cuiuslibet, videntes hoc signum, fugiunt. Secùs de anima impœnitenti quæ nõ vult exire corpore, sicut nec captus de carcere ad audiendam sententiam damnationis. De hoc signo dicit scriptura, Præceptum est illis ne lederent fœnum terræ, neq; omne viride, neq; omnem arborem, nisi tantum homines qui nõ habent signum Dei in frontibus suis. Apo. 9. Præceptum est illis, s. dæmonibus. Ideo Dauid orãdo hoc signum petebat, dicens Psalm. 85. Fac mecum signum in bonum, vt videant qui oderunt me, scilicet dæmones, & cõfundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me, s. per gloriam. Ecce quare dicit thema, Multa quidem & alia signa fecit, &c. Deo gratias.

De ea-

De eadem Dominica, qualiter Christus stat in medio presbyterorum. Sermo VII.

Stetit Iesus in medio Discipulorum suorum. Ioan. 20. Secundum quod clarè inueniri potest ratione & auctoritate, sacerdotes noui Testamenti, & etiã omnes ecclesiastici dicuntur proprie discipuli Christi. Ratio, Illi enim qui cõtinuè studeut & cogitant, loquuntur & ratiocinãtur de doctrina alicuius doctoris, recte dicuntur eius discipuli, vt Grammatici dicuntur discipuli Prisciani. Philosophi etiã de doctrina Philosophi. Idem qui corde cogitant & ore loquuntur doctrinã & legem doctoris Iesu Christi, & seruant eius precepta, recte dicũtur eius discipuli. Aucto. Liga testimonium, signa legem in discipulis meis. Esa. 8. No. liga testimonium. Lex euangelica dicitur testimonium, s. de secretis cælestib' testificando. Io. 3. Quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur. Signa legẽ, s. veterem quæ non debet seruari, quia figura finit nouæ legis. Itẽ alia auctoritas, Si mãseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis. Io. 8. No. Si manseritis, s. studendo, cogitando, loquendo, conuersando, tales sunt clerici qui cõtinuè cogitant, student, loquuntur, & ratiocinantur doctrinam Christi in officio. Ideo dicit thema, Stetit Iesus in medio discipulorum suorum. Modò videndum est ex quibus operibus Christus stat in medio discipulorum. Et inuenio ex tribus, scilicet,

Primò per collaudationem angelicalem,
Secundò per consecrationem sacramentalem,
Tertiò per conuersationem spiritualem.

Ergo stetit in medio discipulorum suorum. Dico primò q̃ Christus stat in medio presbyterorum per collaudationẽ angelicalẽ. Officia enim ecclesiastica dicuntur collaudatio, a con, quod est simul, & laudatio, quia angeli nobiscum laudant Dominũ. Nunquã fit officium in aliqua ecclesia quin angeli sint presentes nobiscũ. Autho. Psal. 67. Præuenerunt principes cõiuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum. Principes dicuntur sancti angeli, vt exponit Bernar. Ratio, quia sicut quilibet rex huius mundi dicitur princeps, ita Angelus, immo magis, eò q̃ minor Angelus cæli est maior quolibet rege huius mundi in honore & dignitate. Præuenerunt enim principes, s. angeli, quia antequam dicatis psalmos, iam sunt cõiuncti vobiscum ad psalmodiã dicendum, vt exponit Bern. No. in medio iuuenculariũ tympanistriarum, nõ dicit vetularum. Synagogæ dicuntur vetulæ, sed ecclesiæ Christianæ dicuntur iuuenculæ tympanistriæ. Non solùm Angeli, sed & etiam ipse rex Angelorũ est in medio, quod patet ex suo testimonio. Matt. 18. Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. In hac auctoritate Christus ostendit nobis tria quę debemus habere faciendo officium

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficium diuinum. Primò, quod simus duo vel tres & non plures neq; pauciores, duo sunt chorus dexter & sinister, vel tres pro illis qui sunt in pulpitro, vel duo sunt, cor cogitando, & os loquendo, quia officium non debet dici solùm contemplando, sed simul contemplando & loquendo, vnde si os dicit officium, & cor cogitat aliud, iam sunt duo. Ideo dicit Aug. Psalmis & hymnis cùm oratis Deum, hoc versetur in corde quod profertur in ore, &c. Alias Christus dicet Matt. 15. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me, &c. Duo representant duas Christi substantias, s. diuinitatē & humanitatem, tres autem, tres personas trinitatis. De his tribus dicit scriptura, In tribus beneplacitum est spiritui meo quæ probata sunt coram Deo & hominibus. Eccles. 25 Coram Deo & hominibus comprobatur, quando chorus dexter & sinister cantant ordinatè. Sed hodie taliter cantant cōtendendo, &c quod reprobati sint coram Deo & hominibus. Ideo amictis vos, &c. Nota cùm dicitur in nomine meo. Lu 2. Vocatum est nomen eius Iesus, id est saluator. Tunc clerici sunt congregati in nomine Iesu, quando procurāt honorem Dei, & salutationem animarum viuentium & defunctorum. Multi tamen congregantur in ecclesia non in nomine Iesu, sed denarij, quia aliàs nō venirent, nisi sint ibi pecuniæ. Dicunt aliqui, Nō introducam malam consuetudinem surgendi ad matutinas, &c. Vnde raró visitatur ecclesia à pluribus nisi amore denarij, nec audiunt confessiones, & sic de alijs sacramentis. tales receperunt mercedem suam. Mat. 6. Et ex ista ratione dicebat Apost. Omne quodcunq; facitis, in verbo aut in opere, in nomine Domini nostri Iesu Christi facite. ad Col. 3. Nota ibi ego sum in medio, quando opus fit pro suo honore certitudinaliter, ipse est in medio, ex hoc signo sequitur q̄ in quolibet sermone facto in nomine Iesu Christi, ipse est ibi. Ideo sitis auisati, & considerate, quia ibi est Papa, Iesus & Cardinales, s. angeli, quapropter debetis compositè stare in choro, quomodo staretis si Rex vel Papa esset in vesperis, &c. Die quomodo sunt dicendæ deuotè septem horæ canonicæ. De quo loquitur cap. dolentes, extra, de celeb. missarum, vbi præcipit Ecclesia quod officium diuinum diuinum pariter & nocturnum, quātum Deus dederit, studiosè & deuotè persoluatur. Dico secundò q̄ Christ⁹ stat in medio per consecrationem sacramentalem. Iam videtis q̄ in missa sacerdos tenet hostiam consecratam in medio manuum suarum, & ipsam recipit in medio populi. Dauid in Psal. Deus stetit in synagoga, id est congregatione deorum, id est angelorum qui dicuntur dij non essentialiter, sed participatiuè. In medio autem deos, i. l est sacerdotes dijudicat, id est diuersimodè iudicat & condemnat, propter defect⁹ quos faciunt in missa. Primò iudicat sacerdotes, & ipsos reprehendit de materia sacrificij, si non est ita præparata vt decet, scilicet quod

hostia sit munda, alba, & sine macula, & rotunda, quia significat æternitatem Dei. Item de materia sanguinis, quod sit vinum purum & bonum & non acetosum. De quo S. Tho. vide 4. scrip. di. 11. quæst. 2. art. 3. q. 2. & 3. par. 74. ar. 5. ad secundum. vbi dicit quod de aceto non potest confici sanguis, sed de vino acetoso bene, licèt sit peccatum. Secundò iudicat ipsos de forma, si dicitur vt debet dici. Dic contra illos qui anhelant, & cum capite faciunt signum crucis. Item de forma consecrationis sanguinis, & quomodo aliqui dicunt festinanter nimis, aliqui nimis spatiosè. Tertiò iudicat de instrumentis immundis, s. corporalibus, pannis seu mappis, & calice & candelis. Item quod illud quod seruit altari, vt candelabra, &c. non seruat vobis in domo vestra vel in mensa, quia vt dicit regula iuris, libro 6. Quod semel dicatum est Deo, amplius ad vsus humanos non est transferendum. Quarto iudicat intentionem, si celebrant pro pecunia, vt Iudas vendendo Christum, quia accipere promissa aliquid quasi pretium eius est simonia. non autem si sumatur quasi stipendium. dicit S. Tho. 2. 2. quæst. 100. arti. 2. ad secundum. & 4. dist. 25. q. 3 art. 2. q. 1. ad quartum. Et tales communiter dant missas pro pœnitentia in confessione. Quia dicit sanctus Thomas 3. par. quæst. 82. articu. 9. & quolibeto. 10. quæst. 8. & 4. scrip. dist. 13. quæst. 1. artic. 2. & dist. 24. quæst. 1. art. 3. quod celebrans missam in peccato mortali, vel inducens talem scienter, peccat mortaliter. Quintò, iudicat vtrum celebrant malè parati, & sine deuotione. Ecce quare diuidicat, id est diuersimodè & ex diuersis causis iudicat. Ideo Apostolus 1. ad Corint. 11. Probet autem seipsum homo, & sic, &c. Probet, scilicet motiuum celebrandi quod habet, & sic de pane illo edat, &c. Dictis verbis nihil remanet ibi de pane, nisi solùm accidentia, vt dicit Doctor 4. scrip. dist. 11. & est de necessitate fidei. Si dicatur, De quo ergo fiunt vermes in hostia? &c. Respondeo, quod illud sacramentum est miraculis plenum, ita quod illa accidentia habent vigorem substantiæ, quia per se subsistunt. Ideo de illis accidentibus generantur vermes, quia habent virtutem substantiæ. De hoc vide sanctum Thomam quarta script. distinctio, 12. quæst. 1. artic. 2. & 3. par. quæst. 77. arti. 2. Et dicitur panis non materialis, sed cælestialis. Illud, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi, si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Ioannis 6. Nota, iudicium sibi manducat, id est damnationem. Dicit glossa Ambrosij. Ita punietur, ac si Christum proprijs manibus interfecisset. Nota de hoc sanctum Thomam in tertia quæstione, articulo secundo, & quarta scriptura, distinctione nona, dicentem, quod peccatum indignè sumentium eucharistiam est minus graue peccatis commissis in Deum, & grauius peccatis contra proximum, vel contra seipsum, & est etiam minus graue peccato occisionis Christi, & proditionis eius, & etiā minus

Nō sacrificatur aliquo peccato in aceto sed vino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus graue proiectione eius in lutum. Ideo antiqui sancti dubitabãt & valdè timebãt si essent digni sacerdotio, &c. Tertiò, Christus est in medio per cõuersationem spirituale. omnes debemus spiritualiter cõuersari, & dicet nobis Christus. Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. Luc. 22. Sed cõuersatio spiritualis debet esse per quatuor virtutes, quas debemus habere in vita nostra, quæ sunt,

Continentia personalis,
Abstinentia corporalis,
Temperantia humanalis,
Sufficientia temporalis.

Primò enim in nostra cõuersatione, debemus habere cõtinentiam personalem, & viuere castè. Dic contra illos qui dicunt, Luxuria minimum peccatum est mortale, verùm est in laicis per respectum ad spiritualia peccata. Et dicit tamẽ S. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 3. & in q. de malo. q. 1. art. 1. ad 13. quod fornicatio est maius peccatum his quæ sunt circa exteriora, & minus his quæ sunt contra Deum, vel contra personam proximi. Et secundum eundem 4. scrip. di. 33 q. 1. ar. 3. & 1. 2. vbi sup. art. 2. concubinatus, & quilibet coitus extra matrimonium est contra legem naturæ, & peccatum mortale. In sacerdotibus tamen & religiosis est de maioribus peccatis carnis, quia sacrilegium est, ergo ratione istius magnum peccatum est furtum, maius est homicidium, & adhuc maius periurium. Et dicit S. Thom. in 2. 2. q. 88. quod maius est adhuc fractio voti simplicis, & maius fractio voti solennis, vel expressi, vt in religiosis, vel annexi, vt presbyteris ex ordinatione ecclesiæ. Ideo oportet habere continentiam personalem. Ideo dicit Christus sacerdotibus, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ, &c. Lu. 12. Et ita nullus & præsertim sacerdos habere debet concubinas, nec suspectas familiaritates. Secundò, necessaria est abstinentia corporalis, quia aliter nõ potest homo viuere castè. Lu. 21. Attendite, ne grauentur corda vestra, &c. Ideo hodie tot sunt luxuriosi, quia non habent abstinentiam, quia secundum Hiero. Venter mero æstuans de facili in luxuriam spumat. Tertia virtus necessaria est temperantia humanalis, scilicet ne nimis velitis conuersari cum laicis. Ratio, Nam habemus conditiones imaginum, quæ de longè apparent pulchræ, secùs de propè, quia tunc videntur defectus imaginum. Idem de Ecclesiasticis, antiquitùs enim quando presbyteri vel religiosi ibant per villam raro, & ex magna necessitate, honorabantur ab omnibus, &c. Ideo Apostolus, Exite de medio eorum, & separamini dicit Dominus. 2. ad Corinth. 6. Quarta est sufficientia temporalis. Habentes enim alimenta & quibus tegamur, his contenti simus. 1. ad Timoth. 6. Non facere debetis simonias, vsuras, nec tenere pecunias in posse iudæorum, nec facere mercantias. Presbyter qui bene facit officium suũ, nun-

nunquam egebit, quia dicit Christus, Primùm quærite regnum Dei, &c. Luc. 12. & Matthæ. 6.

Dominica prima post octauam Paschæ. Sermo primus.

EGo *sum pastor bonus.* Ioan. 10. Sermo noster erit de sancto euangelio huius dominicæ. Et habebimus multas bonas doctrinas pro intellectus illuminatione & vitæ reformatione. Sed primò salutetur virgo Maria. Verbum propositum pro themate & fundamento nostri sermonis est verbum Domini Iesu Christi de se loquentis, dicens: Ego sum pastor bonus. Bonitas huius Benedicti pastoris erga oues, scilicet fidelium Christianorum, ostenditur in sancto Euãgelio hodierno quadruplici ratione.

Prima ratio, quia comparauit oues pretiosè.
Secunda quia custodiunt eas studiosè,
Tertia quia pascit eas copiosè.
Quarta quia collocat eas securè.

Dico primò quod Christus vt bonus pastor emit suas oues pretiosè, si pretio sanguinis sui, non habet eas de furto vel rapina, siue ex deceptione, sed emit eas pretio iusto & superabundanti. De hoc dicit ipse in principio euangelij, Ego sum pastor bonus. Ratio, Quia bonus pastor animam suam, id est vitam corporalem dat pro ouibus suis. Ratio, Quare dat tam pretiosum pretium, est valor incõparabilis animæ, quia nulla creatura corporalis comparabilis est animæ in valore. Vnde si in statera diuinæ iustitiæ quæ est iusta & æqua, in parte vna ponerentur omnes creaturæ corporales, scilicet aurum, & argentum, margarita, gemmæ, sol, luna, & omnes stellæ: & in alia parte vna anima rationalis, plus ponderaret in valore anima rationalis, quàm omnes creaturæ. Auctò. Quid enim prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quã dabit homo cõmutationem pro anima sua. Matt. 16. quasi dicat, nulla sufficientem. Parum lucratur qui perdit animam. Si ergo pro redemptione vnius animæ nõ sufficit totus mundus, quanto magis pro omnibus animabus? Ideo nullum erat pretium sufficiens, nisi sanguis Christi infiniti valoris, ex cõiunctione diuinitatis. Vnde si statera diuinæ iustitiæ in vna parte essent omnes animæ, & in alia minima gutta sanguinis Christi, plus ponderaret in valore sanguis Christi, quàm omnes animæ ex coniunctione diuinitatis, nec aliud pretium sufficiens poterat dari. De hoc dicit Scriptura, Scientes quòd non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Iesu Christi. 1. Pet. 1. Nota, paternæ traditionis, id est venditionis. Dic quomodo pater noster Adam vendidit se, & totum genus humanum pretio vnius pomi, licèt non le-

gatur

gatur cuius erat speciei, & fuit captiuus diaboli ipse, vxor, & consequenter omnes filij. Auctor, A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. 2. Pet. 2. Sic Adā & Eua cōsentientes peccato, reddiderunt se diabolo. Si ergo captiui generant filios, filij etiā sunt captiui. Sed venit Christus optimus mercator de cælo in terrā, sciens valorē animarum, dedit nō pomum, nec aurū, &c. sed solum sanguinē pretio infinitū inæstimabilis valoris, qui redemit nos. Ideo dicit, redempti estis. Nota redempti, id est iterum empti. Vnde conclusio est theologię, quod minima gutta sanguinis Christi erat pretiū sufficiens & superabundans pro mille mundis redimendis virtute diuinitatis & infinitæ charitatis. Modò cogitate quot guttas sanguinis Christus pro nobis dedit. Primò adhuc puer in circuncisione & in prima gutta redemit nos. Idē in secunda, &c. Secundò in nocte passionis quot guttas sanguinis emisit. Luc. 22. Factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terrā, &c. quælibet gutta fuisset pretium sufficiens. Tertiò quādo fuit adductus in domo Pilati, &c. Quartò quando fuit coronatus spinis, totum caput fluxit sanguine. Quintò quando fuit crucifixus in manibus & pedibus, quot guttæ sanguinis cadebant super caput virginis Mariæ. Itē quot lacrymas, quot guttas sudoris, quot labores dum iret prędicādo. Ideo nō dicit empti estis, sed redempti, id est pluries empti. Ideo Apost. Habemus redemptionem nō dicit emptionē, per sanguinē eius remissionem peccatorū secundum diuitias gratiæ eius quę superabundauit in nobis. ad Ephe. 1. Ecce prima ratio quare Christ⁹ est pastor bonus, quia oues suas emit pretiosè. Moraliter. Hic penlari potest si tanti valoris est anima, & Christus tantum pretium dedit, quomodo quilibet debet animā suā custodire. Quomodo est dignus magna reprehensione ille qui pro aliqua vtilitate mūdana, vel pro aliquo bono terreno cōsequendo, dat animā suam diabolo peccādo moraliter, quia tunc anima venditur diabolo modico pretio superbiæ vel auaritiæ, & sic de alijs peccatis, tunc animam hanc à Christo emptā dat pro tā vili pretio. Dicatur parabola de mercatore dulcissimo, qui in nundinis exposuit totam suā pecuniā, & emit vnā pretiosam margaritā, & dedit illam vxori, quæ posuit ad burlam suam, & transiuit quædam mulier portans lactucas, & dedit illam pro lactucis. Nunquid iudicatis vos ipsam fore stultam, vel fuisse similiter vos estis in hac vel tali vanitate. Iste mercator est Christus qui venit de cælo ad forū, & fariam huius mundi, & emit pretiosissimam margaritam, scilicet animam, pro qua dedit totum suum sanguinem, & commisit eam mihi meam, tibi tuam. Vetula cum lactucis transiens est tentatio, dicens: O qualis delectatio, &c. Et quando sibi consentis, tunc tradis sibi margaritam, id est animam. Verbi gratia. Quando tentatio tentat te de vanā gloria, superbia, & sic de alijs peccatis, tunc vendis animam

animam, vel quando pro modico lucro iuras falsè. Alij dant pro modica delectatione, sicut luxuriosi. Alij pro vno prandio vel tacea vini, vt gulosi frangendo ieiunia. Alij pro vna dormitione, vt pigri quando dimittunt missam, &c. Ideo Scriptura dicit Deuteronomij quarto, Custodi temetipsum, & animam tuam solicitè, scilicet ne rediat in seruitutem diaboli. Quando reuertetur mercator, id est Christus in morte hodie vel cras, quid dicet vobis? Videte ergo quomodo est cauendum à peccatis. Dicit ille doctor Leo Papa in sermone passionis Domini. Agnosce, ô Christiane dignitatem, &c. Dico secundò, Bonus pastor Christus custodit oues suas studiosè. Iam videtis quomodo quilibet dominus qui habet oues in terra vbi sunt lupi, bene custodit. Sic facit Christus Christianis ne à lupis infernis deuorentur. De hoc dicit ipsemet in secunda parte Euangelij. Mercenarius autem & qui non est pastor, &c. vsque, me meæ, vbi ponit differentiam inter verum pastorem, & mercenarium. Nota quomodo domini qui habent oues in desertis, dant duas custodias ouibus, scilicet pastorem, & canem contra lupum latrantem. Sic Christus ad custodiam ouium suarum, dat duas custodias, scilicet pastorum ministrorum. Pastores sunt sancti angeli. Vnde doctrina est sacræ theologię, quod quilibet ab ortu natiuitatis suę habet Angelum ad custodiam deputatum. De hoc vide Thomam prima parte, quæstione 113. Dic practice. Quando mulier debet parere, Christus in cælo vocat vnum Angelum nomine suo, quia omnibus eis nomina dedit, dicens: Committo tibi filium vel filiam, custodias, &c. Proles nascendo per prius recipitur per Angelum in manibus Angeli, id est in custodia & diligentia, quam obstetrices, quantumcunque sit præsto. Ex quo sequitur quod nunquam aliqua mulier parit sine obstetrice. Dicit Hieronymus, super illo verbo, Angeli eorum, id est hominum, semper vident faciem patris mei qui in cælis est. Matthæi 18. Dicit hic gloss. Hieronymi. Magna est dignitas animarum, vt vnaquæque habeat ab ortu natiuitatis suæ bonum Angelum ad custodiam deputatum. Nota vnaquæque, nullus dominus dat vnum pastorem cuilibet oui, sed committit 100. vel 200. vni pastori. Christus verò tantum diligit animas, quod cuilibet dat suum pastorem, siue custodem. Ecce quomodo custodit oues. Cogitate hic, &c. Si rex haberet oues sicut antiquitùs habebant Dauid & alij reges, & diceret militibus suis & baronibus committo vobis istas oues deserti, vt ipsas custodiatis, quomodo indignarentur ipsi, nec haberent patientiam, & sancti Angeli quorum minor est maior quàm sit hic Papa, Rex, vel Imperator, reputant sibi ad honorem, quod Deus velit eis cōmittere creaturas, quas fecit ad imaginem, & similitudinem suam, & redemit sanguine

suo

suo, & regratiantur Deo. Nec vnquam angelus deserit creaturã sibi commissam vsque ad mortem, quam tunc ducit ad paradisum si sit perfecta, vel ad purgatorium, vel ipsam dimittit in manibus dæmonum, si sit impœnitens & mala. De hoc Dauid, Angelis suis mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Nota, vniuersaliter in omnib⁹, & per mare & per terram, &c. Moraliter habetis hic doctrinam, quando habetis aliquam tentationem, vel occasionem peccandi, quod cogitetis pœnitentiam angeli. Nullus enim fur faceret furtum alio vidente, nec luxuriosus luxuriam. Cogita quod Angel⁹ semper te videt, &c. Item Ber. In quolibet angulo, & quolibet diuersorio da reuerentiam Angelo, & noli præsente eo facere quod me presente facere nõ auderes. Secundò Christus ad custodiam ouium suarum dat canes qui latrant cõtra lupos inferni. Sed canes sunt omnes qui habent officium prædicandi, magis enim timent, & terrẽtur dæmones clamore & latratu predicationis, q̃ lupi latratu canum. Maior dignitas est esse talẽ ministrum & canem, quia est officiũ Apostolicum ouium Christi, q̃ esse Patriarcham vel Propheram. Auctoritas, Iob in persona Christi crucifixi di. Nunc deridẽt me iuniores, tempore quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Iob 30. Nota, Nunc, f. in articulo passionis deridẽt me iuniores tempore, f. Iudæi qui tunc erant, quorum patres, qui sunt Patriarchę & Prophetę, nõ dignabar ponere cum canibus gregis mei, f. cum Apostolis, quia maioris dignitatis fuerunt Apostoli, & viri Apostolici, q̃ Patriarchæ & Prophetę. Nota ergo quomodo est magnum officium predicatoris, & cum quanta vigilantia exercendum viriliter latrando. Ideo Dauid Psal. 67. Dicit Dominus ex Basan, cõuertã, cõuertam in profundum maris, vt intingatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. No. Dixit Dominus, ex Basan. i. confusione, conuertam, f. peccatorem, conuertam in profundum maris, id est amarę contritionis. Et quomodo fiet istud? Respondet Dauid, Vt intingatur pes tuus, scilicet corpus, in sanguine, scilicet passionis, & lingua canum tuorum, scilicet prædicatorũ, de Christi passione prædicantium: ex inimicis supple, liberentur oues, ab isto scilicet Christo, & non virtute prædicationis. Moraliter. Modò canes dati à Christo ad custodiam ouium fecerunt pacem cum lupis inferni. Ideo oues malè custodiuntur. Nota hic parabolam de Aesopo de canibus, & lupis volentibus bellare. Quidã lup⁹ antiquus qui multa viderat & audiuerat dixit, Rogo quod ante prelia permittatis me loqui cum canibus. Qui dixit canib⁹, Magnum malum erit vobis bellare nobiscum, quoniã vel eritis victi, & sic malè pro vobis, vel victores, & si morimur, vos perditis vitam, quia nobis mortuis non indigent vobis. Hoc audito canes dissimulauerunt & fecerunt pacem. Significatum huius parabolę est bonũ.

Lupi

Lupi sunt dæmones, canes autem prędicatores, qui debent bellare, sed pacem fecerunt, quia iam prędicatores non latrant contra dæmones pro custodia ouium, sed vt videantur clerici, aut habeant familiantes, pecunias, &c. prædicant doctrinas Poetarum & nõ Christi. Ideo iam verificatur illud Esa. 56. Omnes bestiæ agri venite ad deuorandum, vniuersæ bestiæ saltus. Speculatores eius cæci oẽs nescierunt, vniuersi canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes somnia, & canes impudentissimi nescierunt saturitatem. Ipsi pastores ignorauerunt scientiam, alias intelligentiam omnes in viam suam declinauerunt, vnusquisque ad auaritiam suã à summo vsque ad nouissimum. Ideo deuorant lupi, sidęmones, tot oues. Si dicatur, Mirum est quod aliqua ouis pereat, quia habet angelum custodem, &c. Respondeo quod Deus per angelos custodit oues, sed non cogit liberum arbitriũ. Christus pręcipit, angelus verò consilium dat, & inducit, sed non cogit. verbi gratia, Christus vt Dominus & pastor principalis pręcipit humilitatem, & angelus te inducit ad eandem, sed es ita malus & induratus in malitijs tuis, &c. q̃ non vis credere Christo præcipiẽti, nec ãgelo cõsulenti, sed vis facere superbiã, pompã, &c. Item de alijs virtutibus & vitijs oppositis. Ecce quare perduntur oues Christi, qui nolunt stare sub cura seu regimine pastoris. Ideo Dauid, Erraui sicut ouis quæ perijt, &c. Dico tertiò, q̃ bonitas pastoris Christi ostenditur in hoc, quod oues suas pascit copiosè, f. in sacramento altaris. Multum est enim quando Dominus permittit comedere oues in horto suo, multò magis quando in sua mensa & de suo pane. Plus facit Christus in ouib⁹ suis, quas permittit comedere in domo, f. ecclesia, & in mensa sua, f. altari, quibus dat non panem, sed corpus suum in cibum, & sanguinem suum in potum, nõ vnum frustum sed totũ corpus. De hoc dicit euangelium, Sicut nouit me pater, & ego nosco patrem, & animã meam pono pro ouibus meis. Dicit hic Greg. q̃ hoc dicit de sacramento altaris. Fecit Christus quod monuit, ostendit quod iussit. Bonus pastor animã suam pro ouibus suis posuit, vt in sacramento nostro corpus suum & sanguinem verteret, & oues quas redemerat, carnis suæ alimento satiaret. De ista pastura prophetia. Ezech. 34. Hæc dicit Dominus. Ego pascam oues meas in montibus Israël. In pascuis vberrimis pascã eas & in montibus excelsis, scilicet in tribus substantijs altissimis quæ sunt in hostia cõsecrata. Vnde altior mõs substantijs altissimis quæ sunt in hostia cõsecrata. Vnde altior mõs seu creatura mũdi corporalis, & melior est corpus Iesu Christi quod ibi est in hostia. Mat. 26. Accipite & mãducate, hoc est corpus meũ. Dixit Christus in cœna apostolis. Secundus mons altissimus super omnes creaturas spirituales melior & excellentior est anima Christi, quę ibi est etiã in hostia cõsecrata per naturalẽ concomitantiã. Tertius mons altissimus, quia de omnibus substantijs liquoribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

melior & excellentior est sanguis Christi, qui ibi est per naturalem concomitantiam. Ideo non datur vobis in calice. Item super omnes creaturas corporales & spirituales & liquores est diuinitas, quæ est tota in hostia cōsecrata. Ecce qualis bolus. Ecce quare dicit ego pascam oues meas, &c. Moraliter. Si ergo vultis esse cum angelis in pascuis paradisi, communicate quolibet anno in pascha bene parati, alias nunquā recipiemini in paradiso. & est magna ratio, q̄ qui nolunt recipere Christum in domo sua, nō recipiūtur à Christo in paradiso. Amē amen dico vobis, nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Io. 6. Qui autē cōmunicāt, recipiuntur à Christo di. Dignū est, quia me recipisti, vt te recipiā in domo mea. Mat. 15. Euge serue bone & fidelis. No. q̄ sicut quolibet anno Christus debet recipi sacramētaliter, sic in qualibet dominica debet recipi spiritualiter in missa, in qua sacerdos ipsum recipit sacramētaliter, & totus populus ipsū recipere debet spiritualiter. Ideo dicit sacerdos in cōmunicādo. Refecti cibo potuq; celesti, &c. Nō dicit refectus, quia sicut omnia mēbra corporis reficiūtur cibo ab ore sumpto, sic de corpore ecclesiæ omnia mēbra cōiuncta reficiūtur, &c. Dic quō seruatis quatuor cōditionibus debent Christum recipere in missa spiritualiter. In dominica prima ne sint potati. 1. Cor. 11. Cū cōuenitis ad manducandū inuicē expectate, s. nō bibatis quādo, &c. Secūda vt sint in cōfessione, quia quādo homo inuitatur, semper debet esse in manuū ablutione. Dauid. Populus eius & oues pascuæ eius introite portas eius, s. ecclesiæ, in confessione. Nō dicit in epistola, vel in euāgelio. Tertia ne loquātur in ecclesia. Hec dicit dominus deus sanctus Israēl: Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. In silētio & in spe erit fortitudo vestra. Esa. 30. No. si reuertamini, s. à laboribus & negotijs temporalibus. Quarta ne recedāt quousq; datur cōgruū benedictionis, iuxta illud Deut. 32. Date magnificētiā deo nostro, dei perfecta sunt opera, &c. Dico quarto, q̄ Christus tanquā bonus pastor oues suas collocat securè. Sicut pastor in securo collocat oues, &c. Idē facit Christus. De hoc quarta pars euangelij. Alias oues habeo, quę nō sunt ex hoc ouili, &c. vsq; in finē. Vnde bona gens video q̄ vos qui habetis oues in mōte in pascuis, cū venit nox, ponitis eas in aliquo ouili, ne lupi deuorēt eas. Sic facit Iesus de nobis quādo venit vesper, s. dies mortis, Iesꝰ collocat animas in paradiso, si bene vixerūt, ne lupus, id est, diabolus eas deuoret. Et loquitur Christus angelis di. Alias oues habeo, s. homines & mulieres, & illas oportet me adducere, s. per inuocationem, vel per obedientiam, vel per pœnitētiam. Ouile seu locus ouium harum vbi in nocte mortis securissimè requiescent, est cęlū empyreum, s. societas angelorum, & sit vnū ouile & vnus pastor, &c.

De eadem dominica. Sermo secundus.

Fiat

Fiet vnum ouile & vnus pastor. Io. 10. In præsenti sermone iuxta mortuum thematis volo vobis prędicare & declarare quomodo animæ sanctæ collocantur, & ordinantur in paradiso, & si vultis tenere bonā vitā, scietis cum quibus angelis eritis collocandi in paradiso. Credo quōd erit materia deo grātiosa & acceptabilis, & nobis profícuosa & meritoria. Sed primo salutetur virgo Maria. Pro huius ver bi declaratione & veniendo ad materiam prædicandam, sciendū q̄ inter antiquos doctores & magistros fuerunt duę magnę quæstiones, de ordinatione animarum & angelorum in paradiso. Quæstio prima erat de preēminentia. Secunda de residentia. Prima de preēminentia, Vtrū angeli in cælo sint superiores & altiores animabus, vel econuerso, vel sint equales. Secunda residentia, Vtrū angeli oēs in gloria sint ad dexterā Christi, & animę ad sinistram, vel per oppositum, vel si sient simul. Hę iquæstiones erant difficiles ad sciendū, sed Christus eas declarauit rēspōdendo ad vnā quæstionem quam sibi fecerunt iudæi, de qua loquuntur tres Euangelistæ, s. Mat. 22. Mar. 12. & Lu. 20. Dic historiam de quæstione facta Christo de muliere quæ habuit septē viros, in resurrectione cuius esset vxor. Quibus Christus respōdens dixit, Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias; illi verō qui digni habebuntur sęculo illo in resurrectione ex mortuis, nō nubent, neque ducent vxores, neq. vltra mori poterunt. Æquales enim angelis sunt. Luc. 20. Patet respōsio ad primam quæstionem de præeminentia, q̄ angeli nō sunt superiores animabus, nec econuerso, sed animæ & angeli sunt equales, scilicet in puritate, dignitate & gloria. Secunda quęstio est de residentia, quę patet ex alia Christi respōsione, quā fecit Iudęis dicens, Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. In resurrectione enim neque nubūt neque nubētur, sed erūt sicut angeli dei in cęlo. Mat. 22. No. ly sicut est aduerbium, & dicit similitudinē, ergo angeli nō erunt ad dexterā, & animę ad sinistrā vel econuerso, sed erūt simul. Et hoc dicit thema, Ppositum, Fiet vnum ouile, s. de hominibus bonę vitę, & de angelis, sub vno pastore, s. Christo regnāte super oēs. Modo ex doctrina Christi, & Apostoli Pauli, & Ioannis Euāgelistę qui hoc viderūt ex Christi ostensione eis facta, nos scimus ordinationem paradisi quomodo ibi sunt nouem ordines angelorum, vt expressè hīc ponit Dionysius qui habuit à Paulo, quos ordines beatus Ioannes vocat plateas, Et plateæ ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrū perlucidum. Apoc. 21. Nota cōporalem pulchritudinē platearū. In tantū q̄ si possent videri, &c. In prima platea sunt angeli sic dicti. Et de isto ordine quilibet nostrum habet vnū angelū ad custodiā sibi deputatū, vbi sunt plures q̄ sunt in mundo folia arborū. Dicit S. Tho. q̄ sicut quantitas cōtinua istorū inferiorum nō est nisi punctus respectu

Universidad de Deusto
Biblioteca

spectu quantitatis cęli: Sic quantitas discreta rerum mundanarum nihil est respectu quantitatis discretę illorum qui sunt in cęlo. Et in hac prima platea est capitaneus Raphael. Secunda platea altior est archangelorum, capitaneus est Gabriel. Tertia platea est principatuum, Capitaneus est Michael. Auctoritas. Dan. 10. Ecce Michael vnus de principibus primis. Quarta omnibus prædictis excellętior est potestatum. Nescitur quis est ibi capitaneus, quia Deus nō reuelauit nisi de tribus prędictis. Quinta pulchrior est virtutum. Sexta donationum. Septima thronorum. Octaua cherubim. Nona omnibus alijs maior, nobilior, & pulchrior seraphim. Animę autē collocantur quędā in primo ordine, quędā in secundo, &c. Nulla autē est super oēs ordines angelorum nisi solus Christus cū virgine Maria à dextris eius. Hieronymus. Nō est fas credere aliquē sanctorū oēs ordines angelorū transcendere, nisi solum virginem Mariā, de qua dicit ecclesia, Exaltata est sancta dei genitrix super choros angelorū ad cælestia regna. Et sic sit in cęlo empyreo vnū oule & vnus pastor. Modò declarabo vobis quæ animę vadunt in primo ordine, & quæ in secundo, &c. Et dum ego dicā quilibet vestrū cogitet de se, & videat si teneat talē modum viuendi. Vnde sicut sunt in cęlo nouem plateę seu ordines angelorū: sic sunt in hoc mundo nouē modi bonę vitę correspondentes nouē ordinibus angelorū, & qui sunt in primo gradu bonę vitæ, collocantur in primo ordine. Primus modus seu gradus bonę vitę est afflictio pœnitentialis. ſ. de peccatis, de quibus nullus potest se excusare, facere pœnitentiā, ꝑ tempore cōuerti ad Deum, cōteri cum ꝓposito nō redeundi ad peccata, cōfiteri, vitare occasiones peccandi, affligere carnē aliquo modo vel ieiunio, vel cilicio, vel disciplinis, &c. quia occatione carnis peccamus. Tales quando decedunt, facta cōdigna pœnitentia, quia alias complebitur in purgatorio, quādo talis est in articulo mortis, subito angelus custos ascendit in cælum. Et Christus interrogat, Quę noua? licēt sciat omnia, tamen ipse interrogat iustū, & impiū. Psal 10. Respondet angelus dicens, Domine modò sunt tot anni, ꝙ vos commisistis mihi talē, & modò est in articulo mortis, & domine vixit sic, &c. Et virgo gaudet, & dicit filio suo. Fili honorandus est ex quo amore vestri fecit hoc, & nō ex vana gloria. Tūc Christus vocat Michaelem, di. ꝙ vocet angelos & mittat ad sociandū & liberandum à dęmonibus. De hoc auctoritas, Si fuerit pro eo angelus loquēs vn' de milibus vt annunciet hominis equitatē, miseribitur eius & dicet, Libera eū vt nō descēdat in corruptionē. Inueni in quo ei ꝓpicier. Iob 33. Hoc videntes & scientes filij vestri parui, petunt pro gratia à Christo vt honorent patrem vel matrem, &c. Et descendunt cū angelis, vt hoc patet ex multis miraculis. Anima statim sentit presentiā angelorū, & separata à corpore statim videt angelos & animas, & cogno-

cognoscit omnes, & salutat eos dicens, O angeli benedicti & vnde hæc mihi? Deinde vocat filios nominibus di. & vbi frater tuus maior? Respondet in inferno est. Nota quomodo de magnis pauci saluantur, quia sunt pleni superbia. Quamuis anima dum est cōiuncta carni, non potest videre nisi carnalia vel corporalia, &c. Deinde ascendunt in cælum, & anima ascendit in medio angelorū ad instar nobilis sponsę, quę in die nuptiarum associatur à baronibus, &c. De hoc aucto. Factū est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahę, id est in gloriam paradisi: Lu. 16. Et quādo sunt in porta paradisi, portarij aperiunt, & intrant, & statim in prima platea fit magnum festū ab angelis. Auct. Dico vobis quod gaudiū est coram angelis dei super vno peccatore pœnitentiā agente. Luc. 15. Bis ponitur hæc auctoritas in dicto cap. quia gaudent tā angeli quā etiam sancti: Quanto ergo magis gaudent & angeli & sancti super vno peccatore pœnitētiam complente, & cælum introeunte? Deinde venit anima vsque ad Christū & ibi coronatur ab ipso Christo. O qualis amor. Aucto. Iusti autem in perpetuum viuent, & apud dominum est merces eorum & cogitatio eorū apud altissimum. Ideo accipient regnum decoris & diadema speciei de manu domini. Sap. 5. Quantū gaudet rex in die coronationis suæ quando coronatur, quę coronatio nihil est respectu illius coronę quę amitti nō potest. Tūc de anima coronata dicit Christus, Collocetur in ordine angelorum in cathedra. Ergo bonū est facere pœnitentiā de peccatis. Ideo Christus, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cęlorū. Matt. 4. Secundus gradus seu modus bonę vitæ est melior, ſ. deuotio spiritualis per additionem, quę vltra afflictionem pœnitentialē habent deuotionem spiritualem qua est melior. Ratio, quia melior est anima quàm corpus: afflictio pœnitētialis tangit corpus, sed deuotio tangit animā quę est melior corpore. Spiritus est qui viuificat, caro nō prodest quidquam, Io. 6. Corpus enim omnia habet ab anima, ſ. videre, audire, &c. Deuotio spiritualis est, quando homo libenter & cum gaudio facit spiritualia, vt orare. Quando religiosi & clerici dicunt suum officium deuotè & distinctè, surgunt ad matutinas de nocte, quas dicunt in memoriā passionis seu captionis Christi. Idem de alijs horis canonicis. Secūs de illis qui dicūt matutinas albas, vel rubeas, nec celebrāt nisi pro pecunijs. Idem de deuotione spirituali secularium, facere orationem quolibet die deuotè nō induendo, &c. audire missam & sermones in dominica cum silentio, confiteri & communicare, &c. Quando tales decedunt collocantur in secundo ordine, scilicet archangelorum, secūdùm practicā prius dictam, & fit eis maior honor, quia vltra afflictionem pœnitentialem habuerunt deuotionem spiritualem. Et in quahbet platea fit magnum festū dicendo, Felix dies, felix hora, felix tēpus, felix mo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra in qua pœnitentiam cõpleuisti captãdo. Ratio est, quia decet qui in hoc mundo magis approximatur deo, quòd etiam in alio sit propinquior. Ideo dicebat Dauid, Ecce qui elongant se à te, s. per inde uotionem spiritualem, peribunt in corpore & anima. Mihi autẽ adhærere deo, s. per deuotionem spiritualem, bonum est. Psal. 72. Tertius modus est melior, s. miseratio fraternitatis semper intelligitur per additionem, quando vltra afflictionem & deuotionem spiritualem habent miserationem fraternalem. Dicunt doctores theologiç, q̃ bonum est ieiunium, q̃ est afflictio. Melior est oratio quę est deuotio. Sed adhuc melior est eleemosyna quæ est miseratio fraternalis. Quando homo cõpatitur pauperi, tũc dat sibi de corde. Quãdo iuuat eum, dando sibi cibum vel potũ, tunicam, &c. tunc dat sibi eleemosynam de bursa. Dic modum dandi eleemosynam portando pecunias in manu, &c. Sic enim vitatur vana gloria in te, & verecũdia in paupere. Seneca. Nihil carius emitur, quàm q̃ precibus obtinetur. Cogitate quòd quando vaditis ad ecclesiam, vadatis ad petendum eleemosynã à Christo, &c vel sanitatem vel pacẽ. Ideo date & dabitur vobis, vel mutuando sine vsura. Vnde in aliquo casu maior eleemosyna est mutuare quàm dare, &c. Item secretè mittere pauperibus verecundis bladum vel vinũ vel vestes. Item puellis ad maritandum. Item soluendo pro captiuis, quando tales moriuntur, anima collocatur cum maximo honore in tertio ordine, s. principatus, non sine ratione, ergo dixit Christus, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Mat. 5. Quartus modus omnibus alijs prędictis melior est patientia virtualis. Ratio, quia sunt multi qui libenter faciunt pœnitentiam, & orant deuotè, & faciunt eleemosynas, sed in aduersitate nesciunt habere patientiã, quãdo Deus dat eis aliquam tribulationem, quia omnia mala penè sunt à deo, vt infirmitates quas habemus, & paupertatem patienter sustinere, non indignari in corde, murmurare contra Deum. De hoc dico vobis mirabile de illo sancto homine Iob ditissimo, qui habebat septẽ filios nobiles, & tres filias, septem millia ouũ, mille boues, tria millia camelorum, quingentas asinas, & multas possessiones & reditus, & vna die perdidit omnia. Dic practicè quomodo veniebant serui nũciantes sibi quomodo Chaldęi cœperunt boues, &c. Qui in fine patiẽter respõdit, & dixit, Nudus egressus sum, &c. Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. Sit nomẽ domini benedictum. Iob. 1. & 2. ca. Et quando vos perditis vnũ animal vel aliud quid, maledicitis, &c. ideo patienter sustinete. hęc est dei virtus quę vocatur magna. Act. 8. Quãdo tales decedunt, collocãtur in quarto ordine altiores Michaele, s. in ordine potestatum cũ tanto honore quòd non sufficiunt verba ad exprimendum, sed cogitate. Ideo Apostolus, Patiẽtia vobis necessaria est, scilicet pro ista gloria habenda

habenda, vt voluntatem Dei facientes, reporteris promissionem, s. illius gloriæ. ad Hebr. 10. Quintus modus melior est concordantia proximalis quæ est maior. Ratio, quia habere patiẽtiã in hoc quod Deus facit, est de necessitate facere virtutẽ, quia nõ potes te vindicare de Deo, sed de iniurijs quæ fiunt à proximo, de quo homo potest se vindicare, & non velle vindictam propter Deum, hęc est magna virtus, quando nec indignatur in corde, nec aufert verbum, immo orat pro eis. quando tales decedunt, collocantur in quinto, scilicet virtutum. Cogitate quæ festa fiunt in quohibet ordine quando transit, &c. Ideo Apostolus, Si fieri potest, quantũ ex vobis est cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendẽtes, id est vindicantes charissimi, sed date locum iræ. Scriptum est enim, Mihi vindictam & ego retribuam dicit Dominus. ad Romanos duodecimo. & Deut. trigesimo secundo. Nota, si fieri potest, sci licet quantum est ex parte vestra requirendo pacem, etiam si estis iniuriatus, quia ibi est meritum. Sextus modus alijs melior est præsidentia humanalis, scilicet prælatorum ecclesiæ & dominorum tẽporalium. Hæc est maior. Ratio, quia non solùm respicit vtilitatem propriæ personæ, vt alij quinque modi prædicti, sed vtilitatẽ etiam totius populi sibi subiecti, quia non solùm gubernat se bene in persona sua & virtuosè, sed etiam totum populum sibi commissum. Verbi gratia, de bono Papa, &c. vsque ad rectorem, & de bono Imperatore, vsque ad rectorem ciuitatis, quando habuit iustum titulum, &c. Et quando sunt in domino, non solùm gubernant personam in afflictione pœnitentiali, & deuotione spirituali, & miseratione fraternali, & in patientia virtuali, & concordantia proximali, immo vltra hoc regunt populum in iustitia, quia nec amore, nec odio, nec pecunia faciunt contra iustitiam, contentantur de suis reditibus, non faciunt oppressiones, &c. Idem de prælatis ecclesiasticis, qui corrigunt peccata notoria, quia ex prædictis secretis quæ non cadunt in iudicio hominum, sed Dei, non punitur sine ciuitas sine communitas. Quando tales decedunt, collocantur cum magno festo & honore in sexto ordine, scilicet dominationum. Dic quomodo ibi fit magnũ festum in quohibet ordine transeundo. Dicit virgo Maria filio, magnum festum debet fieri, quia tot anni sunt quod nullus ascendit de talibus, quia omnes se malè gubernãt. Dic de illo qui post mortem apparuit amico suo dicens, Si fui ssem de numero prælatorũ, non fuissem de numero saluandorũ. Ideo dicit scriptura, Si delectamini in sedibus, & sceptris ô reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. Diligite lumen sapientiæ omnes qui præestis populis, &c. Sap. 6. Septimus semper ascendẽdo est maior, s. paupertatis apostolicalis, quãdo amore Christi homo despicit & amittit omnia bona tẽporalia, & est ita philoc. pt⁹ de paupertate,

quod nihil vult habere nisi necessitatem, & procurat honorem Dei & salvationem animarum. Quando tales decedunt, cum magnis honoribus collocantur in septimo ordine, s. cum thronis. Auctoritas, Beatus Petrus pro se & pro alijs de vita apostolica quæ fuit à Christo dicens, Ecce nos reliquimus, &c. Matt. 19. Respondit Christus, Amen dico vobis quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes. Lucas dicit, Sedeatis super thronos duodecim iudicantes tribus Israel, Lu. 22. Octauus gradus melior est sapiẽtia diuinalis, quãdo vltra paupertatem apostolicã habent sapientiã diuinam, & sunt illuminati, & in se habent intellectum clarum, & illuminant alios in in veritate fidei catholicę prędicando contra tenebras peccatorum. Quando tales decedunt, collocãtur in octauo ordine, s. Cherubim, qui interpretatur plenitudo sentẽtię. Auctoritas, Qui doẽti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti, & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellę in perpetuas ęternitates. Da. 12. Nonus gradus, omnibus alijs supradictis melior est charitas supernalis. Quia maior horum est charitas. 1. ad Cor. 13. Sunt aliqui sed pauci ita ardẽtes & inflammati in amore Dei, quod omnino sunt igniti, quod nihil aliud volunt, nec desiderant nisi Deum, amore cuius omnes labores sunt dulces, semper desiderant esse cum Christo. Vnde si Deus diceret eis, Adhuc oportet per annum expectare, & viuere in mundo. Responderent, O Domine, & quare nõ statim, &c. Nota cõtra illos qui fugiunt mortalitates exemplo duorũ captorum. Iustus gaudet quando dicitur sibi quòd exeat de carcere, secùs de illo qui est conscius sibi, &c. Sed pauci sunt sic inflammati diuino amore, sed heu maior pars de vanitatibus mũdi, vt miles de pulchro equo, sacerdos de pingui beneficio, religiosus de aliquo libro, sed non de libro vitæ, s. Christo, mulieres de pulchra veste, vel ornatu, laboratores de pulchra possessione, vel vinea. Inflammantur istis miserijs statim dimittendis, & non curant de istis bonis perpetuis, de Christo, de virgine Maria, & de sanctis. Qui verò in perpetuis & futuris, & Dei amore inflãmati fuerint cum Paulo, qui ait, Cupio dissolui, &c. quãdo tales decedunt, cum honore & festis indicibilibus collocantur in nono ordine, scilicet Seraphimorum. Dicatur quomodo illa anima leuatur à sanctis angelis, vt depingitur de Magdalena, cum canticis & instrumentis, & angeli respiciunt per fenestras suas, & ipsam salutant dicẽdo, O benedicta dies in qua incepisti seruire Deo. Ideo Apostolus, Super omnia charitatẽ habete, quod est vinculum perfectionis, ad Collocenses tertio. Auferis vos, quia nisi teneatis aliquẽ modum viuendi de nouem prædictis, non intrabitis paradisum, quia non sunt alij modi viuendi. Ecce quomodo fit vnum ouile & vnus pastor.

De ea-

De eadem dominica. Sermo III.

Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignũ. 1. Pet. 2. Sermo noster erit de fructu passionis Christi, s. vitandi, destruendi, & expellendi peccata. Sed primò salutetur virgo Maria. Verbum propositum habet subtilitatem & difficultatem in theologia. Itẽ volo ipsum declare dupliciter intellectum secundum duas rationes, ppter quas Christus peccata nostra pertulit in corpore suo super lignũ. Prima per satisfactionem generalem, & hoc vt peccata pręterita sint indulta. Secunda per instructionẽ virtualem, & hoc vt peccata futura sint defensata & propulsata, vel iecta. Ideo dicit the. Peccata nostra ipse pertulit, id est perfectè tulit. Dico primò qꝫ Christus pertulit peccata nostra in corpore suo super lignum crucis pro satisfactione generali, ideo vt pręterita dimitterentur, quia onus & pœnam quam nos debebamus portare pro peccatis nostris, ipse portauit. Pro declaratione dic casum de cõmunitate seu vniuersitate, quę commisit crimẽ magnum contra suum principem & dominum, propter quod fuit data sententia contra eos cõdemnationis, vel quod iustra certũ tempus mille millia florenorũ soluerent, & nõ poterant nec centũ: vel quod homines & mulieres & pueri suspẽderentur. Sed venit homo quidam diues, & soluit principi pro vniuersitate, & sic illa communitas fuit libera à pœna & solutione. Sic est de facto Domini nostri Iesu Christi. Nam iam vniuersitas seu communitas generis humani ex peccato primi hominis & aliorum post obligata erat, & data sententia fuerat contra eam in iudicio diuino, vel quod satisfacerent Deo, vel quòd suspenderentur in furca inferni. Et totũ genus humanum non posset Deo satisfacere pro vno peccato mortali. Ratio, quia peccatum contra Deum factũ est infinitę offensę, propter dignitatem Dei qui offenditur. Vnde offendere laboratorem est peccatum, sad maius peccatum est militem, maius peccatũ est comitẽ, & sic ascendendo in infinitum, quo offenditur Deus. Sed venit ille diues homo, scilicet Christus, portans infinitum thezaurum in gazophylacio corporis sui, dicens Deo Patri, Pater compatior huic vniuersitati, quod omnes suspẽdantur. Ad quem pater, Fili sicut sum misericors æternaliter essentialiter, ita sum & iustus. Ideo, &c. Et filius. Ideo pater ego soluã, ego solus suspendar in furca crucis, ne alii quis mihi credens & obediens suspẽdatur in furca inferni & placuit Deo patri. Ideo Christus soluit pretiũ sanguinis de capite per coronã, de manibus & pedibus ex clauis, &c. Ecce quõ peccata nostra, s. prętrita ipse Christus pertulit per satisfactionẽ & redẽptionẽ generalẽ, vt dimittãtur. De hoc auctor. Christus semel pro peccatis nostris mortuus est iustus pro iniustis, vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. 1. Petri. 3. Nota, viuificatos

Cùm ex obiectio peccatũ infinitũ sit, infinita satisfactione cõpensari debuit,

catos spiritu. Sunt hic duę quęstiones. Prima diceret aliquis qualem redemptionē fecit Christus, cùm tamen adhuc multi damnẽtur, vt infideles, Iudæi, & Agareni, & multi alij. Secunda quæstio de nobis Christianis. Si Christus sufficienter & abundanter redemit nos, & pro nobis soluit pretiũ, quid ergo oportet me soluere & facere pœnitentiam de peccatis meis ex quo Christus abũdanter soluit, quare ergo confessores dant pœnitentiam? Hic dico istam veritatẽ, ꝙ Christus sufficienter & abundanter, immo & superabundanter soluit pro omnibus peccatis præteritis, præsentibus & futuris, quę possunt fieri, non solùm pro peccatis Christianorũ, immo etiã omniũ infidelium, nõ solùm pro isto mundo, immo etiã pro mille millibus mundis si essent. Auctо. Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nõ ꝙ peccatis nostris tantùm, sed etiam pro totius mundi, sup. peccatis. 1. Io. 2. Respõdeo ad quęstiones, quòd licèt pretium redẽptionis sit solutum abundanter pro omnibus & superabundanter, tamen oportet quòd illa redẽptio vel solutio sit aliquo modo applicata. Quòd fit dupliciter, vel per lotionem baptismalẽ, vel per afflictionem pœnitentialem. De primo quando aliquis baptizatur paruus vel adult⁹, q.d. Christus soluit. ideo venio ad baptismum gaudens de sua solutione, & in signum huius recipio baptismũ, talem nihil oportet soluere pro peccatis suis, etiam si feciſſet omnia peccata mundi, nullã eum oportet facere pœnitentiã, ex quo diues homo soluit ꝙ cõmunitate. Si vos qui estis de communitate protestatis dicendo, Nolo gaudere illa solutione, remanetis in illa obligatione. Ita faciunt infideles vt Iudęi & Agareni. Sed si vos protestatis & dicitis quòd vultis gaudere illa solutione, non remanetis obligati. Patet ratio, quia Iudęi & Agareni damnantur. Diceret aliquis quare solutio & redẽptio Christi executatur & applicatur nobis per lauamentũ aquę baptismalis. Dicatur quõ Christus fuit lot⁹ & baptizatus in sanguine, sed quia homo non potest lauari in illo sanguine Christi, ideo lauatur homo in signũ lotionis illius sanguinis Christi, virtute cuius lauamentũ aquę baptismalis habet virtutem & efficaciã lauandi animam. Ecce quare dicit auctoritas. Christus mortuus est, &c. vt nos offerret Deo per baptismum. Patet solutio ad primam quæstionem. Ad secundã quæstionẽ de nobis Christianis quid dicemus? quòd si Christus abundanter & superabundanter satisfecit ꝙ nobis, quare ergo dicit cõfessor, soluatis satisfaciẽdo pœnitentiã, &c. Respõdeo hic & dico; in prima applicatione solutionis Christi per baptismũ quẽ recepistis, nõ oportet quòd vos soluatis aliquid, s. faciendo pœnitentiã de peccatis. Sed quia post baptismũ iterũ vos obligastis ad supplicium inferni ex peccatis quæ post baptismum feciſtis, ideo oportet quòd iterum vobis applicetur illa solutio & redemptio Christi, nõ per baptismum, quia non habet virtutẽ nisi semel. Sic & Christus

Applicatur nobis meritũ satisfactio-ꝙ Christi per sacramẽta.

Christus non est mortuus pro nobis nisi semel, ideo oportet quòd applicetur nobis per afflictionem pœnitentiale. Quoniã sicut Christus sensit dolores in passione sua, ita & nos in pœnitentia debemus sentire dolores in corpore nostro, ieiunando, cilicio portando, orãdo, vigilando, disciplinando se, &c. Sic applicatur nobis secũdo modo. Et sicut Christus in passione habuit multos dolores, sic iste modus pœnitentiæ potest iterari multotes, quia toties quoties. Ideo quãdo aliquis dicit, Nolo confiteri, nec facere pœnitentiã, talis est Iudęus, qui dicit, Nolo gaudere de Christi solutione, propter hoc modò non vult recipere baptismum. Idem de impœnitente, & licèt hoc non dicat ore, dicit tamẽ facto & opere. Pater prima ratio. Dico secundò quòd Christus pertulit peccata mũdi in corpore suo super lignum crucis per informationem vel instructionẽ virtualẽ, & hoc vt peccata futura vitentur. Die quomodo omnia peccata mortalia mundi includuntur & reducuntur ad septem peccata mortalia, quæ dicuntur capitalia, propter hoc Dominus noster Iesus Christus in cruce fecit septẽ opera, & in quolibet opere dedit nobis exemplum & instructionem vitandi vnum peccatum mortale. Primum opus notabile quod Christus fecit, est, quia quando debuit poni in cruce, ipsemet voluit se denudare, quia nullus poterat eum cogere, si voluisset. Est hic quæstio, quare sic nudus voluit crucifigi, quia sicut videtis nullus malefactor suspenditur totus nudus. Cùm ergo Christus esset nobilis homo de genere Dauid, & hoc Iudęis erat notum, quare ergo voluit nudari? respondeo ꝙ hoc fecit Christus vt daret nobis exemplũ & instructionẽ vitandi & expellendi à nobis vnum peccatũ mortale, quod dicitur peccatum auaritiæ. Voluit nudari antequam se poneret in lecto crucis, dãdo exẽplo ꝙ si tenetis aliquid per auaritiam vel per rapinã coactã, vt domini temporales vel maiores cõtra minores, vel p furtũ secretũ, vt faciũt vasalli cõtra dominos & contra ecclesiã, retinendo decimas vel primitias, &c. vel per vsuram, vt faciunt vsurarij mutuãdo vel emẽdo, &c. vel per fraudẽ, vt faciunt aliqui mercatores, vel per calumniã, vt faciunt iurisę, iudices, assessores, aduocati, procuratores, vel per retentionẽ, vt faciũt domini qui retinent soldatas seruorũ, vel hæredes bona defunctorũ, vel alij retinẽdo rẽ inuentã, vel quocunque modo. Si vis saluari, fac vt Christus. Vade antequam ponas te in lecto per infirmitatem denuda te vt Christus satisfaciendo & restituendo. O qualis instructio pro vsurarijs qui dicunt confessori, Pater dimittã in testamẽto vt hęres satisfaciat, &c. Non credas te ex hoc euadere damnationẽ æternam, ex quo tu non vis satisfacere in vita tua, licèt dimittas in testamẽto, quia tua voluntas nõ est satisfacere si viuis, & cõdemnas filiũ vel hęredem qui etiam nihil faciet de satisfactione, vt patet ad oculũ de omnibus, imò dicet, Ipse fecit vsurã, & furta, & dicit quòd ego

ego satisfaciam, benefaciam, &. Ideo multi sunt in hoc decepti. De diuitijs talium dicit Scriptura sancta. De meretricibus meretricis cõgregata sunt, & vsque ad meretricem meretricis reuertentur. Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus & nudus. Micheę 1. Nota de meretricibus meretricis. Hæc meretrix est auaritia, quæ omnibus se communicat, & dominis temporalibus & prelatis ecclesiasticis, religiosis & clericis, Iudæis & Agarenis. Pecuniæ ergo de malo iusto, de meretricibus meretricis congregatæ sunt, & vsque ad meretricem meretricis reuertentur, quia quando moriuntur deprędãtur ex auaritia, primó à scutiferis, amicis & parentibus, &c. Idem de prelatis, clericis & religiosis. Quia de mercede meretricis, scilicet simoniæ congregatæ sunt, & vsque ad mercedem meretricis reuertẽtur, quia collectores totũ recipiunt, &c. Remedium est ergo illud quod dicit propheta, Super hoc, scilicet malum quod feci cõgregando pecunias, plangam per contritionem & vlulabo per confessionem, vadam spoliatus & nudus per satisfactionem. Si ergo aliquis vestrum est indutus ista mala veste auaritię, denudet se, vt Christus, ne damnetur. Secundum opus notabile quod Christus fecit, est cõclauatio. Postquam fuit denudatus dixerunt sibi Iudæi, Ponas te hic & clauabimus manus & pedes, & posuit se super lectum crucis asperũ & durum. Cogitate cum quanto dolore fuit illa conclauatio, quia manus sunt neruosæ & etiam pedes. Est hic quæstio quare hoc, quia omnes doctores theologię dicunt q̃ minimus dolor suus sufficiesset ex coniunctione diuinitatis, quare ergo voluit tot dolores sustinere? Respondeo quod hoc fecit vt daret nobis exemplum vitandi peccatum luxuriæ, quod fit ad delectandum corpus vt cogitet, luxuriosus dolores corporis Iesu Christi quos voluit pro eo sustinere, vt dicat, ego nolo delectari. Nota, quod Christus in cruce in quinq; partibus sui corporis maximè sustinuit dolores, scilicet,

Prima in toto corpore quando iacuit super crucem duram, & grauem,
Secunda in clauatione manus dextræ,
Tertia sinistræ,
Quarta pedis dextri,
Quinta sinistri.

Christ⁹ quinq; præcipuos dolores perferens, quinq; venerãdas species fugere docuit.

Quare hoc? Respondeo quod ad exemplum vitandi quinq; species luxurię. Prima dicitur simplex fornicatio, ista est minor. Die quid est & quõ dicũt multi q̃ nõ sit peccatũ, &c. Et detur ratio de filiabus regis. Secunda species est adulteriũ, quãdo alter ipsorum, vel ambo sunt de matrimonio, maius quia iam est peccatum, quia nõ solùm fit iniuria Deo, sed etiam proximo. Tertia species dicitur incestus quã do ibi est affinitas carnalis vel spiritualis, iam est maius peccatum. Quarta species est sacrilegium, quando persona est sacrata, quia religiosus

religiosus vel clericus vel monialis maius peccatũ facit, quia cõtra votum facit, &c. Quinta species contra naturam tam magnũ peccatum est, quod non debet nominari. Contra naturã est, quando fit tantum modo, quod non potest sequi generatio quomodocunque fiat. Ecce quare Christus in quinque locis sui corporis voluit sustinere dolores, vt hę quinque species peccati luxurię vitentur. Ideo Apostolus, Qui Christi sunt vt christiani, carnẽ suam crucifixerũt cũ vitijs & concupiscentijs. Ad Gal. 5. Tertium opus notabile Christi fuit in cruce propitiatio. Postquam fuit crucifixus, erexerunt crucem. Cogitate dolorem totius corporis, quod solũ in clauis pendebat. Tunc Christus vidit Deum patrem ad recipiendum vindictam de crucifixoribus filij, si filius voluisset, pro quibus orauit dicens, Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Lu. 23. Nota hic exẽplũ & instructionẽ quã dat nobis, quia nõ solũ nõ voluit recipere vindictã, sed nec sustinuit quod alius, s. patet reciperet p̃ eo vindictã. Quare hoc? Respondeo, quòd ad dandum exemplum vitandi peccatum ire seu vindictę, quod peccatum multum & nimis regnat in mũdo. Dicut enim nõnulli, per caput vel per corpus Dei ego me vindicabo, &c Quid dices in iudicio quando Christus dicet tibi, quare non remisisti mortem patris, vel filij, &c. Si dicis, domine, quia certè malo modo & iniustè fuit interfectus, &c. & cùm falso processu sententiatus, Dicet Christus. Et nunquid ego qui sum Dominus, rex, & Pa pa, maior mundo, iniustè & cum falso processu fui sententiatus? tamen peperci. Die cõtra aliquas mulieres duriores hominibus, quid dicetis cùm virgo Maria remiserit mortem filij sui, qui tãtũ & plus valebat quàm filius vester, & quando audiunt, quod filius pepercit, etiam & ipsa pepercit, & quando videbat illos qui crucifixerant filium suum, salutabat eos dicens, Dominus sit vobiscum, quia diabolus erat cum eis, ideo orabat pro eis. Oportet remittere. Vnde dicit Christus, Matt. 18. Pater meus cælestis tradet vos tortoribus, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris, & ad Ephes. 4. Estote inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Nota, benigni in loquendo, misericordes in remittendo, sicut Deus in Christo, s. existẽte in cruce donauit vobis exemplum. Quartum opus fuit coronatio. Dic quomodo Iudæi portauerunt coronam spineam, quam sibi imposuerant in domo Pilati, & dixerunt, Rex veni huc, & ponemus tibi coronam quam mereris. Quare voluit sic coronari? Respondeo, vt daret nobis exemplum, & instructionem vitandi peccatum superbiæ. Superbus enim communiter vadit capite erecto, sed humilis vadit capite demisso, & stat simpliciter. Superbus autem põpose, &c. Contra quos dicit Scriptura, Vę coronæ superbię, ebrijs Ephraim, & flori decidenti glorię exaltationis eius. Isa. 28. Nota, vę coronę superbiæ.

Quem

Quemadmodum corona habet quatuor flores hîj, sic corona superbiæ venit in capite ex quatuor. Flos ante superbia ex genere, flos retro ex bonis spiritualibus, flos à dextris superbia de officio vel dignitate, flos à sinistris superbia quæ venit ex bonis temporalibus, siue ex diuitijs. Ebrijs Ecstatim, quòd interpretatur crescens vel abundans, quoniã superbia venit vel ex abundantia bonorũ, ideo faciunt vanitates, vel ebrietate ambitionũ & honorum. Et sic licèt sint pauperes, omnia expendunt in vanitatibus ornamẽtorum. Ideo Maria Virgo commendatur de humili capite. Cantic. 4. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es, oculi tui columbarum, nõ falconum, qui hinc inde respiciũt, sequitur, Absque eo quod intrinsecus latet, s. humilitas cordis. Item Tob. 4. A superbia initium sumpsit omnis perditio, s. angelorum & hominum, vt patet in Lucifero & in primis parentibus, qui prius peccauerunt per superbiam quàm gulam. Nota in legenda sancti Ludouici regis, quomodo mater sua docuit eũ sextis feriis non portare crimilia. Et dic contra illos, qui ornant se perlis. Quintum opus Christi fuit potatio. Quia Christus in cruce propter perditionem sanguinis, & propter malã noctem quam habuerat, & propter calorem habuit sitim, & clamauit dicens, Sitio, & & tamen sentebat benè potum sibi dandum, & licèt peteret potum, etiam dederunt sibi cibum. Mensa fuit arundo, Mappa folia. Cibus spongia, Potus acetum. Quare hoc? Respondeo vt daret nobis exemplum vitandi peccatum gulæ. Cogitandum est quale prandium fuit datum Domino nostro Iesu Christo, ideo de cibis noli recipere nisi necessitatem. Idem de vino benè limpharo, & non comedere in dominica ante missam maiorem. Ratio, quia qui habet loqui cum rege vel Papa, &c. Item seruare ecclesiæ ieiunia. Item nõ bibere in taberna, sed in loco vestro. Persona gulosa semper vel frequenter est luxuriosa. Ideo sunt tot mali ecclesiastici in mundo, quia dicit beatus Bernardus, quòd gulosis personis, & ebriosis viuere castè est maius miraculum quàm suscitare mortuos. Ideo Christus, Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate, Lucæ 27. Sextum opus Christi notabile fuit spiritualis occupatio. Quoniam existens viuens in cruce continuè orauit. Dicit Hieronymus cui fuit reuelatũ quod dixit Christus, & incepit, Deus Deus meus, respice in, &c. vsque ad psalmum, In te Domine speraui, vbi dicitur, In manus tuas commendo spiritum meum. Dicit decem psalmos, vbi sunt centum quinquaginta versus in commendationem psalterij, in quo sunt centum quinquaginta Psalmi. Nota quare Christus sic voluit occupari, Respondeo, vt daret nobis exemplum & instructionẽ vitãdi peccatũ accidie, nõ otiosè dimittamus repos transire nobis concessum ad operandum, non solùm temporaliter, sed etiam spiritualiter orando. Dic modũ orandi deuotè. Otiosi sunt

sunt multi qui credunt esse diligentes. Dic quomodo iudicatur ille otiosus, qui in sero nõ portat lucrum, licèt laborauerit per totã diẽ, sed qui portat lucrum in sero, dicitur diligens, etiam si fuerit sedens per totã diem. Sic in sero mortis oportet nos ire ad portam paradisi. Et dicet Christus cuilibet, Videamus quid portas de quo viues hic, quid lucratus es. Si nõ portas lucrum meritorium bonorũ operum, dicet Christus, In quo tu expendisti tot annos quos tibi concessi? Respondebis, Domine in laboribus mundanis, &c. Tales iudicabũtur otiosi apud Christum, qui hic iudicantur diligentes apud mundum. Diligentes iudicabuntur tunc ad Christũ illi, qui orãt, audiũt missas, sermones, &c. qui in sero portabant manus plenas thesauro meritorum, qui cũ gaudio recipientur à Christo, otiosi verò mittẽtur ad hospitale miserorũ, s. in infernũ. Ideo dicit scriptura. Quodcunque potest manus tua instãter operare, quia nec opus, nec ratio, nec sapiẽtia, nec scientia erunt apud inferos quò tu properas. Eccl. 9. Septimũ opus Christi in cruce fuit lanceatio. Dic quomodo post mortem vnus militum aperuit lãcea latus eius. Io. 19. Quare voluit hoc fieri? Respondeo quod ad dandum nobis exemplum & instructionem vitandi peccatum inuidiæ. Alia vulnera voluit Christus recipere dum viueret, sed vulnus lateris post mortem. Ratio, quoniã alia peccata mortalia omnia habent quiã boni vel apparens bonũ. Dic verbi gratia de omnibus. Primo de superbia, quia delectabile videtur superbo quando honoratur, &c. & sic de alijs. Sed peccatũ inuidiæ nullam habet rationem boni, totum est mors, quia inuidia non est nisi dolor de bono alterius qui in corde consistit, licèt etiã ostendatur lingua. Quoniam cor inuidi habet linguam diffamatricem. Vnde si homo loquitur inuido de aliqua bona persona, statim dicit, non cognoscitis eam sicut ego, &c. Item de alijs plagis Christi exiuit solùm sanguis, de ista sanguis & aqua. Ratio, quia calefit inuidus gaudendo de malo proximi, ideo exiuit aqua ad refrigerãdũ. Secundò frigefcit in amore & bono proximi, ideo sanguis exiuit ad calefaciendum. Ideo dicit Scriptu. Deponentes omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes, inuidias & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes rationales, & sine dolo, lac concupiscite, vt in eo crescatis in salutem. 1. Pet. 2. lac scilicet charitatis, dilectionis concupiscentiæ, &c.

Dominica 2. post octa. Paschæ. Sermo primus.

Vnde est hoc quòd dixit nobis, Modicum & non videbitis me, & iterum modicum videbitis me? Ioan. 16. Sermo noster erit de sancto euangelio, & habebimus multas bonas doctrinas: sed primò salutetur virgo Maria, &c. Sanctum euangelium hodiernum continet quoddam pium colloquium & gratiosum, quod fuit inter Christum & discipulos

pulos suos in nocte passionis, in quo fit mentio non solùm de Christi passione, sed etiam de eius resurrectione & ascensione. Ideo hoc euangelium legitur modò inter resurrectionem & ascensionem. In quo, secundum quod videbitis, dicitur septies modicū non sine mysterio. Ideo recepi pro themate, Quid est hoc quod dixit nobis, &c. Quoniam in nocte passionis Christus dixit, modicum & non videbitis me, &c. vsque, ad patrē. Primùm notat tēpus passionis, quia tunc modicum, id est tribus diebus nō viderunt eum. Modicū tempus fuit, quia solum per quadraginta horas durauit. Secundum modicum fuit à resurrectione vsque ad ascēsionem, & de isto dixit, Et iterum modicum, & videbitis me. Tertiū modicum fuit, quia discipuli ipsum non intelligentes dicebant ad inuicem. Quid est hoc q̄ dicit nobis modicum? nescimus quid loquitur. Quartum, quādo eis declarauit dicens, De quo quæritis inter vos? quia dixi vobis, modicum & non videbitis me, & iterum modicum, &c. Dicatur similitudo mulieris parturientis, quia tempus partus videtur sibi longum propter dolores, licèt sit modicum. Sic postquam terra peperit filiū Dei per resurrectionem gloriosam gaudebitis, &c. Patet euangeliū ad literam, in quo patet quod septies dicitur modicum. Mirum est quomodo in tam paruo colloquio, toties dicitur modicum. Ideo habemus rationem quærendi & faciendi quæstionem thematis. Quid est hoc quod dicit nobis, &c. in quo Dominus noster Iesus Christus ostendit secretè, quod nos habemus modicum de septem bonis spiritualibus quæ debemus habere,

Primò habemus modicum de discretione, vel cognitione intellectuali,
Secundò modicum de deuotione spirituali,
Tertiò modicum de dilectione fraternali,
Quartò modicum de afflictione pœnitentiali,
Quintò modicum de subiectione diuinali,
Sextò modicum de miseratione proximali,
Septimò modicum de duratione virtuali.

Ecce ratio moralis, quare toties dicit modicum. Quibus declaratis habemus responsionē ad thema, quod dicit, Quid est hoc quod dicit nobis modicum? Quantum ad primū habemus modicum de discretione intellectuali, quia vt bestiæ gubernamus nos, quia scimus, & cognoscimus corporalia & carnalia quæ tangūt carnē, sed nō spiritualia quę tangūt animā. Verbi gratia, quia statim sentimus lapidē in ore, quando comedimus legumina, &c. sed nō sentimus saxū diaboli in anima, quādo recurrimus ad diuinos, &c. statim sentimus calorem febris corporalis, sed non febrē luxurię. Item statim sentimus modicū pulueris in oculo, sed non terram auaritiæ, &c. Item rustici bene sciunt quot solidi sunt in vno floreno, sed nō quot sunt præceptа Dei.

pta Dei. Item mulieres bene sciunt incantationes & sortilegia & cō iurationes, sed nō sciunt, Credo in Deum, &c. Ideo Christus Ioā. 12. Adhuc modicum lumen est in vobis. Ambulate dum lucē habetis, vt vos tenebræ nō cōprehendant, &c. Not. modicum lumē, s. discretionis siue cognitionis intellectualis. Quantū ad secundū habemus modicum de deuotione spirituali, quia cum modica deuotione facimus spiritualia, vt ieiunia, orationes, sed tantùm diligentiā & feruorem spiritus ponimus in rebus temporalibus. Die quomodo Deus diuisit totum tempus in septem dies. De quibus dedit nobis sex ad laborandum & lucrandum, & retinuit sibi septimum diem vt pro anima laborem⁹. Et adhuc non vult totum. Nam in die sunt 24. horæ. dz solū vnā Deo audiēdo missam, alias horas poteris dare ad placita corporis licita & honesta. Sed de isto tēpore modicum damus Deo, frangēdo festa, &c. Vnde in hebdomada sunt 168. horæ, & de istis solū datur vna Deo, in missa modicum expectando vsq; ad benedictionē, quid facitis, nō nisi loqui de mercātijs, ferijs, quid dicitur de Papa, de Rege, &c. videtur vobis si habem⁹ modicum de deuotione spirituali, quia quasi nihil. immo defraudamus deum de suis regalibus, quia nescimus seruare festa. Ad intelligendum hoc peccatū nota parabolam de rege diuidente gallinam cum suis, qui solū sibi retinuit caput. Qui ceperunt de manibus regis caput galline, & ipsum dederunt canibus, sic galina dicitur hebdomada, cuius caput est dies dominica, & datur per nos canibus, id est dæmonibus, &c. Ideo quia nos Deum defraudamus, fraudamur ab eo, quoniā modicum proficiunt agri nostri. Dic quomodo proficiunt omnia nostra magis ex parte Dei hymnum dando Deo quā ex nostris laboribus, quia ex fraude fultuitatum veniūt siccitates, tēpestates, lapides, &c. De isto modico auctoritas. Occupatio magna est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adā à die exitus de ventre matris eorum vsq; in diem sepulturæ in matrē omnium. Sequitur. Modicū autē tanquā nihil, in requie Ecclesiast. 40. Nota iugum graue est labor sex dierum hebdomadæ, quæ incipit à die natiuitatis & durat vsq; ad diē mortis. In quo die mortuus homo redit in vterū matris, s. terræ, quæ est modò grauida modicum in requie, s. spirituali, quasi ad nihilum venit. Patet primum modicū cùm dicitur, Quid est hoc q̄ dicis nobis modicum? Consiliū bonum Do. s. quod istud modicū diuidatur in quatuor partes. s. quod istud modicum de quolibet die, s. orare mane & sero, &c. Secundum modicum de qualibet hebdomada, s. in dominica cessare à labore temporali, & occupare se in labore spirituali, & dare illam horam Deo audiendo missam, &c. Tertium modicum de quolibet mense confiteri quasi abluēdo camisiā animæ vt camisiā corporis, &c. Quartum modicum de quolibet anno cōmunicare in pascha, &c. Hoc consilium est B. Petri Apostoli.

Deus omnis gratię qui vocauit nos in æternã suã gloriam in Christo Iesu modicũ passos, ipse perficiet, cõfirmabit solidabitq;. 1. Pe. 5. Quantum ad tertium habemus modicum de dilectione fraternali, quia nõ diligimus proximos nisi amore bestiæ, quandiu facitis eis bonum, diligunt vos vt canis, qui licèt sit rabidus, diligit vos quandiu facitis sibi bonum, sed latrat si facitis sibi malum. Sic de nobis qui nescimus diligere nisi parentes & benefactores, sed si nocẽt nobis aliquid, statim vt canes latramus, i. vindictam minando. Nullus cum hac dilectione potest intrare paradisum, oportet vt diligamus plusquàm bestię, s. diligere etiã inimicos. Vnde in iudicio quando Christus dicet, Quid fecisti pro me, si dicis. Domine dilexi amicos, parentes & benefactores. Dicet Christꝰ nec grates nec gratias, hoc modicum est. Sed si dicis, Domine amore vestri, quia vos præcepistis, dilexi inimicos, licèt non mererentur hoc apud me. tunc dicet Christus, Non est hoc modicum, hoc est meritum, & recipiete in paradisum. De isto modico dicit Christus ore B. Ioannis. Scio opera tua, & ecce dedi coram te ostium apertum quod nemo potest claudere, quia modicam habes virtutem. Apoc. 3. no. Scio opera tua, quæ bona fecisti amicis, & mala inimicis, modicam habes virtutẽ, id est, charitatem, quæ per excellentiam dicitur virtus simpliciter, quia maior horum est charitas. Hostium apertum dicitur vulnus lateris Christi. Ioan. 19. Vnus militum lancea latus eius aperuit quod nemo potest claudere. ita manifestum est, quoniam Christus orauit nõ solùm pro amicis, sed etiã pro inimicis. Ratio quare inimici sunt diligendi, declaretur per similitudinem. Quidam homo tenebatur soluere mille florenos sub pœna suspensionis. Cumq; in crastinum esset suspendendus, quia nõ habebat vnde solueret, de nocte quidã diues proiecit sibi vnam bursam per trapã captionis cum mille florenis, & quasi fregit sibi caput. Qui sentiens dolorem maledicebat proicienti bursam. Inuenta autem bursa lętatus est & soluit, & liberatus est di. Benedictꝰ sit qui dedit mihi bursam, &c. Idẽ est de quolibet peccatore, cùm certum sit nobis quod sententia sit data quod nõ habemus soluere debitum Deo per pœnitentiã sub pœna mortis, aliter restat furca inferni. Lu. 13. Dico vobis quod nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis. & nõ possumus soluere, tot sunt peccata. Ideo quando venit tribulatio, s. quando occidunt tibi fratrem, filium vel patrem. Ecce aurum quod frangit tibi caput, sed respice & attende quid est intus intra tribulationem. Nam licèt tribulationes veniant vltra cor, tamẽ si patienter tolerantur de illis, homo potest soluere Deo plus quàm cum ieiunijs & orationibus, &c. remittẽdo inimicis vt Deus remittat tibi. De hoc auctoritas. Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorũ, qui cùm iratus fueris, misericordiã facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his

his qui inuocant te. Tob. 3. Ideo Ioan. 6. Vnusquisq; modicum quid accipiat, s. de patientia, &c. Quantum ad quartum, habemus modicũ de afflictione pœnitentiali, & peccata sunt multa & magna & grauia, pœnitentia verò modica. Determinatio est sanctorum doctorũ quod pro quolibet peccato mortali homo obligatur in septem annis de pœnitentia. Tempus est æquale siue pro magno peccato mortali siue pro modico. Sed qualitas pœnitentiæ est arbitraria secundam arbitrium cõfessoris, vt iuxta quantitatem peccati sit qualitas pœnitentiæ. Sed quantitas temporis pro quolibet peccato mortali est septem annorum. Ratio, in quolibet peccato mortali fit iniuria cõtra septẽ dona Spiritus sancti. Modò videas quoties peccasti mortaliter, quotiescunq; recurristi ad diuinos, iurasti, &c. computa pro quolibet septem annos, & si non complentur hìc, complebuntur in purgatorio in alio mundo. Remedium est ergo lucrari indulgẽtias, ieiunare, orare, eleemosynas dare, & alia bona opera facere, & sic resecatur tempus. Ideo dico, quod respectu peccatorum modicum habemus de afflictione pœnitentiali, immo quilibet excusat se dicendo cõfessori quod non possit ieiunare, nec cilicium portare, &c. sed modicam pœnitentiam detis. Ecce de isto modico quid dicit Apostolꝰ Petrus, Modicum nunc, si pro quia, oportet cõtristari in variis tentationibꝰ, vt probatio fidei vestrę multò pretiosior sit auro quod per ignem probatur. 1. Pet. 1. No. quod tentationes vocat pœnitentias. Ratio, quia hodie ille qui vult facere pœnitentiam, ponit se in tentationẽ, quia quilibet deridet ipsum, sed modicũ curare debet de talibus. Quantũ ad quintum habemus modicum de subiectione diuinali, quia moderno tẽpore pauci & modici subijciuntur Deo. Probatur, quoniã nullus Dominus mundi est qui habet minorẽ subiectionem in subditis & vasallis quàm Deus. Verbi gratia, si Dominus facit proclamationem pœnitentialem sub pœna quinq; solidorum, quod nullus dicat malum de tali ludæo, optimè seruabitur. sed proclamatio & ordinatio Dei est quod nullus dicat malum de creatore iurando, &c. sub pœna mortis animæ & corporis, &c. nihil seruatur, &c. Deus præcepit quod nullus vadat ad diuinos sub pœna perdendi omnia bona, corpus & animã, &c. Item quod nullus operetur aliquid temporale in die festo sub pœna, &c. nihil seruatur. Itẽ quod nullus ponat offendiculum coram cęco, &c. sub pœna, &c. & vos ponitis meretrices in hospitio in laqueum animarum, &c. Itẽ q; nullus ludat ad taxillos, & nihil seruatur. Creditis q; Deus nõ videat istos despectꝰ eius? Ecce modicũ de subiectione diuinali. Itẽ Christꝰ rex cũ gẽte armorũ, s. siccitatũ, tẽpestatũ, lapidũ, mortalitatũ, locustarũ, &c. terremotꝰ & huiusmodi. De hoc ꝓphetia, Mãda, remãda, mãda, remãda, expecta, reexpecta, expecta, reexpecta, modicũ ibi & modicũ ibi, &c. Esa. 28. No. mãda, s. in veteri lege, remanda in noua,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in qua cõfirmantur precepta moralia. Manda. s. per ipsum, remanda, s. per predicatores, Apostulos, & alios. Expecta, s. iuuetute, reexpecta, s. senectutem expecta, s. tempore carnali, reexpecta, s. in quadragesima, sed modicum ibi, & modicum ibi, s. vbique. Quantum ad sextum, habem⁹ modicum de miseratione proximali, quia quasi nihil est op⁹ misericordiæ quod facimus ista misericordia proximalis fit tripliciter, s. dando, mutuando, & perdonando. Sed de quolibet habemus modicum. Primò nõ dando, quia talem modum tenemus dãdo eleemosynã, faciendo aure surdam pauperi, q̃ quasi nihil valet, quia das malo corde propter importunitatem petentis, modicum valet. Nota modum dandi eleemosynã. Sicut ille qui ponit pecuniã suam in mensa cambij vt lucretur. Auct. Da pauperibus & habebis thesaurum in cælo. Matt. 19. Item mutuare est magna misericordia, quandoq; in casu est quã dare. Verbi gratia. Si dãtur duo solidi misericordia est, sed si mutuantur. 12. floreni pauperi rustico vt possit se iuuare, &c. maiorẽ misericordiã facitis sibi. Ideo Dauid Psal. 111. Iocundus homo qui miseretur, & cõmodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternũ nõ cõmouebitur. Sed misericordia ista ita ad modicũ venit propter vsurã. Nota practicã vsurariorũ diuitũ, quando pauperes rustici veniunt ad eos mutuãdo. 10. pro. 12. vel vendendo plus propter spẽ, vel emendo minus propter pecuniã prõptam. Itẽ perdonãdo inimicis, sed multi sunt qui nolunt parcere propter Christum sed, &c. Si Papa vel Rex diceret, amore mei parcatis, quia ego possum vobis facere hæc & illa, &c. Tunc dicũt, Domine, amore vestri facã. Talis misericordia parcẽdi modicũ valet, quia quãdo erimus corã Christo in iudicio, dicet, Quid fecistis amore mei? &c. Remisistis mortẽ patris vel fratris, sed nõ amore mei, sed talis domini. Ideo vadas ad eum, vt det tibi paradisum. Ideo amore Dei & prox⁹ honore remittere debetis vt habeatis paradisum. De isto modico auctoritas. Sementẽ multã iacies in terra, & modicũ cõgregabis, quia locuste deuorabunt omnia. Deut. 28. Magnum semen est dare eleemosynas, & mutuare, & parcere, & remittere iniurias, sed locuste, i. mali modi deuorant totum. Quantum ad septimum modicum habemus de duratione virtuali. Quonia si aliquis incipit vitam virtuosam & bonã, modicum durat in ea, statim dimittit, sed si incipit vitã malã & in peccatis, ita firmatur in illa, q̃ nec monitionibus nec huiusmodi talib⁹ vult malam vitã dimittere. Verbi gratia. Credo q̃ multi sunt tacti in corde, & receperunt bonum propositum remittẽdi iniurias, & faciendi pacem, sed ad verbum alicuius mali hominis nihil boni facient. Ecce modicum virtutis. Item de rectorib⁹ cõmunitatum qui proponunt corrigere peccata notoria, sed in cõsilio aliquis aduocatus diaboli contradicit, & nihil fit. Patet quomodo bona vita statim dimittitur. Idẽ de multis qui proponũt recedere à mala so-

la societate, sed non possunt, &c. magis nolunt. Idem de multis qui proponunt restituere, sed quando vident pecunias, propositum mutant & non restituunt. Patet ergo quomodo habemus modicum de duratione virtuali. Aucto. Quæ est vita vestra, scilicet bona & virtuosa, vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur, Iac. 4.

De eadem dominica. Sermo III.

Ideo vobis quia plorabitis & flebitis vos. Io. 16. Ser noster erit de vtilitate lacrymarum huius mundi, ex tribulationibus & miserijs, sed primò salutetur virgo Maria. Dico vobis quia plorabitis, &c. Magna vtilitas quę sequitur ex lacrymis, potest videri & declarari ex similitudine, & vtilitate quę sequitur ex pluuia quãdo descendit in terra. Quia posti quã homo seminauit, si Deus dat pluuiã & rorem, homo colligit abundanter, alias nõ. Ita est de lacrymis. Quando homo facit bona opera, i. opera misericordiæ & pœnitentię, &c. hoc dicitur seminare in hoc mundo, vt colligamus tempore messis. Messis est consummatio seculi. Messores autem angeli sunt. Si ergo colligũtur zizania, & igni cõburuntur, sic erit in, &c. Mat. 13. Si ergo Deus dat pluuiã. i. lacrymas, abundanter colligemus. Sed quando homo facit multa bona opera, si sine aqua lacrymarum, nõ ita abundãter homo colligit. De hoc auctoritas. Esa. 30. Dabitur pluuia seminis tuo vbicunq; seminaueris in terra, & panis frugum terræ erit vbertin⁹ & pinguis. Nota in terra, quia nec in cælo, nec in inferno possumus seminare. Item alia auctoritas, Dauid, Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos. Psal. 125. Euntes quia vita nostra non est nisi via eundi ad mortem, & sic ibant ad vitam æternam. Et quomodo ibãt dicit, Mittentes semina sua, s. bona opera faciendo, venientes scilicet ad diem iudicij, venient ad gloriam, portantes manipulos suos, s. bonorum operum, misericordiæ, iustitiæ, pœnitentiæ, castitatis, &c. Patet ergo vtilitas lacrymarum. Ideo dicebat Christus bonis personis. Dico vobis quia plorabitis & flebitis vos, &c. Patet thema. A more vestri ego quæsiui quot sunt modi plorandi. Et inueni quod in hoc mundo quinque sunt modi flendi seu lacrymandi.

Primus est de temporali afflictione,
Secundus est de fraternali compassione,
Tertius est de interiori compunctione,
Quartus est de spirituali deuotione,
Quintus de cælestium affectione.

Et quilibet est memorius si bene ordinetur, secundum q̃ ego declarabo vobis. de his dicit Christ⁹ in themate, Dico vobis quod plorabitis & flebitis vos. Primus fletus est de temporali afflictione. Vnde quando homo perdit amicum charum, sicut patrem vel matrem, fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium vel fratrem: vel homo perdit bona temporalia, & venit ad paupertatẽ, tunc vltimum remedium est flere. Ratio est naturalis, Quoniam lætitia & tristitia contraria sunt, & habent effectus cõtrarios. Lætitia autem dilatat & hilarat cor, ideo homo tunc ridet. Sed tristitia astringit cor, & faciem, & oculos, & cerebrũ. Et ideo homo tũc plorat, sicut quando spõgia humida stringitur, & guttat, sic quando stringitur cerebrum à tristitia, deguttat per oculos. Ideo legitur Threnorũ. 1. de quadam muliere, quæ vna die perdidit omnes filios & filias suas, & amicos. Et cùm nõ haberet remedium, fleuit. De qua dicit Hiere. Ploraus ploranit in nocte, & lacrymæ eius in maxillis eius. Non est qui cõsoletur eã ex omnibus charis eius. Omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici. Migrauit Iudas propter afflictionem, & multitudinem seruitutis habitauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores eius apprehenderũt eam inter angustias. Threnorũ. 1. Patet flet' ex temporali afflictione, & licèt hic fletus sit naturalis, tamen si homo gubernat se in hoc fletu, est meritorius. Verbi gratia. In morte amicorum homo naturaliter plorat, sed tunc homo debet cogitare, intra se dicendo, Ista pœna scilicet mors vnde venit? nonne a Deo? Quia omne malum penè est à Deo, licet actio peccati sit à diabolo. Exemplum in multis, in quibus culpa est à diabolo, & hanc non facit Deus, sed malum pœnæ: quod ego verberet pasiue, hoc est à Deo: quòd Iudas venditit Christum, est opus diaboli, sed quòd Christus fuit venditus, hoc erat opus Dei & ordinatio Dei omnipotẽtis patris. Item q̃ fuit captus, ligatus, & spinis coronatus, crucifixus, & passus, actiuè hoc erat diabolo, pasiuè autem totum erat à Deo, quantum ad pœnã. Actio displicuit, pasio grata fuit. Auctori. Act. 4. Conuenerunt ergo verè in ciuitate ista aduersus puerum sanctum tuum Iesum quem vnxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel facere, Ecce actionem diaboli, quę manus tua & consilium tuum decreuerit fieri (Ecce pasionem à Deo). Ideo de damnis nobis datis vel illatis in bonis tollendis, vel in personis percutiendo, actiuè est à diabolo, sed quod tu sis damnificatus, percussus vel cęsus, hoc est à Deo quantum ad pœnam. Quando ergo homo plorat ex afflictione tẽporali, cogita quod ista pœna & pasio est à Deo, qui vult quod habeas istum laborem, & tunc debes te conformare cum diuina voluntate, dicens: Domine, ex quo vobis placet, placet mihi, tunc totum est meritorium. De hoc auctoritas de alia muliere, quæ perdiderat omnes filios, & plorabat, cui dixit Propheta. Hæc dicit Dominus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis, quia est merces operi tuo, ait Dominus. Hierem. 31. Et isto fletu plorauerunt Apostoli, & alij sancti naturaliter, sed cogitabãt. Hoc vult Deus, & ideo. Secundus modus lacrymarum est melior de fraternali compasione, quando homo non habet in se afflictionem. Sed quando homo videt proximum in dolore & miseria, & homo compatitur ei in corde, & incipit plorare cum illo: iste modus est melior primo. Ratio, quia iste fletus non venit ratione naturali vt prior, sed ratione morali ex dilectione fraternali, quæ secundum Dionysium est vis vnitiua: quoniam dilectio facit vnum quid ex amante & amato. De hoc auctoritas Act. 4. Multitudinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Quando ergo diligo aliquam personam, verè facimus vnum cor & vnam voluntatem. Ideo quando ille patitur, ego recipio malum suum vt meum, non sic de inimico. Ideo homo plorat ex compasione. Hoc dicit Apost. ad Rom. 12. Gaudete cum gaudentibus, flete cum flen. &c. Quia gaudium amici est gaudium meum. Idem de malo. Istæ lacrymæ sunt magis meritoriæ quã primæ. Ratio, quia hæc est maior eleemosyna quæ potest fieri proximo, s. compasio cordis, quia plus dat pauperi tribulato ille qui compatitur ei in corde, quàm ille qui dat sibi eleemosynam sine cõpasione. Ratio quia maior est in conspectu Dei eleemosyna de bursa cordis quàm de bursa corij sine compasione cordis. Sed si totum concurrit simul, scilicet compasio cordis & eleemosyna de bursa, talis eleemosyna est valdè meritoria. Ideo quando portant aliquem ad sepulturam, & ploratis cũ illo qui plorat, iuuatis ipsum ad portãdum onus dolotis, & dulcius transit. Ideo vos diuites cõpatiamini pauperibus, sani infirmis, prudentes stultis, & ignorantibus, vos de matrimonio, viduis: Ideo dicebat Iob, Flebam quõdam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Iob. 30. Sic Christus compatiendo Mariæ Magdalenæ & Marthæ super mortem Lazari fleuit. Ioan. 11. Idem super ciuitatem Ierusalem dicit textus. Videns Iesus ciuitatem fleuit super illam, scilicet ex cõpasione, Luc. 19. Tertius modus lacrymarum est melior, scilicet de intercali cõpunctione, scilicet ex contritione. Et hic fletus venit quando homo cogitat peccata quæ fecit, & malam vitam quam tenuit. O miser si modò morerer, quid dicerem in iudicio diuino. Et ex illa parte cogitat pœnam inferni, tunc veniunt lacrymæ, quia ponit cor inter duas molas ad instar olearum, & distillat oleum lacrymarum compunctionum. Et istæ lacrymæ sunt meliores, quia veniunt per animam. Quando cogitat quòd est religiosus, &c. vel clericus vel laicus vel dominus vel iudex, & non fecit quod debuit. Ideo distillat oleum lacrymarum, quia constringitur inter duas molas vt oliua. De hoc Dauid, Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non custodierunt legem tuam. Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Ecce hic duæ molæ. Prima ibi, Iustus es Domine. Secunda ibi, & rectum iudicium tuum. Ideo est optimum flere pro peccatis, quia tanta est virtus talium lacrymarum quod minima gutta la-

Malũ alterũ cuipa alterum pœne, quod reuera medicina est, eáque à Deo.

ta lacrymarum verę contritionis lauat omnia peccata quantum ad culpas, immo quod si anima vnius damnati posset habere vnã guttam lacrymarum verę cõtritionis, Deus illam saluaret, sed nõ potest, quia tales lacrymæ solùm in hoc mundo possunt haberi. Ideo preciosissimæ sunt lacrymæ contritionis, oleum est misericordiæ sanãs animas. Dauid, Qui sanat cõtritos corde, & alligat omnes contritiones eorum. Quartus modus est melior, s. plorare de spirituali deuotione, istæ lacrimæ veniunt quando homo contemplatur opera vitę Domini nostri Iesu Christi, s. humilitatẽ incarnationis, & statim persona plorat ex ardore & feruore deuotionis. Sicut cæra liquescit ad ignẽ, sic fit quãdo persona deuota se applicat ad Christum cogitando humilitatem incarnationis & puritatem natiuitatis & puritatem Virginis matris, quomodo transiuit Christus vt radius solis per fenestrã vitreã nõ rumpẽdo, & persona plorat. Itẽ cõtemplando Christi cõuersationem, prędicationem, passionẽ, & sic anima liquefit, & persona plorat. Tales lacrymæ sunt deuotionis spiritualis. De isto fletu dixit Christus in euange. Beati qui lugent, s. ex deuotione spirituali, quoniã ipsi cõsolabuntur. Mat. 5. Nota quomodo in omnib' operibus Christi magnã debemus habere deuotionem, sed singulariter in sacramento altaris, quia illa opera Christi iam trãsierunt, & solùm semel facta fuerunt, sed istud opus quotidie. Nota quomodo factum fuit quando virgo Maria dixit, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbũ tuum Luc. 1. In vltimo verbo effecta est grauida & mater Dei. Ita dictis istis verbis, Hoc est enim corpus meũ, Christus Deus & homo est in hostia cõsecrata. Nota hic quantæ honestatis debent esse sacerdotes, &c. Item nota cõtra concubinarios. Quomodo enim tripliciter potest corrigi illud peccatũ. Primò intimando Papæ, &c. Secundo modo nõ audiendo missam concubinariorum, &c. Tertio modo quod villa faceret ordinationem qꝰ nulla mulier notoria meretrix sit ausa stare nisi in lupanari. Quintus modus lacrymarum est melior s. de cęlestiali affectione. Quando persona cogitat quod est exul in hoc mundo, & desiderat paradisum, & ex illo desiderio plorat, tales lacrymæ sunt optimæ. Vnde Deus in initio fecit tres habitationes. Vnã pro Angelis & animabus sanctis, cælũ, s. empyreum. Aliam pro hominibus, s. paradisum terrestrem. Aliã pro iumentis siue bestijs, s. istum mundum, vbi sumus nos modò, quia in paradisum terrestrẽ nulla bestia nec auis potest intrare. Sed ex peccato Adę homines fuerũt expulsi de paradiso terrestri, & fuerunt positi inter bestias tanquam proscripti siue exules. Quando ergo homo cogitat intra se dicens. O miser vbi sum ego modò? Quando ibo ad patriam meã &c. & plorat, tales lacrymæ sunt de cælestiali affectione. isto modo flebat Dauid, qui tamen erat ditissimus, qui dimisit filio suo Salomoni centum millia quintalia auri, & mille millia de argento. Qui habebat ex diuina dispensatione duodecim vxores sine peccato, & tamen cognoscendo suum exilium plorabat dicẽs: Quemadmodũ desiderat cervus, &c. Nota, Fuerunt mihi lacrymę meę panes die ac nocte. Die quomodo cũ esset in mensa, incipiebat flere & lacrymæ miscebantur cum escis. Dicebant milites, Domine, quid ploratis? Respõdebat, O miser, istę escę sunt corruptibiles, sed cęlestes sunt incorruptibiles. Idem de nocte in lecto in quo dicebat se iacere vt bestia. Sed non ploramus pro desiderio paradisi, immo nullus vellet de hoc mũdo exire. Sed istud prouenit ex mala vita quã tenemus, sicut captus vellet stare semper in carcere fœtido timore iudicis. Ita anima peccatrix in carcere fœtido corporis, vnde timet exire, secus de personis perfectis & beatis quę cupiunt exire, intãtum quod si Deus diceret eis, adhuc viuetis per annum. Respõderẽt. O Domine tantũ stabimus? De isto exilio dicitur virgini Mariæ, Ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus gementes & flentes. Cogiteris vos esse de paradiso, & nõ de hoc mundo, quia oportet ipsum dimittere. Ideo Christus Matt. 6. Primùm quærite regnũ Dei & iustitiã eius, & hęc omnia. &c. No. Hæc omnia, s. pax, pluuia, sanitas, &c. quã petitis, adijcientur vobis. Nota & iustitiã eius, quæ habet quinq; punctа. Primus punctus diuinę iustitiæ est pro cõseruatione communitatum, nõ sustinere diuinos, nec sortilegos. Secundus punctus non sustinere blasphęmos, nec iuratores, nec renegatores, &c. Tertius non sustinere fractiones festiuitatum notorie. Quartus nõ sustinere truffatores de taxillis, hic ludus est fons renegationum. Quintus non sustinere meretrices in vicis seu hospitijs, quę sunt laquei animarum ad instar putei in ingressu domus.

Triplex cõtra cõcubinatũ antidotum.

De eadem Dominica. Sermo. III.

Iustitia vestra pertetur in gaudiũ. Ioan. 16. Pro huius verbi declaratione sciendum est quod in hoc mundo omnia gaudia sunt mixta cum tristitijs & & tribulationibus, in hoc mundo non sunt vera gaudia. Ratio est & sumitur per regulam Philosophi dicentis, quod omne medium naturaliter participat naturam extremorum, vt patet de elemẽtis, de aere calido ab igne, & humido ab aqua. Itẽ de aqua humida ab aẽre, & frigida à terra. Sic ad propositum vita huius mundi est media inter duo extrema, s. paradisum & infernum. In paradiso enim est gaudium purum. Esa. 35. Non erit ibi leo, & mala bestia nõ ascẽdet per eã nec inuenietur ibi. Et ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti à Domino, cõuertentur & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum. Gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. In inferno autem est totum oppositum, quia ibi damnati non habent nisi puram tristitiam, dolorem & desolationem, de nullo gaudent, sed tristantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primò de eorum damnatione,
Secundò de bonorum saluatione,
Tertiò de aliorum damnatione,
Quartò de malis & peccatis quæ fecerunt.
Quintò de bonis quæ fecerunt & perdiderunt.

Ideo plangendo dicunt, Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Threnorum 5. Si ergo omne medium participat naturam extremorum: cùm ergo vita nostra sit media inter ista contraria, ideo participat de vtrisque. Ideo Boëtius, Omnis dulcedo felicitatis humanæ multis amaritudinibus est respersa. Sed personis bonis & deuotis tristitiæ huius mundi vertentur in gaudium ex diuina prouidentia. Hoc dicit Christus in themate, Tristitia vestra vertetur in gaudium. Sed malis gaudium huius vertetur in luctum. Et amore vestri volui videre in sacra scriptura quot sunt tribulationes huius mundi, & inueni quod sunt in quadruplici gradu, & hoc experientia docet, scilicet,

Prima de occupatione temporali,
Secunda de contritione cordiali,
Tertia de tribulatione mundanali,
Quarta de morte corporali.

Et omnia, diuina prouidentia ordinante, vertuntur in gaudium, nisi sit culpa nostra. Et de qualibet dicit thema, Tristitia vestra vertetur in gaudium. Prima tristitia huius mundi est de occupatione tẽporali, quia quandiu homo viuit, oportet occupari in diuersis laboribus corporalibus, qui dant tristitiam in corde. Sic enim occupatus dicit, O miser quotidie habeo laborare, vt prouidere possim domui meæ, &c. Hæc tristitia fuit data Adæ, & in persona sua omnibus alijs hominib⁹ post ipsum futuris in hoc mundo. Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrã de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Nota quomodo sicut cõfessor facta cõfessione dat pœnitentiam peccatori, sic fecit Deus Adæ dicens: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, &c. si dicatur ab aliquo, immo sunt multi qui sine tali occupatione viuunt, vt magni domini & diuites qui sine sudore vultus habẽt suam prouisionem, ergo videtur quod ista tristitia & pœnitentia, non tangit omnes generaliter? Respondeo quod immo omnes tangitã volumus loqui solum de facie corporali, verũ est quod solùm tangit laboratores, sed si volumus loqui de facie animæ spirituali, plus laborãt & sudant magni domini q̃ rustici, quia quotidie sunt in magnis negotijs & cum magnis tristitijs & angustijs. Rusticus verò in sero lætatur, & gaudet & comedit cum vxore & filijs. Die quomodo in quadã ciuitate erat quidam laborator, qui suis manibus procurabat sibi vitam, qui morabatur coram palatio regis, qui in sero post cœnam lætabatur cum filijs.

filijs. Quod attendens rex vocauit eum dĩ, Quomodo ita lętabatur, cùm rex ipse nõ haberet tãtam lętitiam. Qui respõdit, ex quo in die laborauerat, serò gaudebat de quiete. Cui cõpatiens rex, dedit sibi magnos reditus. Qui extunc nõ lętabatur vt cõsueuit, sed cogitabat quid de illis pecunijs faceret, Si mutuaret ad vsuram, vel faceret le mercatorem, &c. Propter quod rex vocauit eum iterum, dĩ. Quare nõ lętaris vt priùs? Qui respõdit, O Domine, in magna imaginatione, seu angustia me posuistis, ſ. quomodo augmentabo istos reditus. Ideo reddo vobis reditus, &c. Ex quo sequitur quòd maior est labor mentis, ſ. secundùm factem animę dominorum & diuitum, q̃ labor rusticorum, qui comedunt, & bibunt, & dormiunt firmiter, etiam in duro lecto. Patet ergo regula generalis, quod omnes in sudore vultꝰ corporis, vel animę viuunt. Aliud argu. in oppositum est de prælatis qui habent suos reditus, qui nõ habent laborare, &c. Respõdeo q̃ immo. Quoniã si bonus prælatus est, cuiuscunq; potestatis siue status sit, magnos habet labores & tristitias & angustias plusquam aliquis rusticorum, cogitando qualem cõputum reddet Deo, nõ solùm de anima sua & de domo, sed etiam de omnibus animabus sibi cõmissis. Vnde Aug cõsueuit dicere, Quid dicturus sum cùm redditurus sum rationem de animabus quę pendent ad collum meum, immo mirum est quomodo cum gaudio possint viuere cogitando tantum onus, quod supra se portãt. Si verò est malus prælatus, tunc quandoq; dicit Deus: Quoniã tu etiã seruabis pœnitentiã quã ego dedi, & dat sibi infirmitates. bonus verò prælatos custodit ab infirmitatibus quãdoq;, ex quo curã habent de animab⁹. No. de illo sancto eremita, de quo in vitis patrum dicitur, q̃ operabatur in eremo & nunquam ibi fuerat infirmus, qui ex sua sanctitate fuit electus in episcopum, qui coactus recepit qui statim fuit infirmus de podagra & dolore lateris. qui timens ne Deus ipsum dimitteret, flendo dicebat, O Domine quid est hoc, cùm antè in eremo semper essem sanus? Cui angelus dixit, Ista infirmitas venit tibi hac de causa, quia cùm esses in eremo Deus te cõseruabat, propterea quòd non habebas seruitorem, sed modò habes seruitores, & vt ipsi & tu qui habetis vnde viuere potestis, sitis occupati, Deus mittit tibi hanc, &c. Patet regula generalis, In sudore, &c. Eccl. 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super omnes filios Adę. A die exitus de ventre matris eorum, vsque in diem sepulturæ. Sed Deus præuidit, quia ista tristitia occupationis temporalis vertitur in gaudium, ſ. in die festo quando homo quiescit. Quoniam postquam laborastis sex dies in Dominica, illa occupatio laboris vertitur in gaudiũ quietis cessando ab omni labore temporali. Manꝰ cessent ab omni labore, non lauent amplius, neq; neant, neque, &c. pedes etiam debent quiescere, non ambulare, nisi pro magna necessitate.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tate, lingua ne loquatur de negotijs temporalibus, quia non solùm manus & pedes, sed etiã lingua debet quiescere à temporalib⁹. Dic cõtra illos qui credunt solùm manus debere abstinere & nõ linguã. Item cor debet quiescere nõ cogitãdo in negotijs. Ratio quia Christus qui totam suam vitam habuit plenam laboribus redemptionis, in dominica resurrectionis quieuit, nõ solũ in corpore, sed etiã in anima. Ideo vult quod Christianus requiescat in dominica. Isto modo tristitia occupationis, vertitur in gaudium quietis, in bene colunt dominicam. Ideo dicit Scriptura. Quia sanct⁹ dies Domini est, nolite cõtristari. Gaudium etenim Domini est & fortitudo nostra. Neemię 8. Nota duas clausulas, prima ibi, sanctus dies Domini est. Quare dicit dies Domini, cùm omnes sint dies Domini, & nullus sit malus? Nota cõtra illos qui dicunt tali die non est faciendũ hoc, dies Aegyptiacus est, &c. Solũ in negotijs temporalibus, naturalib⁹ obseruandi sunt dies propter lunam sicut in venę minutione, &c. In alijs autẽ operibus nõ sunt obseruandi, immo est error & peccatum magnum, quiã ómnes dies sunt boni, & à Deo facti. Sed singulariter dies dominica dicitur dies Domini: quia ipsum fecit solennem propter suam gloriosam resurrectionem. de conse. di. 3. pronuntiandũ. Omnem diẽ dominicã ob reuerentiã resurrectionis Iesu Christi à vespera in vesperã prȩcipimus obseruari. De ista dicit Dauid. Hæc dies quã fecit Dominus, &c. Nõ solùm ob creationem vt alios dies, sed etiã ob resurrectionẽ. Ideo gaudendum est de illo die, cessando ab omni opere seruili. Secunda ibi, Gaudium Domini est, & fortitudo nostra, quiã qui bene custodiunt dominicam, custodiũtur à Domino ab infirmitate corporis, & custodit eis agrum, vineam, gregẽ & omnia bona. Sed illis qui non seruant dominicam est dominus in debilitate. Nota, contra illos qui colunt sabbatum & non dominicam, credentes virgini Mariæ. Sed aliqui miseri gaudium festi conuertunt in tristitiam, ludendo quidquid lucrati sunt in hebdomada. Ideo non sustineatur ludus. Maledictus est locus & dominus qui sustinet ludum. Alij miseri in taberna inebriantur & ebrij reuertuntur ad domum, & vxor & filij non biberunt forte ptisana, & cõpletur in eis illa maledictio scripturæ, Dies festi vestri conuertuntur in lamentationẽ & luctum. Tob. 2. Alij miseri currunt ad lupanar. Ideo dicit dies festi, &c. Secunda tristitia huius mundi est melior, s. tristitia de cõtritione cordiali, quando homo cogitat de peccatis & malis quæ fecit, & de tempore quod amisit, & tristatur ad instar militis qui ex culpa sua venit in odium & iram regis qui cogitat, O miser rex occidet me, & perdam omnia bona, & tristatur. Ita quilibet peccator est in ira regis Christi. Superbus enim ex superbia sua est in ira regis, auarus ex sua auaritia. & sic de alijs intantum quod mirum est quomodo aliquis potest lætari, vel viuere cùm sciat se esse in ira

Vbi in iure pontificio extat præceptum de colendo die dominico. Sacrasi sima virgo Maria est infra Deũ colenda.

in ira tanti regis. De istã tristitia dicit Scriptura. 2. Corint. 7. Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam stabilem in salutẽ operatur, sæculi autem tristitia mortem operatur. Nota quæ secundum Deum tristitia est. Quidam tristatur de peccatis, sed nõ secundum Deum, sed secundum mundum, vel secundum periculum, vel secundum pœnam, quę tristitia nihil valet, immo dicit, sæculi tristitia mortem operatur. Sed tristitia quæ est secundum Deum, quando homo tristatur & dicit, O miser tantum offendi Deum meum, &c. talis pœnitentia in salutem operatur. Hæc tristitia cõuertitur in gaudium, in cõfessione sacramentali, quando proijcit extra peccata, de quib⁹ tristatur, sicut ancilla proijcit de domo immunditias domus, sic cum scopa cõtritionis peccata cõgregantur in angulo memorię, & proijciuntur extra portam confessionis. Dicatur quomodo facta confessione, homo sentit gaudium & lætitiam in corde. Sic ille qui obligatur ad soluendum sub pœna mortis, quando sibi remittitur debitum à domino, quomodo gaudet & lætatur, ita in confessione dimittuntur debita peccatorum. Ioan. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. Et facta absolutione totum debitum est remissum. Ideo sequitur gaudium in corde. Ideo dicit Script. Prouer. 14. Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Nota non miscebitur extraneus, s. diabolus, sed dominus proprius per cõmunionem, & post confessionem debet homo cõmunicare. Tertia tristitia est de tribulatione mũdanali, quia in hoc mũdo multum abũdat vt infirmitatum, paupertatum, & miseriarum, &c. quæ dant tristitiã. Ratio naturalis, & regula est, quod omne mediũ participat naturam extremorum. Modo vita præsens est inter duo extrema, s. paradisum, & infernum. Ideo secundum illam participamus de conditione extremorum. In paradiso est gaudium sine tristitia, & sine infirmitate. Apoc. 21. Absterget Deus omnem lacrymam ab oculis sanctorum, & mors non erit vltra neque luctus, &c. In inferno autem est dolor & tristitia. Nos verò sumus hic in medio participantes cum vtrisque. Cùm enim gaudemus & lætamur, participamus cum illis de paradiso, quia nihil aliud est nisi de melle cęlesti. Quando tristamur, participamus cum illis de inferno. Ideo dicit Scrip. Exiguum & cum tædio est tempus vitæ nostrę, & nõ est refrigerium in fine hominis. Sapi. 2. Sed conuertitur in gaudium in deuota oratione. Quoniã quando homo habet tædium, summum remediũ est recurrere ad orationẽ eleuatis oculis & manibus versus cęlum, & sic descendit dulcedo mellis spiritussancti. Aucto. Tristatur aliquis vestrũ? oret æquo animo & psallat. Iac. 5. Nota æquo animo, hoc dicit cõtra aliquos qui orãt, sed nõ æquo animo, quia os loquitur vnum & cor cogitat aliud. Sed in oratione quando homo dicit, Pater noster in ore, cor debet cogitare cum quo loquitur homo,

quia

quia cum rege cęlesti, &c. Idem quãdo dicitur, Aue Maria, aliàs mõ dicum valet oratio. Nota quod qui orat mane & sero, quotidie viuit in gaudio, & prosperitate. Dic miraculum de milite Normãno eunte ad peregrinationem, &c. Ideo Christus. Oportet semper orare & nõ deficere. Luc. 18. Quarta tristitia est de morte corporali. Magna tristitia est homini in morte parentum & amicorum charorum, sed in morte propria ibi est tristitia maxima, quia totum simul amittitur. Dic similitudinem de arbore si eradicaretur per aliquam potentiam. Ita est de anima quæ habet radices in qualibet parte corporis, in neruis, ossib⁹, venis, &c. & mors ipsam eradicat, ideo ibi est maxima tristitia, nec est aliqua similis. Iam videtis quando ali quod membrum scinditur quantumcunque paruum, quomodo homo tristatur, quanto magis in morte quando anima separatur à toto corpore. Ideo Christus ante mortem cœpit contristari, & mœstus esse, vt habetur Matth. 26. quanto magis nos peccatores. Sed hæc tristitia conuertitur in gaudium bonis personis quãdo anima egressa à corpore, statim videt sanctos Angelos ipsam comitantes honorificè ad instar sponsæ nobilis in die nuptiarum quando ducitur ad missam, vel sicut depingitur beata Maria Magdalena quando ab Angelis eleuabatur. Isto modo tristitia vestra, scilicet mortis corporalis, vertetur in gaudium, ideo Christus. Nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Io. 16.

De eadem Dominica, Sermo quartus.

Militant aduersus animã. 1. Pe. 2. Hoc thema dat motiuum prædicãdi de prælijs quę nobis dant dæmones vt damnemur cum illis. Ideo auisando vos volo nunc eorum prælia declarare: sed primò salutetur virgo Maria. Militant aduersus animam, &c. Sancta scriptura volẽs nobis ostendere cõditionem vitæ nostræ in hoc mundo, breuiter declarat, dicens: Militia est vita hominis super terram, & sicut mercenarij dies eius. Iob. 7. Ratio quare dicit quod vita nostra est militia, quia sicut dæmones sunt damnati, sic bellãt cõtra nos vt peccemus & dãnemur cum ipsis. Et sicut mercenarij dies eius, s. hominis, quia sicut mercenarius qui diligenter & fideliter laborat meretur salarium, aliàs, &c. Sic de nobis. Si fortiter bellamus non consentiendo dæmonibus, meremur magnum salarium gloriæ, sed si fumus victimeremur supplicium æternũ. Istud prælium declarat Dauid in Psal. 19. di. Hi in curribus & hi in equis, nos autẽ in nomine Dei nostri inuocabimus. No. hic quare non vult ipsos nominare, iuxta illud. Nec memor ero nominum eorum per labia mea. Nostra defensio est cùm dicit. Nos autẽ in nomine Dei nostri inuocabimus, Nota hic in curribus, s. rotundis. Currus signat tentationes quæ ad instar rotarum voluuntur de vna in aliam. Quãdo diabolus nõ potest per vnam, tentat per aliam. Et hi in equis. Equi dæmonum sunt peccata mortalia, ideo de dæmonibus dicit the. Militant aduersus, &c. scilicet equestres aduersus animã. Hanc militiã declarabat B. Io. in Apo. secundum intellectum moralem, iuxta reuelationem sibi factã di. Vidi & ecce equus albus, & qui sedebat super illum habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. De secũdo dicit, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. De tertio milite dicit, Et exiuit alius equus rufus, & qui sedebat super illum datum est ei vt sumeret pacẽ de terra, & vt inuicem se interficerent, & datus est ei gladius magn⁹. De tertio milite dicit, Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua. Et de quarto milite dicit. Ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. Et data est illi potestas super quatuor partes terræ, & interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terrę, & cùm aperuisset, &c. Apo. 6. Hi quatuor equi, sunt quatuor peccata mortalia super quæ dæmones equitant & militant contra nos.

Primum est superbia & vanitas,
Secundum luxuria & carnalitas,
Tertium auaritia & cupiditas,
Quartum inuidia & malignitas.

Cum his dęmones militãt aduersus animã. Primus equus dicit erat albus. Hoc designat superbiã & vanitatẽ. Ratio, color albus præ ceteris magis apparet, sic superbus super alios vult apparere & videri. Si vis cognoscere si es superb⁹. Si habes aliquod bonũ tẽporale vel spirituale & vis vt videatur & appareat, superb⁹ es, verbi gratia. Si es generosus & vis vt sciatur, signũ est superbię, humilis abscõdit & nõ curat. Idẽ si es diues, statim vis facere vanitates in vestib⁹. Et cogitas qui sunt isti, ego possem emere omnes. Idẽ si bona spiritualia quæ habet vult vt videãtur, si orat ieiunat, vel si portat cilicium, & statim vult videri, signum est quod peccatum superbię est in corde sed humilis omnia abscondit quantum potest. Ecce ratio quare equus albus signat peccatum superbię. Ideo dicit Christus superbis, Omnia opera sua faciunt vt videantur ab homin⁹. Mat. 23. Sed quare dicit quod miles qui sedebat super eum habebat arcum in manu sua? Respõdeo quod ille miles est dæmon qui tentat de superbia qui sagittando facit bellum. O quot sunt isto arcu sagittati & percussi. verbi gratia, Omnes homines qui proponunt in corde suo ascendere, tales sunt percussi iam & vulnerati isto arcu. verbi gratia, dicatur de religioso seruante regulas, cæremonias, &c. Recta via vadit talis ad paradisum. Sed diabolus dicit non, quia ego sagittabo eum, & facit eum cogitare vt ascendat, & vadat ad studium, quia poterit esse magister, & confessor Regis, &c. Factum est, talis iam vulneratus est sagitta diaboli. Idem de presbyteris simpliciter viuentibus.

Sed

Sed diabol⁹ sagittat, quãdo facit eum cogitare dicendo, Si tu sic viuis, non poteris iuuare amicos. Ideo oportet te ascendere, vel cũ ĩmonijs, vel vsurijs vel seruitijs, &c. Idem de laicis simpliciter viuentibus recta via, vadunt ad paradisum, nec pro filijs faciunt sibi vanitates, &c. sed nutriunt eos bene in bonis moribus. Sed dicit diabol⁹, ego sagittabo eum, & facit eum cogitare, quare tu nõ esses iuratus, siue consul vt talis, quia de pecunijs vrbis te poteris iuuare, tenere famulos, &c. Cùm tamen ad regimen deberet homo venire sicut ad furcam. Sunt enim multi qui nesciunt regere domum suam, & volũt regere cõmunitatẽ. Ideo destruuntur villę & cõmunitates & ciuitates ex ambitione ascendendi. Idem de mulieribus quę deferunt viris suis honorẽ, amorẽ & obedientiã, prẽterquã in peccatis, tales recta via vadunt ad paradisum, Sed quãdo cogitãt prædictis opposita, & consentiunt, factum est, iã sunt sagittatę à diabolo, ideo dicit Dauid de diabolo, Arcum suum tetendit, & parauit illum. Et in eo parauit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit. Psal. 7. Nota ardentibus, s. in habendis officijs, honoribus, prẽeminẽtijs & dignitatib⁹. Tertiò dicit & data est ei corona & exiuit vincens vt vinceret, quia dæmon qui tẽtat de superbia, coronã regis portat. Ideo Iob. 41. Ipse est rex super vniuersos filios superbię. Nec aliquis rex habet tot vasallos vt ipse. Et exiuit, s. de cælo. Dic casum ipsorum ex superbia dicente Deo. Non habitabit in medio domus meę qui facit superbiã. Psal. 100. Vincens, s. angelos malos, ibi, consentientes, vt vinceret, s. homines in mundo isto. Ecce primum prælium. ideo quilibet auriet se vt caũeat à sagittis superbiæ, quia magnum periculum est ire per altissimos montes, quia periculosus est casus ab alto. Quãdiu enim homo vadit planẽ per viam humilitatis, vadit homo securẽ sine periculo, ideo Christus, Discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Mat. 11. Discite, s. lectionẽ quam docuit verbo & exemplo. Secunda militia est cùm dicit, Vidi & ecce equus rufus, & qui sedebat super illum, datum est ei vt sumeret pacem de terra, & vt inuicem se interficerent, & datus est illi gladius magnus. Hoc prælium dant dæmones per peccatum luxuriæ, quod innuit in hoc, quod equus erat rufus. In signum huius quando persona cogitat de illo peccato, efficitur rubea. Et sicut domus, & omnia bona ibi congregata comburuntur quando incenditur igne, ita ex illo peccato perduntur merita congregata & bona. ideo de isto peccato dicit Scriptura, ignis est vsque ad perditionem, id est consumptionem deuorans, & omnia eradicans genimina. Iob. 31. O miseri pro modica delectatione bestiarum quæ statim transit, non dubitatis amittere tantam gloriam & incurrere tantam pœnam. Ité dicit quod miles equitans super equum rufum habebat potestatem sumendi pacem de terra. Nota septem paces.

Prima

Prima est inter Deum & homines,
Secunda est inter homines & angelos,
Tertia est inter animam & corpus,
Quarta inter virum & vxorem,
Quinta inter clericos & populum,
Sexta inter dominos & vasallos,
Septima inter vasallos adinuicem.

Prima pax est inter Deum & personam quando viuit castè & honestè, quia cũ ipsa Deus habitat, quia Deus non est porcus, vt velit in luto habitare. Sed quando persona cogitat de illo peccato, & consentit ad faciendũ, Dominus indignatur, & perditur pax & fit guerra & diuisio. Secundo ex isto peccato tollitur pax quę est inter angelos & homines. Dic quomodo quilibet haber angelum custodẽ, quia aliàs dæmones nos destruerent, & angelus bonus diligit sibi commissos sinceriter, & plusquã mater filium sibi charum. De ista custodia authoritas, Angelis suis Deus mandauit de te. Psal. 90. Secunda quando persona vult facere illud peccatum cogitatione vel tactu, vel locutione, vel operatione, angelus indignatur dicendo, O iste ribaldus quid facit. Dic quomodo non fieret illud peccatum corã puero ex verecundia, multo magis deberet homo verecundari de angelo prẽsente & dicente, O de isto ribaldo, &c. & claudit nasũ. Tertia pax est inter carnem & spiritum quam habent personę quę viuunt in penitentia, quia per pœnitẽtiam caro subiicitur animę vt captiua dominę, & sic habent pacẽ. Sed pax tollitur quando captiua rebellat & resistit contra dominam. Sic quando caro contra animã facit illud peccatum, pax dicta tollitur. Quarta pax est inter virũ & vxorem, quando seruant sibi mutuo fidelitatem, quę pax tollitur & soluitur per peccatum luxurię. Videmus quod quãdo vir sentit vxorem adulterari, nõ bene portat nec econuerso. Quinta pax est inter clericos & populum alicuius villę vel communitatis, quia laici debent honorare clericos vt patres & soluere decimas, &c. Sed hęc pax tollitur per luxuriam, &c. Clerici autem debent viuere honestè, &c. Sexta pax est inter dominum & vasallos. Sed hęc tollitur quando Dominus vult habere vxorem vel filiam vasalli, quia nõ seruarẽt sibi fidelitatem, imo occiderent eum. Septima pax est inter vos laicos ad inuicem qui vt fratres debetis vos diligere & habere pacẽ. Sed hæc pax tollitur per luxuriam quando vnus curat de vxore vel filia alterius. Ex quo sequuntur multa inter vos mala. De hoc peccato dicit propheta, Impij quasi mare feruẽs, quod quiescere nõ potest & redundãt fluctus eius in cõculcationẽ & lutũ. Nõ est pax impijs dicit dñs Deꝰ. Esa. 57. Impij dicũtur luxuriosi. Ratio, quia vt dẽt delectationẽ captiuæ, id est carni, dãnant animã. Sed dicitur q⁹ datus est militi gladiꝰ magnus. Nõ enim bellat cũ arcu, sed gladio ma-

De angelo nobis peculiariter custode.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gno: quia totus mundus quasi cõprehendit peccatum. Hoc etiam in religiosis, &c. Nota exemplum de dæmone in corpore obsessę, dicẽte se nõ inde exire nisi dicerentur tres missę à tribus clericis virginibus, &c. Totus mundus est isto peccato corruptus, & completa est iam prophetia Dauid, Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in studijs suis nõ est qui faciat bonum, scilicet castitatis, non est vsq; ad vnum, scilicet de adultis comparatiuè loquẽdo. Ecce quomodo hic gladius est bene magnus, quia tot occidit. Ideo custodiamus nos ab isto gladio custodiendo corda à luxuria, quia ita vult Deus. Hęc est voluntas Dei sanctificatio vestra vt abstineatis vos à fornicatione 1. ad Thes. 4. De tertio prælio dicit. Et ecce equus niger, & qui sedebat super illum habebat stateram in manu sua. Ecce peccatũ auaritiæ & cupiditatis. Dicit quod equus erat niger, & significat peccatum auaritiæ. Vnde sicut color albus præ aliis ostenditur, ita color niger præ aliis abscõditur, quia auarus sẽper abscõdit pecunias, & facit se pauperem quando petunt ab eo eleemosynam pro aliqua pia causa, & vadit semper malè indutus vt videatur pauper. Item abscõdit ad decipiendũ, quia fingit se amicũ verbo vt decipiat facto, in ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Hiere. 9. No. insidias, vt scilicet habeat pecunias & bona vestra. Iteꝫ dicit qꝫ miles habebat stateram in manu sua. in quo ostenditur modus peccati auaritiæ, quoniam ad instar falsę stateręꝫ peccatũ auaritiæ facit, quia illud quod est magis põderãs & infiniti valoris, scilicet paradisus, &c. parum põderatur in cõspectu & coram oculis auari. Et illud quod parum & modicũ valet, vt pecunia, bona tẽporalia, põderat & reputat esse infiniti valoris. Ecce statera falsa & dolosa, quia Deum qui est infiniti valoris & honoris diabolus facit quod coram auaro nõ põderat vnã fabam, quod sit quando lucro vnius solidi iuras falsè dicendo, per Deum tanti cõstat. No. hic cõtra falsitates quæ fiunt inter emptores & venditores. Iteꝫ hæc falsa statera facit quod palea vanitatum multũ põderat in cõspectu diuitũ, & gloria & gaudia & thesauri paradisi quæ sunt inęstimabilis põderis nihil põderant. Ideo dicit scriptura, Nunquid iustificabo stateram impiã & saccelli, id est occulti sacci in quo occultatur falsum põd', põdera dolosa. In quib' diuites eius repleti sunt iniquitate. Michęe 6. Nota stateram impiã & põderа dolosa saccelli. Stateram impiam vocat peccatũ simonię in qua venditur Spiritus sanctus. Ideo doctores vocant simoniã hęresim. Simoniaci põderando vendũt gratiã Dei. Nota hic de fraudibus simonię. Primò in missis sancti Amatoris in quibus committuntur multę impietates. Primà quia dicunt quod debent dici continuè sine interuallo, cùm tamen pauci sunt talis vitę quod cõtinuè, &c. Secunda, quia frangitur ordinatio ecclesię quę quolibet die habet suam missam determinatam & certam. Tertia impie-

impietas est pretium certum quod faciunt clerici, quia habent celebrare sine interuallo petendo plus. Item tot candelæ, tot denarij. Quarta est error, quia licèt beatus Amator triginta missis extraxit animam matris de purgatorio, creditis quod etiam vos. Nam sicut infirmitates non sunt eædem, nec etiam pœnæ, &c. Dic de medico qui applicat medicinas iuxta infirmi conditiones. Ecce quare dicit, Nunquid iustificabo stateram impiã. Secundò dicit, Et saccelli ponderа dolosa. Hoc dicit contra laicos vsurarios qui mutuant decem pro duodecim, nõ est pondus æquale. Dicit vsurarius ratione temporis non valet, quia tempus est Dei, ideo tantum pro tanto & non amplius. Item vendunt pluris ratione dilationis solutionis vel emẽdo minoris ratione pecunię paratę: Ecce saccelli ponderа dolosa. In quibus diuites, &c. De quarto prælio dicit, Ecce equus pallidus & qui sedebat super eum nomen illi mors & infernus sequebatur illum. Ecce quartum prælium diaboli ex peccato inuidiæ. Nã color pallidus siue glaucus signat peccatum inuidiæ. Ratio, quia est amaricatus siue mortificatus, quia inuidia animã mortificat & occidit. 1. Ioan. 3. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres, qui nõ diligit manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est, scilicet suiipsius. Sed quare dicit quod infernus sequebatur eum, declaratur per quæstionem quã faciũt doctores dicentes, Quare dæmones nos tentant, cùm tamen ex qualibet tentatione augmentetur eis pœna? Respondeo quod inuidia cogit eos quam habent cõtra nos, quia habebimus locũ quẽ ipsi perdiderunt, nec valuit eis Christi incarnatio seu passio, ideo inuident nobis. Ideo dicit quod infernus sequebatur eum, quia omnes dæmones habent istam inuidiam. Nota hic exemplum de inuido & auaro, quomodo rex dixit inuido, vt primò peteret donũ, &c. Qui intra se cogitauit, O miser si peto vnum equum, alius habebit duos, &c. quia ista est conditio inuidi. Idem de dæmonibus, quia licèt habent pœnam tentando, tamen inuidia cogit eos. Sapien. 2. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum qui sunt ex parte illius. Item alia auctoritas Iob. 5. Paruulum, scilicet in dilectione occidit inuidia Deo gratias.

De eadem Dominica. *Sermo 5.*

Subditi estote in omni timore. 1. Pet. 2. Quia sacra scriptura tã veteris quàm noui testamenti multum laudat & cõmendat timorẽ Dei, & quia thema loquitur de timore Dei, ideo volo vobis modò declarare bonos modos timẽdi Deũ. Sed primò salutetur virgo Maria, Subditi estote, &c. Pro declaratiõe, &c. sciẽdũ qꝫ inter alia pꝫ quę hõ in hoc mũdo põt habere abũdãtiã & affluentiã bonorũ tẽporaliũ, & in alio

bonorum cęlestium, est timor Dei. Ideo timor Dei comparatur fonti emananti. Qui habet in domo sua fontem aquæ viuæ, non habet defectum aquę. Ita qui in corde suo habet timorem Dei, habet in se fontem dantem abundantiam omnium bonorum temporalium & spiritualium. Hoc dicit Dauid. Psal. 33. Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam non est inopia timentibus eum. Diuites egueruntˌ &c. vsque, omni bono. multum ergo valet timor Dei. ideo dicit thema, Subditi estote, &c. scilicet in omni timore. Nota in omni, innuitur ergo quod sunt multi timores. Ego amore vestri quęsiui quot timores sint, & inueni quod sunt tres, in quibus Deo debemus subiici, & habebimus multa bona.

Primus est timor naturalis, & iste est rigorosus.
Secundus est timor filialis, & iste est gratiosus.
Tertius est timor reuerentialis, & iste est gloriosus.

Triplex amor seruilis, filialis, & reuerentialis

De istis dicit thema. Subditi estote in omni timore, &c. Dico quod primus timor in quo debemus subiici Deo, est timor naturalis, & iste est rigorosus, quia non possumus vitare hic timorem de malo pœnę, quia naturaliter quilibet timet malum pœnę, vt infirmitates, perditionem bonorum, honorum, officiorum, &c. casus & mortem, quia talis est natura nostra & cōditio. Sancti angeli non habent hūc timorem, quia confirmati sunt. De isto timore dicit scriptura, Timor pœnā habet, scilicet pro obiecto. 1. Ioannis 4. Etiam Christus habuit hunc timorem ex naturali conditione carnis. Sed in isto timore debemus esse subditi Deo. Quia pro fugiendo seu vitando quodcūque malum pœnæ, non debemus facere aliquod peccatum contra Deum, nec in illud consentire. Verbi gratia. Quilibet timet naturaliter perdere bona, pecunias, &c. Modò ponatur casus quod perdidistis aliquid tale, &c. & nescitis quis habet, & vos timetis ne illud amittatis totaliter & nunquam ipsum inueniatis, & dicitur vobis, vadatis ad talem diuinum si vultis inuenire & recuperare. Modò apparebit si in isto timore eritis subditi. Quoniam ex vna parte vos timetis illud amittere, & ex alia pręcepit Deus ne pro aliqua re mundi homo recurrat ad diuinos. Si ergo vos vadatis ad diuinū, nō estis subditi Deo, sed peccatis mortaliter. Sed si non vultis ire, tunc estis subditi Deo, ad quem debetis recurrere in oratione dicendo, Dīe vos scitis quis habet, ideo ponatis in corde suo vt mihi reddat, vel volo perdere magis illud quā animam meam, &c. Idem de mulieribus in matrimonio quę timēt sterilitatem, bonus est timor. quia ideo inuentum est matrimonium. Modò quādo aliqua mulier non potest cōcipere, & dicitur tibi quod recurrat ad talē sortilegā, &c. si recurrat, timor eius nō est Deo subiectus, quia Deus pręcepit oppositū, scilicet ꝙ pro nulla re homo recurrat ad sortilegos, &c. Dic quō nullus potest dare filios nisi solus Deus, quia necessaria est ibi

est ibi datio animę, &c. Item quilibet timet mori de infirmitate quā habet ipse vel filius, &c. & dicitur vobis quod recurratis ad talē incantatorem, &c. & Christus pręcipit oppositum, qura ad Deum debet homo recurrere in omni necessitate, & ad eius matrem virginē Mariam, &c. Si non recurritis ad incantatorem sed ad Deum, timor ille mortis Deo est subiectus. si verò recurritis ad incantatorēnō est Deo subiectus. Item aliquis amicus vester est captus, & vos timetis ne puniatur vel occidatur, & estis requisiti in testem cum iuramento vt dicatis si fecit istud malum, & vos timetis, &c. Dicatur quō quilibet debet subiici Deo, iurando verè & dicere veritatem, quia dicit Deus, Nō assumes in vanū nomen domini Dei tui. Exod. 20. Ecce dicit thema, Subditi estote, &c. De hoc timore dicit Christus. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & animā & corpus perdere in gehennam. Mat 10. Hoc prędicabat Christus apostolis & discipulis dicens, Nolite timere, scilicet taliter, vt ex isto timore faciatis cōtra Deum, quia aliàs talis timor naturalis esset malus. dicatur hic miraculum de sacra scriptura, quod legitur. 1. Reg. 28. & 31, de illo magno rege Saul, qui semel cōgregauit multas gentes armorū vt bellaret cōtra inimicos & infideles Philisthæos. Qui vidēs exercitum inimicorū magnū ne morereturˌ in prędio cū filiis timuit, & fuit sibi datum cōsilium vt recurreret ad phytonissam, vt sciret finē belli. Dicatur quō fuit. ex isto peccato quia in isto timore non fuit subditus Deo, in dicto prędio fuit vulneratus, & per impatientiā occidit se, & perdidit regnum, intantū ꝙ nullus de suo genere regnauit post eum, & creditur quod sit dānatus. Ideo dicit Christus, Dico vobis amicis meis ne terreamini ab his qui occidūt corpus, & post hæc nō habent amplius quid faciant. Ostendā autē vobis quē timeatis. Timete eū qui postquā occiderit, habet potestatē mittere in gehennā. Ita dico vobis hūc timete. Luc. 12. Secūdus timor est melior. s. timor filialis, & iste est gratiosus. Hic timor est quādo hō timet Deū, nō ratione pœnæ, sed ratione culpæ, quādo timet hō peccare ne perdat amorē & gratiā Dei & deuotionē, talis timor dicitur filialis. Ratio, quia cōditio boni filij est timere ne patri suo displiceat in aliquo, Et quādo dicitur sibi, Facias hoc, Respōdet, Nō faciā, quia patri meo non placeret vel matri. Nō timet patrē ratione pœnę ꝙ vapulet à patre, sed timet sibi displicere ne ipsū granet & cōturbet. Dico ꝙ in isto timore magis debemus Deo subiici, quā patri carnali. Ratio, quia plus facit nobis Deꝰ, Dicatur quid facit pater carnalis in filio, modicū & vile. Mater etiā, quia nescit quid portat, modicū ibi facit, sed Deꝰ facit totū. Ipse formatˌ corpus, &c. & creat animā. Ideo Iob 10. Manus tuę do. fe. me, Nō dicit pater meꝰ fecit me, sed manꝰ tuę, &c. acsi de luto vel de terra. Itē Deꝰ cōseruat in vita in vte

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro clauso ne suffocetur. Item Deus causa natiuitatis est, & dat lac matri. Ille ergo est propriè pater. Mat. 23. Ergo patrem nolite vocare vobis super terram. Vnus est enim pater vester qui in cælis est, &c. quantum ad formationem corporis dicit hoc & creationem animę. Ideo vult vt timeatur timore filiali. Sicut ergo bonus filius timet offendere patrem, ita nos Deum. Licèt sis inclinatus ad aliquod peccatum vel vitium, dicas, hoc displiceret meo patri cælesti, ideo nó faciã. Verbi gratia. Aliquis inclinatur ad superbiam, põpam, gulam, inuidiam, luxuriam, vanitates, ornatum, &c. Cogitate si hoc displicet patri vestro Iesu Christo qui vult & præcipit humilitatem. Item cogitate si displicet matri vestræ virgini Mariæ. Ideo amore eorũ dimittere debetis. Idem de illis qui inclinantur ad auaritiam, vsuras, & furta, ad retinendum decimas, &c. Cogitate si hoc displicet patri Christo qui præcipit oppositũ, Nota de sua paupertate aliquid. Idẽ de vitio luxuriæ. Cogitate si displicet Domino Iesu Christo qui omnia videt quantũcunque fiant secretè, qui voluit nasci de Virgine Matre, & viuere castè vt daret nobis exẽplum. Idẽ de illis qui inclinãtur ad gulã ad bibendũ de mane, respice si displicet patri Christo. Idẽ de illis qui inclinãtur ad vindictã. Cogitate si displicet Christo patri, qui sibi soli retinuit vindictam. ex isto timore dicit propheta Dauid in psal. Benedicam Dominum, &c. Venite filij audite me, timorẽ Domini, scilicet filialẽ docebo vos. psal. 33. Dicatur hic miraculũ quod legitur 2. Mac. 6. de Eleazaro sancto homine quãdo Antiochus rex iniquus persequebatur Iudæos, & præcepit omnibus vt comederent carnes porcinas, quõ Eleazarus qui noluit comedere in tormentis dixit, Domine qui habes sanctam sciam manifestè tu scis quia cum à morte possem liberari duros corporis sustineo dolores, secundum animã verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Ideo dicit Scriptura Eccle. 1. Timor Domini expellit peccatũ. Nã qui sine timore est, non poterit iustificari. Tertius timor est reuerẽtialis, & iste est gloriosus. Hic timor est quando homo timet se æquare maiori, vt si rex veniret & vellet sedere in scãno tuo, tu statim surgeres, & quare, nõ timore pœnæ, nec culpę, sed timore reuerentiæ, & talis timor est gloriosus, quia etiam angeli isto timore timẽt. Auctoritas. cùm sublatus fuerit timebũt angeli, & territi purgabuntur. Iob 41. qui tamen non timent primo, nec secundo timore. Sed isto tertio timore debemus suditi esse Deo in tribus,

In orationibus specialibus,
In officijs diuinalibus,
In missis sacramentalibus.

Primò quõ quilibet debet tenere certam orationẽ in die, & vacare orationibus specialib⁹. Et dicũtur orationes speciales, quia vltra horas, & in istis debetis timere Deum reuerentialiter, ne velitis loqui cum

cum deo sicut loquimur inter nos, sed cũ magna reuerẽtia flexis genibus, quemadmodũ loquitur homo Regi vel Papę supplicãdo, &c. hoc dicit scriptura, Timete Dominũ & date illi honorẽ, scilicet reuerentialẽ, quia venit hora iudicij eius, & adorate eũ qui fecit cęlũ & terrã, &c. Apoc. 14. De secundo in officijs diuinalibus. Hoc tãgit clericos & religiosos. Dicatur cũ quanta reuerentia debent stare in choro. Ratio, quia Christ⁹, Papa, & Rex præsens est in medio. Auctoritas, Vbi sunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, in medio eorũ sum. Mat. 18. De tertio in missis sacramẽtalibus. Ratio, quoniã in qualibet missa est Christus verè sicut est in cęlo. No. ergo cũ quãta reuerẽtia stare debet celebrãs & ne vendatur missa. Dic quod non faciant pretiũ quando volũt dicere missas, &c. Dic modum & pretiũ dãdi, pmissa s. p petitione vn⁹ diei. De isto timore reuerẽtiali dicit Dauid in Psal. 18. Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi. Deo gratias.

Rationes substentationis datur, seu accipitur pecunia promissa.

Dominica 3. post octa. Paschæ. Sermo 1.

Vm venerit ille, *arguet mundum*. Ioan. 16. Hoc verbum indiget declaratione, maximè amore Iudæorum. Scien dum quod in sacra scriptura tam in veteri testamento quàm in nouo inueniuntur duo aduentus generales Messiæ, secundum quod genus humanum requirebat duas reparationes. Primus aduentus fuit pro reparatione animarum solùm. Secundus aduentus fuit pro reparatione animarum & corporum simul. De primo aduentu sciendũ quod ex peccato Adę & Euę inciderunt homines in peccata & mala. Primum malum fuit ignorãtia de rebus spiritualibus & cælestibus, de quibus non sciebant gẽtes ante aduentum Christi, nec per philosophiam, quia solum curãt de rebus, motibus, & de influentijs corporum supercælestium, nec per legẽ moysi quæ solum loquitur de hoc mundo. Ideo ignorabamus spiritualia & cælestia. Dauid loquẽs de quibusdã dicit. Nescierũt, supple Philosophi, nec intellexerũt, s. Iudæi, in tenebris ambulant. Sed venit Messias, i. Christus verus Messias qui reparauit istã ignorantiã, declarãs quomodo ille Deus vnus quẽ philosophi vocãt primũ principiũ siue primã causam seu primũ mouẽs est trinus in personis, pater, filius & spiritus sanct⁹. Secundò declarauit quõ in cælo sunt nouẽ ordines angelorũ. Tertiò de animabus quæ secundũ gradũ bonę vitę quẽ tenuerunt collocãtur in illis ordinibus angelorũ. Quartò declarauit purgatoriũ nobis, quò vadunt animæ quæ nõ fecerũt hic eũdignã pœnitẽtiã. Itẽ de animabus puerorũ qui discedunt cũ originali peccato quomodo vadũt in limbũ. Secũdus defectus siue malũ animarũ est inclinatio ad peccata ex peccato Adę. qdã ad superbiã, qdã ad auaritiã, & sic de alijs. Ideo dicit scriptura, Sẽsus enim & cogitatio humani cordis ad mala pna sũt ab adolescẽtia sua. Gen. 8. Sed venit Christ⁹ & reparauit pexẽpla virtutũ suę sanctę

vitę. Tertium malum erat abundantia peccatorū. Ideo scriptura, nō est homo iustus in terra qui faciat bonū & nō peccet. Eccles. 7. Sed venit Christus qui cōtra plagas ordinauit medicinas sacramentorū. Quartum malum erat debilitas bonorū, quia nō possumus perseuerare in bonis. Ideo prouidit Christ⁹ vt pœnitētia reparemur & emēdemus nos. Quintus defectus erat dānatio inferni, quia null⁹ poterat euadere quantumcunq; sanctus & bonus. De hoc etiā Dauid in Psal. Quis est homo qui viuet & nō videbit mortē, eruet animā suā de manu inferni, quasi dicat null⁹. Sed venit Christus & reparauit. Quia modò persona bona & sancta in morte ad cælum euolat, &c. Sed remanent passiones corporis. Ideo in secundo aduentu quando veniet Christus ad iudiciū, tūc reparabūtur mala corporū, quia tunc resurgēt corpora bonorū impassibilia, incorruptibilia, clara, &c. Ecce quare sunt duo aduentus Christi. Ratio iā satis patet, quia mala & peccata in mundo primò venerunt in anima quando Adā & Eua desiderabant æquari Deo in scientia, & tamen adhuc nō patiebātur in corpore. Sed pòst venerunt mala corporis, quando Adam in sudore vultus, &c. & Eua peperit cū dolore. ideo Christus primò voluit reparare mala animarum, quę primò fuerunt. Deinde veniet ad reparandū mala corporū quę postea venerunt. Patet hīc respōsio ad quęstionē Iudęorū dicentiū, Quare venit Messias, q̄ bonum fecit? quia ita patimini modò, &c. De his duobus aduētibus authoritas. Abacuc. 2. dicatur historia de visione, & respōdit Dominus, Appare bit in finem & nō mentietur. si morā fecerit, expecta eum, quia veniēs veniet & nō tardabit. Abacuc. 2. quia veniēs, scilicet in primo aduētu pro reparatione animarū, veniet in secundo pro reparatione corporū. Et de isto secūdo aduētu dicit thema, Cū venerit ille arguet mundū. de isto iudicio faciā duos sermones. Hodie erit prędicatio de ordinatione generali, & cras erit de executione effectuali. De illa ordinatione dicit euangelista, Cū venerit filius hominis in maiestate sua & omnes angeli eius cum eo, tunc sedebit super sedē maiestatis suę & cōgregabuntur ad eū omnes gētes, & separabit eas abinuicē sicut pastor segregat oues ab hedis, & statuet oues quidē à dextris, hedos autē à sinistris. Mat. 25. Hęc ordinatio cōsistit in quatuor cōclusionib⁹. Prima quia iudex vniuersalis manifestabitur illa die omnib⁹ generaliter, ibi, cùm venerit fili⁹ hominis in maiestate sua. Secunda q̄ illa die iudex erit associatus multū solēniter, ibi, Et omnes angeli cū eo. Tertia quod illa die iudex vniuersalis erit collocat⁹ multū alte ibi, sedebit super sedē maiestatis suę. Quarta q̄ illa die totum genus humanū presentabitur corā Christo iudice personaliter. ibi, Et cōgregabuntur ad eū omnes gētes, &c. Prima conclusio dicit q̄ iudex vniuersalis manifestabitur illa die omnib⁹ generaliter. Nam doctrina est generalis quod Christ⁹ in iudicio videbitur

bitur ab omnibus tā bonis quā malis quātum ad humanitatem, & cognoscetur quod est Deus & homo, sed solùm boni videbunt diuinitatē. De ista manifestatione dicit euāgelista, Cùm venerit filius hominis in maiestate sua. Non in maiestate, id est in magno statu. nō veniet in simplicitate & paupertate, vt in primo aduētu venit. Ideo fuit refutatus à Iudæis qui expectabāt, & expectant habere à Messia vanitates mundi, &c. Ideo quādo beat⁹ Ioānes ostēdit ipsum dicēs, Ecce ago⁹, &c. dixerūt Iudęi, Ille pauper est, nolumus hunc regnare super nos. Luc. teste 19. c. Sed ad iudiciū veniet cū tāta maiestate, q̄ cælū & terra & omnis creatura tremet. Nota ad hoc similitudine de arbore vbi sunt auiculę cantātes & ludētes, sed quādo null⁹ vel accipiter volat, omnes tacēt & timēt. Sic arbor est iste mundus, cuius fructus sunt honores, diuitię, delicię, & quilibet vult colligere. &c Aues ludētes sunt creaturę quę nō faciunt nisi ludere. Primò sol videtur ludere currēdo ab oriēte in occidentē & ecōuerso. Item luna, stellę, aēr etiā qui quādoq; est clarus, quādoq; est tenebrosus. Idē de mari, quia semper videtur ludere. Idē de terra quę in vere floret, &c. & in autūno omnia deponit, volucres etiā ludunt in vere, quęlibet ducit vxorē & in hyeme nō curat de ea. Homines etiā videntur ludere, hinc inde discurrēdo, sed quādo veniet ille falco siue aquila nobilis, scilicet Christus in iudicio omnes creaturæ stabunt, sol in oriente, luna in occidēte, nec de cetero mouebūtur immo soluentur. Ideo ecclesia in persona cuiuslibet Christiani orando dicit, Libera me Domine de morte ęterna in die illa treméda quādo cæli mouendi sunt & terra, dum veneris iudicare seculum per ignē. Moraliter. Cogitate hīc si creaturę corporales quę nunquā peccauerūt, nec cōtra mādata Dei fecerunt tantum timebunt in Christi aduentu, quid faciēt peccatores qui tot offensas fecerunt cōtra Deū, quid faciēt tunc infideles Iudęi & Agareni, qd faciēt falsi Christiani, qui licēt habeāt fidē nō habēt bona vitā, sed aut sunt superbi aut auari, &c. Cogitate ergo illum diem. Ideo de Iudęis & malis Christianis dicit scriptura in persona Christi, &c. Aspicient ad me quē confixerunt. Et plangent eum plāctu quasi super vnigenitum: & dolebunt super eum sicut doleri solet in morte primogeniti. Zach. 12. De plā ctu malorum Christianorum. Apoc. 1. Ecce venit cum nubibus & videbit eū omnis oculus, & qui eū pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terrę etiā amē, id est ęternaliter. patet prima cōclusio. Super hoc do vobis consilium optimum, & benedictus erit qui illud seruabit, quia tunc licèt cælum & terra & omnis creatura timeat, vos autē nō timebitis. Quia sicut habetis duos pedes in corpore ad standum firmiter, ita in anima habetis duos pedes. Pes dexter est vera credētia, sinister bona vita. Et in ista die stabitis firmiter & sine timore. Ideo beatus Greg. orando in collecta vigilię natuita

tiuitatis petebat dicens, Præsta quæsumus vt vnigenitũ tuũ quẽ redemptorẽ læti suscepimus, venientẽ quoque iudicem securi videamus. Secunda cõclusio dicit quod illa die iudex vniuersalis erit assessus multum solenniter, quia omnes angeli eius cum eo. Mirũ est cum in primo aduentu venit solus, sed ad iudicium veniet cũ omnibus angelis qui sunt plures quàm folia arborũ in toto mũdo. Si stellæ cæli sunt innumerabiles, quãto magis angeli. Quæstio, quid dicemus de sanctis, quia euangelista non loquitur nisi de angelis? Quid de patriarchis, apostolis, &c. Respondeo quod nõ solum angeli, sed etiam omnes sancti venient cum eo, sed de sanctis nihil dicitur hic, quia iam dictum fuerat à propheta in veteri testaméto: Stat ad iudicandũ Dominus, & stat ad iudicandum populos. Dominus ad iudiciũ veniet cũ senioribus populi sui & principibus eius. Esa. 3. Nota seniores dicũtur sancti. Ratio, quia ad instar senũ gubernauerunt se prudenter in hoc mundo. Principes autẽ dicuntur angeli. Itẽ alia auctoritas Zacha. 14. Veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti eius cũ eo. Die practicè quomodo Christus in die iudicij quãdo voluit descendere ad iudiciũ, dicet matri suæ, Mater mea hodie est dies iudicij: ideo descẽdamus, & vos angeli & archangeli præcedatis, & vos patriarchæ & prophetæ, &c. sequimini. Et ipse cũ matre in medio. Moraliter cogitate hic in qua platea & corã quibus ostendentur omnia mala & peccata, & omnia bona quę fecimus, quia ibi omnia manifestabũtur virtute diuina, vbi boni de bonis laudabuntur, mali verò detestabũtur. nã cõmunis est doctrina theologorũ, quia omnia mala etiã cogitationes ibi manifestabũtur. diuina virtute, sicut ille qui ponitur in scala & ostẽduntur omnia mala sua. Ita illa die in libro cõscientiæ virtute diuina quilibet ostẽdet omnia mala quæ fecit. Auctoritas, Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Dan. 7. Secundo modo cogitate quot mala ibi manifestabuntur, quanta mala occulta ibi aperientur, quot mali clerici, religiosi, & laici qui nunc reputantur boni, sed secretè faciunt multa mala, sed tunc omnia videbuntur. Nota practicè quomodo dicetur, Et quis est ille, & nunquid est qui, &c. Cogitate si ego dicerẽ modò omnia peccata alicuius vestrũ, quanta esset sibi confusio, ita tunc. Die de quolibet statu. Ideo dicit Apostolus, Nolite ante tempus iudicare quoadusque veniat Dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordiũ, & tunc laus erit vnicuique, supple bono, à Deo, 1. Cor. 4. Nota ante tempus, scilicet iudicij, iudicare, quia modò multi videntur boni vel mali, & est oppositũ. Consilium super hoc do vobis, ꝙ si vultis ipsum tenere, in illa die, nullum malũ seu peccatũ vestrũ apparebit in confusionẽ vestram. Recipiatis quadratũ, scilicet pœnitentiã, quæ habet quatuor angulos, scilicet quatuor partes pœnitentiæ. Primum est cordis contritio, Secundum est emendandi propositum, Tertium oris confessio, Quartum operis satisfactio. & in illo iudicio nullum peccatum apparebit in confusionem vestram. De hoc propheta Dauid, Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorum tecta sunt peccata. Glo. velo pœnitentiæ. Tertia conclusio dicit, quod illa die iudex vniuersalis Christus erit collocatus altè, quia sedebit super sedem maiestatis suæ. Iam scitis quod iudex dando sententiã sedet. Dicatur quomodo illa die in aëre altius Christus sedebit, vt possit ab omnibus videri. Quæstio si Christus sedebit, quomodo sancti stabunt, virgo Maria, & alij. Quidam credũt, & ita pingunt pictores, quod illa die virgo Maria ab vna parte & Ioannes ab alia genibus flexis orabunt pro peccatoribus. Falsum est, nec illa die orabunt pro aliquo, sed sedebunt cum Christo. Auctoritas, dixit Petrus Christo pro se & pro alijs, Ecce nos reliquimus omnia, &c. Mat. 19. respondit Christus, Amen dico vobis, In regeneratione cùm sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes iudicantes, non dicit iudicandi, & non solùm apostoli sedebunt, sed etiam omnes de vita apostolica. Moraliter. Dico pro religiosis, cum quanta diligentia debent seruare vitã apostolicã pro tanto honore habendo. Die quantum laboraret miles, si sciret quod ex suo labore posset fieri rex, & sacerdos si posset ex suo labore esse Papa. Idem de muliere si posset fieri regina, vel magna domina alicuius patrię. Si iste honor & dignitas à nobis cogitaretur, omnes labores religionis nostrę & pœnitẽtię essẽt dulcissimi. Dic quomodo respicit inferius. Auctoritas & prophetia Dauid, Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat & humilia respicit in cęlo & in terra, &c. Psal 112. Quarta conclusio dicit, quod illa die totũ genus humanũ præsentabitur coram Christo iudice vniuersali personaliter, quia in omni iudicio criminali maximè oportet comparere personaliter, ideo dicit, & congregabuntur ad eum omnes gentes. Quæstio vbi tunc congregabuntur? Respondeo quod in illis partibus vbi Christus fuit pro nobis iudicatus & sententiatus, vbi vult facere iudicium & dare sententiã. Ratio, quare quia omnis qui se humiliat, scilicet pro Deo, exaltabitur. Luc. 18. Ideo oportet vos ire illuc. De hoc propheta Ioel. 3. In diebus illis, & in tempore illo cùm conuertero captiuitatẽ Iuda & Ierusalem, congregabo omnes gentes & deducam eas in vallem Iosaphat. & disceptabo ibi cũ eis. Die quomodo oues, scilicet boni erunt à dextris, & mali à sinistris. Si ergo illa die vultis esse à dextris, modò oues Christi. Die conditionẽ ouis: sic qui non nocent cornibus potentiæ, iustitiæ, & scientiæ, nec dentibus vt lupi mordendo famam vel reuelando occultũ. Item dat beneficium lanę, id est substantiæ temporalis & lactis correctionum. Item sunt obedientes. De quibus dicit Christus Ioan. 10. Oues meæ vocem meam audiunt.

Angelorum numerus.

Patebũt cunctis vniuscuiusque crimina in iudicio vniuersali, etiam si solo animi consensu ad missa fuerint.

Dicitur peccatoribus dãnatis in vltimo iudicio matris Christi patrocinium.

Luc. vltimi & vniuersalis iudicij.

De ea

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eadem dominica. Sermo secundus.

ARguet mundum de peccato. Io. 16. originaliter & recitatiuè in euãgelio hodierno scribitur præsens verbum. Pro declaratione huius verbi, & introductione materię prędicãdę sciẽdum, quod inter omnes bonas cõditiones & necessarias personæ quæ vult corrigere peccata & reprehendere, oportet quod sit sine peccatis & virtuosus & bonus. Istud fundatur per vnã regulã quæ dicit, Contraria cõtrarijs curantur, quando infirmitas venit ex calore, dantur medecinę frigidę, & econuerso. Ideo qui infirmitates peccatorum vult corrigere & reprehendere, oportet quod ipse habeat qualitates cõtrarias, scilicet quod sit bonus & virtuosus. Verbi gratia. Qui vult corrigere infirmitatẽ superbiæ, & pompę vanitatis, necessarium est quod sit humilis & sic de alijs. Si forte videat illũ qui vult alios corrigere vel arguere iisdẽ peccatis, nõ sequitur correctio sed indignatio, & erit despectus in cordibus audientiũ qui statim dicunt, O ille deberet seipsum tenere per nasum primò & post, &c. Ipse dicit quod simus humiles, & ipse est superbus: quod simus liberales, & ipse est auar⁹, &c. Ideo dicit poeta, Turpe est doctori. id est correctori, cum culpa redarguit ipsum. Nec essarium est ergo arguẽti peccata vt sit sine peccatis. Modò videamus quis est ille qui est sine peccato & defectu. Dico quod si perquiritis à principio mundi vsque ad finem, nõ inuenietis nisi Christum Iesum qui nunquam peccauit nec peccatum habuit, & hoc secundum cõmunẽ legẽ. Dicit Augustinus de natura & gratia, quod si omnes patriarchę & prophetę, apostoli, martyres, doctores, &c. essẽt simul interrogati an essent sine peccato, omnes responderent. Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 1. Io. 1. nisi Christus. Qui peccatũ non fecit nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pe. 2. Ideo dicebat Christus Iudęis quãdo prędicabat, Quis ex vobis arguet me de peccato? q. d. nullus. Io. 8. Ergo proprie sibi soli cõuenit arguere mundum de peccato. Ideo de eo dicit thema, Ille, scilicet Christ⁹ qui est sine peccato arguet mundum de peccato. patet thema. Inuenio in sacra Scriptura quod decem peccata sunt de quibus Christus singulariter arguit & increpat mundum & personas mundanas. & omnia inueni in quadã auctoritate Dauid, & in sex versibus psalterij. Peccatori autem dixit Deus vsque arguã te. Psal. 49. De omnibus istis arguit Christus mundum per os suum quod est Scriptura, ideo dicit thema. Ille arguet mundũ de peccato, scilicet de quolibet istorum. Primò tangitur vnum peccatum quod est iniustitia dominorum, ibi, Quare tu enarras iustitias meas? Hoc verbũ dicit Deus cuilibet domino, seu principi vel rectori cõmunitatis, & cuilibet qui habet aliquod officiũ regẽdi populũ, quare tu enarras, &c. Omnis iustitia

Legecõmuni, nemo præter Christum est aut fuit vnquã à peccato immunis, licèt tamẽ de gratia ac priuilegio:

iustitia ordinata tã in lege quàm in canone vel in constitutionibus regũ & ciuitatũ à Deo est, ipse enim ordinauit omnes iustitias. Hoc dicit ipsemet, Per me reges regnãt & legũ cõditores iusta decernũt. Principes imperãt & potentes decernunt iustitiã. Prouer. 8. Omnes ergo leges & canones & omnes bonę ordinationes sunt iustitię dei. Reprehendendo ergo dominos qui non seruant iustitiã, dicit Deus cuilibet, quare tu enarras iustitias meas, scilicet extra in ore, & opere nihil facis. Quia hoc seruatur in mundo quãdo intrant ad regẽdum iurant, quod respicient honorem Dei & vtilitatem cõmunitatis, quod se gubernabũt secundum iustitiam, & quando sunt intus nihil faciunt. Vbi inuenies rectorẽ cõmunitatis qui se gubernat secundum iustitiam quam iurauit, sed secundum amorem vel fauorẽ vel donum vel affectionem declinat iustitiam, ideo dicit, quare tu enarras, &c. Si autem iustitia Dei seruaretur, totus mundus haberet bonum. Sed hodie viduę, pupilli & orphani & pauperes nõ possunt inuenire nec obtinere iustitiã. Si ad min⁹ diceretur eis, vadatis quia non habebitis iustitiã, bonũ esset, sed faciunt eos in litis processu persistere & perdere tempus & labores, & vexant pauperes quãdiu sentiunt in eis pecunias, & in fine dicitur eis, nõ habebatis bonum ius. O quod peccatum est, pro vna hora qua tu protrahis iustitiã, & facis stare vnam viduam aut pupillum vel aliquem pauperem ante portam tuam, tu stabis ad portam paradisi mille annis pulsans dicendo, Domine Domine aperi nobis. Mat. 25. nec vnquam intrabis. Dicet tibi Christus, & nõ recordaris de tali vidua, & faciet te ibi stare, nec intrabis. Ecce quare tu enarras, &c. Ideo Dauid in psal. Si verè iustitiã loquimini, rectè iudicate filij hominum. Tunc est vera iustitia, quando sicut dicitur, & loquitur ore per dominum iudicem vel assessorem, sic cõcordat in opere, quia nec amore nec fauore, &c. fit contra iustitiam. Ecce primum peccatum de quo dicit thema, Ille, scilicet Christus arguet mundũ de peccato. Secũdum dicitur symonia ecclesiasticorũ, ibi, Et assumis testamentũ meũ per os tuũ. Quãdo aliquis dominus facit testamẽtum vnum in vita sua, & morte instãte facit aliud, secundum confirmatur per mortem, & primum annulatur & cassatur. Ita fecit Deus, qui fecit primum testamentũ ordinando de bonis huiusmodi, quę dimisit Iudęis quandiu fuissent obedientes & nõ idolatrarẽt. Sed de bonis paradisi nullum legatum fecit ex tunc, sed ex quo Deus fuit factus homo, ex tunc fecit aliud testamentum, & ordinauit de bonis cælestibus & nihil de terrenis, quia nihil terrenum legauit, immo dicit quod despicerẽtur, sed legauit gloriam paradisi dicens, Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorũ est regnum cælorum. Mat. 5. Itẽ qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, &c. Mat. 3 Item Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Mat. 5. Ecce legata quæ fecit in secundo testamen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtamento quod per mortem fuit confirmatū, primo caſſato & annullato. Sed eccleſiaſtici omnes volunt gaudere de primo teſtaméto, licet ore aſſumant ſecundum teſtamentū legendo epiſtolas & euangelia. Sed in corde & opere non curant de teſtamento nouo, niſi téporalia promitteret, &c. Tu prælate vel curate, &c. non vis niſi téporalia, pecunias & bona. Quādo vacat epiſcopatus, rectoria vel beneficium, ſtatim dicitur, & quantum valet? tantum in portatis. O modò potero tenere tot ſcutiferos. Idem de iſtis qui prædicant, vel de clericis qui miniſtrant ſacramēta. Omnes vadunt ad primum teſtamētum, diuitias, &c. Quis eſt modò qui ſolùm pro honore Dei, & ſaluatione animarum intendat laborare? nullus. Ecce quare dicitur, Peccatori autē dixit Deus, quare tu enarras iuſtitias meas & aſſumis teſtamentū meum per os tuum. immo dico vobis vnū magnum defectū clericorū de miſsis ſancti Amatoris: quæ licèt de ſe ſint bonę, multi defectus tamen circa eas committuntur. Primus quod dicantur ſine interuallo. Ideo oportet dimittere miſſas per eccleſiam ordinatas, quoliber die ſunt iam certæ miſſæ, vt in magnis feſtiuitatibus, & deſpiciunt tā magnū conſilium, ſicut eſt ſanctæ matris eccleſiæ ordinatū à ſancto Spiritu. Secundus defectus qui eſt ibi quod dicantur quotidie. Et vbi inuenies modò vnū ſacerdotē, qui 30. diebus continuis ſit paratus ad celebrandū? Apoſtoli & ſancti qui non tenebantur, faciebant magnas pœnitentias & orabant & poterant celebrare quolibet die. Sed ſecundū vitam quam nunc tenent clerici, comedendo, bibendo, truffando, & loquendo de mulieribus forte quolibet die faciūt nōnulli. 30. peccata mortalia & celebrabunt in damnationē animæ ſuæ, & illius qui facit ipſos celebrare. Tertius error ſiue defectus eſt quando ex quo habet cōtinuē celebrare petit plus pro illis miſsis. Ecce ſimonia pura quam facit quia vendit Chriſtū cum Iuda dicente, quid vultis mihi dare & ego eum vobis tradam? Ideo cū Iuda ibitis. Quartus error ſeu defectus eſt, quia ſcitis dicūtur certæ miſſę trinitatis virginis Mariæ, & apoſtolorum. Et dicunt quādo ego dixero miſſam de trinitate debetis offerre tres candelas cū tribus denarijs in qualibet, & in illa de beata virgine. 7. denarios propter reuerentiā ſeptē gaudiorū, &c. Quintus defectus, quia vel ſacerdos erit curatus vel beneficiat⁹, tūc miſſę ſuę ſunt omnes aſsignatæ, & habet cantare pro illis quibus tenetur, quomodo ergo poterit cātare pro te? Sextus defectus quia ſequitur error. Credunt communiter gentes quod ex illis miſsis extrahatur vna anima de purgatorio. Verum eſt quod S. Amator cū 30. miſsis extraxit animam matris ſuæ de purgatorio, ſed non ſequitur quod ſi ipſe fecit, tu facias, quia tu non ita ſanctus & iuſtus es ſicut ipſe. Licèt miſſę habeant magnam virtutem, tamen etiam requiritur deuotio celebrātis. Item quia peccata matris b. Amatoris & matris tuæ vel patris non

Multis ratiomb. non probatur tricentriū diui Amatoris.

non ſunt eadē, nunquid eadē medicina erit vtilis in qualibet infirmitate? Talibus accidit cuidā ruſtico qui curauit ſe de quadā infirmitate ſeu inflatura quā habebat in tibia, qui vidēs hoc, fecit ſe medicū, & omnibus infirmitatibus miniſtrabat vnā cepā aſſam, & exeauit aliquos qui patiebātur in oculis. Ita creditis vos cpillę miſſę quę fuerūt vtiles matri ſancti Amatoris, quæ fortè nō habebat niſi vnū peccatū veniale, ſint etiā vtiles patri veſtro qui fuit magnus vſurarius. Sed hoc fit pro pecunijs gaudentes de primo teſtamēto in opere, & de ſecundo in ore. Ideo dicit, Quare aſſumis teſtamentū? Ideo Da. Nō cuſtodierūt teſtamentū Dei, & in lege eius noluerūt ambulare. pſal. 77. Ideo ille, ſcilicet Chriſt⁹ qui eſt ſine peccato, arguet mūdū, &c. Tertiū eſt impœnitentia peccatorum, quod tāgitur cùm dicitur ibi, Pctōri aūt dixit Deus. Tu verò odiſti diſciplinā, &c. ſ. pnię quæ dicitur diſciplina. Rō, quia diſciplina facta eſt ad ſimilitudinē ſtellę habētis radios. Ita rectè eſt de pœnitentia. habet enim 6. radios. Primus eſt cordis cōtritio, ſecūdus eſt emēdandi propoſitū, tertius oris cōfeſsio, &c. Iſti radij ſunt multū pūgentes ad modū diſciplinæ. Iſta diſciplina pnię, nō debet eē odioſa alicui, quia de magno pctōre inimico Dei facit iuſtū & amicū & filiū Dei. Ideo Apoſtolus, In diſciplina pleuerate, tanquā filius vobis ſe offert Deus, ad Heb. 12. Ille, ſ. Chriſt⁹ arguet illos q nolūt facere pnīam. Quartū eſt negligētia diuinorū, ibi, Pctōri aūt dixit De⁹, Proiecisti ſermones meos retrorſum. Vos mō quādo auditis ſermonē hētis verba Dei corā vobis audiēdo & cogitando, ſed vtinā finito ſermōe nō ꝓijciatis retrorſū nō ponendo in qđ opere audiuiſtis, iō dixit, Proiecisti ſermones meos retrorſū, ſ. p negligētiā, Nō eſt paruū peccatū, maximè quādo ſermo eſt correctiuus cōitatis contra peccata notoria. Ideo dicit Deus pctōri, Proiecisti ſermones meos retrorſū, corrūpūt pdiuitias vel fauores, &c. Iō dicit ſapiēs, Fili mi auſculta ſermones meos, &c. De negligētib⁹ dicit prius thema, Ille arguet mundū de pctō. Quintū eſt de auaritia cupidorū, ibi, pctōri aūt di. Deus, Si videbas furē curribas cū eo, ſ. in ſocietate. Latro & fur cūquo oēs volūt currere eſt vſurarius, quilibet enim vſurari⁹ eſt latro, quia ſicut latro tenetur ad reſtitutionē ſi vult ſaluari, & oēs volunt currere cū eo dicendo, Quid eſt hoc ꝙ talis qui erat pauper, & pater ſuus erat ſutor vnus, & modò eſt ita diues? O qa mutuat 10. pro. 12. & ita ponitur in charta. Ité mutuat frumētū ad lucrū ſtēemebat pro parata pecunia pro minori pretio, & vēdebat pluris, quādo dabat ad terminū, & ſic aſcendit & multiplicauit pecunias, totum eſt vſura & damnatio. Si vultis cēſualia hēatis duo primò, ꝙ ſit vera emptio. Secūdo quod prætiū ſit iuſtū, ſed mō oēs volunt currere cum latrone, ſ. vſurario dicēdo, ſicut ille fecit, ita ego faciā, & multiplicabo pecunias. Ecce quare dicit. Si videbas furem, &c. Sed aliqui volūt ita ſe excuſare dicendo,

Nolo

Nolo esse vsurarius, sed ponã centum florenos in manu Iudei, & ille faciet vsurã, quia Iudei possunt facere vsuras, & dabit mihi, &c. Talibus accidit vt Pilato, qui nolés condẽnare Christum, quia sanctũ & iustum ipsum inuenit, tradidit ipsum voluntati Iudęorũ, & lauit manus suas. Ita facis tu ponendo pecunias, &c. tamen nec Iudęi possunt facere vsurã, immo decipiũtur in illa auctoritate. Nõ fœneraberis fratri tuo ad vsurã pecunã nec fruges, nec quamlibet aliam rẽ, sed alieno. Deut. 23. Hoc vocabulum alieno decipit eos, quia nõ intelligunt quare dixit Moyses alieno. Pro responsione nota historiam de Lot, qui recepit in hospitio duos angelos. Et homines illius ciuitatis Sodomę credentes angelos fuisse homines carnales, voluerunt peccare cum eis, & obsederunt domũ Lot. Quib⁹ obtulit duas filias virgines vt abuterẽtur eis, & non abuterentur sanctis angelis. Si illi Sodomitę cognouissent filias Lot, fuisset vtique peccatum, & quis diceret contrarium: O diceres tu, Ille sanctus homo Lot decebat. Hoc verum est ad vitandum maius peccatũ siue malum. Ita de Moyse qui dixit Iudęis, Nõ fœneraberis fratri tuo, sed alieno, nõ quod non esset peccatum, sed ad vitandum maius peccatũ. Vnde dicit beatus Thomas 2.2.q.68.art.1. in solutione ad secundum, quod Iudæis prohibitum fuit ne acciperent vsuram, scilicet à Iudæis, per quod datur intelligi quod accipere vsuram à quocunq; homine est simpliciter malũ. Debemus enim omnẽ hominẽ habere quasi proximum & fratrẽ, præcipuè in statu euangelij ad quod omnes vocantur. Vnde in psalm. absolutè dicitur, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. & Isa. 28. Qui vsuram non acceperit. quod autem ab extraneis vsuram acciperent, non fuit eis concessum quasi licitum, sed permissum ad maius malum vitandum, ne scilicet à Iudæis Deum colentibus vsuras acciperẽt propter auaritiam cui dediti erant, vt habere Isa 56. Omnes in viã suã declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiam suam, &c. Ecce quare dicit, Si videbas furem, &c. De quibus dicit Isa. Pedes eorum ad malum currũt. Isa. 59. Sextum est immunditia luxuriosorum, ibi, Peccatori autem dixit Deus, Et cum adulteris portionẽ tuam ponebas. Adulterium est quando vir vt proditor curat de alia muliere, vel vxor de alio homine. Ideo vt proditores dãnabuntur in inferno, quia frangunt sibi fidem. Et sunt multi qui licèt non faciant adulterium, tamen ponunt cum adulteris portionẽ. Nota 10. portiones, & vnus ponit vnam, & alius aliam. Verbi gratia: Aliqui ponunt portionem suam cum adulteris, scilicet corde, vt aliqui religiosi vel clerici qui ex timore infamationis seu periculi vel scandali non audent facere peccatum opere, quia vbi fit ignis, fumus habet exire. ideo non faciunt opus. Sed ponunt cor cogitãdo, O qualis delectatio esset cum tali, &c. Ideo dicit, cum adulteris. Aliqui ponunt os turpiter loquẽdo de illa materia, scilicet de mulieribus,

Peccant Lot, sibi vsuras offerens pro.

ribus, vel cantando cantilenas quæ continent tot vanitates, vel disputando de pulchritudine mulierum, &c. Ideo dicit, cum adulteris, &c. Aliqui ponunt oculos si possent videre partes discoopertas quæ prouocant ad peccatum, vel libenter respiciunt quando gallus agit cum gallina, columbus cum columba, asinus cum asina, vel respiciẽdo se. Ideo dicebat B. Benedictus ad sororem suam quod nunquam respiceret corpus suum. Sed quando vellet mutare cilicium suum, quod mutaret in tenebris, &c. quia multæ sunt quæ quando vident vbera, dicunt: O quomodo ego habeo pulchra vbera. Aliqui ponũt aures, si loquuntur de Deo, statim attendantur audire, sed si loquuntur de illa materia dicunt, quid est hoc? resumite siue dicatis iterum, & sic delectantur audiendo turpia. Ideo dicit, & cum adulteris. Alij ponunt nares in odoribus, &c. Alij ponunt gulam bene comedendo salcetes, ita inclinant, quia persona gulosa semper est luxuriosa. Aliqui ponunt manus tangendo se vel alium, &c. Alij pedes ponunt associando alios dicendo. Ego non faciam peccatum, sed sociabo vos. Ideo cum adulteris ponitis partem vestram. Alij ponunt vestes, quia est bonus homo vel mulier quæ habet tantas scissuras vel vestes, & ornatus ostendunt quod sunt putanæ vel meretrices. Alij ponunt corpus faciendo peccatum opere. Ecce quare dicit, Cum adulteris portionem tuam ponebas. In meliori loco ponebat David portionẽ suam dicẽs: Tu es Domine spes mea, portio mea Domine in terra viuentium. Psal. 141. Septimum blasphemia iracundorum, ibi, Os tuum abundauit malitia: ista malitia est blasphemia in Deum quę est inter Christianos quando sunt irati iurando per caput, per cor, &c. Secundo renegando maledicar, &c. Tertiò dicendo verba enormia contrà Christum & virginem Mariam quod cælum & terra deberẽt subintrare, dico quod si non essent alia peccata in mundo, istud est sufficiens ad destruendum villas, cõmunitates, & totum mundum, nisi corrigatur. Nota hic historiã de Sennacherib rege Assyriorum qui venit cõtra ciuitatem Ierusalem, regnante illo sancto rege Ezechia, cui Sennacherib dicebat, Quis Deus liberabit vos de manu Sennacherib? Ex ista blasphemia occisi sunt. 185. millia hominum armorum Sennacherib. Aucto. Egressus est autem Angelus Domini & percussit in castris Assyriorum 185. millia. Esa. 37. & ista blasphemia dicitur quotidie si sunt duo ludẽtes ad taxillos. Dicit vnus, Non potest Deus facere quod perdam ludum istum, etiam si non protẽderem nisi deux as. Si dicatur, quid hoc ad nos qui non ludimus? Respondeo vobis quod sustinetis, quia sicut si lupus intraret villam, omnes clamarent super eum, sta contra illos debetis clamare, ô traditores, ribaldi, &c. sed modò totum ponitur ad truffam. Quando est aliquis magnus iurator, dicitur ab alijs, Faciamus sibi aliquid & irritemus eum, & ipse blasphemabit, & quia istud peccatum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum non corrigitur, reuertitur in caput illorũ qui habent corrigere. Dicit Scrip. Dominatores populi mei iniquè agunt dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meum blasphematur: propter hoc sciet populus meus nomen meũ in die illa, quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum, s. puniendo. Eia. 52. Octauum est fraudulentiam negotiatorum, ibi, Peccatori autem dixit Deus. Lingua tua concinnabat dolos. Concinnare dolos, id est simul componere fallacias, hoc fit inter emptorem & venditorem, quia quilibet conatur decipere alium. Primò incipit emptor di. Pro quanto dabis mihi istud? Venditor autem si illud valet tres solidos, petit 10. Et emptor respondet di. Vultis 18. solidos denariorum. Et truffatur ipse de altero. Dicit venditor, Per corpus Dei constat mihi tantum, &c. Antiquitùs Christiani habebant timorem in conscientia mentiendi, & quando emptor dicebat. Pro quanto dabitis mihi istud? Respondebat venditor. Securè constat tantum, ideo detis mihi tantum vt lucret aliquid vobiscum. Sed modò non fit, immo vnus decipit alium, &c. Ideo de isto tempore, prophetando, dixit Hiere. Docuerũt linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerũt. Hier. 9. Intantum mentiuntur quòd non potest homo credere eis in aliquo. Ideo ille arguet mundum de peccato. Nonum est obloquẽtia ociosorum, ibi, Peccatori autem dixit Deus. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. Infra hebdomadam nullus sedet ad portam, quia quilibet laborat in negotijs suis, alius in campo, alius in vinea, alius in foro. Sed in die festo tunc sedent otiosi ad portam iudicando transeuntes, quando transit aliquis diues dicunt. Iste est magnus vsurarius. Dicit alter, Etiam pater suus erat vsurarius. Ité de alijs qui transeunt, quilibet habet suum motiuum de ipsis, vel quod est latro vel homicida. Si transeunt religiosi vel clerici, dicunt, O quomodo est iste pinguis, &c. Item si transeunt mulieres dicunt. Ecce quomodo sociat se ista cum illa quę est meretrix. Dicit alter, mater sua amica alterius est quę etiam non fuit bona. Ecce quare dicit, Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, deberent sedere in ecclesia, & occupare se in bonis spiritualibus, audire sermones, vesperas, completorium, & ipsi iudicant. ideo potest dicere ille qui est per eos iudicatus, Aduersum mẽ loquebantur qui sedebant in porta, & in me, id est contra me psallebant qui bibebant vinum. Psal. 68. Nota qui bibebant, quia talis oblocutio communiter fit post prandium. Dico quòd plures damnantur ex furto linguæ quàm manuum, cũ lingua furetur famam, & manus bona, primum est maius furtũ, dicit enim beatus Thom. 2. 2. quæst. 77. artic. 3. quòd detractio secundum suam genus est maius peccatum quàm furtum, quia inter bona exteriora fama præeminet diuitijs. Vnde Salomon dicit, Melius est nomen bonum, id est bona fama, quàm diuitiæ multę. Prou. 22. Et sicut latro non

non potest saluari nisi restituat bona, sic nec diffamator nisi restituat famam coram omnibus illis coram quibus diffamauit dicẽdo, Ego dixi hoc de tali, non credatis, quia ego malè dixi, etiam si sit verum quod dixi, sed erat secretum. De ista restitutione famæ quomodo est necessaria vide, beatum Tho. 2. 2. quæst. 72. art. 2. & quæst. 62. artic. 2. De modo autem restituendi famam vide. beatũ Tho. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. in solu. ad secundum. vbi ponit quòd aliquis potest auferre famam tripliciter, &c. vide doctorem vbi suprà. Decimum est restitutio bonorum, ibi, Aduersum filium matris tuæ ponebas scandalum. Hoc potest declarari tripliciter si expediat. primò de Iudæis qui modò sunt filij alterius matris, s. Synagogæ, sed quãdo conuertũtur & baptizantur fiunt filij matris nostrę, scilicet ecclesiæ. Sed sunt aliqui miseri & mali Christiani qui aduersus tales ponunt scandalũ vituperando eos & despiciendo, O quod peccatum est, & scandalizantur & perdunt fidem. ideo dicebat Christus, Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis, scilicet in fide qui in me credunt, expedit ei quòd suspendatur mola asinaria in collo eius & demergatur in profundum maris. Matth. 18. Secunda declaratio est, quòd videmus hodie in mundo quòd quando aliquis religiosus vel clericus est benè dissolutus & non seruat ea ad quæ tenetur, nullus dicit sibi aliquid, immo commendatur & laudatur, sed si vult seruare regulam suam quam nouit & ordinem, talis statim deridetur ab alijs. verbi gratia. Si in aliqua religione aliquis vult incipere bonam vitam & seruare suum ordinẽ, talis vadit ad paradisum. Sed statim alij qui vadunt ad infernum ponunt coram eo scãdalum dicendo, O traditor, &c. hypocrita &c. intantum quod faciunt ipsum cadere. Idem de clericis & laicis, multi vellent incipere bonam vitam qui isto timore non recipiunt dicentes, O ipsi truffantur de me. ideo dicebat Christus, Væ mundo ab scandalis. Necesse enim est vt veniant scandala, scilicet propter malam vitam quam tenent. Veruntamen væ homini illi per quem scandalum venit. Matt. 18. Tertia declaratio est quando aliquæ personæ vel communitates habent guerram & diuisionem, & aliqui tractant pacem, &c. Sunt aliqui miseri maledicti qui impediunt hanc pacem, ponẽtes scandalũ & dicentes, Dicetur quod estis Iudæi, & nihil valetis, vel quod timore facitis, & sic ponunt iurgiũ. Vel dicendo, Satisfaciant & soluant damna, & expensas, cùm se adinuicem damnificaueruht illi ponunt scandalum. Ecce quare dicit, aduersus filium matris tuæ, scilicet ecclesiæ vel communitatis ponebas scandalum. Hęc, supple peccata, fecisti & tacui. Existimasti iniquè quòd ero tui similis, arguam te. Ecce quare dicit thema, Ille, Dominus Iesus Christus arguet mundum de peccato.

Restitutio bonorum quomodo fieri debeat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vm venerit ille, arguet mundum de peccato. Ioan. 16. Si subtiliter volumus vitam Christi contemplari, manifeste inueniemus quod ab incarnatione sua vsq; ad ascẽsionem suã omnia opera quæ fecit fuerunt ad expellendum vitia, & peccata remittendum. Ad practicam. Primum opus quod fecit pro nostra redemptione, fuit eius incarnatio, quia de palatio patris voluit descendere & humiliari & inclodi in vtero vnius puellæ. Hoc opus fecit ad expellendum peccatum superbiæ de mundo: quia si ipse qui est rex & dominus omnium, tantum voluit humiliari, quis homo debet extolli & superbiendo exaltari super alios? Secundum opus fuit natiuitatis, quando de vtero puro, incorrupto voluit nasci, & in puritate & virginitate semper voluit viuere, & hoc ad expellendum & corrigendum peccatum luxuriæ. Tertium opus fuit eius conuersationis in hoc mundo in maxima paupertate, quia statim natus non in lecto delicato, sed in præsepio fuit positus, ex tunc nunquam habuit domum propriam. Item semper portauit vnam vestem quam sibi fecit virgo Maria, cùm esset puer trium annorum, quę ipso crescente augmentabatur, nec portabat pecuniam. Hoc fuit ad expellendum peccatum auaritię. Si rex voluit esse ita pauper, quid curandũ est cõgregare per vsuras, furta & huiusmodi? Quartum opus fuit magni amoris erga nos laborãdo pro nobis, prædicando vt procuraret nostram saluationem. Hoc fuit contra peccatum inuidiæ, vt cogites, si tantum Christus dilexit nos, & etiam nos debemus nos diligere ad inuicem. Quintum opus fuit, quia ieiunauit quadraginta diebus & noctibus, nihil comedens nec bibens, tota vita sua fuit vt quadragesima. hoc fecit ad expellendum peccatum gulæ. Sextum opus fuit eius dura passio, vo luit enim capi, ligari, &c. cum magna potentia remittendo & orando pro crucifixoribus. Hoc fuit contra peccatum iræ & vindictæ, quia si rex nolunt vindictam de tanta iniuria, & nec tu debes recipere vindictam de tuo inimico. Septimum opus fuit, quando tertia die voluit resurgere à mortuis. Hoc fecit cõtra peccatum accidiæ, quia multi sunt mortui peccatis, qui resurgere nolunt per pœnitentiam. Tres dies habet pœnitentia, s. contritionem, confessionem, & satisfactionem. Item ordinauit sacramenta ecclesiæ in remissionem peccatorum. Patet ergo quod totus labor Christi fuit ad expellendum & remittẽdum peccata. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob, & iste omnis fructus, vt auferatur peccatum eius. Esa. 27. Nota idcirco super hoc, s. aduentũ Christi. Duo aduentus Christi inueniuntur in sacra scriptura. Primus fuit ad redimendum humanum genus. Secundus erit ad iudicandum. Et sic primus aduentus fuit ad expellendum & redimendum peccatum, siue remittendum. Secundus erit ad arguendum & puniendum peccatores. Hoc dicit

dicit thema, Cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, Cùm venerit, sup. in secundo aduentu ad iudicandum, arguet mundum, id est homines mundanos de peccato. In aduentu Christi ad iudicium de tribus peccatis maximè sunt arguendi homines mundani.

Primum de otiositate contra seipsum.
Secundum de crudelitate contra proximum,
Tertium de infidelitate contra Deum.

Et de tertio simpliciter loquitur thema. Quantum ad primum, &c. Otiosus est quando homo, siue religiosus, siue clericus, siue laicus permittit transire tempus mane. Nam Deus dat tempus ad acquirendum merita & virtutes, & otiosus non curat, sed cõgregat bona temporalia. Modò si homo nõ congregat spiritualia, merita & virtutes, licèt cõgregaret omnia bona temporalia huius mundi, otiosus iudicabitur & tanquam otiosus in iudicio cõdemnabitur. Detur ratio per similitudinem de patrefamilias habente multos captiuos quos mittit ad plateam ad lucrandum denarios in messe, &c. dicens eis, laboretis taliter quod in sero porteris lucrum, quando illi captiui veniunt in sero ad domum cum lucro, cum gaudio à domino recipiuntur. Si verò nõ portant lucrum, quamus laborauerunt, & studuerunt currendo, &c. otiosi iudicantur & durè reprehenduntur, nec dat eis cœnam, sed ponuntur in captione. Idem in proposito, Christus est dominus & paterfamilias: nos verò sumus seruitores & captiui eius pretioso sanguine suo empti. Aucto. Empti estis pretio magno. 1. Corin. 6. Et misit nos ad plateam huius mundi ad lucrandũ merita & virtutes. Ego posui vos, s. in mundo, vt eatis per bona opera, & fructum, s. lucri afferatis, & fructus vester, s. spiritualis maneat, quia temporalis transit. Ioã. 15. In sero autem, s. in morte. tunc enim complentur dies vitæ nostræ, & vadimus ad domum Domini, s. ad iudicium. & Christus licèt omnia sciat, ipse tamen interrogat iustũ & impium, Quis es tu? oportet tibi respõdere, Domine ego sum talis. Et quid vis, Domine vt intrem paradisum. Et Christus. Videamus quid portas. Portas lucrum? Tunc apparebunt qui fuerunt diligentes vel otiosi. illi autẽ qui solùm curant de laboribus huius mũdi & negotijs, quæ omnia hic remanent, nullum lucrum portabunt. Ideo mittet eos ad hospitale miserorũ, ad carcerem inferni. Sed illi qui nõ solùm curabant de bonis huius mundi vt viuerent, sed magis curabant de factis animæ, orabant, ieiunabant, confitebantur, cõmunicabant, &c. tales portant lucrum & fructus meritorum & bonorũ operũ. Ideo gaudiosè à Christo recipiuntur ad gloriam. Multi creduntur modo esse diligentes, quia laborant & negotiantur, qui tũc cõdemnabuntur tanquam negligentes & otiosi. Et multi iudicantur modò otiosi & contemplatini & qui faciunt pœnitentiã, qui tũc reputabũtur diligentes fuisse. Ecce quare dicit. Ego posui vos, s. in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quique bonorũ operũ sint fructus Deo grati.

platea huius mundi, vt eatis de virtute in virtutem, continuè meliorando vitam & fructum afferatis. Modò ne sitis otiosi ostendã nobis quales fructus debetis afferre qui placent Christo, & inuenit ꝙ sunt quinque. Primus quem debetis portare est de oratione spirituali, s. de quolibet die mane & sero facere orationẽ gemibus flexis, cogitando ꝙ videtis illum qui minatur vobis ex peccatis quæ fecistis, tunc incipiatis orationem humiliter dicendo, Pater noster, Aue Maria. Credo in Deum, &c. Secundus fructus est de sanctificatione temporali, s. seruare dominicã diem: Ratio quia Christus quieuit in resurrectione. Tertius fructus est de cõfessione sacramẽtali ex præcepto Dei in qualibet quadragesima, sed de bono cõsilio quolibet mense debet mundari camisia animæ, s. cõscientia, sicut camisia corporis. Quartus fructus est de cõmunione eucharistiæ. In illa hostia non est panis, sed ibi est fructus ille de quo dicitur virginis Mariæ, Benedictus fructus ventris tui. Quintus fructus est de afflictione pœnitẽtiali. Quemadmodum enim colitur terra vt faciat fructum, quia aliter non esset apta ad fructificandũ, Ita corpus nostrũ de terra formatum, quod habet conditiones terræ, oportet quod arctur, vel cum ieiunio vel cũ cilicio, &c. vt faciat fructum pretiosum pœnitentiæ. De persona quæ facit istos fructus potest dici, Et erit tanquã lignum quod plantatũ est secus decursus aquarum, s. prædicationum, quod fructum suum dabit in tẽpore suo. Psal. 1. Inutiles autem & otiosi seu infructuosi durè arguentur à Christo. No. hic parabolam de seruo pigro & inutili & otioso. Post multũ verò tẽporis venit Dominus seruorum illorũ, & posuit rationem cũ illis. Matt. 25. Et loquebatur Christus de se quando debuit cœlum ascendere, quia tunc peregrè profectus est. Quãtum ad secundũ peccatũ de crudelitate cõtra proximũ. Tantus est amor Christi ad nos, ꝙ iniuriã quę fit contra proximũ, Christus recipit in suã. Amen dico vobis, ꝙ vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Matt. 25. Ista ratio deberet nos cogere ne simus crudeles ꝓximo, sed benigni & misericordes. No. quinque crudelitates in hominibus mũdi. Prima est renuendo eleemosynã quãdo pauper petit eleemosynã stat, & ille à quo petit nõ respõdet, pauꝑ iterũ querit, quia est indigẽs, & ille durè & crudeliter dicit, vadatis laboretis, &c. Dicatur quõ eleemosyna est danda, ideo Apostolus, Vnusquisque ꝓut destinauit in corde suo, s. dare nõ ex tristitia aut ex necessitate. Hilarẽ enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. Secunda crudelitas est vendendo, s. pluris ꝓpter speram, hoc est ꝓpter solutionis dilationẽ, vsura est dãnatio. Tertia crudelitas est in mutuãdo. Mutuare enim est misericordia & in casu maior, quãm dare eleemosynã. Sed modò totũ vertitur in crudelitatẽ. Quãdo enim pauper habet necessitatẽ, quia habet ꝓuidere filijs, mulieri & filiabus & seruitoribus domus, venit ad diuitẽ ad mutuandũ, statim sequitur

sequitur crudelitas de vsura, &c. Quarta crudelitas est in soluendo. Sunt multi crudeles qui nolunt soluere mercedẽ seruis & ancillis laborantibus. Cuilibet tali dicit Dominus, Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim mercedẽ eius ei restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ remaneat. Tob. 4. Et Leui. 19. dicitur, Nõ morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Quinta crudelitas est, s. in retinendo bona defunctorũ, non cõplendo testamenta & ordinationes eorũ. Quã crudelis esses si videres patrẽ tuũ vel matrẽ in igne, & nolles eos iuuare cũ posses. Maior crudelitas est de animabus quę cõburuntur in igne purgatorij calidiore isto incõparabiliter & clamant ad Dominum, O Domine iustitia de filio meo ꝓditore siue de hęrede, &c. Auct. Audite dixit Christus quid iudex iniquitatis dixit, Deus nõ faciet vindictã electorũ suorũ clamantiũ ad se die ac nocte & patiẽtiã habebit in illis. Dico autẽ vobis ꝙ citò faciet vindictã illorũ. Luc. 18. & 13. q. 2. Qui oblationes defunctorũ, aut negãt ecclesijs aut difficuiter reddunt tanquã egentiũ necatores excõmunicentur. 12. q. 2. Qui absulerit aliquid patri vel matri, dicetq; hoc peccatũ nõ esse, homicidę particeps est, &c. De istis crudelitatibus arguet mundũ Christus in iudicio. Auct. Cũ venerit filius hominis in maiestate sua, & oẽs angeli eiꝰ cũ eo, &c. Mat. 25. Quãtũ ad tertium peccatũ de infidelitate cõtra Deũ. Illud peccatũ est magnus alijs, quia contra Deum immediatè, de hoc loquitur singulariter thema. Cũ venerit ille arguet mundũ de peccato. Subditur de peccato quidẽ, quia nõ crediderunt in me. Nihil tã reprehẽsibile est in subdito seu vasallo quã infidelitas quę multiplex inuenitur. Prima est infidelitas cordis aliquorũ Christianorũ, qui solo nomine dicũtur Christiani, sed in corde suo nõ habent firmã fidẽ nec clarã credentiã dicẽtes, Quid scit homo quid est in alio mũdo, Alius dicit, Quõ est possibile ꝙ in tã parua hostia sit totus Christus, &c. Nõ est impossibile apud Deũ omne verbũ, &c. Ex peccatis enim & mala vita cõtinuata perditur fides in corde, & licèt in ore nõ audeãt dicere ex timore, tamẽ in corde titubant Auct. Bonã cõscientiã quidã repellentes circa fidẽ naufragauerũt. 1. Timo. 1. Ideo quolibet mane & sero debetis dicere, Credo in Deũ genibus flexis cũ ꝓfessione, & sic cõseruatur fides in corde. Secũda est oris, iurando crudeliter, renegãdo, blasphemãdo, &c. qui renegat Dominũ suũ infidelis est. O quoties renegatur Deus maximè in ludis. Ideo prouideatur ne maledictio & dãnatio incurratur. Vnde dicit script. sancta, Domine maledicti erũt qui contẽpserint te, & cõdemnati erunt oẽs qui blasphemauerint te. Tob. 13. Tertia est manuũ recipiẽdo vindictã de inimicis, quia facere vindictã ad regẽ ꝓtinet, q. ergo aufert regalia regi infidelis est. Vindictã enĩ facere regale est Dei. Mihi vindictã supple

reseruaui, & ego retribuam dicit Dominus. Ro.12. Quarta est pedum, s. eundo ad dæmones, s. diuinos, sortilegos, cõiuratores, inimicos Christi. Qualis infidelitas est seruorum qui in suis necessitatib⁹ recurrunt ad inimicos, cum eis habentes sua colloquia & consilia. Talis est Christianorum recurrentium ad dæmones pro sanitate habenda vel inuentione eius quod perdidistis. nec valet excusatio dicentiũ, Non habemus hic medicos nec apothecarios, permittam ergo mori filiũ meũ patientem, &c. Falsum est, quia Christ⁹ medic⁹ magnus vbiq; est ad ipsum ergo currendum est qui virtute nominis sui curat omnẽ infirmitatẽ. Quinta infidelitas est totius corporis, quãdo illi de matrimonio & alij faciũt luxuriã. Quod si infidelitas, clarũ est, quia quando vir curat de vxore alterius vel de alia mulie-re, fidẽ promissam vxori frangit & ecõuersõ. De illis qui nõ sunt de matrimonio quod luxuria sit infidelitas, probatur sic. Nam ille qui imaginẽ Christi crucifixi vel virginis Marię proiecerit in latriniũ, esset infidelis & ꝓditor. Modò nulla imago est magis ꝓpria imagini Dei q̃ homo. Aucto, Ad imaginẽ Dei factus est homo. Gen. 9. Non sol, nec luna, nec aliqua stellarũ habet imaginẽ Dei, quando ergo tu facis luxuriã, tu proijcis imaginẽ Dei in latriniã & lutũ luxuriæ. Dicatur cõtra illos qui dicũt simplicẽ fornicationẽ non esse peccatũ. De luxuriosis autem dicitur, Generatio enim peruersa est & infideles filij. Deu.32. Ergo cùm venerit ille arguet mundum de peccato, s. infidelitatis. Taliter ergo viuamus vt contra ista tria peccata Deus det nobis tres virtutes eis oppositas, contra otiositatem diligentiã spiritualem, contra crudelitatem, dilectionem proximalem, & contra infidelitatem credentiam cordialem hic per gratiam.

Tres virtutes cõtra tria vitia præcedẽtia.

De eadẽ Dominica III. post octa. Paschæ de Epistola. Sermo IIII.

Verbum potest saluare animas vestras. Iac.1. Istud verbum dat mihi motiuum predicandi de effectu verbi Dei in saluatione animarum. Materia erit bona & vtilis. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Istud verbum indiget breui declaratione pro introductione materiæ. Pro quo sciendũ quòd in sacra scriptura verbũ Dei accipitur dupliciter. Quia inuenitur verbum Dei primò propriũ & æternale. Secundò inuenitur verbum Dei commune & temporale. Quantũ ad primũ, illud verbũ est filius Dei, nõ est verbũ transitoriũ vt meum verbũ vel tuũ quod nõ durat nisi quãdiu fit, sed verbũ Dei est æternũ & durabile sine principio & sine fine. Vnde B. Tho. multiplicẽ ponit differentiã inter verbũ diuinũ & nostrũ verbũ. Verbũ enim diuinũ vt dicit in de potentia. q.9. arti 5. est tantum vnũ perfectũ, & idẽm quod essentia diuina, ideo est filius. Non autem nostrum, quia est multiplex, imperfectũ & accidens. Idẽ in de potentia q.8. ar.1. in corpore articuli dicit ꝙ verbũ nostrũ nõ permanet in intellectu nostro,

Duplex verbum Dei.

sed tantũ, nisi durãte actu intelligendi, sed clarũ est ꝙ verbũ diuinũ non est trãsitoriũ nec tẽporale, sed æternũ. Dicatur de illo magno Alphaquino, s. sacerdote Sarracenorũ, qui petijt à magistro Vincẽtio, quomodo potest fieri quod Deus habeat filiũ? Cui respondit magister Vincẽtius, Tu credis quòd Deus sit æternus? Respõdit ꝙ sic. Et credis quòd sit mutus vel loquatur? Respondit ꝙ non credebat ipsum mutũ esse, sed quod loquebatur. Et magister, Et illud verbũ dicitur filius Dei. De quo verbo Io.1. In principio, s. mũdi erat verbũ, & verbũ erat apud Deũ, s. patrem, quia pater non est suũ verbũ, sed distinguitur personaliter. Et De⁹ erat verbũ. Si thema intelligatur de isto verbo, certũ est quòd potest saluare animas nostras, s. causaliter & principaliter, quia ipse causa totalis & principalis est nostræ saluationis. Ideo dixit Angelus Ioseph sponso virginis Mariæ, Postquã virgo cõcepit filiũ Dei, Vocabis nomẽ eius Iesum, id est saluatorẽ. Ipse enim saluũ faciet populũ suũ, s. credentes & obedientes à peccatis corũ. Mat.1. Si de isto verbo volumus loqui, clarũ est thema. Dico secundò, quod inuenitur in sacra scriptura verbũ Dei cõmune & temporale, quia habuit principiũ, & istud est verbũ sacrę scripturę tam in veteri quàm in nouo testamento, & verbum prædicationis. Sed quare sacra scriptura dicitur verbum Dei, & nõ Prophetarũ vel Euangelistarũ aut Apostolorũ vel prędicatorũ. Et dico hic ꝙ proprius dicitur verbũ Dei, quã prędicatorũ Dei. Ratio, quia si organum, cithara, phyala, vel fistula facit bonũ sonũ & gratum audiẽtibus, ille sonus cuius erit, organi an fistulæ? nunquid organistæ vel fistulatoris? certum est ꝙ sic, quia ipse mouet organũ, &c. Ideo Deus et bonus fistulator, Prophetę & Apostoli & Euãgelistę, & prædicatores sunt organa vel fistulę, & simpliciter sunt instrumẽta, sed De⁹ et ita bonus magister quod cũ malo instrumẽto facit sonũ bonũ. Nõ enim vos estis qui loquimini, sed spirit⁹ patris vestri qui loquitur in vobis. Matt 10. Ista est ratio quare verba sacrę scripturę dicũtur verba Dei. Vnde dicit scriptura, Cũ accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud nõ vt verbum hominũ, sed sicut est verè verbũ Dei. 1. ad Thessa 2. Istud verbũ est cõmune multis & temporaliter. De isto verbo ego volo pertractare thema propositũ, quia de isto verbo est difficultas quomodo potest saluare animas. Istud verbum, quãdo est dignè prædicatum & deuotè auditum, facit tria.

Primo illuminat in cognitione de rebus spiritualibus,
Secundò inflammat in dilectione de bonis celestialibus.
Tertiò purificat de infectione, de culpis mortalibus.

Ista tria sufficiunt ad saluationem animarum, ergo verbũ potest saluare animas nostras. Dico primò ꝙ verbũ istud quãdo est prędicatũ digne & auditũ deuotè, illuminat auditores in cognitione spiritualium, quia illa quæ sunt fidei, per aures habent intrare in corde, non

per oculos, nec aliter. Ita sunt alta & transcēdētia illa quæ fidei sunt, quod nō possunt intrare in corde nisi per aures. Verbi gratias, Vos creditis q̄ quādo homo moritur & anima separatur à corpore, quod viuit & vadit vel ad paradisum si fuit bonæ vitæ, vel ad purgatorīū vel ad infernū si fuit impœnitēs. Ista veritas non intrat in corde vestro per oculos, quia vos non potestis videre animā quando recedit à corpore quantumcunq; respiciatis. Sed ista veritas intrauit per aures, quia ita dicit Apostolus, Fides est ex auditu, auditus autē per verbū Christi. ad Ro. 10. Si enim videretur ad oculum, nō haberemus meritū. Si creditis vos q̄ hostia sit alba vel rotunda, nec grates, nec gratias meremini. Sed credere quod Christus Deus & homo sit intus, vt dicit verbū Dei, est meritū, ista veritas per aures intrat, auditus autē per verbū Dei intrat. Item quādo creatura baptizatur. ab ea expellitur diabolus. Ideo exorcizatur, quia ante baptismū inhabitatur à diabolo. in baptismo autē exit & venit spiritus sanctus, & vos nō videtis quātumcunq; attētē respiciatis, quomodo ergo scitis istā virtutē? per verbū Dei. Itē quādo sacerdos dicit illa verba à Christo ordinata, Christus venit in hostia, vos nō videtis ipsum venire, tamē creditis ipsū ibi esse ex verbo Christi, quia multoties audiuistis prædicare. Sed diceres, Vnde est quod nos non possumus ista spiritualia percipere. Dico q̄ ex carne impediente. Sicut si ego tenerē ocularia de vitro rubeo vel colore alio, omnia quæ viderē essent eiusdē coloris in mea apparentia, licēt esset falsum iudiciū. Quia auditus & ita est quod ille est indutus de albo & ille de nigro, &c. Ita est de oculis animæ, quādiu videt per ocularia corporis nō videt nisi corporalia, ideo per auditū habet iudicare de spiritualibus. Sed quādo est separata à corpore, quando vadit ad paradisum vel ad purgatoriū vel ad infernum, videt Christum in hostia consecrata, videt diabolum recedentē à creatura quādo baptizatur, & spiritū sanctū venientē. Ecce ratio quare per visum non possumus cognoscere spiritualia, ergo per auditū verbi Dei. ideo dicebat Dauid, Lucerna pedibus meis verbū tuū, & lumē semitis meis. Psal. 118. No. passūs eundi ad paradisum sunt veritates fidei & bona opera. Si orastis hodie, iam fecistis vnū passum, alium si dedistis eleemosynam, alium si audiuistis missam, &c. Ideo Dauid, Ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion. Sed multi sunt qui errant circa istos passus, quemadmodū ille qui vadit de nocte per viam periculosam, lutosam & lapidibus plenā, indiget lumine, alias, &c. Ita quandiu nos sumus in via huius mundi periculosa & lutosa, in qua sunt moles lubricę immūdę de luxuria & alijs multis peccatis. Ideo indigemus lumine lucernę verbi Dei. Si enim istud lumē præcederet, non impingeremus tantū. Verbi gratia, quando iuuenes interrogantur à confessore, dicūt q̄ fecerūt luxuriā cū publicis mulieribus & excusant se dicendo, &c.

do, &c. quod peccatum est? Ecce quomodo lædūtur, ideo est nobis necessarium verbum Dei vt illuminet. Nam si cum filia regis peccaretis, quod peccatum esset, nōne esset proditio? & nōnne omnes mulieres sunt filię Domini tui regis Iesu Christi? sibi ergo facis iniuriā & proditionē. si verò ipse rex dat tibi filiā suam in vxorē, tūc habeas solatiū cum ipsa. O quot cadūt in luto isto periculoso, propter hoc necessariū est lumē verbi Dei. Diceret aliquis, Ego nō peccaui cum mulieribus, sed mecū tāgendo, &c. nō potestis dicere q̄ secerim iniuriā alicui, imò quia qui pijcit calicē cōsecratū in luto scienter, magnū peccatū facit. Nouerītis q̄ magis consecratū est corpus Christi quā calix ad recipiendū corpus Christi. Quādo ergo tangendo facis illud peccatū, pijcis calicē corporis in latrinā, & grauē peccas. O quot cadūt ibi, quia nō pcedit eos verbū Dei. Alij impingūt in lapides duros vt vsurarij. Qui quādo à cōfessore interrogātur si faciunt vsurā, dicūt nō. Et nunquid mutuaris? imò. & qualiter? Ego mutuo decē florenos & in instrumento ponūtur duodecim, & dicunt nūquid hoc est vsura? Et quare? Nōne de meis pecunijs possum recipere lucrū? Dicatur quomodo recipiuntur, quia pecunię nō sunt suę, ipsi solùm sunt thezaurarij. Si ergo thesaurarius regis contra voluntatē & ordinationē suā dispensaret pecunias regis, quid faceret de ipso rex, &c. Ita solus Christus est dominus pecuniarū, bladi, vini, & omnium fructuum & aliarum omniū rerum, Auctoritas. Dauid. Domini est terra & plenitudo eius. Diuites autem sunt eius administratores & thesaurarij & non domini, quia ille qui est dominus alicuius rei, non tenetur alteri reddere computum. Sed vos tenemini reddere cōputum, immo de omnibus quę habuistis & expendistis quomodocunq; & qualitercunq;, &c. Auct. Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorū Dei, &c. 1. Cor. 4. Multi errāt ergo propter defectum luminis. Ecce quare dicit Dauid, Lucerna pedibus meis verbum tuum, quo homo regitur in hoc mundo. Secundò dicit, Et lumen semitis meis. No. differentiam inter viā & semitā. Via generalis est credentia quę habetur de Deo naturaliter q̄ est vnus Deus creator & gubernator omnium, vna prima causa, primus motor, & primū principiū, &c. Semitæ verò sunt secreta fidei, quę naturaliter nō possunt sciri nec videri, sed solùm sciuntur per diuinā reuelationē. Ideo dicit, & lumen semitis meis. Patet prima virtus verbi Dei. Secunda virt' verbi Dei est quod inflammat in dilectione cęlestium. Iam scitis quòd omnia bona huius mundi finem habebunt & dimittēda sunt, sicut sunt honores, diuitiæ, dignitates, etiam si esset vs rex vel papa, oportet dimittere & pdere omnia, sepeliri & corrūpi, & tūc perdūtur delectationes corporis & solatia, quia nec vxor nec filia vellēt ire vobiscū, ideo necessariū est inflāmare se, & desiderare bona spiritualia & esse cum Deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum Deo & cum sanctis, & stare cum ipsis. O qualis honor, & qualis dignitas habere societatem cum Patriarchis & Prophetis, Apostolis, &c. Item de diuitijs. Nunquid aliquis in hoc mundo quantumcunque diues habuit quidquid voluit? profectò non. Et in paradiso quilibet habet quidquid vult & desiderat, & sunt immortales, impassibiles, &c. De his bonis ergo homo debet se inflammare, & non de bonis huius mundi. Hoc fit per verbũ Dei quod inflammat cor. Auctoritas. Nunquid nõ verba mea sunt quasi ignis ardens dicit Dominus, & quasi malleus conterens petram? Hierem. 23. Verba Dei sunt quasi ignis ardens. hoc ad oculũ potestis videre, quia multi veniunt ad sermonem frigidi, qui audiendo sermonem calefiunt. Frigidus est superbus, sed calefit quando humiliatur. Idem de alijs peccatis. In verbo enim prædicationis calefiunt, & ille qui prædicat sufflat & incendit ignem, & gentes calefiunt. Vnus recedit ita calefactus & inflammatus vt viuat castè, alius remittendo iniurias inimicis, alius satisfaciendo. Ideo Christus Luc. 12. Ignem veni mittere in terram, scilicet amoris & charitatis, quia gentes erant frigidę valdè & congelatæ, & non curabant de bonis paradisi, sed de bonis huius mundi. Dicit secundò, & quasi malleus conterens petrã. Sicut enim verbum Dei dicitur ignis, quia inflammat cor in Dei amore, ita dicitur malleus conterens petram duram cordis in amore proximi. multi habent cor lapideum dicẽdo nõ parcerem inimicis: sed malleo verbo Dei frangitur cor, & faciunt pacem pro amore Dei & nõ hominum in saluatione animarum. De illo autem qui non vult remittere dicitur Iob 41. Cor eius indurabitur tanquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Tertia virtus verbi Dei est quod purificat, de infectione, de culpis criminalib", quia verbum Dei quãdo deuotè auditur, totam animam purificat, intellectum, memoriã, & voluntatem. Nota hoc exemplum in vitis patrum de quodam homine qui ex deuotione iuit ad visitandum vnum sanctum Eremitam, quęrens ab eo regulam & modum bene viuendi, vt posset saluare animam suam cũm esset rudis & ignorans quid deberet facere. Respondit Eremita, Audias sermones Euangelicales non quæstionales. Et ille, Libenter audio & multum delector in audiendo, sed pòst non recordor de aliquo, verbo sermonis. Ideo quid mihi proderunt. Tunc sanctus homo volens sibi ostendere ad oculum effectum verbi Dei in purificando à culpis & maculis peccatorum, misit eum ad fontem cum vna cistella foraminibus plena, & immũda vt portaret sibi aquam in cistella. Ille autem nolens sancto homini cõtradicere iuit & impleuit cistellam, sed quando extrahebat ipsam de fonte, statim cistella euacuabatur, sed fuit purificata. Qui veniens de fonte dixit se aquam non posse portare, &c. Et Eremita, quando tu iuisti ad fontem cistella erat immunda? Respondit quod sic,

sic, & modò est pulchra. Ita pari modo quando tu vadis ad sermonem, vadis ad fontem. De quo Ecclesia. 1. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Cistella immunda est conscientia & vagabunda & crapulosa, & quando audis sermonem impletur tota, & licèt memoria nihil retineat, tamen purificatur. Ecce pulchra similitudo & cõfirmatur auctoritate Christi dicentis, iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis, &c. Ioan. 15.

Dominica. IIII. post octa. Paschæ. Sermo I.

PAter amat vos, quia vos me amastis. Habetur verbũ istud textualiter Ioan. 16. & officiatur in Euangelio hodierno. & si placet Deo habebimus bonas doctrinas. Sed priùs salutetur virgo Maria, &c. Totum sanctũ Euangelium hodiernum est verbum Christi consolatoriũ, quod Christus dixit Apostolis consolando eos, quia erant valdè tristes, quia Christus dixerat eis, quod in die Iouis sequenti erat ab eis recessurus, de quo erãt valdè tristes. Nec mirum, quia amore sui dimiserant patriam, bona, amicos & parẽtes, & quod recederet ab eis, non visuri eum vnquã in hoc mundo, ex hoc erãt multum desolati. Quando enim amicus charè dilectus recedit ab alio amico cum quo habuit magnam familiaritatem, stando, comedendo, bibendo, dormiendo, &c. alter remanet valdè tristis & desolatus, immo etiam bestiæ irrationabiles si vna fuerit diu cum alia in eodem stabulo, & alia recedit, altera nõ poterit comedere nec quiescere, hoc naturale est. Idem de Apostolis. Auctoritas, Vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me quò vadis. Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Ioannis 16. Ideo Christus dedit tres magnas consolationes.

Prima de exauditione generali,
Secunda de declaratione spirituali,
Tertia de acceptione diuinali.

De tertia autem quod Deus Pater habet eos acceptos, loquitur thema dicens: Pater amat vos, quia vos me amastis. Quantum ad primum Christus consolando Apostolos, promisit eis exauditionem generalem de omnibus quæ peterent in oratione. Maxima consolatio debuit esse Apostolis ista promissio, ac si rex diceret militibus suis pugnatis gratias, priuilegia, dona, quia ego promitto vobis dare. Bene esset magna cõsolatio militum. Vel si Papa diceret clericis, Sciatis petere beneficia, dignitates, episcopatus, quia ego vobis promitto, quod vobis dabo, qualis consolatio esset clericis? Quantò magis Apostoli debuerunt esse consolati, quia rex & Papa indubitatus Iesus qui non potest mentiri, fallere, nec falli, promittebat eis quod exaudiret omnes petitiones eorum. Ista promissio consolatoria tãgitur in principio Euangelij Io. 16. Amen amen dico vobis si quid

petie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

petieritis patrem in nomine meo dabit vobis, ita vt gaudium vestrum sit plenum. Et Mar. 11. Quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis & euenient vobis. Nota modum loquendi Christi in euangelio cùm dicitur, Amen amen nunquam iurauit aliter. primum amen, Id est securè. secundum amen, id est certè dico vobis. dãdo nobis exemplum ne iuremus vnquã nisi ex necessitate quando iudex cogit iurare, & tunc dicere veritatem quidquid sequitur, & veritas pura debet dici, vel habemus iurare cum magna vtilitate. Aliqui iurant solùm per aduerbia, & ita debetis offendere filijs vestris. Quæritio est hic, An ista promissio facta sanctis Apostolis per Christum extendatur ad nos. Dicunt sancti doctores quod sic, si in nostris petitionibus seruemus tres conditiones, quæ tres subtiliter tanguntur in Christi promissione prædicta, quibus concurrentibus infallibiliter petitio exaudietur. De quibus tribus conditionibus vide S. Thomam 2. 2. q. 83. artic. 7. Et in quart. distin. 15. q. 4. artic. 7 q 3.

Tres cõditiones comites petitionis apud Deũ accipite.

Prima vt petamus perseueranter,
Secunda, vt petamus confidenter,
Tertia vt petamus vtiliter.

Quantum ad primam, Perseueranter petitur illud quod petitur quolibet die & multoties petitur. Ista perseuerantia tangitur in hoc verbo cõiunctiuo petieritis, quòd significat cõiunctionẽ seu cõtinuationem petitionis de vna die in aliam, de vna septima in aliam. ideo non dicit, Si quid petitis, sed si quid petieritis, scilicet multoties & perseueranter. Apostoli statim obtinebant, sed nos nõ, & hoc propter nostrum defectum & instabilitatem perseueratiæ, sed perseueranter petendo & orando recipimus amicitiam & familiaritatem à Deo, sicut homo cum homine vel mulier loquendo efficiũtur familiares. Alij autem incipiunt petere, & quia nõ statim exaudiuntur, dimittunt orationẽ & petitionẽ. Malè faciunt tales, quia oportet perseuerare. Hoc declarat Christus per quandam similitudiẽ de duobus amicis. Lu. 11. Nota historiam quomodo ex defectu panis iuit ad aliũ dicens, Amice accommoda mihi tres panes postulando & pulsãdo ad portam eius. Qui respondit. Ego sum in lecto cum pueris meis, ideo noli mihi esse molestus. Non possum surgere & dare tibi. Et ille pulsabat iterum & iterum, intantũ quòd ille dixit dentus, Iste non dimittit me dormire, melius est vt surgã & dem ei. Et ita fecit. Deinde dicit Christus. Dico vobis. Et si nõ dabit illi, eo quòd amicus eius sit, propter importunitatẽ eius surget & dabit illi quotquot habet necessarios. Luc. 11. ita de nobis. Amicus noster est Christus qui nos charè diligit, quando nobis deficit panis, qui signat necessitates quas habemus, debemus ire ad eius portã & ibi pulsare. Porta est misericordia sua, ipse enim qui iam est in lecto gloriæ cum filijs suis,

filijs, scilicet patriarchis, prophetis, apostolis, &c. si pulsatur ad eius portã orando & suspirando, si non dat tibi eo quòd amicus sit, propter importunitatem tamen, scilicet ex perseuerantia dabit tibi. Ideo dicit ipsemet, Petite, scilicet ore, & dabitur vobis, quærite, scilicet corde, & inuenietis, pulsate scilicet perseueranter. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Luc. 11. Secunda conditio est petere confidenter, quæ tangitur ibi cũ dicitur, patrem. non dicit Dominũ nec Deum nec creatorem, imperatorem vel regẽ vel omnia simul, sed dicit patrem. Ratio, quia de quo potest magis filius confidere quàm de patre? Ipse enim est pater noster qui genuit nos in vtero sponsæ suæ, scilicet ecclesiæ. Ideo securè possumus petere, quia qui patrẽ habet iudicem, securè vadit ad iudicium. Ideo oratio quã Christus ordinauit, quę est melior omnibus alijs, incipit, Pater noster, &c. vt confidamus de eo quantum filij de patre carnali, qui totam curã imponunt patri. Si quęratur à puero vnde habebit aliam tunicã quando illa fuerit lacerata? Respondet. Pater meus dabit mihi. Idẽ de sotularibus. Idem de quo prandebit. Ita vult Deus vt confidamus de eo. Sed diceret aliquis, Tunc non laborabo & expectabo necessaria à Deo. Nõ sic, sed sicut filius obedit patri & facit quod sibi præcepit, ita tu obedias Deo, & fac officium quod pater tuus Deus docuit te. Si es laborator vel mercator, notari? vel sartor, &c. labora in officio tuo, & obedias patri, quia ipse tibi prouidebit, quia nullus potest dare bladũ in campis, nec vinũ in vineis, nec fructus in arboribus, nec pecuniam in marsupio, nisi Deus. Idem de clericis & religiosis, faciant officiũ suum diligenter, quia nõ deficient eis indumenta, nec escę, quia pater prouidebit. Sed modò plus confidimus de vno infideli iudęo quã de Deo patre nostro. Si enim Iudęus cũ instrumẽto publico promisit vobis cẽtũ florenos dare quolibet anno dicitis vos, O bene est mihi, pluat vel non securus sum ego, & non cõfiditis de Deo qui vobis promisit & voluntariè se obligauit ad dandũ vobis, non solùm centũ florenos, sed omnia necessaria. Instrumentũ receperunt quatuor notarij maiores, scilicet quatuor euangelistæ. Ecce clausula. Petite & dabitur, quærite & inuenietis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit. Lu. 11. Et nõ cõfiditis cum tanto instrumento. Dicatis vos vsurarij quare cõgregatis tot pecunias, &c. Nũquid promisit vobis Deus prouidere? Respondebit ponendo cistã plenam de bonis florenis, de hoc cõfido ego. Idẽ si dicatur clerico, O quare facitis tot incõuenientia vendendo sacramenta, negotiando, mutuando, &c. faceratis bene officium vestrum, quia Deus prouidebit. Beatus qui tenebit vitam suam taliter quòd non faciat tales excusationes in peccatis. Idem de religiosis. Si dicitur, O quare congregatis pecunias, &c. Respondet, O quia ordo non prouidet bene, nec dat necessaria, &c. faciatis officium vestrum diligenter,

& ser-

& seruetis regulã, quia citiùs permitteret Deus cælũ cadere quàm quod vobis deficiat. Confidamus ergo de Deo patre nostro. De hac cõfidentia dicit Ioãnes, Charissimi si cor nostrum nõ reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum, vt quidquid petierimus, accipiemus ab eo, quoniam mandata eius custodimus. ecce ratio. Prima canonica Ioan. 3. No. Si cor nostrum nõ reprehenderit nos, s. de aliquo peccato. Quando vultis petere aliquam gratiã, primò videatis si cor vestrum reprehendit vos, quia si in peccato estis, nõ essetis filij, sed inimici Dei. Inimicus autem nõ debet confidere de inimico quod det sibi necessaria, sed aduersa. ideo quando tempore siccitatis, mortalitatum vel alterius incommoditatis, fiunt processiones, petunt homines, sed multoties non recipiunt, quia dimittunt illud quod est principale, s. confessionem & correctiones peccatorũ publicorum. ideo dicit Scrip. Petitis & non accipietis, eò quod malè petatis. Iac. 4. Quandiu enim ferrum est in vulnere, seu in corpore, nihil valebit medicina. Ita quandiu ferrum peccati est in homine, nihil valet medicina processionum, &c. Ecce quare dicit si cor nostrum, &c. Tertia conditio est petere vtiliter & salubriter, quod tangitur ibi, in nomine meo. Nomen Christi est Iesus, quod idem est quod salus vel saluatio. Petimus enim in nomine Iesu, quando petimus salutem vel quæ pertinent ad salutem vel ad saluationem. Quia multoties petimus perseueranter & confidenter & non vtiliter, & ideo non obtinemus. Talia potest petere filius à patre quæ non obtineret. Si enim filius ægrotus de magna febre petit à patre vinum vel fructus, vel alia sibi contraria & nociua, pater nullo modo dabit sibi quantumcunque petat & ploret: quia pater scit quod esset sibi mors, licèt hoc filius ignoret. ita de nobis multi multa petũt, & Deus scit quod non esset sibi vtile, ideo non dat. Verbi gratia. Multi infirmi in mundo sunt qui petunt à Deo sanitatem quam ipse non vult dare. Ratio est, quia cùm ipsi sunt infirmi, sunt humiles, orãt, nõ curant de peccatis. Qui si essent sani, essent superbi, non curarent de Deo, darent se peccatis. Idẽ de multis ignorantibus qui petunt scientiam & nõ obtinent, quia Deus scit quod si haberent, essent superbi, quia scientia inflat. 1. Corin. 8. Statim despicerent alios & vellent magistrari vel episcopari & damnarentur. Alij petũt diuitias, alij officia & beneficia & dignitates dicentes: O quot bona facerem si hoc haberem, & non obtinent, quia Deus scit quod statim acciperent bonam mulierem & vnam concubinam. Sed dat meliora, sicut pater non dat filio ægroto vinum quod petit, quia sibi noceret, sed dat sibi melius, scilicet restauratiuum, &c. Dicatur exemplum de beato Paulo qui habebat grauem infirmitatem in latere, scilicet punctiones, qui aliquoties non poterat per multos dies celebrare, nec prædicare, & curabat omnes infirmitates, suscitabat mortuos,

tuos, & seipsum non poterat curare, immo quando dicebat Iesus Iesus, infirmitas augmentabatur. Bene debebat admirari, & poterat dicere, quomodo portabunt mihi infirmos ad curandum, si nõ possum curare meipsum? De hoc dicit ipsemet, Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ qui me colaphizet. Propter quod ter dominum rogaui vt discederet à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam virtus in infirmitate perficitur. 2. Cor. 12. Illa enim infirmitas erat quasi frenũ quo humiliabatur. de qua infirmitate dicit Beda. Si apostol' hac carnisset, saluus esse non posset. Necessariũ ergo est quod petamus in nomine Iesu, s. vtiliter, & tunc sine dubio obtinebimus. Auctor. Quodcunque, nota vtiliter, petieritis patrẽ in nomine meo, hoc faciã. Io. 14. Quantum ad secundam consolationem, Christus promisit apostolis declarationem scripturæ tã veteris quàm noui testamenti, & claram notitiam. O qualis consolatio esset rustico ignoranti si promitteretur sibi, Cras vos scietis tantum quantum vnus magister in theologia vel quantũ August. sciuit. Maior fuit ista Christi promissio quando dixit apostolis in secũda parte euangelij, hęc scilicet secreta fidei in prouerbijs, id est signis & figuris locutus sum vobis, s. in veteri testamento. Venit hora, s. noui testamenti, cùm iam non in prouerbijs loquar vobis. Sed palàm de patre meo annuntiabo vobis. Dicatur si expediat quo omnia secreta & virtutes fidei Christianæ fuerunt figuratę & significatæ in veteri testamento secreto modo. Ratio, quia ille populus erat rudis & durę ceruicis, & non poterat spiritualia intelligere. Primò fuit ibi signum trinitatis in principio bibliæ quando dixit Moyses Gene. 1. In principio creauit Deus cælum & terram. Iudæi habent eloim, id est dij in plurali, non dicit clarè, sed in prouerbijs. Item Gene. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris & volatilibus cæli & bestijs vniuersæque terræ omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam. Ad imaginem Dei creauit illum, masculum & feminam creauit eos, Benedixitq; illis Deus, & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram, & subijcite eam & dominamini, &c. Itẽ Deut. 6. Audi Israël Dominus Deus tuus vnus est. Vbi ponuntur tria nomina trinitatem personarum significantia. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Secundò secretum incarnationis, s. quòd debebat assumere naturam humanam & esse Deus & homo, vt habetur Gene. 17. Quando Deus dixit Abrahæ, Ego Dominus omnipotens. Ambula coram me & esto perfectus. Ponamq; fœdus meum inter me & te, scilicet pactum circuncisionis. Esaie. 48. Audi me Iacob & Israël, quę ego voco. Ego ipse, ego primus & ego nouissimus. Quod Deus sit primus clarum est, sed quod sit nouissimus hæc est difficultas;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficultas. In principio mundi in prima die fecit Deus lumen. In secũda firmamentum. In tertia planetas. In quarta solẽ. In quinta pisces & animalia. Vltima die fecit hominẽ qui vltimò fuit formatus. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Et sic de alijs secretis fidei. Sed venit hora, &c. Istam promissionem cõpleuit Christus tripliciter. Primò post resurrectionem quando apparuit eis dicens. Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Lu. 24. Secundò post ascensionem quando misit eis Spiritum sanctum qui illos illuminauit secundùm quod eis promiserat dicẽs. Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cùm autẽ venerit ille spiritus veritatis docebit vos omnẽ veritatem. Io 16. Tertiò post mortem. Apostolorum quando intrauerunt paradisum, viderunt omnia clarè facie ad faciem. Quæritur an ista promissio extendatur ad nos, Dico quòd sic, si tenemus bonam vitam. Iam enim in hoc mundo existentes scimus secreta fidei per fidẽ clarã, & in paradiso videbimus manifestè. quando anima intrat paradisum Deus ostendit sibi vnum librum in quo solùm sunt duæ chartæ, & subitò anima est ita illuminata quòd scit plus quã sciuerunt in hoc mundo philosophi vel doctores vt Augustinus Hiero. Bernar. Iste est liber vitæ, I. Iesus habens duas chartas, I. diuinitatis & humanitatis. Laboremus ergo vt in scholam paradisi possimus intrare vbi sola visione illius libri erimus optimi magistri. Sed oportet iã in hoc mũdo continuare scholã Dei quę est ecclesia ad minus in dominicis dieb⁹, & ibi audire cũ silentio lectionẽ missæ & sermonẽ, alias vapulabimus à magistro per aduersitates siccitatũ, mortalitatum & huiusmodi. Quãtam ad tertiã promissionẽ de acceptione diuinali ostendit eis quomodo erant accepti & dilecti per Deum patrem, quando dixit eis. Pater amat vos, quia vos me amastis. O qualis consolatio, ac similes qui venit de rege diceret alicui vestrum, certè rex amat vos, qualis cõsolatio esset vobis? Maior cõsolatio fuit apostolorũ quãdo Christus dixit eis, Pater amat vos, Moraliter si volumus amari à deo patre, diligamus Christũ, quia patres multũ amãt dilectores filiorũ. Si dicatur qualiter est amãdus Christus. Dico q⁹ super omnia. Vos potestis diligere vxorẽ, filios & filias, sed plus Christũ. In lãpade cordis humani amor Christi debet natare super oẽs alios amores tam corporales q̃ spirituales. Auct. Christi. Qui amat patrẽ aut matrẽ plus quã me nõ est me dignus, & qui amat filiũ aut filiã super me, nõ est me dignus. Mat. 10. Si ego quærerẽ modò à vobis an diligitis Christũ super omnia. Ita Domine respõderet quilibet, sed multa mendacia dicuntur. dicit Greg. probatio dilectionis exhibitio est operis. Ponatur casus q⁹ filius vester sit infirmus & dicitur vobis à vicinis, vadatis ad talẽ diuinatorẽ vel cõiuratorẽ, & Christus dixit oppositũ quòd

quòd non vadatis, quid facietis? si vaditis ad diuinum, patet quod plus amatis filium. Si verò amore Christi nõ vultis ire dicendo, Ego diligo filium meum, sed magis diligo Christum qui dicit quòd non vadamus. Item si perdidistis aliquid & recurritis ad diuinum, ostenditis quòd plus diligitis illam rem quàm Christum. Item si amicus vester sic captus pro aliquo crimine & iudex vocat vos medio iuramento, & vos scitis factum. Si vos vt iuuetis amicũ iuratis falsum, signũ est q⁹ diligitis eũ plus q̃ Christum qui docet non iurare falsum pro toto mundo. Item si pater aut mater aut frater dicat vobis quòd recipiatis vindictã de aliqua iniuria eis facta, & Christus dixit quòd nullus recipiat vindictã, quid facietis vos? Ecce quomodo probatur si homo diligit Christum super omnia vel non. Si ergo volumus amari à Deo patre seruemus mandata Christi & amemus eũ. Si quis diligit me, sermonẽ meũ seruabit, & pater meus diliget eũ. Ioan. 14.

Dominica IIII. post octa. Paschæ. Sermo II.

Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Ioan. 16.

Sancta mater ecclesia in his tribus diebus ante ascensionem plusquã in alio tempore prouocat Christianos ad faciendum orationẽ, & isti tres dies vocantur lætaniæ & rogationes. Ratio est, quia quando Christus ascendit in cælum dixit discipulis & nobis in persona discipulorum, vt petamus & oremus. Ideo in præsenti volo declarare orationem dominicam quæ est excellẽtissima oratio. Pro quo sciendum quòd in omnibus orationibus & petitionibus quæ possunt fieri, potentior & principalior est oratio dominica. Ratio, quia si aliquis vellet impetrare officium à papa aut gratiam vel à rege, &c. haberet supplicationes ordinatas per notarios, aut doctores vel secretarios, quæ præsentaret papæ vel regi. Si papa vel rex ordinauit supplicationem pro officio vel beneficio obtinendo, nõne dimittẽdæ sunt aliæ supplicationes notariorum, &c. & præsentanda illa est quam papa vel rex ordinauit & dictauit? Nam magna stultitia esset dimittere illam pro alijs, &c. sic est in proposito, plures orationes facimus & supplicationes ad Deum pro beneficijs obtinendis. Item aliquæ orationes sunt, & bonæ sunt quæ fuerunt ordinatæ per sanctas personas & deuotas, sicut per Gregorium, Augustinum, &c. Item alia oratio est ordinata per ecclesiam vniuersalem. Orationes quæ sunt in missa sunt valentiores quàm aliæ. Aliæ sunt ordinatæ per creaturam immortalem, sicut Aue Maria per Gabrielem archangelum, & illæ sunt adhuc meliores. Sed oratio ordinata per verum papã & regem dominum dominantium, scilicet Iesum Christũ, videlicet oratio vel supplicatio quę est Pater noster, est Deo magis acceptabilis & nobis magis meritoria & vtilis q̃ omnes aliæ orationes. Ideo est magna stultitia aliquorũ qui dimittunt dominicã orationẽ & accipi

Universidad de Deusto
Biblioteca

unt alias orationes ordinatas per creaturas, quia illi qui sciunt orationem istam & deuotè orauerint eam, consequuntur ea quę petūt. Aucto. Quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita. Psal. 88. Itē alibi. Omne quod locutus fuero fiet. Et hęc est oratio. Pater noster. Ideo dicit thema, Si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Nota quomodo Christus ordinauit istam orationem, quia vt dicitur Lu. 11. Dominus stans in oratione quexis genibus & leuatis oculis ad cælum inquantum homo orabat. Dixerunt discipuli, Domine doce nos orare sicut Ioannes baptista docuit orare discipulos suos. Respondit Iesus, Cùm oratis dicite, Pater noster, &c. Quam etiam orationem Matt. 6. c. recitat. Ideo præceptum habemus vt dicamus Pater noster, &c. In ista oratione sunt septē petitiones. quatuor primę petūt bona, aliæ tres petunt elōgationē mali. Prima petitio est.

Exponitur dominica oratio.

Pater noster qui es in cælis sanctificetur nomen tuum. Hic est quomodo quare dicitur Pater noster & non rex noster vel Dominus noster. Ratio est, quia Pater noster est nomen misericordiæ, & rex & princeps nomina dominorum sunt. Dicit prouerbium quòd securè venit ad iudicium qui habet patrem iudicem, ideo oratio dominicalis sic incipit, Pater noster, vt habeamus confidentiam. Confidentiam enim habemus quòd ea quæ petimus habebimus. Auctoritas. Si vos cùm sitis mali nōstis bona data dare filijs vestris, quanto magis pater vester qui de cælo dabit spiritum bonum petentibus se. Lu. 11. Sequitur post, Sanctificetur nomen tuum, ibi est glorificatio diuinalis, s. vt nomen Dei quod est benedictum ab omnibus personis sanctificetur & glorificetur & benedicatur, ideo petimus honorem Dei. Ista petitio est contra peccatū blasphemię, quia per multos nomen Dei non est sanctificatum nec glorificatum, sed blasphemant Iudæi, sarraceni & infideles. Si blasphemant nō est mirū, quia multi falsi Christiani blasphemant, negāt & cōspuūt: ideo petimus gratiam vt Deus auferat illam malam consuetudinem ab ore hominum. Doctrina est sacræ scripturæ vt legitur quòd Dauid habebat plures filios, & de mane quando exibat de camera, filij sui & filię faciebant sibi magnam reuerentiam. Vnde Dauid dicebat illis, Laudate pueri dominum, laudate nomē domini, in psalmis. Et sic docebat filios suos laudare dominum. Et ipsi dicebant, Sit nomē domini benedictum ex hoc nunc & vsque in sæculum. Hoc ostendendū est in prosperitatibus & aduersitatib', &c. vt Iob dicebat, Dominus dedit, s. in prosperitatibus, Dominus abstulit, s. in aduersitatibus, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictū. Iob. 1. Et sic similiter vos deberis facere, s. docere filios vestros ne Deū blasphement, sed vt benedicāt & laudēt, quia nō est nomē domini blasphemandū, imò etiam nec in vanū est nomen domini assumendū. Aucto. Non assumes nomen domini Dei tui in vanum. Exo. 20. nō dicit

dicit in falsum, sed in vanum. Nā assumere nomen domini falsē est maximum peccatum, sed assumere nomen domini in vanū est peccatum. Verbi gratia, si ego dicerē q̄ cappa mea nigra, esset alba, dicendo per Deum est alba, hoc est magnuū peccatū, quia est falsum, Sed si iuretur per Deū sic est, & est verum quod dicitur, peccatū est, quia nō est ibi vtilitas nec necessitas. Quidā tamē quādo reprehēdūtur de iuratione, dicūt q̄ iurāt in veritate, sed hoc est sine causa, ideo peccant. Quando autem quis ꝓducitur in testē, tūc habet iurare per Deum vel sanctos & dicere veritatem, & secundū hoc est necessitas, & tunc non peccat, ideo cogitate quantū sit peccatū iurare per Deum in vanū & sine caussa eū in testē ꝓducere. Sed fortius & diligentius pensandū est, q̄ maius peccatū est iurare fraudulenter aut blasphemare aut iurare enormiter. Renegare est iurare infideliter, ideo Christus sciēs omnia & q̄ Christiani sunt in istis blasphemijs, ostendit nobis primā petitionem dicens, Pater noster qui es in cælis sanctificetur nomen tuū. Propter hoc erunt domini tēporales, & rectores villarū condēnati, quia nō corrigūt blasphemātes. Prophetia. Dominatores populi mei iniquè agūt, & iugiter tota die nomē meum blasphematur. Esa. 52. Rex Franciæ sanctus Ludouicus bene corrigebat istos blasphemos. Nam fecit ordinationē in suo regno, q̄ si quis blasphemaret aut renegaret Deū, signaretur in lingua vel in facie cum ferro calido, & haberet signum. Accidit in ciuitate Parisiensi q̄ quidā magnus burgensis blasphemauit Deum, statim rex sciuit & burgēnsis captus fuit, & rex mandauit q̄ cū ferro calido ei fieret crux in facie. Qui burgensis habebat plures amicos supplicantes pro se & presentantes regi magnam pecuniā. Et rex nolēs vendere iustitiam, ieri iussit punitionem de illo burgensi. Et dixit rex. Vellem portare signum illud vt ista mala cōsuetudo auferretur à regno meo. No. de pœna eorū extra de maledicis c. statuimus. & 22. q. 1. siquis per capillū. Secunda petitio est, Adueniat regnū tuum. In ista petitione petimus pro nobis saluationē cælestialē, & aliud non petimus nisi vt regnum tuū veniat in nobis. Secretum hic est quando petimus. Adueniat regnum tuū. Nonne melius peteremus dicendo q̄ veniremus ad regnum tuū, quā veniat regnum ad nos? scitis quod quando venit in fine, scilicet in morte hominis, & homo est impœnitens, tunc veniunt diaboli cum catena inferni in inferno facta, & quando anima exit à corpore immediatè capitur anima quę habet mēbra spiritualia fortiora quā corporalia, quia mēbra spiritualia animę dant vigorem membris corporis. Quia si anima retraheret se ab vno mēbro, nō posset se mouere. Oculi nō possēt videre nisi essent oculi animę, si tūc persona est in peccato mortali, capitur à diabolo & horribiliter clamat. Aucto. Vir qui errauerit in via doctrinæ, in cœtu gigantium cōmorabitur. Prouerbiorū. 21.

Nota hic quare diaboli vocantur gigantes, quia diabolus est maior vel potest fieri quàm ciuitas. Per contrarium si homo fuerit pœnitens, tunc venient angeli boni, & aliquãdo Christus & angelus portat corã eo animã pœnitentis, & ibi est regnũ. Aucto. Ecce aduenit dominator dominus, & regnũ in manu eius & potestas & imperiũ. Ideo regnum cæleste habet venire ad nos priusquam nos veniamus ad ipsum. Ideo petimus, adueniat regnum tuum, vt postea ad ipsum veniamus. Ista petitio est contra peccatum auaritiæ, quia auarus nõ curat petere regnũ, sed semper ad terram respicit. Si quis habet pulchram vxorem, dominium, reditus & possessiones, habet cor ad terram & nõ ad cælũ. Et de istis dicunt aliqui fatui, Si Deus non habet curam de me, nec ego de ipso. Ideo quia auarus non curat de regno cælesti, sed de rebus temporalibus, ideo Deus ostendit istam petitionem, Adueniat regnum tuum, scilicet in articulo mortis. Aucto. Quærite primùm regnum Dei & iustitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Luc. 12. Item. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro vobis dare regnum. Ibidem. Nota, Primùm, est adverbium, id est primitus, quia continuè in principio diei debemus petere regnum cæleste, dicendo. Pater noster placeat vobis quòd tali modo ego viuam, vt possim facere voluntatem vestram & in fine venire ad regnum cæleste, scilicet in die dominica, quia tunc dimittit rebus temporalibus debemus quærere regnum Dei continuè dicẽdo, Domine sancte pater, quia totam hebdomadam expendi in reb' temporalibus, ideo hodie venio ad querendum regnũ Dei. Sed magnum incõueniens est hodie in aliquibus qui dimittunt istum diẽ, & accipiunt contra hoc sabbatum, & hoc est opus iudaicum, quia primum opus quod faciet antichristus est quòd faciet colere sabbatum, & faciet laborare in dominica die. Vnde dicunt Doctores quòd qui colunt sabbatum, debent puniri sicut infideles. Etiam votum factum de festiuatione sabbati non debet teneri, sicut qui facit votum quòd fieret infidelis. Si quis iret ad regem pro petẽdo regnum suum, mirum esset si rex eum nõ decollaret, patitur tamẽ benignius rex Iesus, & vult & præcipit vt quæramus primùm regnũ eius, ideo dicit, Nolite timere pusillus grex, &c. scilicet petere regnum. Tertia petitio est, Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra, ibi est cõuersatio spiritualis, quia petimus vt voluntas Dei fiat in nobis sicut facta est in cælo & in terra, vbi nõ est creatura quæ nõ facit voluntatem Dei nisi nos miseri homines. Quia si Deus alicui columbę mãdaret sibi dare plumas, incontinenti columba sibi obediret, &c. proh dolor, quia Deus præcepit nobis simplicitatem, & non accipimus nec acceptamus, sed cõtrarium facimus, scilicet superbiã. Item aquila quę ieiunauit per quatuor vel quinque dies, si Deus præciperet sibi quòd dimitteret gallum, immediatè dimitteret. Sed Deus præce-

præcepit vsurarijs & deprædatoribus vt restituãt & nolunt facere, ideo Fiat voluntas tua sicut in cęlo & in terra. Item si esset equus infrenatus & Deus præciperet ei vt nõ faceret illud opus incõuenienti nõ iret, sed cessaret. Sed luxuriosi vadunt ad lupanar & nolũt abstinere. Idem si leo per vnam septimanam ieiunaret & caperet vnam capram aut aliud animal, & præciperetur ei à Deo ne comederet, vt nõ comederet. Et nos nolumus ieiunare ieiunia quatuor temporum, sed nos facimus cõtrarium in omnibus quæ facere debemus. Item si vrso vel lupo esset facta iniuria, quantacumque magna, & Deus præciperet ei ne faceret vindictam, nõ sumeret vindictam, & nos facimus cõtrarium, ideo nos petimus in tertia petitione. Domine oẽs creaturæ faciũt volũtatem tuam, & nos similiter facimus & si Deus præciperet mõti quòd iret vltra mare, incõtinẽti mõs iret, & nõ est creatura aliqua inobediẽs nisi homo. Aucto. Domine rex omnipotens in ditione tua cũcta sunt posita, & nõ est qui possit resistere voluntati tuæ. Hester decimotertio. Item, Tu terribilis es & quis resistet tibi inquit Psalm. nisi supple homo. ideo Christus, Nõ omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Matthæi 7. Omnes Christiani dicunt domine domine, corde credẽdo & ore loquẽdo, sed nõ faciunt opere obediendo, ideo oportet dicere ter domine, & sic per obedientiam habebimus regnum cælorum, ideo caueat sibi vnusquisque ne vadat ad sortilegos. Item ne iuret nomen Dei in vanum. Item conetur vt colat festa, & sic de alijs. Pone practicam de decem præceptis. Ideo dicit Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mãdata. Matthæi decimonono. & istud est quo ad laicos. Presbyteri habent aliorem vitam quæ stat in tribus. Primò quòd surgant nocte ad laudandum Deum deuotè & distinctè dicendo horas suas, rectè pronuntiando, & habendo cor ad Deum. Secundò dignè celebrando missam. Tertiò sanctè conuersando, vt ædificent subditos. Augustinus, In omnibus motibus vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectum, &c. Non sint concubinarij nec inhonesti vestibus, sed officiare debent dignè & reuerenter. Religiosi autem adhuc strictiores sunt, quia vltra præcepta & tria alia supradicta habẽt quatuor principaliter obseruare. Primò paupertatem apostolicam. Secundò castitatem. Tertiò obedientiam. Nam sanctus benedictus dicit, quòd licèt præcipiatur impossibile religioso, nõ debet se excusare, sed obedire debet & tentare facere. In omnibus tamen licitis & honestis, sicut si abbas diceret monacho, trãsfer monasterium istud, fortè per obedientiam ficret quòd non posset fieri per naturam. Quartò debent religiosi seruare regulam & ceremoniam. Au-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctoritas. Hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Esa. 30. No. quando anima religiosi venit ad alium mundū, dicens domine domine, tunc Deus dicit, Quid petis? Aucto. Dominus interrogat istum & impium. Psal. 10. inquit Deus, Seruasti regulam? Respōdet, Domine, quare? quia alij non ter uabant, & quomodo fecisti professionem tuam secundū quod alij faciebant. Nō domine, sed eam ,p̄misi verè seruare, quare, &c. Quar ta petitio est. Panē nostrum quotidianum, &c. Ibi petitur prouisio te poralis. Cōmuniter dicitur de homine prouido, bene lucratur panē suum, id est prouisionem. Aucto. In sudore vultus tui. Gene. 3. ideo panem nostrū quotidianum, &c. In his quatuor supradictis petitionibus petimus bona. Et ista quarta petitio est contra gulositate, quia gulosi non contentantur de prouisione necessaria, sed petunt abundantiam. Ideo Christus, Attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Lu. 21. Quinta petitio. Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus, &c. Et hæc est vt mala euitemus. Doctrina theologiæ est q̄ homo ,p̄ quolibet peccato mortali debet de eo septem annos pœnitentiam facere, sed tantùm homo nō requirit. Ideo purgatorium est in quo cōplebūtur satisfactiones. Ideo dicitur, Dimitte nobis debita nostra. Et reddit rationē, sicut & nos dimittimus debitorib⁹, &c. Si quis tibi fecerit vel dixerit iniuriā, est debitor tuus, & tu dimittis ei. pro certo tunc Deus dimittet tibi peccata tua. Ideo dimitte nobis debita, &c. Quòd si non vultis dimittere debitorib⁹ vestris, verè Deus non dimittet vobis, sed dicet, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Nōnne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Mat. 18. Et ista quinta petitio est contra peccatum iræ. Aucto. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cęlestis delicta vestra. Si autem nō dimiseritis hominibus, neque pater vester dimittet vobis peccata vestra. Mar. 6. Immo omnes sancti nō impetrarent indulgentiam peccati venialis, si homo stat in malitia. Aug. in lib. de verbis Domini, Vnusque talem indulgentiam acceptur us est à Domino Deo, qualem ipse dederit proximo. Sexta petitio est. Et ne nos inducas in tentationem. Et hic petimus ne labamur in peccata. No. quod Deus nullum tentat ad peccandū. Aucto. Nemo cùm tentatur dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat. Vnusquisq; verò tentatur à sua concupiscentia abstractus & illectus. Iac. 1. Sed inclinatio carnis, occasio mundi & diabolus tentant. Ideo petimus, & ne nos. Ista petitio est contra peccatū pigritiæ, quia otiosi semper tē tantur. ideo dicit Hiero. Semper aliquid boni facito, vt te diabolus occupatum inueniat. Ideo B. Bernardus ordinauit quòd monachi irent ad labor. Aucto, Vigilate & orate, vt non intretis in tētationem.

Pœna pro quolibet peccato, ex decreto theologiæ.

Hieronymi cōsiliū cōtra otio sit. m.

nem. Matt. 26. Septima petitio, Sed libera nos à malo amen, quia in hoc mūdo sunt multa mala, ſ. infirmitates, pestilentię, guerrę, fames, diuisiones, &c. Ideo pater libera nos à malo. & ista vltima petitio est multum nobis necessaria, quia nos sumus prope infernū, & longè à paradiso, quia sunt plus quàm mille dietæ vsque ad paradisum qui est cælum empyreum, ideo longè sumus à cælo, sed sumus prope infernū, quia nos sumus in terra, & infernus est in medio terræ, & de illo veniunt mala. Auctoritas. Repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquabit. Psal. 87. Ideo petimus, Sed libera nos à malo, & modo omnes debemus rogare Dominum, vt Deus det semper & teneat vnionem ecclesiæ, quia quando conciliū erat in Constantia, erant mille millia dæmonum repugnantium vnioni ecclesiæ. Ideo orandum est, sed libera nos à malo, & vt Deus det pacem in patria, quia sunt multa mala quę occurrunt & veniunt vobis laborantibus, diuitibus mercatoribus, & militibus, & de istis malis petimus liberationem. Ideo faciamus pœnitentiam. Auct. Qui diligitis Dominum, odite malum, custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos. Psal. 96. Ideo dicit thema, Si quid petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis. Quod vobis concedat.

Feria II. in Rogationibus. Sermo I.

Kyrie eleison, *Christe eleison, Kyrie eleison.* Non possumus assignare librum nec capitulum vbi hęc verba scripta sint, tamen frequenter cantantur in ecclesia, & specialiter istis diebus rogationum. Et sunt tantæ auctoritatis, quod beatus Grego. ordinauit cantari in missa, quia est verbum multum approbatū propter illud quod figurat. Et ideo ad intellectum verborum est sciendum quod melius consiliū quod homo possit habere quando offendit dominum suum, est quòd se humiliet & petat veniam ab eo. Ratio est quia non posset cōtra fortissimum resistere nec per suas cautelas euadere. Ideo non est aliud remedium, nisi quòd se eius misericordiæ committat. Hoc nobis ostenditur in brutis. Legitur de proprietate leonis, quòd quamuis sit multum fortis & astutus & malitiosus quando capitur, statim humiliat se quasi misericordiā petendo. Si hęc probatio non sit sufficiēs, habetur figura. 2. Reg. 24. de Dauid qui multum offenderat Deum, qui iratus voluit eum grauiter punire, & misit ad eum Gad prophetam dicentem, Dauid tibi datur optio, elige tibi vnum quod voluerīs ex his tribus. Aut septem annis veniet fames in terra tua, aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos & ipsi te persequentur, aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Respōdit Dauid, Coartor nimis vndique, sed melius est mihi incidere in manus Domini multę enim sunt misericordię eius, q̄ incidere in manus hominū. Iste vidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd nō poterat resistere potentiæ Dei, nec abscondere se eius sapientiæ. Vnde dicit, Quò ibo à spiritu tuo, & quò, &c. Ideo se submisit suæ misericordiæ. Sic si persona cadit in peccato mortali, aut cadit in magnam offensam Dei per fragilitatem, & sic offendit patrem cui attribuitur potētia, vel per ignorātiam, & sic offendit filium, cui attribuitur sapiētia, vel per malam volūtatem, & sic offendit spiritum sanctum, cui attribuitur bonitas. Ista tria, scilicet posse & scire & velle, sunt in qualibet persona, in diuinis tamen patri attribuitur posse, filio scire, spiritui sancto velle, secundū aliquas proprietates, de quibus loqui esset valde longum & extra propositum. Sed hoc est dictum q̄ quicūque peccat cōtra istas tres proprietates, est dignus illas pestilentias habere quæ fuerūt promissæ Dauid. Verbi gratia, Si homo peccat per nō posse, sibi debetur fames & fitis. Ratio, quia anima est talis cōditionis, semper vellet orare & Deo se humiliare, sed corpus semper optat in delicijs esse. Ita anima vellet ieiunare, & corpus in delicijs esse, anima vellet in bonis operibus se exercere, & corpus vult semper quiescere, vnde dicit corpus quod hoc nō posset facere. Pone in practica, & sic peccat per nō posse. Ideo talis meretur habere famem in alio sæculo. Sed illi peccant per nō scire, quia quādo nolunt aliquid boni facere, dicūt quòd nescirent recipere modum addiscendi. Credo in Deum, contra quos mittit Deus persecutionem, sed alij sunt qui peccant per certam malitiam, sicut sunt concubinarij, falsi mercatores. Ex quo fit peccatum, Deum offendimus, & nō fugere possumus, nec scimus resistere quin puniat nos sic per suam potentiam & suam sapiētiam. Vnde bonum cōsiliū est quod faciamus sicut Dauid, scilicet quòd reddamus nos omnino suæ misericordiæ, & petamus vt misereatur nostri. Quia si vellemus cōtradicere, essemus fatui, vbi nullum est remedium, quia potentissimus est, si astutia vellemus euadere, sicut aliquādo aduocati qui subtiles sunt per suam astutiam euadunt & euitant iudicium humanum, nō possemus, quia sapientissimus est. Et ideo ecclesia ordinauit quòd isto tempore quo faciliter in peccatū labimur, ne illa tria ad nos veniāt, dicamus lætaniā & rogationes in quibus misericordia Dei inuocatur, quasi diceremus illud secundo Paralipp. 20. In nobis quidem non est tanta fortitudo vt possimus huic multitudini resistere. Sequitur, Sed cùm ignoramus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Et primò inuocatur pater, secundò filius, tertiò spiritus sanctus, quartò Virgo Maria. Et consueuit tibi cantari principaliter in principio verbum assumptum, videlicet Kyrie eleison. Vbi imploramus Dei misericordiam cōtra tres modos peccādi. Primò cōtra nostrā impotentiā inuocamus patrē vt misereatur nostri per suum posse. Secundò contra nostram ignorātiam inuocamus filium vt nostri misereatur per suum scire. Tertiò cōtra nostram malitiam inuocamus spiritum sanctum, vt misereatur nostri per suum velle. Propter primū dicimus Kyrie eleison. Propter secundum dicimus Christe eleisō. Propter tertiū dicim⁹ Kyrie eleisō. Circa primū dico, q̄ inuocamus misericordiā Dei, patris cōtra nostrum nō posse, q̄ maxime manifestabitur in hoc q̄ dicit infra, Pater de cœlis Deus miserere nobis. Vbi allegamus tres rationes quare debet misereri, prima quia pater, secunda quia de cœlis, tertia quia Deus. Primū cātam⁹ Kyrie eleison, secūdū Kyrie eleison, tertiū Kyrie eleison implorando auxiliū Dei quidquid sit in alijs dieb⁹ tamē spiritualiter modo, & hoc rationabiliter. Vos enim videtis q̄ qui vult eleemosynā petere à diuite, obseruat locū & tempus in quo tenet bursam apertā, & habet manus plenas pecunia, tūc instāter petit & nō expectat quòd reponat pecunias in bursā, quia tūc nō reciperet. Sic in vita præsenti est tēpus petēdi Dei misericordiā, quia modò bursa est aperta. Ideo qui modò petit, accipit. Vnde, Tu exurgēs misereberis Siō, quia tēp. &c Dauid in Psal. 101. Sed post in alia vita nō erit tēpus misericordiæ, sed iustitiæ tunc enim fiet iustitia sine misericordia. Quòd tamē etiā debuit intelligendū est, quia tūc manifestius apparebit iustitia quā misericordia. Exēplū habemus in diuite epulone, quia postquā bursa fuit clausa, petijt eleemosynā di. Pater Abrahā miserere mei, Lu. 16. Die historiam si vis, & tamē nūquā potuit obtinere nec obtinebit. Ista bursa maximè fuit aperta in die veneris sanctæ cū latus Christi lancea fuit apertū, & exinde fluxit sanguis & aqua, & omnia sacramēta quę sunt misericordiæ cōtētiua trahūtur de ista bursa, & ideo ad talē bursam recurramus tēpore præsentis vitæ dū est aperta, & nō expectemus q̄ sit clausa, quia tūc nihil obtinerem⁹. Vnde tūc persona priuilegiata, vt clericus qui habet respōdere in curia ecclesiastica, quę communiter est misericors aut debet esse, reputaretur benè fatuus si renuntiaret priuilegio suo & vellet sentētiare iudicē secularem qui condemnaret eum ad mortem. Christus rex regum qui est pontifex noster apud patrem secundum Apostolum duplicem habet cutiam, scilicet præsentem quæ est misericordiæ, & iudicij finalis in qua fiet mera iustitia. Igitur qui nūc indiget misericordia, fatuus est si renūtiet & nō velit eam recipere in hac vita, modò enim datur pro modica & tēporali pœnitētia: alias habebit iustitiā strictā & mortē æternā. Vnde, Qui abscondit scelera sua nō dirigetur, qui autē cōfitetur & reliquerit ea, misericordiā cōsequetur. Prouer. 28. Circa secūdū dico quòd inuocamus Dei misericordiā, s. filij Dei Iesu Christi cōtra nostram ignorantiā, vt ipse misereatur nostri per suā sapientiā. Hoc maximè infra exponitur quādo dicitur, Fili redemptor mūdi Deus miserere nobis. Et allegamus tres rationes propter quas debet nos exaudire & nobis misereri. Prima quia frater noster.

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſter, ſecunda quia redemptor, tertia, quia Deus. Ideo oportet nos exaudire & nobis miſereri. Ideo in miſſa ter dicimus Chriſte eleyſon. Et licèt filius ſit eiuſdem ſubſtantię cum patre & ſpiritu ſancto, tamẽ in eo incarnato ſunt duæ naturæ, t. diuina & humana. Ideo quo dãmodo & aliqualiter diuiſim inuocatur. Primò enim dicitur Chriſte audi nos, & poſt hoc dicitur, Pater de cælis Deus, miſerere nobis. Quo dicto ſubiungitur, Fili redemptor mundi. Non ſic de patre & ſpirituſancto, fili redemptor mundi, &c. quia nõ diuerſificatur in eis natura. Si igitur quis peccauit contra filium ex ignorãtia, petat miſericordiam ſicut Dauid, Miſerere mei Deus. Et licèt miſericordia patris & ſpirituſſancti magna ſit, immo & eadem eſt miſericordia patris & filij & ſpirituſſancti, miſericordia tamẽ filij apparuit maxima. Ratio. Vna chorda poteſt dici magna quando longe attingit, maxima ſi ſit ita fortis ꝙ rem magnam & ponderoſam poſſit trahere de profundo. Vnde miſericordia nihil aliud eſt niſi miſerorum chorda. Miſericordia Ieſu Chriſti fuit talis, quòd tranſmiſſa captiuis in profundiſſimo carcere exiſtentibus eos eduxit. Fecit enim Chriſtus ſicut facere ſolent Domini temporales, qui feſtum facientes cõpatiuntur captiuis, & eos educunt de carcere ſubmittendo chordam ad profundum carceris cui miſeri adhærent, & ſic trahendo chordã ad ſe captiuos educunt & liberantur. Sic legitur de Ierem. quem rex de carcere voluit trahere, & ne duritia eum grauaret conſuluit, vt pãnos veteres & putridos poneret ſub ſe inter manus & chordam, &c. Dicit textus. Ierem. 38. Extraxerunt Ieremiam funibus & eduxerunt eum de lacu. Sic filius Dei incarnatus eſt funiculus triplex, qui vt dicitur Eccleſiaſt. quarto. difficilè rumpitur. Quia in Chriſto tres ſunt ſubſtantiæ, ſcilicet diuinitas, anima & caro. Hunc Deus pater ſubmiſit in hunc mundum ad educendum nos de carcere peccati, in quo propter peccatum primorum parentum fueramus per quinque millia annorum vel circiter. Vbi conſidero humiliatam diuinitatem quę debet trahere ſuperbos. Vnde Auguſt. Humiliatur Deus, tumeſcit vermiculus. Mundiſſima anima Chriſti quæ debet trahere luxurioſos. Et corpus pauperrimum quod debet trahere cupidos & auaros. Et qui volunt carcerem peccati exire, debent huic chordæ miſericordiæ adhærere cum deuotione, corde, ore, & opere, ipſum inuocando & dicendo, Fili redemptor mundi Deus miſerere nobis. Hæc eſt chorda miſericordiæ de qua Ozeæ. 11. In funiculis Adam, id eſt Ieſu Chriſti traham eos in funiculis charitatis. Sed bene aduertendum eſt quomodo quidã indeuoti huic chordæ nõ adhærent nec curãt eam inuocare, quia videtur eis nimis dura & ledit eos, quia dura eſt ſuperbis humilitas, luxurioſis caſtitas, auaris liberalitas, &c. Ideo talibus cõſulitur ꝙ cũ veſtibus putridis & veteribus, id eſt cũ vita ſua antiqua & peccatis putrida, peccatis reme-

ratis cum contritione & diſplicentia, peccata ſua ponant de quibus dolent, tunc tales cum deuotione hanc inuocabunt miſericordiam & faciliter obtinebunt. Greg. 2. lib. moral. Ille Deo veram orationẽ exhibet qui ſemetipſum quaſi puluis ſic ſe humiliat, quòd nihil ſibi virtutis tribuit. Caſſiodorus ſuper Pſalmo, Ad Dominũ cùm tribularer, dicit, Dominus neſcit differre quòd compuncto corde ſenſerit ſupplicare. Et talis ſic in ſua ſupplicatione exauditus poterit dicere. Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me, eruiſti animã meã, &c. Pſal. 85. Circa tertium dico quòd inuocamus Dei miſericordiã, ſ. ſpirituſſancti contra noſtram malitiã vt nobis miſereatur per ſuũ velle. Hoc magis exponit eccleſia di. Spirituſſancte Deus miſerere nobis. Vbi ponit tres rationes propter quas debet nobis miſereri. Primò quia dat ſe ſine violentia, quia ſpiritus. Secũdò, quia dat ſe ſine precio, quia ſanctus. Tertiò quia dat ſe ſimul & omnia, quia Deꝰ. Huius rei gratia ter cantamus Kyrie eleiſon, quia cum magna fiducia propter illa tria petimus miſericordiam. Ratio, quia quilibet faciliter trahitur ad illud ad quod naturaliter inclinatur. Ideo ſpiritus ſanctus miſeris peccatoribus propiciatur, cui bonitas attribuitur. Eſt enim amor patris ad filium, cui proptium eſt miſereri. Aucto. ad Ephe. 2. Deus qui diues eſt in miſericordia propter nimiam charitatem ſuam qua dilexit nos, cùm eſſemus mortui peccatis, viuificauit nos. Videmus quòd Domini temporales ſuis ſubditis qui aliàs rebellauerunt, ad ſeruitium ſuum reuertẽtibus ſunt miſericordes & pij, vt eos magis alliciant, &c. Sic legitur feciſſe Dauid, qui cuidam proſtrato & cognoſcenti peccatum ſuum & miſericordiam poſtulanti, benignè locutus eſt. Similiter ceteris reuertentibus qui eum fuerãt perſecuti. 2. Reg. 13. de Abſalone. Sic Deus peccatoribus qui multipliciter eum offenderunt reuertentibus ac miſericordiam poſtulantibus vt benignus interponit benignitatem ſpirituſſancti, cui conuenit peccata remittere. Matt. 9. Murmurabant Phariſæi dicentes, Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter. Reſpondit Dominus, Non eſt opus valentibus medico, ſed male habentibus. Euntes dicite quid eſt, Miſericordiam volo, & non ſacrificium. Oſeæ 6.

Feria II. Rogationum. Sermo II.

Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Luc. 11. Iſti tres dies hodie, cras & perendi dicuntur letaniæ græcè, quòd idem eſt quod rogationes vel preces letaniæ, quia hodie gentes in omni loco vadunt proceſſionaliter cantãdo letanias & orãdo. Sed quare fit hoc, erit ſermo præſens. Sed primò ſalutetur Virgo Maria, &c. Dicit Chriſtus nobis, Petite & dabitur, &c. Subtiliter pũctãdo verba in themate, oſtẽduntur tres rationes, quare iſtis tribus diebus

diebus fiunt iſtę proceſsiones, & cantamus lætanias.

Prima oratio eſt ad obtinendum proſperitatem temporalem.
Secunda ad poſſidendum ſanitatem corporalem.
Tertia ad retinendam vnitatem amicabilem.

Prima ratio tangitur in prima clauſula thematis, cùm dicitur, petite. Secunda cùm dicitur, quærite. Tertia cùm dicitur, pulſate & aperietur vobis. Ecce hic ſummariè totam materiam prędicandam, &c. Dico primò, &c. ad obtinẽdum: proſperitatem temporalem, vt ſ. habeamus abundantiam bonorum tẽporalium, ſ. bladum in campis, vinũ in vineis, & fructus in arboribus, & velit nobis etiam cõſeruare greges. Ideo facimus modò iſtas proceſsiones, & magis in iſto tempore paſchali quàm in alio, duplici ratione. Prima eſt naturalis. Secunda theologicalis. Quantũ ad primã, quia in iſto tempore ſol aſcẽdit per Zodiacum, & ſic aſcendendo trahit ad ſe vapores terræ, quia terra nunc calefit, & feruet & mittit ſurſum vapores, & vapores in media regione aëris quæ eſt frigida, quia nõ eſt ibi reuerberatio radiorum ſolariũ vt in terra, ingroſſantur, cõdenſantur, & congelantur in lapides, generantur tonitrua, & fulgura, & tunc lapides cadũt & deſtruunt & deuaſtant bona terrenalia, blada, vineas, fructus, &c. Ideo eſt ordinatum à ſanctis patribus, q̃ in iſto tẽpore maximè chriſtiani faciant iſtas proceſsiones, & oraudo currãt ad Dominũ qui ſuper totam naturã habet dominium, vt velit naturã refrenare & bona terrena nobis cõcedere. Ecce ratio naturalis quare facimus hęc. Sed vt rationẽ melius intelligatis, declarabo eã vobis per quandã ſimilitudinẽ. Erat quidã dominus diues & potẽs qui habebat multos filios paruos & magnos, & habebat vnã captiuã ſeu ancillã cui cõmiſerat claues panis, vini & fructuũ & omnũ, intantũ q̃ filij nõ poterãt habere panẽ nec vinũ nec aliquid niſi per manũ eius, ſ. captiuæ. Quæ aliquando erat ita crudelis, q̃ nolebat dare filijs domini panẽ nec vinũ. Filij autẽ neſcientes quid aliud facerent, recurrebant ad patrẽ vt corrigeret captiuã. Ita eſt de nobis. Dominus domus huius mũdi eſt Deus qui eam fabricauit, camerę alterius ſunt, nos autẽ ſumus in ſtabulo. De iſta dicit Baruch, O Iſraël, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſsionis eius. Magnus eſt & nõ habet finẽ, ſuppl. in duratione. Baruc. 3. Filij eius legitimi ſunt chriſtiani ludęi & infideles ſunt ſpurij, imò non habent hereditatẽ paradiſi. Videte qualẽ qualitatẽ dedit nobis Deus pater vt filij Dei nominemur, & ſimus, 1. Io. 3. Captiua ſiue ancilla cui Deus cõmiſit claues panis & vini & aliorũ, eſt natura. Per manus eius oportet nos habere panẽ & omnia bona terrena, quia ita ordinauit pater noſter Deus, quæ aliquoties eſt crudelis nimis filijs domini. Quia quãdo putamus colligere bladũ multũ & bonũ, & vinũ, &c. ipſa nõ vult, imò auſert & amittit lapides, locuſtas, ſiccitates, &c. Propter hoc nos recurrimus ad Dominũ patrem

patrem noſtrum ſupplicantes ei & orãtes vt corrigat & refrenet captiuam, & mãdet ſibi q̃ det panẽ, vinũ & alia neceſſaria nobis. Ecce rationem quare fiunt iſtæ lætaniæ & proceſsiones. Aucto. Domine Deus omnipotens in ditione tua cũcta ſunt poſita, & nõ eſt qui poſſit reſiſtere voluntati tuæ. Heſter. 13. Secunda ratio eſt theologicalis & ſecundũ ſanctã theologiã. Ab initio poſtquã Deus in cælo empyreo creauit ſanctos angelos, Lucifer qui erat maior peccauit contra dominũ cũ magna multitudine angelorũ. Credo q̃ plures ſint quã ſint folia arborũ in mũdo, qui ex peccato facti ſunt dęmones, quos Deus eiecit de paradiſo. Et aliqui ceciderunt in infernũ ad cruciandũ animas damnatas, aliqui autẽ remãſerunt circa nos ad tentandũ. Sed tot manſerunt in media regione aëris & in tanto numero ſicut ſunt atomi in radio ſolis. Et quid faciunt ibi? Tenent conſilium cõtra nos, quãdo blada ſunt colligenda, & vinũ, impediunt naturã, qui poſſunt ex poſſe naturali, Deo permittente, deſtruere totũ orbẽ, & mittunt lapides, & deſtruunt omnia bona, vt chriſtiani peccent contra dominũ per impatientiã & blaſphemias. Propter hoc modò oramus vt Dominus cõpeſcat dęmonũ malitias. Et iſta eſt ratio theologicalis. Sed vt melius eam intelligatis, declarabo eam per talẽ ſimilitudinem. Quædam magna ciuitas ſemel erat in magna egeſtate de cãriſtia & fama, ad quam veniebant naues onerãtę per mare, & currus per terram. Latrones autem voluerunt capere omnia illa quæ ciuitati ducebantur per mare & per terram. Sed quid fecerũt illi de ciuitate? hoc ſcientes habuerunt recurſum ad regem eorum potentẽ vt iuuaret eos. Ita de nobis qui ſumus in ciuitate huius mũdi qui habet multas indigentias & neceſsitates, ad quam veniunt naues onerariæ, ſcilicet poſſeſsiones, vineæ, bladum, &c. Sed latrones, ſcilicet dæmones volunt illa capere & deſtruere, propter hoc nos recurrimus ad Dominum regem noſtrum petentes eius auxilium. Ideo quando apparent malæ nubes & tonitrua, pulſantur campanæ, & cruces extrahuntur, & gentes orant Dominum genibus flexis. campanæ ſunt tubæ quæ ſonitu ſuo terrent inimicos. Crux Chriſti eius vexillum eſt & imago, & tunc quilibet debet orare genibus flexis. Sed quæ orationes ſunt dicendæ? quia mulieres perſonæ tunc faciunt multas ſtultitias maximè mulieres, quando venit illud malum tempus faciunt ſonum in caldario vel in pelui ad terrendum dæmones, ſed ipſi nihil curant, ſicut nec equus tubicinij terretur ad ſonum tubæ, quia aſſuefactus eſt. Alij comburunt herbas fœtentes, ſed ipſi ſunt iam aſſueti de inferni fœtoribus. Alij ponunt ãlias truffas, &c. ſtultitiæ ſunt. Sed orationes deuotę quas facere debetis, ſũt quatuor, ſeu in quadruplici gradu. Prima lætania in qua inuocantur pater, filius, & Spiritus ſanctus, Virgo Maria & oẽs ſancti. Hoc maximè pertinet ad clericos, quia non oẽs laici ſciunt lætaniam. Secunda oratio eſt, can-

Quatuor preces aduerſus fulgura ac ceptates.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, canticum. Quicunque vult saluus esse, faciendo crucem contra tempestatem in quolibet versu. Probatum est, quòd si deuotè dicatur genibus flexis pro mala nube, vel spargitur vel vadit ad desertũ locum, ne noceat, & reuertitur bonum tempus. Tertius modus est, dicere, Credo in Deum, quòd oẽs tenemini scire, in quo sunt duodecim articuli fidei: faciendo magnam crucem contra tempestatem in quolibet articulo. Quartus gradus est de quo nullus potest se excusare, quando iam incipit tempestas, genibus flexis, cum signo crucis contra tempestatem, sic dicendo, Iesus, Iesus, Iesus, & sic expelluntur dæmones & malum tempus. Aucto. Dauid in psal. 43. Deus auribus nostris audiuimus. In te inimicos nostros ventilabimus cornu, s. crucis quæ habet quatuor cornua. Et in nomine tuo, s. Iesus spernemus, id est expellemus insurgẽtes in nobis, supple dæmones. Istæ sunt orationes quas debemus facere Deo petentes auxiliũ eius. Ideo dicit Petite, s. vbertatem & dabitur vobis. Amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Ioann. 16. Dico secundò, &c. ad possidendum sanitatem corporalem. Communiter in isto tempore veniunt infirmitates & mortalitates, & incipiunt duplici ratione. Prima est naturalis. Secunda est theologicalis. Quantum ad primam, quia ex ascensu solis modò humores multiplicantur, & arbores emittunt flores, & fructus, volucres volunt generare, & ideo quærũt vxores proprias, sed aliqui homines sunt deteriores bestijs, s. qui vadunt ad alienas, &c. Ideo modò sunt maiores tẽpestates quàm alio tempore anni, quia gẽtes nesciunt facere pœnitentiam nec abstinentiam. Ideo veniunt infirmitates, glandulæ, & aliæ corruptiones sanguinis. Propter hoc nos modò his tribus diebus recurrimus ad illum magnum medicum Dominũ nostrum Iesum Christum, vt custodiat nos, & præseruet ab his infirmitatibus, ipse enim quando debuit cælum ascendere postquam 33. annis procurauit salutem animarum, tunc ordinauit vnum aphorismum siue receptam pro sanitate corporis, dicens. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient, &c. Marci vltimo. Nota, qui crediderint, non dicit Apostoli vel sancti fuerint, sed loquitur generalius, qui crediderint, &c. Si sanitas sit vtilis animæ, Deus dabit. Ecce naturalis ratio quare facimus istas processiones. Secunda ratio est theologicalis. Nos in quadragesima recipimus à Deo multas gratias, quia nobis pœnitentibus dimisit peccata, & seipsũ nobis cõmunicauit in Pascha. Nos verò in isto tẽpore sumus ingrati redeundo ad peccata & ad malam vitam, & enormiter expellemus ipsum. Ista est ratio theologicalis quare modò veniunt mortalitates. Sed vt melius intelligatis, declarabo per talem similitudinem. Quidam magnus rex iuit ad venandum ad quoddam nemus, qui in nocte inueniens se solũ declinauit ad quoddam castrũ suum pulsan

pulsans ad ianuam vt reciperetur ibi ad manendum. Qui dixerunt sibi, Licèt sitis rex & ita credimus, non tamen intrabitis huc, quia non est decenter paratum pro vobis. Et rex, Non curetis, ego ero contentus, aperiatis vel mandò vobis, & minabatur eis, sed ipso præsente permittebant intrare animalia bruta. Breuiter noluerunt aperire, rex autem inde recedens iuit ad aliud castrum pulsans & petens ianuas castri sibi aperiri. Qui permiserunt ipsum intrare faciendo sibi magnum festum dando sibi bonam cœnam, & parando bonum lectum, sed in media nocte inimicus regis venit ad castrũ. Illi autẽ de castro enormiter eiecerunt regẽ de lecto, dicendo, quia talis qui venerat habebat ibi dormire, & etiam eiecerunt ipsum de castro & duxerunt. Rex verò inde recedens iuit ad aliam villam suã pulsans & petens ingressum qui aperuerunt sibi ianuã, & introduxerũt ipsum cũ porcis. Modò quid meretur isti qui talia operati sunt in dominũ suum? Rex autem iratus misit gentes armorum qui illa castra combusserunt. Vtinam vos nõ sitis in isto casu. Iste rex est Christus, de quo Apoc. 19. Rex regum & dominus dominantiũ, qui venit in nemore huius mundi ad venandum animas, qui dicit mundo, Da mihi animas, cetera tolle tibi. Gen. 14. Et singulariter ista venatio fit in quadragesima, quia tunc gentes faciunt pœnitentiam, dolent de peccatis suis, confitentur, & canes, scilicet prædicatores, tunc maximè latrant prædicando. In nocte autem, id est in fine quadragesimæ Christus venit ad castrum. Cogitetis quòd quælibet anima sit vnũ castrũ seu villa in quam vult Christus intrare in die paschę. & multi dicũt, Licèt sitis rex non intrabitis, quia non sum paratus, quia non feci pacem, nec restitutionem, &c. culpa est vestra, paretis vos, sed bene permittunt intrare animalia bruta, pullos, capones, &c. Aliqui ex falsa humilitate dicunt, Domine non sum dignus vt intres sub tectum meum, &c. Nunquid videtur vobis si est magnum peccatum hoc quod nõ permittitis intrare Christum? Alij autem bene parati sunt & recipiunt eũ, vt illi de secundo castro, dando sibi bonam cœnam & bonum lectum. Sed modò expellunt ipsum turpiter, redeundo ad peccata suscipientes diabolum eius inimicum. Alij autem recipiunt eum vt illi de tertia villa quando mali & malę confessi communicant solùm ex verecundia vt reputentur boni Christiani, & collocant Christum cum porcis, scilicet cum peccatis in eorum conscięntia, quæ non est sine immunditia peccatorum. O dicit Deus. Ego scio quid faciam contra istos proditores mittet gentes armorũ, scilicet angelos, constellationes de sanguine & igoem. Sanguis sunt glandulæ, ignis sunt febres. Hoc singulariter fuit ostensum tẽpore beati Gregorij in Roma. Christiani communicabãt in tempore paschali & redibant ad peccata, & ad malam vitã. Finaliter Deus misit gentes armorũ, quia in aere videbãtur angeli cũ armis, sagittas, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

gentes subitò moriebantur oscitando. Ideo est inuentum quando quis oscitat homo, tunc signat se signo crucis. Item quando sternutabant, subitò expirabãt, ideo inuentum est dicere Aue, vel Benedicat tibi Deus. propter hoc papa Gregorius ordinauit lætanias, & cum hoc istas processiones & cessauit illa plaga. Ecce secunda ratio quare fiunt processiones modò. Ideo dicit secunda clausula thematis. Quærite, scilicet sanitatem corporalem eundo in processione, & inuenietis. Quærite dominum dum inuenire potest, inuocate eum dũ propte est. Derelinquat impius viam suã, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad dominum & miserebitur eius & ad Deum nostrum, quoniam multus est ad ignoscendũ. Esaiæ 55. Modus quærendi dominum ostenditur ibi: Derelinquat impius, scilicet auarus vel quolibet alio peccato peccator vt tibi placuerit. Et vir iniquus, scilicet vindicatiuus cogitationes suas, &c. Dico tertiò, &c. scilicet ad retinendum vnitatem amicabilem, scilicet pacem & concordiã, quia modò est illud tempus, de quo dicitur 2. Reg. 11. Et tempore quo solent reges ad bella procedere. Ratio naturalis est ista, quia ex accensu sanguis inflammatur & bullit, & cholera accenditur, & homines efficiuntur magis elati quàm in alio tempore. Ideo modò excitatur guerra & bellum. Ideo modo magis quam in alio tempore orandum est pro pace & vnitate. Ideo dicit tertia pars thematis, Pulsate, scilicet ad portam pacis, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Mat. 7 Nota, Pulsate. Iam videtis quando pauperes vadunt ostiatim pulsant petendo eleemosynam, & sic obtinent eleemosynas. Ita dicit quod faciamus nos, quod vadamus ostiatim per illam ciuitatem paradisi. de qua dicit Dauid. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei, vbi sunt infinita palatia. Et primò vadamus ad palatium trinitatis pulsando & petendo eleemosynam dicendo, Pater de cælis Deus, miserere nobis. Fili redemptor mundi Deus, miserere nobis. Spiritus sancte Deus, miserere nobis. Deinde vadamus ad palatium virginis dicendo, Sancta Maria, Sancta Dei genitrix, Sancta virgo virginum, ora pro nobis. Deinde vadamus ad palatium angelorum dicendo, Sancte Michaël, sancte Gabriel, Sancte Raphael orate pro nobis. Deinde in alio vico ad palatium patriarcharum, quorum maior est Ioannes. Deinde ad palatium innocentum. Deinde ad palatium apostolorũ, martyrum, confessorum & virginum, &c. Non sunt isti ita crudeles quin faciant nobis eleemosynam aliquã. Ecce tertia ratio quare facimus processionem rogando pro pace. Ideo Dauid. Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem, scilicet Christianitatis, in Psal. 121.

De eadem

De eadem feria.

Sermo tertius.

OMnis *qui petit accipit.* Luc. 11. Textualiter & in euangelio hodierno officialiter. In sermone hesterno declarauimus rationes quare facimus lætanias. Modò volo vobis declarare bonos modos quos debemus tenere in rogationibus ad obtinendum illa quæ à Deo petimus. Si placet Deo materia erit vtilis & consolatoria. Sed primò saluetur Virgo Maria, &c. Verbum propositum ostendit inestimabilem liberalitatem & pietatem & magnificentiam diuinalem dicens, Omnis qui petit accipit, vt pauperes à diuitibus. Videmus tamen in hoc mũdo quod multi ex necessitatibus suis petunt, vt pauperes à diuitibus & nihil obtinent. Quot sunt qui vadunt ad regem petentes officia & non obtinent? Quot clerici vadunt ad papam ad petendum beneficia & nihil obtinent, immo vani veniunt & vani redeunt ad propria. Et Christus dicit, Omnis qui petit accipit, & qui quærit inuenit, &c. Hic ergo ostenditur sua liberalitas inestimabilis & eius magnificentia super omnes alios dominos: Sed est argumentum in oppositum ex quadam auctoritate beati Iacobi dicentis aliquibus qui petebant gratias à Christo, Petitis & non accipietis, eo quòd malè petatis. Iacob. 4. Videtur quod istæ duæ auctoritates contradicant. Omnis qui petit, vniuersalis est. & alia, Petitis & non accipietis, est indefinita negatiua. Et nunquid in verbis sacræ scripturæ potest esse contradictio? Dico quod non est ibi contradictio, quia secunda auctoritas dicit, Petitis & non accipitis, & assignat rationem, eo quòd malè petatis. Et nostrum thema intelligitur, de illis qui petunt bene, & bono modo. Omnis qui petit accipit, scilicet bona negocia. Patet thema. Amore vestri ego quæsiui, quot sunt modi bene petendi, & inueni quod sunt octo modi & non plures.

Primus desiderare ardenter.
Secundus plorare lachrymabiliter,
Tertius explicare patenter,
Quartus supplicare humiliter,
Quintus allegare prudenter,
Sextus appellare confidenter,
Septimus mendicare fiduciabiliter,
Octauus molestare perseueranter.

Qui in suis petitionibus seruat istos octo modos, sine dubitatione obtinebit, quia omnis qui petit accipit. Dico quod vnus est modus petendi gratias à Domino Iesu Christo, scilicet desiderando ardẽter quando cor desiderat illam gratiam ardetur & inflammatur, licèt

Universidad de Deusto
Biblioteca

os nihil dicat præ verecũdia, quia nõ reputat se dignum illud petere ore, sed corde desiderat, illud desiderium est clamorosa petitio in auribus Dei. Non sic de alijs dominis quibus oportet ore vel signo vel scriptura suũ cordis desideriũ ostendere. Sed Deus iudex clarius intuetur corda hominum quàm tu vides faciem meã. Homo enim videt ea quæ patent, Dominus autẽ intuetur cor. 1. Reg. 16. Istud desiderium mouet & inclinat Deum ad dãdum gratiã. No. similitudinem, affectuosus affectus filij ad patrem sedentẽ in mensa est clamorosa petitio in auribus patris, prouocans patrẽ ad dandum filio carnes vel pisces, &c. Ita Deus pater cum regina virgine Maria sedet in mẽsa gloriæ. Nos verò in oratiõe stamus corã eo quasi dicẽdo Domine nõ audeo petere, sed vos scitis desideriũ meum, quasi dicendo cum Dauid, Domine ante te omne desiderium meum. Nota ad hoc historiã de filijs Israël euntibus de deserto quos Aegyptij insequebãtur & nõ poterãt fugere, quia ab vna parte erat mõs altissimus, & ad aliam partem mare rubrũ, & inceperunt murmurare cõtra Moysen dicendo, Nunquid nõ erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine, &c. Moyses verò videns necessitatem stetit coram domino. Non legitur quod dixerit aliquid, sed desiderabat in corde auxilium diuinum. Cui dixit Deus, Quid clamas ad me? Exodi. 14. Dicunt glosę quod desiderium Moysi erat clamor in auribus Dei, & obtinuit, quod mare diuideretur. Ecce quomodo est iste bonus modus. Dico secundò quod secundus modus est plorare lacrymabiliter, quãdo enim persona est in aliqua tribulatione, angustia vel tentatione, cor restinguitur & cerebrum velut spõgia distillat lacrymas, quæ Deũ pungunt. Vnde Bernar. Oratio Deum vngit, sed lacryma Deum pungit. Res aspera, dura & rigida si vngatur, mollis efficitur & suauis. Sic propter peccata nostra Deus est nobis rigidus, asper & durus. Sed oratio deuota ipsum vngit & efficitur suauis, mollis & benignus. Nota exemplum de euangelio, vbi Christus loquẽs de se in persona cuiusdã regis, dixit quodquidã rex petijt cõputũ à fino thesaurario, & facta adæquatione inuenit quod thesaurarius tenebatur reddere decem millia talenta. Qui dixit, Domine non habeo nunc vnum denarium. Et rex, Tu expẽdisti pecuniã meam cum vxore, & filijs tuis, &c. Ideo præcepit vt ipse caperetur cũ vxore & filijs & quod venderentur. Ecce hic duritia regis & asperitas. Sed dicit textus quod ille thesaurarius procidens ad pedes regis orauit humiliter di. Domine patientiam habe in me & omnia reddam tibi. Et misertus est ei. Mat. 18. Et dimisit sibi totum debitum. Ecce oratio quod modo Deum vngit, hoc est plus. Sicut enim oratio Deum vngit ad remittendum peccata, sic lacryma pungit ad dandum gratias. Ideo est bonus modus pro personis deuotis & tribulatis & viduis, pupillis & orphanis qui non habent aliud remedium

dium nisi recurrere ad dominum, & flere coram eo, & istę lacrymæ pungunt Deum ad dandum eis consolationes, gratias, ad faciendũ iustitiam de persecutoribus. Auctoritas. Non despiciet Deus preces pupilli, nec viduam si effundat loquelam gemitus. Nonne lacrymę viduę descendunt ad maxillam, & exclamatio eius super deducẽtem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cælũ & dominus exaudior non delectabitur in illis. Qui adorat Deũ in oblectatione suscipietur, & deprecatio illius vsque ad nubes appropinquabit. Oratio humiliantes se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Et dominus nõ elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudiciũ. Ecclesiasti. 35. Omnis ergo qui petit, scilicet plangendo lacrymabiliter accipit. Dico tertiò, quod tertius modus est explicare patenter, scilicet ore Dicẽdo Deo suas necessitates, miserias, tribulationes & tentationes. Isto modò dicendo, Domine ego sum in tali tentatione, angustia, miseria, seu tribulatione vel infirmitate velitis me iuuare. Non intelligatis quod talia sint Deo explicãda quasi ipse nesciat, quia melius scit quã vos vestras tribulationes, sed dicitur ad humiliandum cor, quia quando tales tribulationes dicuntur ore, cor humiliatur & deuotio augmentatur. Istum modũ ostendit Dauid di. Reuela Domino viã tuam, scilicet asperam & duram, & spera in eo, & ipse faciet. Psal. 36. Legitur in vitis patrum quod quidam sanctus eremita mirabiliter habebat gratiam orandi, & aliqui quæsierunt ab eo vt doceret eos orare. Qui respõdit eis, Illi qui docuerunt me docebunt vos modũ orandi si vultis: qui dixerũt ei, Et quis docuit vos? Respondit, paupercs ostendentes plagas suas dicendo, videte, &c. mouent pias personas ad dandum. Ita ego ostendo plagas peccatorum meorum, vilitatem, miserias meas & necessitates dicendo, Domine, totus sum corruptus de luxuria, cor meum, os meũ, &c. Ideo Domine iuuetis me dando virtutem castitatis, & sic de alijs peccatis, & isto modo: Omnis qui petit accipit. Dico quartò, &c. scilicet supplicando humiliter. Qui enim vult obtinere gratiã à rege seu papa, quẽ modum tenet? Nunquid supplicat humiliter genibus flexis, capite discooperto? iumo. Item quando facitis orationes, tunc supplicatis regi Christo vel papæ Iesu: quando dicitis, Aue Maria, supplicatis reginæ cæli. Ideo humiliter genibus flexis debẽt fieri orationes quæ nõ sunt nisi supplicationes. Sed in hoc multi deficiunt, quia quando surgũt & induunt se, dicunt orationes, idem de mulieribus quando pingũt & dicũt Aue Maria. Dicatur quomodo debẽt orare cogitãdo quod vident Christum iratum ex peccatis, tunc incipiatis orationem deuotè, talis supplicatio est humilis, & tunc papa Iesus signat supplicationem dicendo fiat. Nota historiam de rege Achab iniquo & malo & idolatra & dæmonum inuocatore & innocentum occisore &

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine iustitia,ad quem venit. Elias propheta,ex parte Dei di. Tu fecisti hoc & hoc,ideo hæc dicit Dominus Deus, Si mortuus fis in ciuitate,canes comedent carnes tuas,si in campo,aues cæli, nec remanebit de Achab vsque ad mingentem ad parietem. Achab verò timēs humiliauit se scissis vestibus regalibus, & indutus est cilicio & in terra comedebat panem & aquam bibebat, & depositis ornamentis lecti regalibus fecit ornamenta de saccis, & ibat humiliter, statim Deus dixit prophetæ, Nonne vidisti Achab humiliatum cōtā me? Respondit,immo Domine. Vade ergo ad eū & die ei quod quia humiliatus est mei causa,non inducam malum in diebus eius 3. Re. 21. & de pe dist. 3. Achab rex impijssimus. Ex ista humilitate Deus pepercit sibi cùm esset malus & proteruus. Ideo in vestris orationibus humilietis vos. Cogitate cū quo loquimini. de tali oratiōe dicit scriptura. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & non discedet donec altissimus aspiciat. Eccle. 25. Dico quintò, &c. Allegando prudēter,scilicet leges canones,priuilegia,consuetudines,vt faciunt iuristę coram principe vel iudice, multi taliter allegant in oratione, q̄ condemnatur ex eorum allegatione,vt legitur de quodam Lucę 18. qui ascendit ad templum vt oraret,petens à Deo gratiam, & incœpit allegare dicens, Non sum sicut ceteri hominum, &c. Ille allegationes fuerūt causæ suæ condemnationis. Ratio,quia appropriauit sibi bona opera,& malè, quia creatura in bonis operibus nō est nisi instrumentum,& Deus est operatius,& sicut nō est regratiandum calamo de bona litera,sed notario. Ita nec nobis de bonis operibus, sed Deo. Ideo prudenter allegandum est dupliciter, scilicet per credentiam & per obedientiam. Per credentiam obsecrando & allegando,quod homo credit de Deo, tali vel simili modo, Domine vos q̄ estis prouisor omniū,prouideatis mihi per vestram infinitam bonitatem,& sic de alijs quæ credimus de Deo. Per sanctam vitam quā tenuistis,detis mihi gratiam vt teneam bonam vitam. Secundò per obedientiam & gratiarū actionem allegando ex parte Dei & non tui,dicendo, Domine ex quo mihi tot gratias fecistis, quia sum redemptus & baptizatus, placeat vobis etiā hanc gratiam mihi facere,quia ego sum inclinatus ad superbiā,detis mihi cor humile,& sic de alijs,de istis duobus modis allegandi auctoritas. In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum,custodiat corda vestra & intelligētias vestras in Christo Iesu. De cetero fratres quæcunque sunt vera,quæcunque pudica, quæcunque iusta,quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famę, &c. ad Philip. 4. Isto modo omnis qui petit, &c. Dico sextò, &c. scilicet appellare confidenter. Et nunquid potest homo appellare à Rege seu Papa vel Imperatore? Dico quod sic non de eodē ad aliū, sed

sed de vna curia ad aliam vt fit sæpe,quia de curia officialis appellatur ad curiam episcopi,& ab illa curia ad curiam archiepiscopi. Idē de curia regis Dei. Deus habet duas curias in quibus dantur sententiæ. Prima est iustitiæ. Secunda est misericordiæ. De quibus inquit Dauid in Psal. Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Et quandiu sumus in hac vita,curia misericordię est maior. Auctoritas. Superexaltat misericordia iudicium. Ia. 2. Idē Dauid, Miserationes eius super omnia opera eius. Psal. 144. Post mortem autem curia iustitiæ est maior. Quandiu ergo viuimus si datur sententia cōtra nos in curia iustitię possumus confidenter appellare ad curiam misericordiæ debito modo, quia maior est nunc. & obtinebimus reuocationem sententiæ. Nota ad hoc duo exempla de bibliæ de veteri testamento. Primū de Dauid, qui licēt sit sanctus,tamen grauiter peccauit. Cùm enim semel respiceret de palatio suo & videret vxorem Vrię pulchram valde,debuit auertere statim oculos suos,sed non fecit,sed stabat figendo oculos,statim aliquis scutifer dixit sibi, Domine talis mulier est,& vir eius non est in patria, &c. & peccauit cum ea & grauidauit eam, & ad operiendum peccatum interfecit virum eius Vriam,quia vnum peccatum trahit ad se aliud. Gregor. Peccatū quod per pœnitentiam nō abluitur mox suo pondere ad aliud trahit. Statim in curia Dei fuit data sententia contra Dauid, & Nathan propheta nuntiauit sibi sententiam dicens, Viuit Dominus,quia filius mortis es tu, 2. Re. 12. Nota ibi textum,quia satis pulcher. Dauid autem fuit ille qui intelligebat factum, & appellauit statim ad curiam misericordiæ. Forma appellationis suæ fuit hæc,quia statim dixit. Peccaui. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiā tuam. Statim propheta redijt ex parte Dei dicens, Non morieris. Patet ergo quod sententia data in curia iustitiæ potest reuocari in curia misericordiæ. Secundum exemplum est de Ezechia rege contra quem fuit data sententia in curia iustitiæ vt moreretur, & Esaias propheta legit sibi sententiam ex parte Dei dicēs, Hæc dicit Dominus Deus, Dispone domui tuæ,quia morieris tu & non viues. 4. Regum vigesimo. & Esaiæ trigesimooctauo. Qui conuertit faciem suam ad parietem & appellauit ad curiam misericordiæ orando dicens, Obsecro Domine memento quæso quomodo ambulauerim coram te in corde perfecto,& quod bonum est in oculis tuis fecerim, &c. Statim dixit Deus Esaiæ recedenti, Reuertere & die Ezechię. Hæc dixit Dominus: audiui oratonem tuam, &c. Et reuocauit sententiam, & addidit sibi quindecim annos vitę. Patet ergo quod sentētia reparatur in curia misericordiæ q̄ data in curia iustitiæ, si ab ea appellatur cōfidēter, Aucto. Si dixero impio morte morieris, & egerit pœnitētiā à peccato suo, fecerit q; iudiciū & iustitiā, & pignꝰ restituerit ille impi rapinā q; reddiderit, & ī mādatis vitæ ābulauerit, nec fecerit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ris quicquam iniustū, vita viuet & nō morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit non imputabuntur ei. Iudicium & iustitiā fecit, vita viuet. Et in eodē cap. Cùm enim recesserit iustus à iustitia sua, fecerit̄q; iniquitates, morietur in eis. Et cùm recesserit impius ab iniquitate sua, fecerit̄que iudicium & iustitiam viuet in eis. Auctoritas aurea. Eze. 33. No. quod tria dicit in prędicta auctoritate. Primò si egerit pœnitentiam. ecce contritio. Secundo fecerit̄que iudicium, ecce cōfessio in qua confessor est iudex. Ideo sedere debet. Tertio iustitiā, scilicet satisfactionem vel punitionem de peccatis iniungādo, disciplinādo, vel aliter. Isto modo omnis qui petit accipit. Dico septimo, &c. scilicet mēdicare fiducialiter, s. petere hostiatim. Istū modū seruamus istis tribus diebus in eccle. In processionibus enim vadimus per vicos & plateas ciuitatis paradisi mēdicando hostiatim sanctos deprecādo. Primo vadimus ad palatium sanctæ trinitatis, &c. Istum modū tenere debent personæ literatę, dicere letaniam quolibet sero, quia oratio est multum bona in qua inuocātur omnes sancti &c. ideo amici Iob quando fuit tribulatus dederunt sibi de consilio vt teneret istum modum dicētes, Voca igitur si est qui tibi respondeat & ad aliquem sanctorū conuertere. Iob 5. Omnis qui petit, sup. isto mōdo accipit. Dicto octauo & vltimo, scilicet molestare perseueranter, scilicet perseuerando in oratione, qualiter huiusmodi importunitas vel molestia est faciēda declaratur. Luc. 11. Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte. vsque quorquot habet necessarios. Qui enim continuat orationem omni die, ad bonum finem veniet. Nota hic miraculum de illo milite capitaneo latronū, in cuius domo stetit diabolus quatuordecim annis in forma humana, & erat coquinarius, vbi venit ille sanctus religiosus & fugauit diabolum. vnde si miles non dixisset quotidie salutationem angelicam, diabolus eum iugulasset, &c. Deo gratias.

In vigilia Ascensionis Domini. *Sermo vnicus.*

SVbleuatis Iesus oculis in cælum dixit. Ioan. 17. Istud thema & tēpus præsens, scilicet rogationū dat mihi motiuū de modis orationum qualiter debemus orare Dominū. Materia erit valde subtilis. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Verbum propositum pro themate & fundamēto nostri sermonis declarat modum orandi quē Christus tenuit quando debuit recedere ab hoc mūdo, & orauit pro nobis. Dicit Ioan. quod subleuatis Iesus oculis in cælū dixit, supple orationē suam. Pro huius verbi declaratione & materiæ prędicandę introductione, sciendū quod Christus super omnes homines habebat istā excellentiam, quod inter animam & carnem, siue inter spiritum & corpus rationem & sensualitatem, nullam habuit contradictionem seu repugnantiam. Immo illud quod anima volebat, volebat etiam & cor

& corpus. Idem de ratione & sensualitate. In nobis autem est oppositum, quia cōtinuū bellum habemus inter animam & carnem, spiritum & corpus, rationem & sensualitatē. Multi reges & magni domini postquam diu habuerunt guerram, faciunt pacē, sed inter animā & carnē nō potest fieri pax, immo si anima vult vnū, caro vult aliud. Idē de ratione & sensualitate Auctoritas. Caro concupiscit aduersus spiritū, spiritus autem aduersus carnem. Hæc enim sibiinuicē aduersantur, vt nō quęcunq; vultis illa faciatis. Ad Gal. 5. In Christo autē non sic, immo erat tanta concordia & cōformitas inter carnē & animam, quod quicquid volebat anima etiā & caro, ratio & sensualitas. De hoc dixit Dauid in persona Christi, Cor meū, ecce spiritus, & caro mea, ecce sensualitas, exultauerunt in Deum viuum, scilicet concorditer. Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidū vbi reponat pullos suos. Passer volās dicitur esse spiritus. Turtur casta est caro. Turtur enim ex quo perdidit masculum, nulli alteri associatur, nec ponit se in arbore viridi sed arida, nec bibit aquam clarā, sed turbidam, & dat gemitum pro cantu, & significat carnem Christi. Dicit ergo, Passer, id est spiritus Christi inuenit sibi domū cæli & turtur nidū, scilicet in cælo vbi reponat pullos suos, scilicet desideriat ideo quando Christus eleuabat mentē in altū etiā corpus eleuabat oculos in altū. Hoc dicit thema, Subleuatis Iesus oculis, &c. Legitimus in sacris euāgelijs, quod Christus tenuit quatuor modos in suis orationibus, & non leguntur plures. Primus modus, oculos versus cælum eleuando. Secundus manus extendendo. Tertius genua flectendo. Quartus super terram procidēdo. Et quilibet modus habet suam proprietatē quare fit, siue propriam rationē quare fit. Primus per confidentiam diuinalem. Secundus per nostram indigentiā humanalem. Tertius per reuerentiam principalem. Quartus per desinentiam corporalem. Primus modus quem Christus tenuit est ille de quo loquitur the. Subleuatis Iesus oculis in cælum, &c. Iste modus habet rationem, scilicet confidentiam diuinalem. Quia omnis creatura in suis necessitatibus & aduersitatibus etiā si sit destituta omni auxilio & derelicta ab omnibus confidentia cordis in Deum dat sibi motiuū eleuandi oculos in cælum. Nota exemplum de Susanna in tribulatione posita quæ flens suspexit in cælum. Erat enim cor eius fiduciā habens in Domino. Dan. 13. Etiā iumenta sine ratione in suis necessitatibus tenent istum modū. Legimus Ioel. 1. de quadam magna siccitate quæ fuit in terra Iuda, intantū quod bestię non inueniebant herbam ad comedendū nec aliquid. Et ibant congregatim quasi facerent processionem vlulando, & eleuabāt capita versus cælum, gentes etiā faciebāt processiones petentes misericordiā Dei. De hoc auctoritas, Ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed & bestię agri quasi area sitiens imbrem, suspexerũt ad te. Ioel. 1. cùm dicitur, Ad te Domine clamabo, loquitur de gentibus qui petebant auxilium, & cũ dicitur, sed & bestiæ, loquitur de iumẽtis. Si ergo animalia tenent istum modum, multo magis nos, ideo modò cẽtamus lętanias, quia isto tẽpore consuerunt venire siccitates & malum tempus. Moraliter auisentur hic multi vt corrigatur vnũ peccatum quod claudit ianuam misericordię Dei ne eam obtineamus, scilicet peccatum de blasphemijs druinalibus. Declaretur hoc peccatũ per similitudinem acti contra suũ dominũ naturalẽ homo iret cum balistis tensis & cum ensibus euaginatis, nunquid hoc esset magnũ peccatum & proditio? Tale peccatum & proditionem faciunt Christiani contra Deum quãdo iurant & blasphemant. Lingua enim hominis ad instar ensis est facta, & quando iurant tunc scindunt Christum, & non credunt se aliquid facere, immo quando confitẽtur & interrogantur à confessore an iurent, dicunt pater consuetudo est. Itẽ cũ balistis Christum persequuntur, quia os hominis ad instar balistę est duorum lignorũ, quę sunt duo labia. Sagitta est lingua. Ictus vel vulneratio est blasphemia. Illud peccatum est tam magnũ quod claudit ianuã misericordiæ Domini, qa licèt clauem' misericordiæ Domini, nõ obtinebimus eã, immo oppositũ: Ratio, quãdo enim castrũ impugnatur cũ balistis, illi de castro defendũt se lapidibus, ita fecit Deus. ideo corrigatur hoc peccatum, & erit bonũ illi domui vbi corrigetur. Pro cuius correctione esset necessarium ne ludus taxillorũ sustineretur, quia ibi est fons blasphemiarũ, & pòst poterimus dicere cum Dauid, Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cæ. Ecce sicut oculi seruorũ in manibus dominorũ suorũ, &c. vsq; donec misereatur nostri. Secũdus modus Christi fuit manus extẽdendo. Istũ modũ tenuit in die ascensionis cũ iã ascẽderet, & virgo Maria & apostoli & discipuli flentes ex vna parte præ gaudio de suo honore, & ex alia tristes de suo recessu. Christus eleuatis manib' benedixit eis. Lu. vlti. Ratio huiusmodi orãdi est pro nostra indigẽtia humana naturali. Nã in hoc mũdo habemus indigentiã de bonis spiritualibus, de virtutibus & meritis, & de bonis terrenalibus, totũ habet venire de cælo. Auctoritas, Omne datũ optimũ & omne donũ perfectũ, de sursum est descẽdens à patre luminũ. Iac. 1. ideo orando extẽdimus duas manus, scilicet dexterã pro bonis spiritualibus, & sinistram pro bonis temporalibus habendis. Istũ modum docent nos pauperes mendicãtes quando petunt eleemosynas à diuitibus. Diues est Christ' qui preconizauit dicẽs, Petite & dabitur vobis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur. Quis autẽ ex vobis patrem petit panẽ, nunquid lapidem dabit illi? Mat. 7. & Luc. 11. Nos verò sumus pauperes mendicantes. Ideo modò cum lętanijs & o-

rationibus vadimus ad eum extendentes manus nostras petẽtes eleemosynam de bonis spiritualibus & tẽporalibus. Ideo Ieremias, leuemus corda nostra cũ manibus ad Dominũ in cælos, vt habetur Thren. 3. Moraliter est aduertenddũ vt manus vestrę sint mũdę quia alias nõ obtineremus eleemosynam, sed irã Dei. Nam si pauper extenderet manus suas stercore plenas coram diuite, nõ obtineret eleemosynam sed plagas. Ita de nobis apud Dominũ. Ideo si vultis quod Deus de gratijs suis, beneficijs & misericordijs impleat manus vestras, lauetis eas ne sint maculatę à luto auaritię, vsurę, rapinę, furtorũ, &c. Lauantur enim manus restituendo. Itẽ auisetis vos vt manus vestrę sint mundę & purę à stercore fœtido luxuriæ. Vir & vxor nõ faciunt luxuriam seruantes modum & ea quæ seruanda sunt. Sed aliter quomodocũq; velis delectationẽ habere per illas partes luxuria est & damnatio. Propter hoc dicit sacra scriptura. 1. Tim. 2. Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira & disceptatione. Et Esa. 1. Cùm extenderitis manus vestras auertam oculos meos à vobis, &c. Subdit, Manus enim vestrę sanguine plenę sunt. Tertius modus quem Christus orando tenuit, fuit genua flectendo, & hoc in nocte passionis, flexis genibus orabat dicens, Pater si vis transfer calicem istum à me. Lu. 22. Istum modum Christus nobis ostendit. Ratio huiusmodi orandi est reuerentia principalis, scilicet diuinę dominationis. Nam super omnes dominos mundi Deus habet istã excellentiam, quod est dominus tã corporis quàm animæ. Alij domini habẽt dominium super corpus solum & non super animã. Propter hoc dicebat Christus, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animã autẽ non possunt occidere. Sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennã. Mat. 10. Ideo dominis tẽporalibus solũ vnũ genu, scilicet sinistrũ est flectẽdum, quia solum habent dominium supra partem minus principalem, scilicet corpus solum, prælatis autem ecclesiasticis, vt Papæ vel episcopis cum genu dextro exhibenda est reuerentia, quia habent dominium supra animam, quæ est pars principalis. Deo autem qui est dominus vtriusq; vtrumque genu flectendum est, quia tam corpori quàm animæ dabit gaudiũ in paradiso, vel pœnã in inferno. Dicatur contra illos qui in oratione vel corporis Christi eleuatione solum flectunt vnum genu. Auctoritas. Viuo ego dicit Dominus quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. Roma. 14. Nota omnis lingua, quilibet nostrum habet duas linguas, scilicet corporis & animæ. Corporis est ista qua loquimur. animæ autem est memoria vel intellectus, & cum tali loquuntur angeli in cælis & animæ beatæ. Ideo Apostolus de se dicebat, Si linguis hominum loquar & angelorum. prima Corinthiorum 13. Dicatur contra multos clericos & religiosos & laicos, qui in oratione solùm loquuntur

lingua

Universidad de Deusto
Biblioteca

lingua corporis dicēdo verba, sed cū lingua animæ, scilicet memoria vel intellectu loquuntur cum coquina vel taberna vel meretrice, &c. vel cum negotijs mundi. De tali oratione non contentatur Deus, immo dicebat Christus, Populus hic labijs me honorat, scilicet lingua corporali, cor autem eorum longe est à me. Sine causa colunt me, id est sine vtilitate. Mat. 15. Ista est causa quare modó orationes nostrę non sunt efficaces apud Deum, immo quando oramus claudit sibi aures. Ideo attendatis quod in orationibus vestris tam lingua corporis, quàm mentis loquamini eleuando intellectum, cogitando cui loquimini quādo dicitis, Pater noster vel aue Maria. Et talis oratio est efficax. Ideo Apostolus, Si orem lingua, supplet tantum, mens mea sine fructu est. Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mente. Psallam spiritu, psallam & mente. 1. Cor. 14. Quartus modus quem Christus tenuit, fuit super terram prosternendo se humiliter. Et istum modum tenuit Christus in nocte passionis, quando debuit capi à Iudæis, procidit super terram & orabat. Mat. 14. Iste modus orādi habet rationem quæ est desinentia corporalis, scilicet necessitas moriendi qua iam mortuos nos reputamus, sicut de illo qui dicitur ad suspēdium sententiatus irreuocabiliter, dicitur, factum est, iam est mortuus, ex quo iam fit executio. Ita est de nobis quando facimus peccata, morimur morte spirituali, clarū est, & processus factus est & sententia est iam data in curia iustitiæ Dei. Sententia est, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezech. 18. Ita Apostolus, Stipendia peccati mors. ad Rom. 6. Et iam fit executio eundo ad mortem. Equus qui ducit nos est sol. Dicatur de eius cursu. Ideo quilibet prudens debet se reputare iam mortuum. Ideo quando prosternimus nos in oratione hoc figuramus. Ideo ad significandum hoc Christus in nocte passionis procidit super terram, & orabat. Ideo dicit Apostolus, Si in vobis Christus est, corpus quidem mortuū est propter peccatum, spiritus viuit propter iustificationē. ad Rom. 8. Moraliter. ita debemus facere sicut sententiatus ad suspendium, vel infirmus derelictus à medicis, qui petit confessionem, facit testamentum, parcit inimicis, facit restitutionem, petit veniam, ordinat vitam suam. Ita debet facere quilibet nostrum. Nullus nostrum est certus, quod in sero sit viuus. Ideo confiteamini, remittatis iniurias, restituatis debita, respiciatis bursam, si est ibi aliquid de iniustis bonis, quia iam fit executio de vobis. Continuè vadimus ad mortem, propter hoc dicebat Apostolus, Existimate vos mortuos quidem esse peccato, viuentes autem Deo in Christo Iesu. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius. Romanorum. 6.

In die Ascensionis Domini.

Sermo vnicus.

Videntibus illis eleuatus est. Verbum istud habetur textualiter in actibus Apostolorum, capite primo. & officiatur in Epistola hodierna. Secūdum quod scitis hodie est solennitas mirabilis ascensionis Domini nostri Iesu Christi, quando completo opere nostrę redēptionis, de hoc mundo ascendit in cælū patenter corā virgine Maria & Apostolis & Discipulis. Et de hac benedicta ascensione erit sermo noster. Sed primò salutetur virgo Maria. Pro declaratione fundamē tali huius verbi & introductione materiæ sciendū, quod Dominus noster Iesus Christus in vita quam tenuit in hoc mundo, seruauit tale ordinem & modū viuendi in suis operibus, quod aliqua opera voluit facere secretè & occultè, alia publicè & manifestè, & hoc dupli ci ratione: Prima pro nostra instructione, vt faciamus opera bona secretè, vt fugiamus vanam gloriam, vt sicut homo abscondit thesaurum, ita & bona opera sunt abscondenda. Auctoritas. Attendite ne iustitiā vestrā, id est bona opera faciatis corā hominibus vt videamini ab eis, alioquin mercedē non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Mat. 6. Secunda ratio est de illis quæ faciebat publicè & manifestè, vt Deus Pater laudaretur & sanctificaretur. Instruimur nos vt bona quæ facimus publicè, vt prędicare vt celebrare & alia quæ nō possunt fieri absconse, sint ad laudem & honorē & gloriam Dei. Ideo dixit ipsemet. Sic luceat lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra & bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Mat. 5. Ecce quare Christus in vita sua fecit aliqua opera secretè & occultè, & aliqua publicè & manifestè. verbi gratia. Primum opus quod Christus fecit in hoc mundo pro nostra redēptione fuit eius benedicta incarnatio in vtero virginali, vt formaretur granum intra auellanam quæ fuit secreta, quia nulla persona humana nisi virgo Maria sciuit, iuxta prophetiam Dauid. Descendet sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terrā. inquit psalmista psal. 71. scilicet Deus iudicium tuū regi da. Secundū opus fuit eius natiuitas, & istud fuit publicum & manifestum, quia in vico publico Christus voluit nasci, vt omnes viderent eum. angeli in aere cantauerunt, & animalia ipsum in præsepio adorauerunt, stella reges perduxit statim & nox videbatur dies. iuxta prophetiā, Populus qui ambulat in tenebris vidit lucem magnā, habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Isa. 9. Tertiū opus fuit opus suę conuersationis & vitæ, aliqua opera fuæ vitæ fuerunt occulta, & aliqua manifesta. Vixit enim circa triginta annos in domo cū Ioseph & virgine Maria matre sua, quod non faciebat miracula, nec cognoscebatur eius diuinitas, licēt omnes gentes reputarent eum virum iustum, sanctum & bonum, non tamen omnes reputabant ipsum Dominum, quia diuinitas erat absconsa, iuxta prophetiam Isaia.

Verè tu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Verè tu es Deus absconditus Deꝰ Israël saluator. Isa. 45. Sed in baptismo voluit publicari & manifestari intantū quod cælū visū est apertum, & spiritus sanctus in specie columbę super eū descendit & vox patris intonuit dicens, Hic est filius meꝰ dilectus in quo mihi cōplacuit. Tūc Ioan. incœpit dicere, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Ioā. 1. Deinde statim intrauit desertū & fecit ibi quadragesimam nihil comedens nec bibens in illis quadraginta diebus, &c. Et istud opus fuit opus secretum dādo nobis exēplum faciendi secretę pœnitentiā, scilicet ieiunia, orationes, eleemosynas & similia. Deinde desertū exiuit & incœpit publicè prędicare toti populo. Ideo dixit cōram Anna, Ego palam locutus sum mūdo. Ego semper docui in synagoga, & in tēplo quo omnes Iudæi conueuerunt & in occulto locutus sum nihil. Ioan. 13. Aliud opus fuit occultum, scilicet eius transfiguratio in qua ostendit suam diuinitatem. Hoc voluit esse secretum, quia nullus Discipulorum fuit ibi, nec Apostolorum nisi Petrus, Iacobus, & Ioan. quibus præcepit, Nemini dixeritis visionem hanc donec filius hominis à mortuis resurgat. Mat. 17. Aliud opus voluit esse publicum, scilicet operationem miraculorū, curando infirmos, suscitādo mortuos. Ideo dicebat ipse, Opera quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Io. 5. Aliud opus occultum fuit sacramentū altaris. De quo ipse dixit, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Io. 6. Sed opus publicum fuit eius dolorosa passio, iuxta prophetiam in persona Christi dicentē, O vos omnes qui transitis per viam attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus. Thren. 1. Aliud opus occultū fuit eius gloriosa resurrectio, quia nec virgo Maria, nec alij viderunt ipsum resurgentem. Sed statim sequitur opus publicum & manifestum, scilicet suę gloriosę ascensionis, quia virgo Maria, & 70 discipuli, Apostoli, & mulieres sanctæ inter omnes erant 120. quasi, & omnes viderent ipsum ascendere. Ideo dixit ipse, Vado ad eum qui me misit, & nemo interrogat me quò vadis. Ioan. 16. Super quo dicit glossꝰ Bedę. Ac si apertè dicat, Reuertar ascendendo ad eum qui me incarnari constituit, & tanta tamque manifesta erit eiusdem ascensionis claritas, vt nemini vestrū opus sit interrogare, quò vadis, quia videntibus cunctis ad cælum pergā. Et hoc dicit thema, Videntibus illis, scilicet virgine Maria, Apostolis & discipulis, ad oculum publicè, & manifestè eleuatus est. Ecce qualiter primum opus nostræ redemptionis fuit secretum & occultum, & finis publicus & manifestus. Opera verò media aliqua fuerunt occulta & aliqua manifesta. De ista gloriosa ascensione volo vobis in præsenti prædicare tria puncta, in quibus stat tota materia huius festi.

Primum est ratio theologalis, quare ista ascensio fuit expediens.
Secundum de practica historia, quomodo ipsa fuit conueniens.
Tertium

Tertium est vtilitas finalis, de ista ascensione prouenient.

Prima ratio theologicalis, quare Christi ascēsio fuit expediens, fundatur in hac regula philosophiæ dicentis, Quælibet res ardēter diligēs trahit ad se cor, & cogitationes amātis. Sicut calore solis trahuntur sursum vapores terræ. Et lux in lāpade trahit ad se totum oleum paulatim. Ita persona ardenter amata, trahit ad se amantē ad cogitandum de ea in corde, os ad loquendum, oculus ad videndū, quia talis est natura amoris. Licèt hoc sit verum, tamen dabo vobis auctoritatē Christi dicentis, Vbi thesaurus vester est, ibi cor vestrum erit. Lu. 12. Quia igitur Apostoli & alij discipuli ardentissimè amabant corporalē prętentiā Christi, nec mirum, quia nimium amorosus fuit ex verbi dulcedine & conuersationis gratissimæ, & in alijs. Ideo plurimū à dilectione & receptione cælestium bonorum, quandiu Christus fuit in terra impediebantur, & non curabāt eleuare cor, nec desiderium in cælū. O dicit Christus, Ego faciam vos eleuare cor & intellectum in altum, & cogitationes vestras, quia ego ascendam in cælum. Ideo post ascensionem totum cor, & desiderium, & cogitationes eleuabant sursum: Ecce ratio quare fuit expediens, non solū ipsis Apostolis & discipulis, sed etiam nobis, vt ascenderet, quia nullus curasset de cælo, sed de Christo vbi esset. Istam rationē ponit ipsemet dicens Apostolis flentibus de suo recessū, Ego veritatē dico vobis. Expedit vobis vt ego vadam, si enim non abiero, paraclemus non veniet ad vos. Io. 16. Super quo dicit glossꝰ. Bedę, Expedit vobis vt forma serui vestris aspectibus subtrahatur, quatenus amor diuinitatis arctius vestris imprimatur cordibus. Patet ratio huius benedictę ascensionis. Moraliter habemus hic doctrinam arguendi per locum à minori. Si Apostoli impediebātur à receptione gratiarum spiritualium ex dilectione Christi, quid erit de nobis miseris, qui ita ardenter non diligimus Christū vt Apostoli, sed bona transitoria huius mundi, scilicet diuitias, honores, officia, dignitates, delectationes carnis, quæ nō permittunt eleuare intellectum in altum, sed inferius in negotijs terrenis? Ecce qualiter sumus impediti à receptione bonorum spiritualiū & gratiarū. Propter hoc bona huius mundi diligenda sunt cum sale temperantię. verbi gratia. Diuitię huius mūdi taliter diligendę sunt ne ex his perdamus diuitias paradisi incorruptibiles, quæ nunquā deficient. Idem de honoribus, ne ex his perdamus honores paradisi. Qualis honor est esse in societate sanctorum angelorum, archangelorū, & supra, & esse cum patriarchis, &c. Idem de officijs & dignitatibus. Idē de delicijs huius mundi, ne ex delicijs bestiarum perdamus delicias, & honores, & delectationes angelorum & sanctorum. Si vos habetis bonam vxorem, vel ipsa mulier bonū virum, debetis ipsum diligere tēperatè, ne ex ipsius amore in corde vestro minuatur amor Dei. Idē de dilectione filiorū,

& sic

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sic de omnibus istis. Auctoritas. Nolite diligere mundũ supplẽ mis, nec ea quæ in mundo sunt, quoniam omne quod est in mundo, concupiscẽtia carnis est. Ecce hic peccatũ luxuriæ, & cõcupiscẽtia oculorum. Ecce hic peccatũ auaritiæ, & superbia vitę. Ecce hic peccatũ superbię, ex honoribus, officijs, &c. 1. Ioan. 2. Quantum ad secundum punctum, scilicet de practica historiali, quomodo ascensio fuit cõueniens. Ex quo enim, scilicet scimus rationem quare ascendit, videam' modũ quomodo ascendit. Non enim voluit statim post resurrectionem in cælum ascendere, sed quadraginta diebus voluit in hoc mũdo remanere, vt suam resurrectionẽ per multa argumẽta probaret, & Apostolos instrueret, & doceret, & quadragesima die à sua resurrectione voluit ascendere in cælũ. Propter quod hodie bis apparuit Apostolis. De prima apparitione loquitur euangelium. De secunda, epistola hodierna. Recumbẽtibus vndecim discipulis apparuit illis Iesus. Marci vltimo, Salutans eos iuxta morem suũ dicens, Pax vobis. Et dixit eis quod hodie volebat ascendere cælum, ex quo cõpleuerat totũ opus nostrę redemptionis. Hoc audientes Apostoli, inceperunt flere. Et Christus, Si diligeretis me, gauderetis vtique, quia vado ad patrem. Ioan. 14. Domine, gaudemus de honore vestro, sed tristamur, quia dimittus nos orphanos, nec poterant eo medere prę tristitia. Ideo Christus amore eorũ comedit, vt ipli eomederent. Et conuescens præcepit eis, ab Hierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionem patris. Actuũ 1. & surrexerunt omnes, & processionabiliter iuerũt ad mõtẽ Oliueti secundũ quod dixerat eis Iesus. Propter hoc in multis locis fit hæc processio. Cũ autẽ fuissent in monte, Christus visibiliter apparuit eis, & salutauit matrem & omnes alios dicẽs, Pax vobis. Et dixit eis quomodo perfecerat opus propter quod venerat. Ideo volebat ascendere in cælũ ad patrem. Virgo autẽ Maria quæ sentiebat præsentiã sanctorũ, qui cum Christo debebant ascendere, dicebat filio cum lacrymis, vt placeret sibi quod ipsa ascenderet cum eo. Christus verò tergens sibi lacrymas dixit, Mater benedicta vos remanebitis loco mei, consolabitis Apostolos meos. Et propter sapientiam quam vobis dedi, destruetis hereses quæ insurgent. Propter hoc dicitur virgini Mariæ, Gaude Maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mũdo. Itẽ Apostoli rogauerunt eum vt ascenderẽt cũ eo, ne relinqueret eos orphanos. Qui dixit, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti docentes eos seruare omnia quęcunque mandaui vobis. Matthei vltimo. Non dimittã vos orphanos, ecce ego vobiscum sum, scilicet in sacramento altaris omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Matt. vltimo. Deinde dixit sibi Maria Magdalena, O Domine ego erã magna baroniſſa, & modò sum pauper. Ideo placeat vobis, quod ascẽdam

dam vobiscum. Et Christus, vos eritis socia matris meę, &c. Cũ autem Iesus sic eleuaretur à terra, & cœpisset ascendere, apostoli interrogauerunt eum dicentes, Domine si in tempore hoc restitues regnum Israel. Act, 1. Domine venietis citò ad dãdum regnũ Israël? Respondit Christus, Non est vestrum nosse tempora vel momenta quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem superueniẽtis spiritus sancti in vos, & eritis mihi in testes in Ierusalem, &c. Nota, non est vestrum scire determinatè diem iudicij, sed determinatè possumus dicere ꝙ citò & benè scitò, &c. Cùm autem iam ascenderet, & ipsi in altum eum respicerent, dixerunt, Domine detis nobis benedictionem. Et eleuatis manibus benedixit eis. Luc. vlti. Sicut sacerdos post missam dat benedictionẽ populo. Tunc nubes suscepit eũ ob oculis eorum. Nõ quòd ea indigeret ad ascendendũ, sed ad innuendũ, quòd omnis creatura est sibi subiecta. Dauid dicit de Deo patre, Omnia subiecisti sub pedibus eius. Cùm autẽ Christ' fuisset in cælo, quia subitò ascendit, ex quo apostoli nõ viderunt eũ misit duos angelos ad apostolos adhuc intuentes in cælum, qui dixerunt eis, Viri Galilęi quid statis aspicientes in cęlũ. Hic Iesus qui assumptus est à vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum. Acto. 1. Ecce practica historialis, quomodo ista benedicta ascensio fuit cõueniens, & qualiter ascendit, & sedet ad dexteram Dei, & fuit cõpleta prophetia Esaiæ. Vidi Dominũ sedentem super solium excelsum, & eleuatum, & plena erat omnis terra maiestate eius, & ea quæ sub ipso erant, replebat templũ, &c. Esa. 6. Tunc apostoli & discipuli adorantes regressi sunt in Ierusalẽ cum magno gaudio, & erant semper in tẽplo laudantes & benedicẽtes Deum. Luc. vlt. Moraliter hic cùm dicitur adorantes, &c. habemus exemplum & instructionem moralem eundi ad ecclesiam, & colendi festa cum gaudio, cessando à negotijs tẽporalibus, vt Christus quieuit in die resurrectionis. Et sunt colenda perfectè, quod innuitur cùm dicitur, Erãt semper in tẽplo, id est perfectè: plus enim proficiunt bona vestra ex bona obseruatione festi, quàm ex vestris laboribus. Tertiò sunt colenda deuota mente, cùm dicitur laudãtes & benedicentes Deum, s. cum silentio audiendo missam. extra de immuni. eccles. libr. 6. decret. Sit ad ecclesias humilis & deuotus ingressus, sit in eis quieta conuersatio, Deo grata, inspicientibus placida, &c. Dicatur contra loquentes in ecclesia, &c. Quantum ad tertium punctum, scilicet de vtilitate finali ab ipsa prouenięte, ex ipsa, scilicet ascensione. Istam vtilitatem siue fructum declarauit ipsemet dicẽs, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus, id est aliquid minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Et si abiero & præparauero vobis locum, iterum venio, & accipiã vos ad me. Ioa. decimoquarto. Ecce hic vtilitas finalis prouenięns. Not.

mansiones multæ sunt nouem ordines angelorum, quos Ioannes vocat plateas. Apoc. 21. Et platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.

Primus ordo seu prima platea statim in ingressu est sanctorum angelorum,
Secunda archangelorum,
Tertia principatuum,
Quarta potestatum,
Quinta virtutum,
Sexta dominationum,
Septima thronorum,
Octaua Cherubinorum,
Nona Seraphinorum.

Istæ mansiones Christus parauit. Ideo dixit, Vado parare vobis locum. Nota maximam Christi humilitatem. Reges cõmuniter præmittunt nũcios & scutiferos, vt præparent locum, sed Christus rex glorię ipsemet voluit ire ad parandum nobis locum. Posset hic fieri argumẽtum in oppositum. Cùm Christus dicat, venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mũdi. Matt. 25. Quomodo dicit ergo, Vado parare vobis locum? Responsio, quòd hoc potest intelligi dupliciter, scilicet vel per differentialem distinctionem, vel per realem possessionem. Quantum ad primum, à constitutione mundi iam paratum erat, iuxta auctoritatem Matt. 25. Venite benedicti. Secundo autem modo, s. per realem possessionem hodie parauit propter realem distributionem sanctorũ, qui cum Christo ascenderunt in ordinibus angelorum iuxta merita vniuscuiusque, quia nunquam antea intrauit aliquis vsque hodie, scilicet ante Christi ascensionem. Dicatur practicè, quomodo quando fuit in cælo cum sanctis patribus, tot millia collocauit in prima platea, scilicet angelorum. Collocauit enim ibi illos qui in hoc mũdo seruierunt sibi in pœnitentia, quemlibet in sua cathedra. Iam erat ibi nomen cuiuslibet scriptum, & cuilibet imponendo suam coronam in capite. In ordine archangelorum collocauit eos qui sibi seruierunt in operibus spiritualibus. In tertio ordine, scilicet principatuum, collocauit illos, qui sibi seruierunt in operibus misericordiæ. In quarto ordine, scilicet potestatum, illos, qui sibi seruierunt in magna patientia in aduersitatibus. In quinto ordine, scilicet virtutum, illos qui sibi seruierunt in patientia, non habendo malam voluntatem alicui, &c. In sexto ordine, scilicet dominationum, collocauit dominos terrenales, rectores, & iudices, qui cũ iustitia magna rexerunt communitates, &c. In septimo ordines, scilicet thronorum, illos qui amore sui tenuerunt vitã pauperem. In octauo ordine, s. Cherubin, contemplatiuos, qui habuerunt sapientiam diuinam. In nono ordine, scilicet Seraphin, charitatiuos ardẽtes in Dei amore. Ecce quomodo intelligitur, Vado parare vobis locum, quantum ad realem possessionem. Christus verò super omnes ordines angelorum sedet in solio suo ad dexteram, qui clarè videtur ab omnibus. Et sic patet tertius punctus, & per consequens totus sermo. Deo gratias, &c.

Feria sexta post Ascensionem. Sermo vnicus.

Sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælũ. Actuum. 1. Heri prædicaui vobis, quomodo Christus ascendit in cælum. Modò autem volo vobis declarare, quomodo descendet citò ad iudicium. Materia erit vtilis. Sed primò salutetur Virgo Maria, &c. Pro declaratione huius & introductione materiæ prædicandæ, sciendum quòd in sacra scriptura inueniuntur duo Christi aduentus, secundũ quòd erant duæ reparationes necessariæ. Ex peccato enim Adæ humanum genus incurrit duo mala.

Primum in anima,
Secundum in corpore.

Primò enim quando anima perdidit gratiam Dei, incurrit ignorantias. Secundum in corpore, quia cum labore oportet victum acquirere, habere miserias, tribulationes, & finaliter oportet nos mori. Propter hoc duo aduentus Christi leguntur. Primus est præteritus, quando venit ad reparandum mala animarum. Primò enim reparauit mala animarum, sicut prius venerant mala animæ quam corporis, quia omnia peccata & culpas & defectus reparauit per sacramentum baptismi, & per alia sacramenta ecclesiæ. Ignorantias animæ reparauit per legem euangelicam & spiritualem, quam dedit, dando animæ diuersas gratias & virtutes. In isto autem aduentu nondum reparauit mala corporis, sed adhuc cum labore & sudore viuimus, & etiam morimur. Sed in secundo aduentu, scilicet quando veniet ad iudicium citò in breui, tunc veniet ad reparandum mala corporis: quia tunc resurgemus cum corporibus gloriosis iuuenes ætatis 30 annorum, sine omni defectu & labore & dolore, immortales, impassibiles. De istis auctoritas. Apparebit in fine & non mentietur. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens, scilicet in primo aduentu, veniet, supple in secundo, & non tardabit. Abac. 2. Qualiter autem veniet huc, declarat thema dicẽs, sic veniet quemadmodum, &c. In Christi ascensione notaui sex circumstantias seu conditiones.

Prima associatio gloriosa,
Secunda conclamatio visceroſa,
Tertia congregatio copiosa,
Quarta allocutio gratiosa,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quinta increpatio rigorosa,
Sexta retributio virtuosa.

Omnes istæ conditiones similiter erunt in Christi descensione ad iudicium: igitur veniet quēadmodū, &c. Patet tota materia in summa. Prima ergo conditio vel circūstantia quę fuit in Christi ascensione, fuit associatio gloriosa quia non ascendit solus, sed cū magna societate gloriosa omnium sanctorū angelorum, qui descenderunt ad sociandum regem eorum & omnium sanctarum animarum, à primo iusto, s. Abel qui mortuus fuit, vsque ad vltimum mille millia, quis posset numerare? & aliqui præcedebant & aliqui sequebantur, & Christus ibat in medio, quemadmodū fit in processionibus. Hęc vocatur associatio gloriosa, de qua dicit Bernard. in sermo. ascensionis, Quàm digna est ista processio fratres charissimi, qua Christus cum animarum sanctarum & cælestium virtutum triumphali pompa deductus est ad patrem. Sic veniet in die iudicij, quia non descendet solus, sed omnes angeli descendent cum eo, & omnes sancti & sanctæ, quia in ista die euacuabitur cælum totum. Dicatur practica, quomodo in die iudicij de mane Christus dicet Virgini Mariæ matri suæ: Mater mea, hæc est dies iudicij, ideo descendamus ad iudicandum mundum, & vos angeli, principatus, & potestates præcedatis, & vos patriarchæ, & prophetæ, apostoli, martyres, confessores, virgines, &c. sequimini. Et Christus cum Virgine Maria in medio descendet, sic veniet, &c. De hoc prophetia, Dominus ad iudicium veniet cum senioribus populi sui & principibus. Esa. 3. Nota cū senioribus, id est sanctis, quia licèt multi eorum iuuenes fuerunt mortui, tamen dum viuerent gubernauerunt se vt senes. Item cum principibus, id est angelis sanctis qui sunt principes ad gubernandum populum suum, ergo sic veniet, &c. Moraliter ecce quàm plane manifestabuntur opera vestra, non solùm bona, sed etiam mala, omnes cogitationes, locutiones, operationes, & omissiones. O quanta mala tunc discooperientur, quia voluntate diuina solo intuitu videbūtur omnia peccata, & dicetur, O ecce traditor ille, & qualia operatus est iste: iustè damnatus est. Et qualis verecundia erit? Multi reputantur boni & iusti, qui tunc erunt damnati. Propter hoc dicebat apostolus, Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. 1. Corint. 4. Tunc enim respicient & dicent, Et quis ille? non est ille talis religiosus? Imò, ò ribalde, hypocrita, videbatur deuotus, & ecce quomodo erat proprietarius, inobediēs, & malus. Idē de clericis, de militibus, de doctoribus & de diuitibus vsurarijs. Idē de malieribus parientibus secretè, vel antequam veniāt ad matrimonium. Ecce quomodo tunc iudicabuntur à bonis. ideo dicit. Nolite ante tempus iudicare. Regratiamini mihi, si dem vobis modum & remedium cooperiendi peccata vestra, ne illa die appareant in confusionem vestrā. Cooperiatis vos velo pœnitentiæ, quæ quatuor species habet, siue quatuor frusta, vel angulos, scilicet contritionem, confessionem, &c. De hoc auctoritas Dauid, Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata, scilicet pallio pœnitentię. Beati sipple erunt in illa die. Ista remissio fit in confessione dicente Christo. Quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorū retinueritis retenta sunt. Ioan 20. Secunda conditio siue circunstantia fuit conclamatio virtuosa siue viscerosa. Dicatur similitudo de rege qui misit primogenitū suum ad Barbariam. Qua capta cum magnis periculis & prælijs finaliter redijt ad patrem. In cuius occursu fit cō clamatio tubarum & gentiū dicentium, viuat, viuat. Ita propriè fuit de Domino Iesu Christo Dei patris primogenito, vnigenito, quem misit ad Barbariam huius mundi, sicut radius solis mittitur à sole. Vt obtineret genus humanum, bellauit contra dæmones, & contra infideles, & peccatores, & fuit grauiter vulneratus, finaliter hodie victoriosus redijt ad patrem. Ideo cogitate qualis clamatio facta fuit, scilicet angelorum & sanctorum. De hoc Dauid in Psal. 46. dicit, Ascendet Deus in iubilo, & dominus in voce tubæ. Gregor: Iubilus est exultatio mentis quæ non potest exprimi nec tacere. Patet, Sic veniet quemadmodum, &c. Nam in die iudicij quādo cum Virgine Maria & omnibus sanctis angelis & alijs sanctis descendet in aēre, omnes mortui subitò resurgent diuina virtute. Dicet enim Christus Michaēli, Citentur partes ad iudicium, & statim tuba sonabit. Non intelligatis, quòd illa tuba sit alicuius metalli vel æris, vel argenti, sed dicitur similitudinariè: quia sicut tubæ habent voces terribiles, & mouent sanguinem hominum & equorum, & animantur, ita erit tunc vna vox terribilis quę ad quatuor partes terræ clamabit dicēs secundum Hieronymum, Surgite mortui, venite ad iudicium. In puncto omnes mortui à primo vsque ad vltimum tam boni quā mali resurgent in ætate. 30. annorum, siue mortui fuerint senes vel iuuenes, siue pueri in vtero matris mortui, quælibet anima tam bona quàm mala assumet suū corpus virtute diuina. De hoc auct. Ipse dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cælo. 1. Thes. 4. Moraliter. Rogo vos quòd cogitetis pro bono statu vitę vestræ, quomodo erit terribile audire illam vocem, quę in cælo & in inferno audietur, & omnes terrebit. Quid erit de peccatore in illa die, qualiter timebit? Sanctus Hieronymus dicebat de se qui cogitabat de his, Siue comedam, siue bibam, siue quid aliud faciā, semper videtur sonare in auribus meis illa vox terribilis tubæ, Surgite mortui, &c. O vos boni hoiēs, de quibus cogitatis in taberna, si ibi est bonū vinū, & alter in coquina quid comedet, & alter in bordello si est ibi aliqua pulchra putana, & alter quō poterit decipere alterum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum. Et sic vadimus ad mortem inferni sine timore vt capra ad macellum. Qualiter daret bonum computum thesaurarius regis, qui 4. vel 5. annis dispensauit pecunias regis, cui diceret rex, Cras sub pœna mortis reddas mihi bonum computum, & iste non haberet aliquid in scriptis. Sic de nobis quæ ministrauimus plusquam thesaurarius regis. Primò enim cogitationes cordis, ex quo habuistis vsum libri arbitrij. De omnibus oportet te reddere computū. Itē de

Quid sit otiosum verbum

ore. Item de omni verbo, bono, vel malo, siue otioso, quia verbum otiosum dicitur quod non est bonum nec malum, de omnibus oportet te reddere computum Deo. Auctoritas. Dico vobis, quoniā omne verbum otiosum quod locuti sunt homines, reddent rationē de eo in die iudicij. Matt. 12. Item de omnibus quę audiuistis, de omni passū quem feciſtis, de omni motu manuum, pedum, &c. de quolibet bolo panis, de qualibet tacea vini, & de omnibus bonis terrenis, diuitijs, hereditatibus, &c. de omnibus gratijs à Deo. De omnibus habebimus reddere computum Deo, & de omnibus istis habetis aliquid in scriptis? nihil. Qualiter ergo debemus timere, quia illa die cælum & terra trement. Ideo orat ecclesia di. Libera me Domine de morte æterna in die illa tremenda, quando cæli mouendi sunt & terra, &c. Remedium est, si vultis esse sine timore in illa die, custodiatis festa, ex quo laboratis sex diebus, quiescatis in septimo die, quia sic quieuit Deus. ideo Dauid, In memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Psal. 111. Tertia conditio siue circūstantia fuit congregatio copiosa, ſ. hominum & mulierum in monte Olueti, præsens fuit Virgo Maria cum alijs sanctis mulieribus, apostoli & alij discipuli. Dicit Apostolus 1 Cor. 15. q. vsus est plusquā quingētis fratribus simul qui cōuenerāt. Act. 1. Nam in die iudicij oēs tam boni quā mali congregabuntur in valle Iosaphat. Auct. In diebus illis & in tempore illo cū conuertero captiuitatem Iuda & Ierusalem congregabo oēs gentes, & deducā eas in vallē Iosaphat, & ibi disceptabo cū eis. Ioēlis 3. Boni autem erunt à dextris, mali autē à sinistris. Cùm venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separauit eas ab inuicem sicut pastor segregat oues ab hœdis, & statuet oues à dextris ei⁹, hœdos autē à sinistris. Mat. 25. Moraliter iuxta differentiam ouium & hœdorū dilata sicut tibi placuerit. Si vis, vide de ista materia in sermonibus de aduentu Domini. Quarta circūstantia fuit allocutio gratiosa, quia dicit apostolis, Accipietis virtutē superuenientis spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, &c. Act. 1. vel illud, Eritis in mundum vni. &c. Matt. vl. vel illud, Ecce ego vobiscum sum vsque ad cōsummationē sęculi. Matt. vl. Dico quòd sic veniet, quia tunc multum gratiosè loquetur bonis qui erunt à dextris, ſcta facie dicet

dicet eis, vt mater filio, veni fili mi, veni & dabo tibi fructus. Sic Christus dicet, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Matt. 25. Ecce allocutio Christi gratiosa. Moraliter nota applausum Christi ad bonos diuersimodè, iuxta diuersos status hominum, dicentis, O benedicte veni tu qui seruasti tuam religionem, & sic de alijs. Etiam boni eleuabuntur in altum, &c. in aëre cum sanctis. de hoc Apostolus, Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu Domini. Et sequitur, Deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiā Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus. 1. Thes. 4. Quinta conditio fuit reprehendendo increpatio rigorosa, & increpando peccata. De hoc dicit euāgelium, Apparuit illis Iesus & exprobrauit incredulitatem illorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum surrexisse à mortuis, non crediderant. Mar. vl. Et sic veniet & arguet durè, & increpabit malos qui erunt à sinistris eius, dicens, Discedite à me maledicti, &c. Matt. 25. Sicut dicit homo illi quē vult expellere de domo sua, discedite, &c. Moraliter. No. exprobrationē Christi ad malos diuersimodè, iuxta diuersitatem peccatorum, ibi tunc erunt tres planctus flebiles. Primus erit Iudæorum, secundus erit Agarenorū, tertius malorū Christianorū. de primo Zacharias in persona Christi, Aspicient ad me quē confixerunt, & plangent eum, &c. Zach. 12. Secundò quia Agareni non obedierunt Christo, cùm tamen dicat Machometus quod credent euangelijs Christi. O qualis planctus & dolor erit tunc inter eos. De tertio Dicit Christus peccatoribus & malis Christianis, Discedite à me maledicti qui fuistis superbi, vani, &c. cùm ego fuerim humilis, & dederim vobis exemplum humilitatis. Idem de auaris, luxuriosis, iracundis & vindicatiuis, &c. Pater exurget contra filium, & econuersò vxor contra virum, & econuersò. Et quanto amores fuerunt hic maiores, tanto plus inter eos erūt dolores, fletus, & ad inuicem persecutiones. Ideo amisemus, & bona hora corrigamus nos, ergo estote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet. Lucæ duodecimo. Sexta conditio fuit retributio virtuosa, quia quando fuit in cælo, collocauit sanctos patres in suis cathedris, in ordinibus angelorū. Apostolus, Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit bona hominibus. Ephesiorum quarto, Sic veniet. Primò enim retribuet malis, dicens, Inferne aperi os tuum, & degluti omnes istos impios. hoc facto terra redibit in primum statum, in quo fuit in principio mundi. Tunc Christus cum Virgine Maria ascendet in cælum præcedentibus angelis, & omnes beati sequentur. Et quando intrabunt cælū sancti qui nondum oculis corporeis viderunt cælum, dicent, O Domine tam pulchra res. Et Christus, Cogitate quia ego cū patre

Universidad de Deusto
Biblioteca

& spiritu sancto certaui, & pretio sanguinis mei charè emi vobis regnum istud. O domine non poteramus cogitare, & collocabûtur inter omnes angelos siue inter ordines angelorũ in suis cathedris. Auct. Filius hominis vẽturus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundũ opera eius. Matt. 16. Dum ergo tẽpus habemus operemur bonũ ad omnes, maximè autẽ ad domesticos fidei. ad Gal. 6. ergo, Sic veniet quemadmodum, &c.

Sabbato post ascensionem. Sermo vnicus.

IN *ciuitate sanctificata similiter requieui.* Ecclesia. 24. Materia quam volo modò prędicare, erit qualiter anima deuota ad instar Christi ascendit in cęlum, & habebimus bonas doctrinas. Sed primò salutetur Virgo Maria, &c. Verbum thematis est propriè verbũ Virginis Mariæ, sed appropriatè est verbum cuiuslibet animæ deuotę euntis ad paradisum, & dicentis: In ciuitate sanctificata, scilicet in gloria paradisi, similiter, scilicet Christo ascendenti requieui. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ, sciendum est quòd gloria paradisi dicitur ciuitas sanctificata. Ratio quia gloria paradisi est ordinata vt ciuitas Ierusalem, quæ tribus muris erat circundata, vt mitra Papę vel imperatoris, quæ habet tres coronas. In prima clausura & altiori habitabant laboratores. In secunda & altiori habitabant milites & prophetę. In tertia erat templum Domini & palatium regis, & in ea habitabãt seruitores Dei, s. Leuitę & sacerdotes. Sic in cælo sunt tres hierarchiæ, quasi tres muri. In prima habitant qui in hoc mũdo vixerũt simpliciter in seruitio Dei. In secunda autẽ magis perfecti & virtuosi. In tertia altiori habitant illi qui in hoc mundo tenuerunt vitam apostolicã, dimittentes diuitias & honores temporales propter Deum, & fuerunt ardentes in charitate Dei & amore. Ecce ratio quare gloria paradisi dicitur ciuitas, cuius participatio in idipsum. in Psal. Lætatus sum. Dicet aliquis, si ita collocati sunt in paradiso secundũ superius & inferius, an vident omnes Deũ? Dico quòd sic. Ideo dicit, cuius participatio in idipsum. Dicitur etiã sanctificata, i. in sanctitate confirmata. In hoc mundo nullus sanctorum nisi Christus & Virgo Maria fuerunt sine peccato. Sed in paradiso sunt ita confirmati, quòd nõ possunt peccare, ideo oẽs sunt sancti. Aucto. Omnis qui relictus fuerit in Sion & residuus in Ierusalẽ, sanctus vocabitur omnis qui scriptus est in vita in Ierusalẽ. Esa. 4. No. Omnis qui relictus fuerit in Sion. Sion significat vitã prędictam, in qua qui bene vixerit, de Sion veniet in Ierusalẽ, s. in visionẽ pacis paradisi. De ista ciuitate dicit thema in persona animę sanctæ. In ciuitate sanctificata, &c. Nota quinque in ascensione Christi ad quorũ similitudinẽ anima sancta ascẽdit in requiẽ ciuitatis supernè: quę quinq, sunt necessaria volenti ascendere, & ex mundo exire. Primò quidem

quidem Christo affuerunt angeli cælorum omnes animæ sanctorũ, parentes, apostoli, & discipuli, & amici. De hoc legitur figura Gen. 32. de Iacob quomodo solus recessit de domo patris, & cũ baculo in manu transiuit Iordanem, & post multũ temporis rediens cũ magna multitudine dixit. In baculo meo transiui Iordanẽ istũ, & nunc cum duabus turmis regredior, &c. Figura fuit Christi, Flumen Iordanis signat passionem & mortem Christi. Ior, id est riuus, dan, id est iudicium: Iordanis, id est riuus iudicij. Ecce mors Christi, ad quã statim natus incœpit fluere. Et ideo modò dicitur riuus. 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aquę dilabimur super terrã, totũ nostrum viuere nõ est nisi mori, quia comedẽdo, bibendo, loquẽdo, dormiẽdo, vel stãdo, cõtinuè vadimus ad mortẽ, quasi aquæ dilabimur. Dicitur autẽ mors riuus iudicij. Ratio, quia morimur Dei iudicio, quia ita diffinitum est Dei iudicio, & sententiatũ à Deo, vt nullus intret paradisum, nisi prius trãseat hoc flumẽ mortis. Intantũ q; nec Christus nec Virgo Maria beata fuerũt exẽpti. Ideo Eccle. 41. Noli metuere iudiciũ mortis, s. cogitando q; euades, quia nullus euasit. Memẽto quę ante te fuerunt, & quæ superuẽtura sunt tibi, hoc iudiciũ à Domino omni carni, &c. Ideo de morte dicit Christus, In baculo meo, s. crucis transiui Iordanẽ istum, s. iudicium mortis, quia nulla sancta persona mortua est cũ eo, sed ipse solus & pauperrimus, quia nudus, &c. Nunc autem in die ascensionis cũ duabus turmis regredior, s. angelorũ & patrum sanctorũ. Similiter in recessu animæ sanctæ, quando de hoc mundo ascendit in cælum, habet duas societates de cælo. Ecce quando persona deuota quæ fecit magnã & cõdignã pœnitentiã, est in extremis, angelus bonus qui est custos qui videt omnia interiora, & cognoscit horã mortis, subitò ascẽdit in cęlũ, & totus lætus vadit ad cathedrã Christi & Virginis Mariæ, dicẽs bona noua, licèt Christus sciat totũ, tamẽ ipse interrogat iustum & impiũ di. Quid est? Respondet Angelus, Domine, vna persona per vos mihi cõmissa tot anni sunt, modò laborat in extremis, vixit benè & sanctè, dicit ibi corã Christo omnia bona quæ fecit, qualis honor! Tunc Christus præcepit Michaëli, vt mittat quinquaginta vel centũ millia angelorum, vt associẽt animã eius. Angeli verò ꝓpter amorem magnũ quẽ habent ad nos, offerunt se dicendo, Domine ego sum hic, mittatis me, &c. Filij verò vel parẽtes seu amici, qui sunt iã in cælo, qui cognoscunt angelũ, vadunt ad Christũ dicendo, Domine vos præcepisti honorare parentes, ideo pater meus, vel mater mea, vel talis amicus noster, modò est ad mortẽ infirmus, ideo de vestra licentia ibimus ad associandũ eum, & placet Christo, & veniũt cum angelis, licèt nõ videantur à nobis carne impediente, tamẽ tota camera est plena eorum præsentia, & statim anima sentit eorum præsentiã, & quãdo est extra corpus, statim videt angelos & anima

Universidad de Deusto
Biblioteca

clarius quàm vos videtis me modò. Et dicit, Et vade mihi tantus honor? Et ascendit cum eis in cælum. Auct. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est, Sap. 5. Talis anima potest bene dicere. In ciuitate sanctificata similiter, &c. non dico æqualiter Christo ascendenti requieui. Secùs de anima impœnitente, quæ non dolet de peccatis, nec confitetur, nec restituit, nec remittit inimicis, ad talem non veniunt angeli boni, sed dæmones. Dicatur quomodo illemet diabolus, qui fecit eam peccare, quando est in articulo mortis, vadit ad Luciferum dicens, Talis religiosus, clericus vel laicus, quem ego inclinaui ad peccata, modò est in articulo mortis, ideo habeamus societatem. Et Lucifer mittit copiam dæmonum, & anima statim sentit eorum præsentiam, & nollet exire, & reuertitur intus. Sicut enim criminalis vel criminosus nollet exire captionem, quando debet duci ad furcam, sed cogitur: Ita nũc de anima impœnitẽte. Auct. Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur. Prouer. 21. Nota à via doctrinę eum ad paradisum, quæ est illa, Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Mat. 4. Qui enim ab ista via declinauerit in sine, in cœtu gigantium, id est dęmonum commorabitur. Ideo pro tempore faciamus pœnitentiam, si euadere volumus tam grandia futura mala. Secunda conditio & similitudo in Christi ascensione & animæ est conclamatio. Christus non cum silentio, sed cum laudibus tubarũ ascendit, sicut rex quando redijt victoriosus ad suum regnũ, à vasallis suis fit subitò conclamatio. Ita potestis cogitare de Christo quando victoriosus de diabolo, de mũdo, & de peccatoribus hodie ad suum regnum redibat. Cogitate qualiter aër totus erat plen' choris angelorum. ideo Dauid in Psal. 46. Omnes gentes dicit, Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubę. Greg. Iubilus est exultatio, quæ nec exprimi potest, nec taceri valet. Similiter est de anima sancta & deuota, non dico æqualiter quando ascendit in cælum, scitis qualiter ascendit, quemadmodum depingitur Maria Magdalena, quando eleuabatur ab angelis in aẽre, ita de anima sancta aliqui angeli precedunt, aliqui comitantur, aliqui sequuntur. Idẽ de filijs paruis qui veniunt animam associare, de quibus deberetis facere magnum festum & gaudium quando moriuntur. Et vos ploratis, quòd non deberetis facere, & sancta anima ascendit Lætabunda. Et si placeat sibi talis honos, tamẽ dicit, Non nobis Domine nõ nobis, sed nomini tuo da gloriam. Angeli autem cantant vnã cantilenam habentem tres versus secundum tres virtutes necessarias ad salutem siue saluationem. Prima virtus est recedere à peccatis & ab omni occasione peccandi. Ista virtus est pœnitentia, propter hanc cantant angeli primam cantilenã dicentes, Felix dies, felix hora, felix tempus, felix mora in qua peccata dimisisti. Cogitate quantum gaudium est ipsius animę. Secunda virtus necessaria est obedientia. Modicum esset recedere à peccatis, nisi homo seruaret bonũ propositum & seruaret Dei præcepta. Verbi gratia, vt religiosus seruet suam regulam & cęremonias, &c. propter hanc cantant secundã cantilenam, Felix dies, felix hora, &c. in qua Christo adhæsisti. Tertia virtus persęuerantia. In ista completur totum nostrum gaudiũ, propter hanc cantant tertiam cantilenam dicendo. Felix dies, felix hora, &c. in qua pœnitentiam compleuisti. Et sic anima ascendit. Factum est autem vt moreretur mendicus & portaretur ab angelis. Nota angelis, in plurali, in sinu Abrahæ. Luc. 16. Secùs est de anima peccatrice & impœnitente, qua exunte à corpore statim dæmones sunt ibi, & faciunt sicut venatores ad venationem porcorum faciũt, quia totum nemus resonat de illo strepitu sine concrepatione cornuũ, tubarum, & latronum, canũ. Auct. Infernus sub te conturbatus est, in occursum aduentus tui, suscitabit tibi gigantes. Esa. 14. Et loquebatur cuidam homini malæ vitæ illam turbationẽ potestis intelligere ad instar villæ, ad quam subitò veniunt Agareni siue inimici ad capiendum eam, qualis turbatio esset in villa, ideo auisetis vos. Tertia similitudo, vt di. Aug. Christo ascendente fuit quod maximum terrorem incussit dæmonibus mediam regionem aëris inhabitantibus. No. hic declarationem tubarũ, &c. Sed Christo ascendẽte fugerunt timore concussi, vt fugiunt qui morantur in nemore, quando sentiunt regem illac transire. De hoc dicit Dauid, Exurgat Deus, s. ascendendo, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. Psal. 67. Augu. Ascendente Christo pauet omne cælum, mirantur astra, plaudunt agmina, tuba sonat, &c. Similiter de anima sancta. Postquam enim Christus ascendit, dæmones redierunt ad suum locum dicendo Christo, non potuimus contradicere ne transiretis, sed de cetero videbimus quis transibit. Sic cùm anima sancta cum societate angelorum ascendit similiter dæmones fugiunt. Contemplamini hic quando anima videt dæmones fugientes, & cognoscit eos qui eam tentauerunt, dicit cuilibet nominãdo eum. O tu traditor leuiatan tu tentauisti me de superbia, ô proditor nisi Dominus iuuisset me, fuissem damnatus. & sic de alijs. Ex quo tam est secura de gloria, & benè associata deridet eos, ipsi verò fugiunt. Aucto. Turbabuntur gentes, sup. infernales, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis exitus matutini & vespere delectabis, Psal 64. Nota qui habitant terminos, scilicet in media regione, quia omne mediũ, est terminus extremorum, à signis tuis, s. gratiæ & gloriæ & virtutũ ipsius animæ. Exitus matutini & vespere de fini b' hui' vitæ, quia finis dicitur matutina, vespere diuersis respectib'. Dicitur matutina, qa tũc oritur claritas glorię animę sĩctę. Et dicitur vespere, qa est finis hui' vitę. Totaliter sec' de aĩa iniqua & ipeni

tente

tente est, quando descendit ad infernum, dæmones derident eã dicentes, Modò ribaldi quia aqua baptismi perdita fuit in vobis, & etiã chrisma, & sanguis redemptoris & sacramenta. De hoc Aucto. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, facier te in gaudiũ inimicis tuis. 18. Nota in gaudium, f. falsum & malitiosum, quemadmodũ gauderet ille qui suspenditur, si primò videret suspendere inimicos suos. Quarta conditio fuit Christo ascendenti, quando enim fuit ad portas paradisi, quæ erant clausæ ex peccato Adæ, tunc omnes turbati sunt, quando angeli qui præcedebant clamauerũt dicentes. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, s. ex longa duratione, & introibit rex gloriæ. psal. 23. Et licèt iam scirent quis erat, tamen ex admiratione responderunt, Quis est iste rex gloriæ, &c. Tunc Christus intrauit cum sanctis animabus. Ideo beatus Stephanus qui post Christi ascensionem fuit passus, clamauit di. Ecce video cælos apertos, & Iesum stantẽ à dextris virtutis Dei. Postquàm Christus cælum intrauit, portæ cæli clausæ sunt, sed non ita fortiter vt prius. Auct. Cùm intrauerit paterfamilias & clauserit ostium, incipietis foris stare & pulsare ostiũ dicentes, Domine Domine aperi nobis. Luc. 13. Sic quando anima sancta ascendit, similiter, portę statim aperiuntur, & dicitur sibi à Christo, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Matt. 15. Nota. In pauca fuisti fidelis, quia bona quæ facimus in hoc mundo, sunt pauca respectu glorię quæ datur bonis. Fidelis dicitur, quia in bonis quæ facit, noluit honorẽ proprium, sed honorem Dei: quia bona opera facta iusta & recta intentione faciunt hominem fidelẽ: Secùs de anima peccatis infecta, quando venit ad portas inferni, & videt illa horribilia tormẽta, tunc aperitur gula inferni, & anima clamat, O misera. tunc dicũt dæmones adinuicem, Habeatis vobis istum peccatorem, quia vita vestra meretur ista. De hoc aucto. Dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum absque vllo termino. Isa. 5. Quinta cõditio, Christo ascendente fuit solenniter festiuatus. Qualiter autem fuit receptus à Deo patre & Spiritu sancto, non potest linguis declarari, sed deuotæ personæ per intellectum possunt hoc contemplari, qualiter fuit receptus à Deo patre, hoc fuit reuelatũ Danieli, qui dixit, Ecce cũ nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquũ dierum peruenit. Et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatẽ & honorem & regnum, & omnes populi, tribus & linguæ seruient ei. Dan. 7. Nota, Ecce cũ nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, scilicet secundum humanitatẽ, quia inquantum Deus semper erat in cælo & in terra vt radius solis, quia licèt veniat in hunc mundũ ad illuminandum, calefaciendum & fructificandum, tamen non recedit. Ita de Christo secundum diuinitatem. Sed dicitur ascẽdere

dere secũdum humanitatẽ, & quãdo fuit corã Deo adorando eum, inquantum Deus æqualis est Deo patri, dixit. Manifestaui nomẽtuũ hominibus quos dedisti mihi, opus cõsummaui. Io. 17. Respõdit sibi pater, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi benè cõplacui. Lu. 3. Item Spiritui sancto eum adorando dixit inquantum homo, Spiritus Domini, super me, quia inquantum Deus æqualis est, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captiuis remissionem, &c. Luc. 4. Respondit Spiritui sancto, Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis. Psal. 44. Tunc à patre & Spiritu sancto fuit collocatus ad dexteram in cathedra gloriæ super omnes creaturas. Deinde venerunt sancti angeli vt vasalli facientes reuerentiã regi adorãtes Christum, dicendo, benedictio & claritas & sapientia & gratiarum actio, honor & virtus & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum amẽ. Apoc. 7. Qui respondens ait, Vos estis administratorij spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatẽ capiunt salutis. Ad Hebr. 1. Deinde omnes animæ sanctorum qui cum eo ascenderunt, vt Adæ & omniũ patriarcharũ & prophetarũ, &c. Adorãtes Christũ dixerunt, Dignus es Domine accipere librum & aperire signacula eius, quoniam occisus es & redemisti nos sanguine tuo. Apoc. 5. Respondit Christus dicens, Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, vt virtutes eius annuntietis, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. 1. Pet. 2. Ecce hic vnum modicum de receptione facta Christo ascendenti. Similiter animæ sanctæ, non dico æqualiter, quando enim anima sancta intrat cælum empireum, transit per ordines angelorum, angeli & sancti qui stant in illis palatijs corporalibus non de materia terrestri, sed cælesti respicientes per fenestras suas, omnes salutantes animam intrantem dicent, O benedicta anima, benedicta dies, in qua pœnitentiam fecisti, restituisti, remisisti. Anima respondet, nõ nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam, & sic præducitur vsque ad Christi cathedram vbi adorat Christum regratiando sibi, qui ipsam præduxit ad debitum finem, & ibi coronatur à Christo, quẽadmodũ depingitur Virgo Maria, quãdo coronatur à Christo, iuxta illud, Veni electa mea, veni coronaberis. Aucto. Iusti in perpetuũ viuent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnũ decoris & diadema speciei de manu Domini. Sap. 5 O quale festũ sit tunc in cęlo, & tripudia ab angelis Dei. Aucto. Dico vobis, gaudium est in cęlo super vno peccatore pœnitentiam agente. Lu. 15. Quãto magis super vno peccatore pœnitentiã cõplente. Secùs de anima damnata impœnitente, aliud festũ sit sibi in inferno, vt Domin⁹ custodiat nos ab isto festo. De quo Isa. 14. Oĕs principes terrę surrexerunt de solijs suis,

omnes

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes principes nationum. Vniuersi respondebunt, & dicent ibi, Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es, Detracta est vsque ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum. Subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.

Dominica intra octa. Ascensionis. *Sermo I.*

Ille testimonium perhibebit de me. Verbum istud habetur texualiter Ioan. 15. & officialiter in euangelio hodierno. Sermo noster erit de sancto euangelio præsentis dominicæ, singulariter de verbo proposito pro themate. Et habebimus multas bonas doctrinas ad peccatorum correctionem & vitæ instructionē. Sed primò salutetur Virgo Maria. Pro declaratione huius verbi & prosecutione totius materię nostri sermonis, sciendum quòd Deus dans doctrinam & regulam & legem omnibus iudicibus mundi, quō se debeant regere ad puniendum & corrigendū peccata dixit. Non stabit testis vnus contra aliquem, quidquid illud peccati vel facinoris fuerit, sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Deut. 19. Ratio huius legis est, quia quando vna sola persona testatur contra aliā, & alia negat, æquales sunt. Iudex non plus habet rationē condemnādi quā soluendi. Sed quando sunt duo testes contra vnū, tunc vnus est conuictus, si sint tres testes, melius iam iudex potest eum condemnare. Ideo dicit, In ore duorum vel triū testium, &c. Ecce legē quā dedit, & sicut dedit illis, sic alijs iudicibus, ita etiam vult eam seruare. Nā antequā anima intret paradisum, ū sit bona, vel infernū, ū sit mala, vel purgatoriū, primò venit ad iudicium Christi, & ibi iudicatur. Auct. Statutū est hominib' semel mori, post hoc autē iudiciū ad Heb. 9. In primo enim iudicio Christus procedit per legē datam alijs iudicibus, s. cū duobus aut tribus testibus cōtra reū, & secundū q̄ testes sunt ,p̄ anima, vel cōtra animā, ipsa iudicatur. Primus testis est conscientia propria humanalis. Secūdus bonus angelus cęlestialis. Tertius est Iesus iudex vniuersalis. De quolibet istorū dicit theIlle, s. primus vel secūdus vel tertius testis testimoniū perhibebit dē me, ,p̄ me vel cōtra me. Dico primo q̄ propria conscientia humana est testis, quia cōscientia hominis est liber, in quo scribūtur omnia bona & mala quę homo facit. Quādo homo facit aliquod bonū opus, illud opus trānit, sed remanet scriptū in libro cōscientię. verbi gratia. Credo q̄ quilibet nostrū hodie orauit postquā fuit indutus genibus flexis, etiā illud opus iā transiuit, tamen remanet scriptum in libro conscientiæ ad testificandū in iudicio. Itē si hodie feciſtis eleemosynā, & deuotè & cū silentio audiuistis missam. Idē si salutastis alium bono corde, & sic de alijs. Illa opera trāseūt, sed remanēt scripta in libro conscientiæ. Auctoritas. Cùm gentes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, huiusmodi legē non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostēdunt opus legis scriptum in cordibus suis. Rom. 2. Idem de malis operibus dicas, Dixisti hodie aliquod mendaciū, illud iam transiuit, sed manet scriptū in libro conscientiæ ad testificandum contra te in iudicio. Item si iurasti per Deum, & vituperasti aliquem, vel locutus fuisti in missa, si es religiosus qui silere in mensa debes, vel respexisti mulierem discurrendo per villam, vel ciuitatem, vel in ecclesia. Auctoritas. Imperfectū meum viderūt oculi tui, & in libro tuo omnes, supple defectus scribentur. Psal. 138. Nota, imperfectum meum, &c. quasi diceret, Domine quando ego peccabam, credebam facere peccata secretè abscondendo me a Gētibus, sed tu Domine vidisti, &c. & in libro tuo, &c. Conscientia enim hominis dicitur liber Dei. Ratio quia ipse fecit illum librum, & creauit, & scribit, & legit, & nullus alius. Cognoscere enim cogitationes cordium siue intellectū, vt sunt in intellectu, solius Dei est. De quo vide sanct. Tho. 1. parte. q. 57. ar. 5. Modò iste liber est clausus, quia nullus potest legere nisi Deus, & ego in meā, tu in tua conscientia, & ille in suā, &c. Sed in iudicio quādo anima veniet timens & tremens dicet Christus. Videamus librū, & tūc conscientia aperietur, & dabit testimonium. Si anima recessit à corpore in gratia, mala & peccata non apparebunt in cōfusionē, immo in bonum testimonium animæ in gloria. Vnde Apostolus, Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. 2. ad Cor. 1. Sed ū vixit in mala vita, peccatis, & finaliter moritur impœnitens, tūc nullum bonum apparebit scriptum in libro cōscientiæ, quia quādiu fumus in peccato, opera nostra nō sunt meritoria. Ideo nō apparebūt nisi mala opera scripta in charta illa. ideo Apostolus. Testimonium reddente illis conscientia ipsorū, & inter se inuicem cogitationum accusantium aut etiam defendentium in die cū iudicabit Deus, occulta hominū. Rom. 2. Do vobis hoc remedium & bonum cōsiliū, quod si vultis tenere, & mihi credere, tunc testimonium conscientiæ vestræ erit pro vobis, & non cōtra vos, licèt feceritis multa mala & peccata. Istud remedium capiatis per similitudinē hāc. In quodam loco erat homo quidem malæ vitæ, latro, homicida, & faciebat multa mala, sed secretè timore iustitię. Sed quantūcunque ignis fiat secretè, & in abscōdito, fumus exiet inde, rex sciens illius hominis mala, commisit iudici illius loci, vt faceret processum contra illum hominē taliter, q̄ ille homo nihil sciret. Quo facto ,p̄cessu clauso, & signato sciens iudex, quod homo iste contra quem fecit processum, esset iturus ad regem, dixit sibi quòd portaret regi vnum librum, qui acceptauit librum & erat processus contra eum factus. Quando autem latro fuit in via, cogitauit, & timuit, an ista scriptura esset contra eum, quia *Conscius ipse sibi, de se putat omnia dici.* Dicens intra se, Quid scio, quid porto. Iste liber processus vidētur, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui aperuit dictū processum, & legit ibi, & inuenit clarè omnia mala quę fecerat, qui incœpit flere dicens, O miser quid faciam, si ego porro hoc regi, suspensus sum, volebat comburrere processum, sed timebat perdere omnia bona sua. Qui accessit ad quēdam notarium amicum, exponens ei suam necessitatē & casum. Ad quem notarius dixit, si de cetero vultis vos cauere & emendare vitam vestram, ego iuuabo vos. Qui promisit emendam. Tunc notarius fidelis radit de processu subtiliter, vbi erat affirmatiua, posuit negatiuā, & vbi erant testes cōtra eum, posuit pro ipso, & clausit processum di. Modò vadatis ad regē, nec oportet vos timere, immo rex benè accipiet vos. Quando autem fuit cum rege, assistentes qui erant cum rege dicebant, Domine iste est ille malus homo talis loci, capiatur, & statim rex mādauit vt statim caperetur & suspēderetur, sed ipse homo presentauit processum regi, qui lecto processu, rex osculatus est eum, & mādauit sibi dare centū florenos. Rex iste est ille de quo dicitur, Rex regū, & Dominus dominātiū. Apoc. 19. sed malefactor est quilibet nostrum Sumus enim homicidæ & latrones, &c. Si tu dicis, Ego nunquam occidi aliquē, probo quòd sic. Homicida occidit corpus, sed qui peccat mortaliter, occidit animam, quoties enim peccasti mortaliter, toties occidisti animam. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezech. 18. Item si occidisti proximum, homicida es. Auctoritas. Omnis enim qui odit fratrem suum, homicida est. 1. Ioan. 3. Item quotiescunque inclinasti, vel induxisti alium ad peccandum mortaliter, toties animam occidisti, de pe. dist. 1. Noli dicit Aug. noli putare te homicidā nō esse, quando fratri tuo malum persuades. Cùm enim fratri tuo malum persuades, occidis. Item sumus fures, quotiescunque furati sumus Deo honorem vel reuerentiam vel obedientiam ad sua præcepta, toties fecimus furtum. Item proximo famam & ecclesiæ decimas, seruitoribus & solidatum & mercedem operum, mortuis legata, furtum committimus omnes. Auct. Quot quot venerunt fures sunt & latrones. Io. 10. c. Et processus est iam factus, clausus, & signatus. Et quilibet portat suum processum ad regem Christum. Ergo quid faciendum? Dico q̄ sicut fecit latro. Primō aperiatur iste processus legēdo ea quæ ibi cōtinentur. Secundò debemus flere sicut iste fleuit. Tertiò debem⁹ ostēdere processum amico notario. Quartò fiat q̄ notarius radat subtiliter, &c. Primò liber cōscientiæ aperietur cogitādo malam vitam quā tenuit. Si es religiosus, cogita si seruasti regulā, & cęremonias. Si sacerdos, cogita qualiter officiū celebrasti, si cum pura deuotione vel p̄ pecunia, si vnquam iurasti vel mētitus fuisti, si vixisti castè, &c. ide de vobis, quilibet cogitet vitam quā tenuit, isto modo liber cōscientiæ aperitur. Secūdò plora, ecce cōtritio dicēs, O miser quid erit de me, &c. Tertiò recurrere debes ad amicū, & dicere sibi totum, & ostendere sibi

sibi librū. Amicus iste est cōfessor, amicus plusquā pater vel mater, & ostendere sibi librū debes, clarè dicendo peccata. Pater ego sum magn⁹ peccator. Primò feci hoc & hoc. Et post cōfessionē cōfessor debet quærere propositū in corde vestro decetero cauendi & emendādi vitā vestram. Si dicetis quod sic, tūc cōfessor radit & delet peccata de cōscientiā, scilicet cum lingua. Nullus gladius tantū scindit, quantum lingua cōfessoris, quando eleuat manū, & dicit Misereatur tui omnipotens Deus, & dimittat tibi omnia, &c. Facta absolutione omnia peccata & mala sunt rasa de libro cōscientię. Ita radit subtiliter, quod sicut cōscientia erat cōtra te, &c. testatur pro te. Deinde dicet cōfessor modò securè vadas ad regē. Vadit homo securus pœnitentiā implēs datā à cōfessore, & quādo anima vēnit corā Christo in iudicio & processus cōscientiæ aperitur, omnes testes sunt pro anima. Benedictus erit qui cōsiliū hoc seruauerit. Hoc Deus met dicit peccatori. Sume tibi librū grandē, & scribe in hoc stylo, velociter spolia detrahe, citò prædare. Esaiæ. 8 Nota, Sume tibi, nō alteri, quia nullus alius potest ibi legere librū grandem. Magnus liber est decretales, maior decretum, & maior biblia. Maior omnibus his est cōscientia. Liber sumitur cogitādo peccata, vt dixi. Scribitur stylo hominis, quia ex quo Deus factus est homo, dedit hominibus potestatem remittendi peccata & nō antè. Auditur velociter, &c. Nullus dicat, volo cōfiteri in quadragesima, &c. forte hodie vel eras morieris, &c Et sic patet prima ps sermonis. Dico secundò quod alius testis est angelus bonus cælestialis. Sciendū quod quilibet homo vel mulier à natiuitate quandiu viuit in hoc mundo, habet vnū angelum bonum de cælo summo ad sui custodiam à Deo omnipotenti deputatum vnde Hiero. Magna est dignitas animarū, vt vnaquęque anima ab ortu suæ natiuitatis habeat angelū ad custodiam deputatum, quia aliter dæmones suffocarēt nos & impedirent omnia opera nostra. Ideo Deus dat angelū ad custodiā, sicut Dominus qui habet oues dat eis custodiā pastoris. De hac custodia Dauid in Psal. Angelis suis Deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Psal. 90. Iste autem testis videt quicquid homo facit, & dicit. Ideo testificatur de visu & auditu. Modò contemplare hic quantū placeat angelo bono, quando homo facit bona opera, orationē denotam, ieiunium, &c. Tunc enim angelus eleuat oculos ad Deum dicens, O Domine audiatis eum, iam videtis quomodo deuotè orat, ieiunat, &c Sic de quolibet bono opere. Et non solum iste angelus gaudet, sed etiam omnes alij angeli de cælo. Gaudium est angelis Dei, &c. Lucæ decimoquinto. Per oppositum, quando facimus peccata, vel aliquam inhonestatem, dicit angelus, O de isto proditore quid dicam? Cogita si coram aliqua deuota persona tu faceres inhonestatem, quid diceret? Ita angelus. Multi credunt quod

quando volunt facere aliquod furtum vel luxuriã secretè, quod nul lus videat, dicunt, O nullus videt me. O miser aperi oculos mentis, & vide ibi angelũ præsentẽ, qui dicit, O de isto proditore, quid ego dicam iudici? O de ista meretrice siue putana quid dicam? Etiã de eo illi clamant cõtra illum peccatorem, acsi modò corã nobis veniret aliqua mulier meretrix nuda, omnes vos diceretis. O illa vilis meretrix, foras, &c. Modò cogitate qualiter sancti angeli, qui abhorrent peccata, qualiter indignatur. Auctoritas. Ecce videntes clamabunt foris. Angeli pacis amarè flebunt. Esaiæ. 33. No. Ecce videntes, quia sunt nobilescũ hic angeli pacis, qui sunt de cælo, quia illi de inferno sunt angeli guerræ & diuisionis, amarè flebunt, quantum ad detestationem peccatorũ. Non intelligatis quod sit talis fletus sicut est noster, qui venit ex tristitia vel deuotione, sicut in deuotis personis. Cogita quale testimonium faciet angelus in iudicio. Quando enim anima peccatrix impœnitens venit ad iudicium, & dæmones eam accusant, Christus iustus iudex vult audire partes, dicẽs, Videamus quid dicitis vos angeli. Qui respondent, scilicet dæmones, Domine ista anima fecit hoc & hoc. Ideo faciatis iustitiã pro vno peccato damnastis vos in perpetuũ, & iste fecit tot peccata, & ideo, &c. Tunc Christus licèt sciat totum, tamen secundum formam iudicis quærit à testibus. Interrogat angelũ dei, Quid est hoc, tu quid vidisti, quid dicis? Et angelus quasi complangendo ex amore quem habet ad nos, dicit, Domine tot anni sunt quod mihi commisisti istã. Verum est quod dicunt dæmones, dedit se superbiæ, vanitati, & sic de alijs peccatis. Quantumcunq; ego inducerem eam ad ex lium, noluit mihi credere. Tunc Christus, auditis duobus testibus. I. conscientia & angelo, dat sententiam di. Surge, tolle quod tuum est, & vade. Tunc dæmones recipiunt animam, & sic ducitur ad infernum. Si autem homo fuit bene cõfessus, & proposuit de abstinere à peccatis, & fecit condignam pœnitentiam, quando venit ad iudicium, & dæmones eum accusant, Christus dicit ad bonũ angelum. Quid tu dicis angele? Respondet angelus di. Verum est Domine quod ipse fecit hoc, vt dicunt dæmones, tamen recurrit ad medicinas, & ad remedia vestra. Fuit enim bene confessus & contritus, & fecit penitentiam & communicauit, ideo videtur mihi, quod debet absolui. Tunc Christus dat sententiam, præcipit angelo, & mandat sibi, vt collocetur in paradi. in tali sede vel cathedra. De hoc dicit scriptura. Si fuerit pro eo angelus loquens, vn° de millibus, vt annũtiet hominis æquitatẽ, id est pœnitentiam & bonam vitam, miserebitur eius, & dicet, Libera eum, vt non descendat in corruptionem. Iob. 33. Remedium ergo & consilium bonum beati Bernardi est dicentis. Noli præsente angelo sancto facere, quod me præsente facere non auderes. Quantumcunque esset tentatus quis propter verecundiam coram

coram vna bona persona nollet facere peccatũ vel inhonestatẽ aliquã, quare ergo in præsentia angeli non times facere? O quale testimoniũ angelus faceret, si amore suo homo nõ peccaret opportunitate habita, vt placeret ei. Dico ergo quod alius testis est Iesus iudex vniuersalis. Diceret aliquis, quomodo est possibile, quod Christus simul sit iudex & testis? Si est iudex, quomodo est testis? & econuerso, dico quod proprium est Christo simul esse iudicem & testẽ. Nec rex nec papa potest esse simul iudex & testis, sed Christus. Ideo dicit, Ego sum iudex & testis, dicit Dominus. Hie. 29. Si alij testes nõ essent, ille sufficeret. Ideo dicit accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris, & qui calumniãtur mercedem mercenarij, & humiliant pupillos & viduas, & opprimunt peregrinos, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituũ. Mala. 3. No. septem peccata in dicta auctoritate, de quibus erit testimoniũ Christi cõtra homines in iudicio. Primum peccatum est maleficium, omnes qui faciunt mala opera, dicuntur malefici, sed simpliciter qui dãnificant proximum, tollendò eius bona, vel furando de vineis, hortis seu campis. Quidam dicunt quod recipere fructus, nõ est peccatum, error est, quia ex furto fructus humanum genus fuit exul à paradiso terrestri, & Christus pro eo passus est. Tales non habent remedium nisi quod satisfaciant, si volunt intrare paradisum, vel petere veniam debent. Secundò ero testis velox adulteris. Dicatur quid est adulterium quando est publicum, nisi corrigatur. ira Dei est super communitatem. Tertiò est periurus. Dicatur quomodo pro toto mundo saluando homo non deberet iurare falsum iurimentum. Quartò qui calumniantur mercedem mercenarij. Iste mercenarius est Christus, qui 33. annis laborauit in vinea Christianitatis: salarium quod vult est de septem diebus hebdomadæ, scilicet quod vult vnã, scilicet dominicam, qui verò nõ seruat dominicam, calũniatur mercedem, &c. Quintò erit testis velox his qui humiliant viduas & pupillos. Vidua est mulier, quæ habet virum sum in alio mundo. Ita animæ nostræ sunt viduæ, quæ habent spõsum suum in alio mundo. Pupilli sunt corpora. Humiliantur isti pupilli, quando inebriantur homines in tabernis, &c. Dicatur contra iustud vitium. Sextò opprimunt peregrinos. Quilibet nostrum est peregrinus quandiu viuimus in hoc mũdo. Ideo Dauid, Aduena & peregrinus ego sum, opprimitur peregrinus in ludo taxillorum, &c. Septimò nec timuerũt me, præcepta dominorũ temporalium timent, sed non Dei. Remedium ergo est in omnibus quæ facimus, habere respectum & timorem ad Deum, vt Iob qui dicebat. Ecce in cælo est testis meus & cõscius meus in excelsis. subdit, Ad Deum stillat oculus meus. Iob 16. Sicut oculus mulieris ad virum eam respicientem per fenestrã. Ideo non sustinet tactus philocapti, &c. Deo gratias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominica intra octa. Ascensionis. Sermo II.

IL. *Le testimonium perhibebit de me.* Ioa. 15. Pro huius verbi declaratione & materiæ prædicãdę introductione, sciẽdum quod singularis excellentia & priuilegiũ est de Christo domino super alios dominos omnes, quia ipse simul est iudex & testis, quod non est de aliquo iudice in aliquo bono iudicio. Ratio quia testificari nihil aliud est quã iudicẽ de veritate informare. Modò aliud est informare se, & aliud informari. Iudex enim potest informari, scilicet ab alio, sed ipsemet nõ potest se informare. Ideo nõ potest esse iudex & testis simul: sed in Christo ista ratio nõ habet locũ, quia ipse nõ indiget informatione alterius. Ideo ipse informat omnes alios de veritate. Plus scit ipse de negotijs meis & tuis quàm nos. Auctoritas, Omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius. ad Heb. 4. Ideo necessariò ipse iudex habet esse testis. Secunda ratio, quia iudicare est inter partes sententiali ter diffinire. In omni enim iudicio sunt reus, accusans, & testis, qui semper est alicuius partis, & cùm iudex nõ possit esse simul iudex & pars. Igitur null⁹ iudex potest esse simul iudex & testis. Sed in Christo ista ratio nõ habet locum, quia in omni bono opere ipse est pars. Ratio quia bona opera maximè fiunt propter Deum. si verò opera sint mala, ibi non est pars, quia fiunt contra eum. Ideo ipse dicebat, qui nõ est mecũ contra me est. Lu. 11. Ergo necessariò est pars. Patet ergo priuilegium & excellentia Christi, quia simul est iudex & testis. De hoc auctoritas clara, ego sum iudex & testis dicit Dominus. Hiere. 29. & ista ratione proposuit thema. & quilibet vestrum potest veraciter dicere. Ille, scilicet Iesus Christus Dominus & iudex testimonium perhibebit de me. Patet thema. Et ego sum modò in materia quã volo pertractare moraliter: Modò videamus quomodo Christus est testis & iudex in iudicio, & cõtra quę peccata. De hoc inueni auctoritatem, quæ dicit clarè de quibus peccatis perhibebit in iudicio testimonium. Accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, adulteris, & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, & humiliant viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me dicit Dominus exercituum. Mal 3. Hic nominat septem conditiones peccatorum, quæ si vitentur, habebitis in iudicio iudicem & testem Christum pro vobis, aliàs erit contra vos, & poteritis dicere thema, Ille testimonium perhibebit de me. Primò dicit, Accedam ad vos in iudicio tanquam iudex, & ero testis velox maleficis. Quilibet peccator faciens mala opera potest dici maleficus generaliter. Sed proprio & stricto modo malefici sunt, qui non solùm nocent subiipsis, sed etiam toti communitati, sicut sunt diuini, sortilegi, coniuratores, & potionatores, siue intoxicatores, qui si sustinentur in aliquo loco, tota illa patria destruetur, ex quo est notorium,

Peculiare est Christo quod sit simul iudex & testis.

torium, quia processionaliter gentes recurrunt ad eos, & si sustinetur, ira Dei est super illam ciuitatem siue cõmunitatem. Secùs de secretis quos Deus secretè damnabit, & terra erit sine periculo, quia ex quo peccatum est secretum, non cadit in iudicio hominum, sed in iudicio Dei. Dauid. Iudica illos, da illis secundum opera eorum & secundum nequitiam adinuentionum ipsorũ. Dicunt id quod volunt & nesciunt, quia tenebrosi sunt, sed diffamant aliquem, & ostendunt in speculo & in amphora, &c. figuras, &c. & sequitur diuisio inter vos, propter hoc non est petenda sanitas ab eis. Si tu haberes inimicum capitalem in hac villa, recurreres ad eum in tuis necessitatibus? clarum est quod non. Ita est de diuinis, qui cum diabolo inimico capitali nostro habent sua consilia. Ad dominum Iesum Christũ recurratis in vestris necessitatibus, quia ipse potest dare sanitatem filijs, &c. Præcepit Deus antiquitus dicens. Vir siue mulier in quibus phitonicus siue diuinationis fuerit spiritus, morte moriantur. Domine & qua morte? an suspensionis, decapitationis, vel combustionis? Responsio quod non, sed lapidibus obruent eos, sanguis eorum sit super eos. Leui. 20. Quia qui moritur suspensus vel decapitatus, &c. non nisi ab vno potest interfici. Sed quia diuinus nocet toti populo, vult Deus quod à toto populo occidatur. Ecce quare dicit, Accedam ad vos, &c. vsque maleficis. Secundò dicit, accedam ad vos. Ista clausula debet addi cuilibet peccato, Accedam ad vos, & ero testis velox adulteris. Qui in matrimonio sunt, actum matrimonialem facere possunt sine peccato, & etiam quandoque cum peccato & mortali & veniali, & quandoque etiam cum merito. Sed quando vir cognoscit de aliqua alia muliere, vel econtra, hoc peccatum dicitur adulterium. Istud peccatum est multum abominabile, maximè quando est notorium, quia etiam nocet toti communitati. Secùs si sit secretum. Dicatur historia de Corinthijs quos Paulus conuerterat ad fidem, & post aliquot dies ira Dei fuit super eos, quia habebant siccitates & mortalitates. Hæc dicitur ira Dei, qui nescierunt causam, quare & scripserunt apostolo Paulo eorum necessitatem. Apostolus autem per literam respondit eis, dicens, Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Et sequitur, Auferte malũ ex vobis ipsis. 1. Cor. 5. Patet clarè quod sustinere adulterium notorium est destructio communitatis. Ideo vos rectores, qui portatis onus, debetis prouidere & facere ordinationem statim cum præconizatione publica, & certis pœnis, quod nulla putana siue meretrix notoria possit esse nisi in bordello siue lupanari, & corrigantur omnia ista peccata. primò de meretricibus in hospitijs. Lupanaria possunt sustineri, vt dicit Aug. in lib. de ordine. ad vitandũ maiora peccata. Sed lupanaria particularia quę sunt in la jueũ, nõ sunt sustinenda, & morb⁹ cõtagiosus est. Quãdo vxor vestra vel filia videt meretricem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tricem cum homine gratulari, quid cogitabit: citò erit putana, vel quandoque fieri posset putana. Ideo ad partem in remedium malorum, & non in laqueum lupanaria erunt collocata, ne vxorati & clerici & religiosi venientes ad hospitium incidant in laqueum. Cogitate quale peccatum est, quia Christus dedit vitam suam & sanguinē vt saluaret animas, & vos ponitis ibi laqueum vt damnentur. Secūdò corrigatur peccatum clericorū de concubinis, &c. Nisi hoc peccatum corrigatur, dicit Dominus, accedam ad vos, &c. vsque, ad ultcris. Tertiò dicit, Accedā, &c. vsque periuris. De isto peccato Deus reputat se valde grauatum quando notorie fit. Secūs quādo secretē, quia tunc non est periculum communitati, sed quando notorie tirant, renegant, & Christum despiciunt, dicendo verba contra Christū, Virginem Mariam & sanctos, creditis quòd Deus surdus sit & mutus & cęcus? Mirum est q̄ non mittit plagas ad destruendū nos, quia talia sustinemus. Si de Domino vel rege dicerētur mala, statim punirentur. Et de Christo sine correctione: Heu omnes possunt dicere, imò inter scutiferos aliqui prouocantur vt iurent & blasphement Deū & beatā Virginem Mariam & omnes sanctos, & tunc rident. Et ex peccato isto veniunt siccitates, sterilitates, & mortalitates, & ira Dei super terram & super habitatores terrę. Sed diceret aliquis, quare super me, quia ego nō iuro, &c. Respōsio licèt nō iuremus oēs, quia tamen sustinemus, oēs habemus peccatum quando aliquis iurat, &c. omnes debemus resurgere cōtra eum. O ribaldus, interficiatur, &c. ac si lupus intraret villā ad deuorandum pueros, nōnne omnes clamarent ad lupum, & nullus curat de blasphemia cōtra Deum, immo ponunt in truffis quando est aliquis magnus iurator, scienter prouocant eū ad iram vt iuret, vt ipsi possint rūdere de iuramentis illius. Ideo de rectoribus conquerendo qui hoc peccatū deberent corrigere, dicit, Dominatores populi mei iniquè agunt contra me, dicit Dominus, & iugiter tota die nomen meū blasphematur, Propter hoc sciet populus meus nomen meū in die illa, quia ego ipse qui loquebar, sup. præcipiēdo. Ecce adsum, s. puniēdo. Esa. 52. Quartò dicit, Accedā ad vos, &c. vsque qui calūniantur mercedē mercenarij seruitoribus & ancillis & scutiferis, quando cōpleto tempore seruitij petunt salarium, domini calūniantur & faciunt placita, &c. De isto peccato multū grauatur Deus omnipotens, intantū, q̄ præcepit per Tobiā dicens, Quicunque tibi aliquid operatus fuerit, statim mercedē ei restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nō remaneat. Tob. 4. Quintò dicit, Accedā ad vos, &c. vsque, his qui humiliāt viduas & pupillos. Iā quādo mulier vel vxor aliqua perdit suū bonū virum, remanet vidua, & filij quādo perdunt patrē, remanent orphani, & tunc omnes deberent iuuare. Sed modò fit totū oppositū. Dicūt modò, nō habent defensorē, & cum tali litera quam

quam habeo, potero habere campum, vineam, domū, &c. & pater satisfecit tibi de debito, & nō curauit de litera, confidens de tua amicitia, &c. Sed licèt perdiderint virū & carnalē patrē, nō tamē perdent verum patrē, nec defensorē, quia Deus pater orphanorum, & sicut iudex viduarum defendit eos: qui dicit, Viduæ & pupillo nō nocebitis. Si leseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiā clamorē eorū & indignabitur furor meus, percutiāq; vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Exo 22. Ideo caueatis ab isto peccato. Ideo dicit, Accedā ad vos, &c. Sextò dicitur, Accedā ad vos, vsq; hic qui opprimūt peregrinū. Peregrinus dicitur viator, qui portat modicū prouisionis. Ita in hoc mūdo peregrini dicūtur pauperes, quorū quilibet potest dicere, aduena & peregrinus sum apud te. Cōtra illos q̄ pauperes istos opprimūt, Deus erit iudex & restis, maximè contra vsurarios, qui nihil sciunt facere, nisi cum vsuris. Si habent mutuare pauperibus, statim cum vsura mutuant, si vēdunt plus quàm est pretium condignum recipiunt propter dilationem solutionis, si emunt, minus dant propter hoc, quia dant pecuniam prōptam. Dicatur contra illos qui faciunt vsuram de pannis vendendo plus, deinde ille qui emit statim vendit pannū minus. Dicatur quod peccatum esset vendere quod non est suum. Ita tu vendis necessitatem alterius. Item faciunt aliam crudelitatem contra pauperes, quia emunt frumentum contra pauperes, & absconduntsperantes ipsum vendere ad pondus argenti. Vultis cognoscere quod peccatū est? Dicit scriptura, Qui abscondit frumenta, malè dicetur in populis, bene dictio autem super caput vendentium. Prouer. 11. Septimò ait, Accedam, &c. vsque hic, nec timuerunt me dicit Dominus. Modò audite defectum qui modò est in toto mundo, quia gentes habent verecūdiam & timorem coram gentibus, & non timent Deū, seruant præcepta & ordinationes dominorum temporalium timore pœnæ, scilicet quinque solidorum, & non timent frangere præcepta & nō ordinationes Dei, quas præcepit seruare, non sub pœna quinque solidorum, sed perdendi omnia membra, & corpus & animam, & damnationem æternam, & tamen nullus timet. Ideo dicit Christus, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam. Matth. 10.

Dominica intra octauas Ascensionis. Sermo III.

Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Mar vlt. Verbum propositum pro fundamento sermonis declarat excellentiam & altitudinē Christi, qualiter inquantum homo fuit receptus & collocatus in cælum, dicens assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Istud verbū habet magnam difficultatem in theologia, qualiter Christus dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

citur sedere ad dexteram Dei inquantũ homo. Pro cuius declaratione & materiæ prædicãdę introductione, sciendũ qꝫ in substantijs spiritualibus nõ reputantur partes dextrę vel sinistrę proprie loquẽdo. Dicit enim, scilicet Tho. & probat prima par. I. ar. 1. qꝫ Angeli sunt incorporei, quia non sunt diuisibiles per partes, indiuisibiles enim sunt. Ideo in eis nõ inuenitur differentia partis dextræ vel sinistræ. Sed quicquid est in eis, totũ potest dici dextra, quia pars sinistra dicitur minoris fortitudinis & virtutis, sed in angelis totũ est forte, & nihil debile. Sed differentia partis dextræ & sinistræ propriè solùm inuenitur in creaturis corporalibus & sensitiuis, vt in hominibus & animalibus, qa arbores & lapides nõ dicuntur habere partes dexterã & sinistrã, quia æqualiter habent fortitudinẽ in qualibet parte, homines verò & iumẽta habent maiorem fortitudinem & virtutẽ in dextra quã in sinistra. Ideo dicit Salomon, Leua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me tanquã res fortis & firma. Can. 2. Ergo dicit thema, Assumptus est in cælũ, & sedet à dextris Dei. Et etiã est articulus fidei, qui dicit, Ascendit ad cælos, sedet ad dexterã Dei patris: si dicas cum pater in sua essentia & diuinitate sit substantia spiritualis & indiuisibilis, quomodo repetitur in ea pars dextra, cũ in eo non sit sinistra, quia in eo nihil debile, sed est totus fortis & omnipotens? Respõdeo quod in Deo dextra sumitur similitudinariè & figuratiuè. Verbi gratia. Sicut quando ad aliquem magnum dominum veniunt magnę personæ & notabiles. Iste dominus causa honoris ad dextram suam facit stare honorabiliorem personam. Ita legitur de matre Salomonis. 3. Reg. 2. Positus est thronus matri regis quæ sedit ad dextram eius. Et post regem erat persona excellentior, ita quod sedere ad dextram, signat habere excellẽtiam, honorẽ, seu dignitatem super omnes alios. Et quia Christus est in excellentiori gloria, honore, & dignitate in paradiso super omnes creaturas, ideo dicitur sedere à dextris Dei. Cùm ergo dicit thema, Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei. Sensus est in maiori excellentia, honore & dignitate existit, & maior omnibus creaturis. Super hoc quod dicitur in themate, sedet à dextris Dei, fundabo materiã meã, quia articulus fidei dicit in singulari, sedet ad dexteram Dei. Per oppositum thema dicit in plurali, sedet à dextris Dei. Respondeo, quod ad dexteram Dei sedere in singulari, notat summam excellentiam, de qua loquitur articulus fidei, sed quia ista summa excellẽtia triplicatur in Christo, scilicet.

Quia pa ctio in Deo sit accipiẽda dextra.

Maiestas imperialis,
Dignitas pontificalis,
Auctoritas iudicialis.

Ex his tribus excellentijs dicit thema, Assũptus est in cælũ, & sedet à dextris Dei. Prima ergo excellẽtia ex qua Christus dicitur sedere à dextris

dextris dei, est maiestas imperialis. Imperator est enim maior dominus temporalis huius mundi, qui est super omnes reges & principes dominus. Istam habuit Christus in sua ascensione, quia omnes creaturę tam spirituales quàm corporales sunt sub eo. De hoc apostolus dicit, Constituens ad dexteram suã in cælestibus supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur non solùm in hoc seculo, sed etiã in futuro, sed omnia subiecit sub pedibus eius. ad Ephe. 1. de ista Christi imperiali maiestate dixit Dauid in Psal. 102. Benedic. primò. Dominus in cælo parauit sedem suã, & regnum ipsius omnibus dominatur. Nota, parauit, scilicet in terra humanitate sua. & qualiter parabitur? Nota, quod per virtutem humilitatis. Voluit enim humiliari inuit? Dico quod per virtutem humilitatis. Voluit enim humiliari infra omnes creaturas, ideo meruit exaltari super omnes creaturas secundum legem & regulam dicentem, Omnis qui se humiliat, exaltabitur. Lu 18. Creaturæ sunt in triplici gradu, vel quia sunt in cælo vt angeli, vel in terra vt homines, vel in corde terræ vt dæmones. Sub omnibus istis Christus voluit se humiliare. In cælo enim sunt nouem ordines angelorum.

Primus est ordo altior, scilicet seraphim, vbi sunt plures angeli quàm homines in mundo,
Secundus cherubim,
Tertius thronorum,
Quartus dominationum,
Quintus virtutum,
Sextus potestatum,
Septimus principatum,
Octauus archangelorum,
Nonus angelorum.

Christus autẽ in die incarnationis suę humiliauit se sub omnibus angelis descendens de cathedra æternitatis suę, & nõ assumpsit naturã angelorũ, sed venit in hũc mundũ vt radius solis, qui nõ recedit à sole, & assumpsit naturã humanã vt radius solis, colorẽ vitri, &c. Ideo ait Dauid, Minuisti eum paulomin' ab angelis, quia fuit passibilis secundũ humanitatẽ, & angeli sunt impassibiles. Secũdò voluit humiliari sub hominibus, scilicet in sua vita & cõuersatione, quia vixit ita pauper quod nunquã aliquis homo fuit ita pauper. Primò in natiuitate, quia non in domo, sed in porticu, in via publica nasci voluit, nõ in lecto, sed in præsepio reclinatus. Item nunquã voluit habere domum, nõ cameram, nõ cellam propriam, sed inuitabatur ad dormiẽdũ, &c. Itẽ in fine vitæ suę voluit humiliari, quia sagionibus, & ribaldis, & latronibus fit processus antequã sententientur, sed nõ sic est factũ de christo, quia iudicat' fuit sine processu. Ideo Dauid in persona sua dixit, Ego autẽ sum vermis, & nõ homo, opprobriũ hominũ, & abie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

& abiectio plebis. Psal. 21. Licèt esset homo, tamen non tractabatur vt homo, sed vt vermis despect⁹ calcabatur ita Christ⁹ in sua passione. Tertiò voluit humiliari sub dæmonibus. quia permisit se tentari à diabolo, qui tentauit eum de peccato gulę. Secũdo de peccato vanæ glorię. Tertiò de peccato auaritiæ. Mat. 4. Sed diabolus fuit victus. Fiat ergo ratio. Sic secundum legem diuinã, Omnis qui se humiliat exaltabitur, & quanto plus se humiliat, tãto magis exaltatur, & quia Christus fuit tantum humiliatus, vt dictum est, ideo parauit in cælo sedem suam, s. per humilitatẽ. Auctoritas, Humiliauit semetipsum factus obediens, &c. vsque, Dei patris. ad Phi. 2. moraliter hic nota per talem consequentiam: Si Dominus Iesus Christus vt conseqꝫeretur tantã gloriã, voluit in hoc mundo tantùm humiliari, quanto magis nos, q respectu suæ maiestatis non sumus nisi vermes putridi? Si cupimus habere cathedram in paradiso, debemus nos humiliare & obedire Christiani prælatis, filij parẽtibus, discipuli magistris, iuuenes senibus, vxores viris suis, non contra Deum, socius socio, & sic de alijs. No. exẽplũ de euangelio. Christus semel venit in quandam domum fessus ex itinere, & sedebat, apostoli autem fecerũt sibi quæstionem dicentes, Quis putas maior est in regno cælorum? Mat. 18. quia nos non scimus eã determinare. Et Christus, Bene placet mihi quod de istis disputatis, & volés eis clarè determinare quæstionem, vocauit vnum puerum qui erat ibi. Dicitur quod fuit sanctus Marcialis. & statuit eũ in medio eorum, & dixit, Quicunque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Mat. 17. Maioritatem gloriæ Deus statuit in illo quod quilibet potest habere. Si autem constituisset in dominio, dicendo, Quicunque erit maior dominus in hoc mundo, erit maior in paradiso, quid fecissent pauperes? Idem de maioritate in scientia, quid fecissent simplices & ignorãtes? Idẽ de maioritate in fortitudine, quid dixissent debiles? Sed istis dimissis maioritatẽ gloriæ constituit in hoc q̃ quilibet potest habere, scilicet in humilitate, quæ maximè in corde cõsistit. Humiliemus nos & dimittamus inflationes cordis & diuitias, remittendo iniurias inimicis. Apostolus Petrus, Omnes inuicẽ humilitatẽ insinuate, quia Deus superbis resistit, humilib⁹ autẽ dat gratiã. 1. Pe. 5. & Ia. 4. Secunda Christi excellentia, qua dicitur sedere dignitas põtificalis. Iam scitis quod inter omnes prælatos ecclesię Papa est maior, istam dignitatẽ habet Christus. De hoc Dauid Psa. 109 Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. subditur pro qua causa: Tu es sacerdos in ętèrnum secundum ordinẽ Melchi. Nullus Papa habet dignitatem papalem, nisi ad vitam, Christus autẽ inęternum. No. secundum ordinem Melchisedech, non secundum ordinẽ Aaron, sed secundum ordinem Melchisẽdech, qui in lege naturę erat simul rex & sacerdos valde deuotus, qui obtulit panem & vinũ in sa-

in sacrificio, vt legitur Gen. 14. Nota historiam de Abraham qui cũ 500. & 18. scutiferis vicit quatuor reges, propter q̃ Melchisedech obtulit panem & vinum, ex quo intellexit Abrahã q̃ Christus Messias debuit instituere sacrificiũ in materia panis & vini, & flexit genua & Melchisedech benedixit ei, & ait, Benedictus Abraham Deo altissimo qui creauit cælum & terram. Nota q̃ sacrificiũ Melchisedech figurabat sacrificiũ quod Christus instituit, & quod Melchisedech non obtulit sacrificium quousque Abra. habuit victoriam de istis quatuor regibus, innuitur hic moraliter, quod licèt omnes teneamur cõmunicare in pascha, tamẽ oportet nos primò habere victoriã de quatuor regibus, scilicet de quatuor passionibus, ex quibus veniunt omnia peccata quę facimus. Primus est amor inordinatus, qui bellat, & multos vincit, & captiuat, sed vincitur à nobis, quando pro nulla re mundi homo facit contra Deum. Verbi gratia. Parentes diligunt filios, auisetis vos quod ex isto amore inordinato nõ faciatis aliquid cõtra Deum, eundo ad dæmones vt sanentur, vel faciendo vsuras vt ditentur, &c. Item filij diligunt parẽtes, vir vxorẽ & econuerso, attendatis ne propter hoc faciatis contra Deum. Et si diligitis diuitias, honores, dignitates, attendatis ne propter hoc faciatis contra Deum. Secundus rex est timor inordinatus de amicis. Vel hic gratia, Si aliquis amicus vel consanguineus vester pro aliquo crimine sit captus, & vos estis vocatus per iudicem sub iuramento vt testis, & vos scitis veritatẽ, & vos timore punitionis eius inràtis falsè, victus estis & captiuus diaboli. Si dicitis veritatem, estis victor, quia nemo timore debet iurare falsè. Plus deberis timere Deũ quã aliquid aliud. Idẽ de illis qui timore gentium obloquentium nolunt parcere inimicis, cùm dominus præcipiat oppositum. Tertius rex est placentia corporalis, scilicet comedendi, bibendi, & dormiẽdi, caueatis ne ex his faciatis contra Deum, sed istis victores. Quartus rex est tristitia. Aliqui tristantur de amissione amicorum vel puerorum innocentium, de quibus est gaudendũ quando moriuntur, quia tales via recta vadunt ad paradisum. Aliqui tristantur de amissione honorum, &c. talis tristitia multos & multas captiuat in carcerẽ inferni. Iste rex vincitur per bonam patientiã. Post victoriam habitã de istis quatuor regibus potestis communicare, & Melchisedech, id est sacerdos Dei altissimi offeret vobis panẽ & vinũ, 1. corpus Christi, q̃ est panis angelorũ. ideo Apostolus di. Probet autẽ seipm homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. 1 Cor. 11. Tertia Christi excellẽtia, qua sedet à dextris Dei, est auctoritas iudicialis. Iã scitis q̃ in iudicio sedet iudex eminẽter inter ptes, ita Christ⁹ idie iudicij sedebit in throno ad iudicã. De hoc Io. Apo. 20. Vidi thronũ magnũ cãdidũ, & sedẽtẽ sup eũ, à cuius cõspectu fugit terra & cęlũ, & loc⁹ nõ est inuẽt⁹ ab eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stãtes in cõspectu throni

Universidad de Deusto
Biblioteca

throni. Et libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est liber vitæ & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erãt in libris secũdũ opera ipsorũ. No. quatuor quę dicit. Primò ibi, Vidi thronũ, vsque super eum. Quia Iesus Christus in die iudicij sedẽs in cathedra iudicabit dãs vnicuique secundũ opera sua, peccatoribus impœnitẽtibus dabit dãnationẽ, bonis autem dabit saluationem æternam. Aucto. Filius hominis venturus est in gloria patris sui cũ angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundũ opera eius. Mat. 16. Secundò ibi, cùm dicit, A cuius conspectu fugit terra, vsque ab eis. Ecce mundi conflagratio, quia cõmunis est sententia omniũ doctorum, quod ante diẽ iudicij erit conflagratio, & tunc terra & cælum fugient, quantũ ad qualitates, quas modò habent. Vnde ait Dominus, Cælũ & terra trã sibunt. Lu. 21. Tertiò ibi, mortuos, vsque throni. Ecce mortuũm resurrectio. Post conflagrationẽ, ille qui ex nihilo cuncta creauit, mortuos suscitabit, & venẽt audire sententiam saluationis, vel damnationis. Cogitate in ista die quantus timor, & metus erit in omnibus. Ideo orando dicebat beatus Grego. Præsta quæsumus omnipotens Deus, vt vnigenitũ tuũ, quem redemptorem nostrum læti suscepimus, venientem quoque iudicem securi videamus. Quartò ibi, & libri aperti sunt, Ecce meritorum retributio. Dicunt doctores, glossę, & postillę, quod isti libri sunt conscientiæ, qui modò sunt libri clausi, quia nullus potest ibi legere, nisi tuipse & Deus, ibi enim scribuntur omnia bona & mala quæ facimus, & in iudicio aperientur, ita q̃ virtute diuina quilibet poterit ibi legere. Boni laudabuntur. dicetur, O quàm bonus ille fuit, licèt superius iret optime indutus, tamẽ ad intra portabat cilicium, & sic de alijs. Mali autem vituperabũtur, dicendo primò de religiosis, O de falsarijs, videbatur deuotus, & ecce totũ erat hypocrisis, & sic de alijs. O quanta mala absconditа reperientur. Ideo Apostolus, Nolite ante tẽpus iudicare quoadusque veniat Dominus, qui illuminabit abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cõsilia cordium, & tunc laus erit vnicuique, scilicet bono, & vituperium vnicuiq; malo. 1. Cor. 3. Ecce qualiter Christus habet auctoritatem iudicialem. De hoc Dauid, Parauit in iudicio thronũ suum. & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia. psal. 9. No. parauit, scilicet quãdo fuit iudicatus. Iob 36. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recepies. Pater ergo quare dicitur, Assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei, &c.

Dominica intra octa. Ascensionis. Sermo IIII.

Vi crediderit & baptizatus fuerit saluꝰ erit. Mar. vlt. Quia multi sumunt occasionẽ malè viuendi, ex verbo proposito ipsum malè intelligendo, ideo ad corrigendum vitam malam & peccata, volo ipsum nunc declarare. Sed primò salutetur virgo Maria. Hoc verbum est de vltimis

vltimis quę Christus dixit in hoc mũdo in die Ascensionis. Quãdo debuit in die Ascensionis de hoc mundo recedere dixit, Qui crediderit, & baptizatus, &c. Dicũt ergo illi qui non intelligũt hoc verbũ, Certũ est, quod Christus ponit saluationẽ in duobus, scilicet in credẽtia, & in baptismo. Cũ dixerit, Qui crediderit, &c. Quare ergo vos fratres, & sacerdotes tantũ restringitis dicẽtes, quod oportet facere pœnitentiã, cõteri, confiteri, restituere, remittere, audire missas, sermones, orare, & huiusmodi? Quare vos tot imponitis, cũ Christus fecerit viam paradisi leuem, cùm det intelligere, quod sufficit ad salutẽ, quod homo habeat fidẽ in corde, & sit baptizatus. Et sic dant se peccatis & malæ vitæ, dicẽdo, ex quo ego habeo fidẽ, & sum baptizatus, sufficit, saluus ero, quia Christus bene sciebat quid est necessarium ad salutationẽ. Ecce quomodo malè intelligunt verbum, Qui crediderit, &c. Ideo pro declaratione sciendum, quod ista duo verba, crediderit, & baptizatus fuerit, sunt futuri temporis, cõiunctiui modi, & habent duo tempora, scilicet præteritum tẽpus, & futurum. Si autẽ cùm dicitur qui crediderit & baptizatus fuerit, intelligatur de tẽpore præterito solum, hoc est falsum, & etiam error, quia tunc oporteret concedere quod Iudas esset saluus, quia crediderit, & per Christum baptizatus fuit cũ alijs apostolis. Tunc posito quod aliquis christianus habuerit fidẽ catholicã in corde, & baptizatus fuerit, sed post inter Agarenos abnegat fidẽ, & moritur, nõne talis dãnatur? immo & cui dubiũ? Non ergo intelligitur de præterito, sed de futuro tẽpore qui crediderit, hoc est in hora mortis fidẽ catholicã, & in corde habuerit, & baptizatus, id est in hora mortis, mũditiam baptismalem habuerit, saluus erit. Quid enim est esse baptizatum, nisi à peccatis esse mundatum? Qui ergo in hora mortis inuenitur in credentia diuinali, & munditia baptismali, saluus erit. Non enim sufficit credidisse, & baptizatum fuisse. Omnes nos christiani iã sumus per baptismũ mundati, sed nõ sumus omnes mũdi. Nota ad hoc similitudinẽ de rege, qui in sua ciuitate preconizauit dicens, Quicũq; mihi fidelis fuerit mecũ prandebit. Et fuit quidã rusticus regi fidelis, qui audita præconizatione bono mane manus lauit. Deinde iuit ad agrum seu hortum, & vsq; ad horam prandij reuoluit hinc & inde stercus. Hora autem prandij quãdo audiuit tẽpetas, ipse citò venit ad prandiũ, sed quãdo rex vidit manus suas immundas, fecit eum puniri, siue fecit eum suspẽdi. Ita in proposito rex noster Dominus noster Iesus Christus inuitauit nos omnes ad nuptias paradisi dicẽs, Qui crediderit, &c. & mane lauamus nos, scilicet cùm sumus pueri in baptismo, sed post reuoluẽdo sterc' peccatorũ, sordidamur in manibus tangẽdo, &c. in oculis respiciẽdo, in ore loquendo, & in gula, finaliter in toto corpore. Ideo oportet iterum abluere non per baptismum, quia semel tantũ habet efficaciã.

Ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ideo oportet vt per pœnitentiã mundemur. Ideo Christus, Pœnitẽtiam agite, appropinquabit, &c. Mat. 4. Ecce quomodo sunt decepti qui dicũt hic, Qui crediderit, &c. Ideo dicit scriptura, Qui baptizatur à mortuo, id est à pctõ mortali, & iterum tangit mortuum, quid prodest lauatio eius? Eccle. 34. No. Quid prodest lauatio eius? quasi dicat nihil. Intellect⁹ verus est, qui crediderit, si fine, in hora mortis, & baptizatus fuerit, idé de futuro, scilicet in fine, saluus erit. Patet thema. Et sic sum in materia prædicanda. Modò super isto verbo ad Heb. 6. Baptismatum doctrinæ, supple sunt, tangunt glossę quinque baptismata ad salutationem hominum.

Primus est de aqua baptismali,
Secundus de gratia spirituali,
Tertia de sanguine materiali,
Quartus de misericordia pœnitentiali,
Quintus de igne purgatoriali.

Et de quolibet istorũ potest dici thema, Qui crediderit, & baptizat⁹ fuerit, scilicet aliquo istorum modorum, saluus erit. Dico quod primus baptismus est aqua sacramentalis. Iste autẽ est primus & principalior, & communior alijs, & primum ecclesiæ sacramentum. Isti mundantur, non solùm pueri, peccato originali, sed & Iudæi adulti, & alij infideles ab omnibus peccatis & culpa & pœna, etiam si haberent omnia peccata mundi. & de hoc vide sanctum Thomã in 4. distinctione 4. vbi dicit, quod paruuli mundãtur ab originali, & dãtur eis virtutes infusę. Adultis verò fit remissio culpæ & pœnæ, nisi fictè accedant. De isto baptismo dicit articulus fidei, Confiteor vnũ baptisma in remissionem peccatorum. Si autem dicatur, Vos fratres dicitis quod tantum sunt quinq; baptismata, articulus fidei non ponit nisi vnũ, dicẽs, Confiteor vnum baptisma, &c. Respondeo quod articulus fidei solùm loquitur de baptismo aquæ, qui dicitur esse vnus triplici ratione, scilicet propter vnitatem materiæ, propter vnitatem formę, & propter vnitatem vsus. De primò vnitas materię huius, est aqua naturalis, quia cum aqua artificiali vel rosacea, non potest dare baptismus, oportet quod detur cũ aqua naturali, siue sit de fonte, flumine, puteo, vel mari. Hoc ostendit Christus in suo baptismo, qui nõ cum aqua artificiali, sed naturali baptizari voluit. Auctoritas. Saluator noster aquis Iordanis baptizari voluit, vt actu suę mũdissimę carnis vim generatiuam conferret omnibus aquis, supple naturalibus, quæ non est nisi vna specie. Secundò dicitur vnum, propter vnitatem formæ, quæ est ista, Ego te baptizo in nomine patris & filij & spiritus sancti, ibi non mutando nec addendo vel minuendo. Audient hic clerici & etiam vetulę, quæ aliquãdo baptizant propter periculum, & aliquę nescientes formam dicunt, Ego te baptizo in nomine sanctæ trinitatis, &c. Nota de vetula quę dixit

Cur dicamus Confiteor vnum baptisma, & non plura cũ tamẽ reuera plura sint, seu in multiplici differentia.

dixit se baptizasse illum magistrum in theologia. Hanc formã ostẽdat Christus quandò debuit cælũ ascendere, dicens, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & filij & spiritus sancti. Mat. 28. Tertiò dicitur vnum, propter vsum siue practicam, quã seruamus, quia nõ datur nisi semel, eo quòd representat passionem Christi & mortẽ, qui solùm semel fuit mortuus. Hanc rationẽ tangit Apostolus di. Christus resurgẽs ex mortuis iam nõ moritur, mors illi vltra nõ dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quod autem viuit, viuit Deo. ad Ro. 6. Ecce quare dicit articulus fidei, Confiteor vnũ baptisma in remissionẽ peccatorũ. Ideo Act. 2. legitur, quod cũ Petrus prædicasset, Iudæi compũcti dixerunt Apostolis. Quid faciemus viri fratres? Respondit Petrus di. Pœnitentiam agite, & baptizetur vnusquisq; vestrũ in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorũ, id est in fide Iesu Christi. De isto baptismo dicit the. Qui crediderit, scilicet in hora mortis, & baptizatus fuerit, saluus erit. Secundò baptismus est de gratia spũali. Quando infidelis cupit baptizari, & nõ habet opportunitatẽ, nec ipsemet põt se baptizare, oportet enim ab alio baptizari, siue recipere baptismũ. Quia sicut nullus posset seipsum generare, nec etiam baptizare, cùm sit alia generatio, & moritur cum tali desiderio, dico quod baptizatus est nõ baptismo fluminis, sed flaminis, id est Spiritus sancti baptismo spirituali in fonte Spiritus sancti. De isto Act. Ioan. baptizauit aqua, ecce primum. vos autẽ baptizamini Spiritu sancto, ecce secundũ. Act. 1. No. quod iste baptismus secũdus nõ est tãtę efficacię sicut primus, sed saluat homine secundũ quantitatẽ fidei & deuotionis. Primus enim dat characterẽ indelebilem, qui est quidam ornatus, quasi stella habens in frõte, ex quo singulatẽ gloriã habent in paradiso, vbi cognoscitur statim, dum anima intrat cælũ, si iste fuit baptizatus, & non ex isto charactere. Item quia primus baptismus remittit omnia peccata, nõ solùm à culpa, sed etiã à pœna. Iste autẽ secundus dat remissionẽ peccatorũ à culpa, sed nõ à pœna, nisi secũdũ quantitatẽ fidei & deuotionis. No. miraculum quod legitur in vita Beati Martini de catechumeno mortuo per eũ resuscitato, qui dixit se fuisse ductũ per vias tenebrosas ad purgatoriũ. Sed orationibus B. Martini fuit suscitatus, qui pro eo flẽs orabat dubitãdo, ne esset dãnatus. Iste secũdus baptismus gratię spũalis dat nobis etiã christianis magnã consolationem. Vnde si aliquis nostrũ dubitaret dicẽs, O miser, quid scio ego si sum bene baptizatus, quia forte fui baptizatus ab ignorante, siue à vetula, &c. ideo quid erit de anima mea? Ideo ecce consolatio. Posito casu, quod baptizans errauit in forma, vel in intentione, sed tu nescis, quia si scires, decetero faceres te baptizari. hoc sufficit, & iam es baptizatus baptismo flaminis. Hæc declaratio abstrahitur ab illa auctori. Aposto.

2. Cor. 8. Si enim voluntas prompta est, secundum id quod habet accepta est, non secundum id quod non habet. Nota, Voluntas prõpta est, scilicet desiderãdo illud quod nõ habet: accepta est, sup. apud Deum secundum illud quod habet, scilicet desiderium vel prõptitudinem. Ideo nullus debet iterũ baptizare, nisi esset certus quod nõ esset baptizatus. Sed de pueris paruis, qui non habẽt liberũ arbitriũ nec voluntatẽ, est periculũ. Vnde si puer qui portatur ad baptismũ, moreretur in via, non saluatur. Ratio, quia non habet voluntatem. Si dicatur, Nunquid saluatur in fide parentum? Dico quod nõ, nisi reciat baptismum, quia nõ habet promptitudinẽ voluntatis. Ideo multum debẽt cauere mulieres, ne pueri moriantur sine baptismo. Sed si adultus Iudæus vel Agarenus, vadẽs ad baptismum recta intentione, & non ficta moritur in via, talis saluatur propter prõptitudinem voluntatis. Ideo Christus, Ego sitiẽti, id est ardẽter desiderãti dabo de fonte aquæ viuę gratis. Apo. 21. De isto dicit thema Qui crediderit & baptizatus fuerit, non solùm baptismo fluminis, sed etiam flaminis, saluus erit. Tertius est de sanguine martyriali. Quando enim non baptizatus baptismo aquæ interficitur propter Christũ, saluatur, vt patet de rhetoribus adductis ad disputandum cum beata Catharina. Dic historiã, & quomodo sine dolore mortui sunt. De hoc baptismo dicit Christus martyribus, Calicem quidẽ quẽ ego bibo, bibetis, & baptismo quo ego baptizor, baptizamini. Mat. 10. Nõ, ea licẽ, id est passionẽ, quia sicut calix continet certam mẽsuram, sic in passione martyrum nihil fiebat sine mensura, sed secundum mẽsurã certam à Deo ordinatã. Iste baptismus est minor in aliquo. Minor est in hoc, quia non dat characterem vt primus. Vnde illi, licẽt rhetores non habent characterẽ, sed est maior in hoc, quia non solũ purificat vt baptismus aquæ ã culpis & pœnis, sed etiã sanctificat creaturã, ita vt de ea fiat festum. Ideo Ioan. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent ciuitatem. Apoca. 22. Nota, Beati qui lauant stolas suas, id est corpora sua. Ratio, quia sicut vestis cooperit corpus, ita corpus cooperit animam in sanguine agni. Quare non dicit in sanguine proprio? Respensio, quia modicum valet effundere sanguinẽ propriũ, quia cũm sit infectus peccatis, non posset lauare animã, oportet ergo lauare in sanguine agni. Ideo de martyribus dicitur, Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. Apocalip. 7. sed quid si aliquis pro Christo moritur, & non occiditur, & non effandit sanguinem, quia suspenditur, vel submergitur, vel suffocatur, vel fame moritur, nunquid est martyr? Dico quod sic, quia in sanguine, id est pro fide Christi moritur. Item vt sit potestas eorum in ligno vitæ, sup. ad accipiendum fructus eius. Lignũ vitæ est Christus, quia facit fructus

tertius scientię, gaudij, & lętitię, charitatis & sanctitatis, & ęternę vitæ. Et per portas. 1. virtutes intrent in ciuitatẽ. s. cælestẽ, non dicitur per portã in singulari, sed per portas in plurali, ad ostẽdẽdũ qp nõ solum fiũt martyres illi qui occidũtur p fide Christi, sed etiã pro qua cũque virtute vel iustitia manutenẽda. Vnde 10. Baptista martyr est, quia ecclesia dicit, Prępotens martyr, eremiq; cultor, tamẽ nõ pro fide, quia multa quæstio sibi fiebat de fide, sed pro virtute castitatis, quia reprehẽdit Herodẽ de luxuria, mortuꝰ est & decapitatꝰ. Mar. 6 O quot martyres essent in hoc mũdo, si vellẽt. Verbi gratia, Quãdo aliquis videret aliquẽ Deũ blasphemãtẽ, etiã dominũ vel regẽ, & aliquis reprehenderet eum, si occideretur, martyr efficeretur cũ Ioãne, quia maiorẽ rationẽ habet martyrij quam Ioãnes, quia plus peccat blasphemator, quã fornicator. Itẽ si quis occiditur, quia defẽdit cõmunitatẽ, iustè martyr est. Itẽ si dominus occidit sceutiferũ, quia nõ vult vocare meretricem, &c. martyr est, & per portã castitatis intrat ciuitatẽ paradisi. Idẽ de muliere maritata nolente cõsentire viro eam indebitẽ, &c. Idẽ de notario vel teste nolente facere falsum instrumentũ, & occiditur, martyr efficitur, & per portã iustitię intrat ciuitatẽ cælestẽ. Ecce qualiter dicit per portas, id est virtutes. De isto dicit the. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, &c. Quartus est de misericordia pœnitẽtiali. Ista oporteret nos baptizari quia licẽt fuerimus baptizati baptismo fluminis, tamen postea facimus tot peccata, qp macalamus nos turpiter, tam corpus, quã animã. Ideo nõ habemus aliud remediũ nisi misericordiæ pœnitentialiter, scilicet in cor de cõteri de peccatis, recipere propositũ decetero non peccandi, & debemus recipere propositũ confitendi. Et cũm vna gutta lacrymarum plus faciet & lauabit, quã cũ tota aqua maris, & tunc restat pœna in purgatorio. Dicitur baptismus misericordiæ pœnitẽtialis, quia ista anima peccatrix lauatur in fonte mię Dei. De isto dicit scriptura in figura Iudith, Exibat Iudith noctibus in vallẽ Bethulię, & baptizabat se in fonte. Iudith. 12. Nota, Iudith. 1. cõfessio secundũ interpretationẽ Hebraicã, exibat noctibus. Noctes in scriptura significãt peccata, sed dies gratiã & bonam vitã. Qui ambulat in tenebris, nescit quõ vadit. Ergo ambulate, dum lucem habetis, vt non tenebrę vos cõprehendãt. Io. 12. Exibat ergo noctibus, scilicet ad cogitandũ peccata cũ dolore & cõtritione. Et cõcordat Dauid dicens, Laborauit in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum. glosa, per singula peccata. Nota, quia si quis pœniteret de vno peccato & non de alio, nihil valet. Ideo confessor debet interrogare à confitente & peccatore, pœnitemini de omnibus istis peccatis. si dicit, sic, nisi de tali, & tali, nihil valet, nec est absoluendus. Nota in vallem Bethulię, id est pœnitentiæ, non dicit in montem, quia pœnitentia requirit humiliratem, vt patet in operibus pœnitentiæ. Primò in contri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tione, in qua cor leonis per superbiam restringitur, per humilitatē, & peccator contritus dicit. O miser, quid erit de me? Contritio si vera est, nō est sine humilitate. Secundo in confessione humiliādo se, quantumcunque sit magnus dominus, flexis genibus debet confiteri. Itē dicendo mala & peccata sua, quasi se diffamando. Ecce in valle Bethuliæ. Idē de alijs operibus misericordię, quę omnia humilitatem important, vt oratio genibus flexis. Ieiunium humiliat corpus, eleemosyna bursam, temilsio iniuriam, &c. Ecce qualiter humilitas pœnitentiæ est fons diuinæ misericordiæ animā purificās, ergo lauamini, scilicet per pœnitentiā, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Esaiæ primo. De isto dicit thema, Qui crediderit, &c. Quintus est de igne purgatorij. Dicunt aliqui ignorantes quod vltra mare sunt gentes quæ baptizantur igne. Hoc nihil valet, quia Deus in hoc mundo non instituit baptismū ignis, sed aquæ. Sed ex sua nimia misericordia in alio mundo instituit baptismū ignis purgatorij, vbi baptizantur pœnitentes, qui non perfecta pœnitentia condigna decedunt, verbi gratia. Quando moritur pœnitens, qui de peccatis habuit cōtritione, sed nō tantam sicut peccata sua meruerunt, ad dimissionem culpę & pœnæ, qua fuit confessus, &c. & moritur, statim anima ducitur ad iudicium, & dicit Christus angelo, Baptizetur in fonte ignis purgatorij, vt mundetur a maculis. Nota modum qualiter ab angelo tanquam à sacerdote immergitur, &c. De isto auctoritas dicebat Io. Ego quidem baptizo vos in aquā, qui autem post me venturus est, fortior me est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igni. Mat. 3. Nota fortior, quia iste baptismus ignis valde est pœnalis. Ipse, scilicet Christus vos baptizabit in Spiritu sancto, quia gratia est Spiritus sancti, quod in alio mundo habeamus locum pœnitentiæ ignis & per ignem. Secundum grammaticam antiquam, dicebatur igne vel igni in ablatiuo. Ideo possunt dicere animæ, quando exeunt de isto baptismo ignis purgatorialis, Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium. Psal. 15. Nota per ignem & aquam: quare primò ponit ignem, cùm prius baptizetur aqua? Respondeo, quia ignis est fortior & principalior. Ideo de potioribus prior est speculatio. Nota quod soldum Christiani intrant purgatorium. De isto dicit thema, Qui crediderit, &c.

Dominica intra octa. ascen. Domini. Sermo V.

IN *omnibus honorificetur Deus.* Habetur verbū istud originaliter. 1. Pe. 4. & recitatiuè in epistola currēte dominicę hoc verbū indiget vna breui declaratione. Pro qua sciendū est quod dicūt omnes sancti doctores inquerentes de mūdi creatione, Deus creauit mundū duplici ratione. Prima ex parte hominū fuit necessitas & vtilitas. Secunda ex parte Dei, & principalis fuit pro honore & gloria sua. De prima screbat Deus, quod homines indigebant loco firmo, ad habitandū, laborandum, seminandū, colligendum, nutriendū iumenta: propter hoc creauit Deus terram. Itē sciebat quod homines indigebant aqua ad lauandum, bibendum, naugandum, &c. Ideo creauit Deus mare & fontes & flumina. Item quia habebant respirare, ideo fecit aerem. Idem de igne ad calefaciendū & ad præparandū alimēta, &c. Item quia indigebamus lumine, fecit solem pro die, lunā & stellas pro nocte. Idē sciens quod terra nō germinaret sine influētijs, ideo fecit planetas. Itē sciens quod morimur, fecit cælū pro bonis, & carcerem inferni pro malis. Istam primā rationem tangit scriptura dicens mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura, omnia enim nostra sunt. 1. Cor. 3. O quantum debemus ipsum diligere, quia tantum fecit pro nobis. De secūda ratione principali, scilicet pro honore & gloria sua, vt in mundi creatione cognoscatur eius potentia diuina, quia qui talia ex nihilo fecit, potens est. Item vt cognoscatur eius sapientia in mundi gubernatione. Item eius clementia in omni prouisione. Itē eius misericordia in bonorum præmiatione. Et eius iustitia in malorum damnatione. Ecce secunda ratio principalis, qua re creauit Deus omnia, vt à nobis laūdetur, honoretur, & glorificetur. Nota ad hoc similitudinem de potentissimo rege habente palatium pro se, sed gentes suæ non habebant domos, villas, vel ciuitates, sed viuebant in nemoribus, qui suis proprius sumptibus ædificauit eis vnam pulchram ciuitatem duplici ratione. Prima propter necessitatem & vtilitatem gentiū suarum. Sed secūda pro honore suo. Ita etiam de Deo dicimus, qui habebat palatium suæ æternitatis, vbi habitabat, sed pro nobis creauit cælum & terrā, &c pro honore suo, vt ostenderet suam misericordiam abundantem, & iustitiam rigorosam, ideo dicit scriptura, Regi sæculorum immortali, inuisibili, soli Deo honor & gloria. primę Timothæi. primo. Vtilitas est hominū, sed honor & gloria sunt Dei. Ideo sicut Deus non tangit partem nostram, sed totam vtilitatem dimittit nobis, ita etiam nos non tangamus partem suam, quęrentes etiam honorem seu gloriam nostram, sed Dei, quia soli Deo debetur honor & gloria: ideo dicit thema, In omnibus honorificetur Deus. Patet thema. Occasione huius verbi, amore vestri quæsiui in sacra scriptura, quæ sunt & quot, in quibus debemus Deum honorare. Et inueni quod sunt quatuor in summa.

Primò debemus dare Deo de corde amorem supernalem,
Secundò de ore Laudem temporalem,
Tertiò de corpore rigorem virtualem,
Quartò de bonis exterioribus principalitatem.

& de istis quatuor loquitur thema di. In oībus, sup. bonis, honorificetur

Universidad de Deusto
Biblioteca

cetur Deꝰ. Dico enim primò, &c. Licèt enim debeam diligere patrē & matrē, sorores, parētes, & amicos, vitā propriā & famā, super omnia tamen diligendus est Deus, quia diuino amori non est preponēdus amor alicuius rei creatę, nec patris nec matris, &c. Sed amor Creatoris sit in corde, quasi oleum in lampade, quia debet omnibus dilectionibus supernatare. Si vis bene soluere debitū Deo, facias ꝙ amor patris & matris, &c. sit in corde tuo, vt aqua frigida nō supernatando. Amor autē Dei sit vt oleum in lampade calidū & natans, aliàs nō soluis Deo. Ecce quid dicit ipsemet, Qui amat patrem vel matrē plusquam me, nō est me dignus. sup. habere in hoc mundo per gratiā & benedictionem, nec in alio per gloriam & saluationem. Et qui amat filium & filiā super me, non est me dignus. Mat. 10. Quæstio moralis. Diceret aliquis, pater ego diligo Deum super omnia, detis mihi aliquod signum. Ideo ego dabo signum vobis, quia multi credunt diligere Deū super omnia, & nō faciunt. Ad probationē, si vos habetis duos amicos, & illi discordant inter se, & vos facitis partem cum altero illorum, signū est quod plus diligitis illū quā alterū. Sic in proposito. Nos diligimus patrē & matrem, &c. & dominū. Ecce venitis ad punctum in quo oportet facere vel cōtra Deum, vel cōtra creaturam dilectam. Si amore creaturæ facitis cōtra Deū, signū est quod plus diligitis creaturam quā Deū: si oppositū, signū est quod plus diligitis Deum. verbi gratia. Si filius vester infirmatur, & dicit vobis quod vadatis ad diuinos vel cōiuratores, & Deus præcipit oppositum quod nullus vadat: & necessitas & amor filij te inclinant ꝙ vadas. propterea certum est quod plus diligis filium quàm Deum. Item si perdidisti taceam argenteam vel pecuniam vel aliquod iocale, & cupis illud inuenire, & dicitur ꝙ vadas ad sortilegos diuinos, &c. & Deus precipit quod nulla de causa recurramus ad eos, si vadas ad sortilegos, certum est ꝙ plus diligis taceam & creaturam quàm Deum. Idē de amico capto, etiam de se vt homo dicat veritatem cogitur medio iuramento. & Deus precipit, quod ꝓ toto mundo saluando nō faciamus falsum iuramentum. Si pro vitæ conseruatione amici vel suiꝰ falsū iurat, plus creaturā quàm Deū diligit. O quot sont qui dicunt se amare Deum & mētiuntur? quia pro vno denario vel pro vna parua re, ne soluan', iurant falsē. Nota quod peccatum est, & magnum, iuramentum falsum. Et fac gradus peccatorum in manu dicendo, Magnum peccatum est furtum, sed maius peccatum est fornicatio simplex, & maius adulterium est, maius homicidium, sed super omnia ista maius est falsum iuramentum. Et licèt in hoc mundo plus puniatur homicidium, tamen apud Deum plus punietur falsum iuramentum. Ratio quia homicidium est peccatum contra proximum, sed iuramentum falsum est directè contra Deum, angit enim coronam Dei, Modò peccatum aggrauatur ex dignitate

Gradus in peccatis nonnullis.

gnitate personæ, cōtra quam peccatur. De hoc vide S. Tho. 1.2. q. 73. art. 9. Ideo summopere cauendum est periurio & falsum iuramētū. Ecce signum maioris dilectionis. Ideo Greg. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Quando autē quælibet res dilecta postponitur ne Dei præceptum transgrediatur, quis tunc Deum super omnia diligere coprobatur? Ideo Christus, Qui habet mandata mea, & custodit ea, ille est qui me diligit. Io. 14. Qui habet mandata mea, scilicet in corde, & seruat ea, scilicet in opere, ille est qui me diligit. Qui autē diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Ecce quia est amor supernalis. Et poterimus dicere thema mutando vnum verbum dicentes, In omnibus, scilicet prę cordijs ametur Deus, scilicet ipsum laudando benedicendo, & glorificando. Dico secundò, &c. Ratio pulchra. Cōmunis experientia docet, quod quilibet debet pro tempore assuescere officio de quo sem per habet viuere. Ideo pater si vult quod filius suus sit notarius, iam quando est puer, ostēdit sibi literas & scripturam. Itē si sartor vel sutor, & sic de alijs. Modò videamus quod officiū habebimus in alio mundo de quo viuamus. In cælo enim nō sunt sartores vel sutores, quia vestis glorię nunquā rumpitur, sicut nec vestis solis & stellarū & lunæ, nec sunt sutores vel argentarij, &c. Solùm est ibi officiū laudandi Deū, sicut tu delectabiliter comedis vel bibis, quando esuris, vel quando habes sitim. Ideo dicebat Dauid, Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Psal. 73. Fiat ergo ratio. Quilibet tenetur addiscere officiū de quo viuat, & nos in alio mūdo habemus viuere de officio laudādi Deum. Ideo iā hic in præsenti mundo debemus addiscere hoc officium, & linguam nostram habilitare. Sed sunt multi miseri qui addiscūt officiū inferni, quod est maledicere, iurare, blasphemare, &c. vt dicit beatus Ioan. Æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomē Dei. Apo. 16. Et loquitur de damnatis, quia ignis noster frigidus est respectu illius inferni. Et quot sunt modò in hoc mundo qui addiscūt illud officium, qui statim quando habent iram, blasphemant? Illi autem qui debent esse & viuere in paradiso cum angelis, iam hic incipiunt laudare Deum, & benedicere orando, &c. Quilibet talis poterit dicere cum Dauid, Benedicam dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo. Psal. 33. Nota quod dicitur in omni tēpore, refertur ad ecclesiasticos, qui omnibus horis canonicis habēt benedicere Deum, quæ sunt septem, & dicuntur in memoriam passionis. Tales tenent consilium Tob. dicentis, Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & consilia tua in ipso permaneant. Tob. 4. Nota, Pete ab eo vt vias tuas, &c. Et si tu dicis deuotè & diligenter matutinas, Deus diriget viā tuam per viam humilitatis contra superbiam. Si primam, dirigit viam tuam per viā mi

Intellige ex obiecto & circūstā tia persona.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sericordiæ & liberalitatis contra auaritiam, & sic de alijs virtutibus. Quod dicitur, Sēper laus eius in ore meo, refertur ad laicos, qui mane & vespere semper debent orare, quasi iuge sacrificium offerant Deo, ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Ad Heb. vlt. Dico tertiò, &c. scilicet per pœnitētiā ieiunij, vigiliarū, &c. Si rex cōmitteret castrum custodiendum mihi sciēs castrum regi velle rebellare, quātum placeret regi, si ille miles prudenter & cum rigore teneret castrum ne posset rebellare? Sic cuilibet nostrum cōmissum est castrum corporis, & habitatores, scilicet quinq; sensus, inclinationes, & mēbra vellent cōtra Deum rebellare. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gene. 8. Item, Sapietia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei nō est subiecta. Rom. 8. Quantum ergo placebit regi Christo, si cum rigore pœnitentiæ prudenter custoditis castrum, & notabiliter talis remunerabitur ab eo. Ideo Apostolus, Ego quidem sic pugno non quasi aerem verberās, sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cū alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar. 1. ad Cor. 9. Ecce qualiter pœnitētia est necessaria. Dicunt stulti, Et quid proficit Deo mea pœnitentia vel ieiunium? &c. Respondendum est his stultis, Vt quid proficit regi quando miles custodit sibi castrū? Nōne de hoc rex habet honorē, seruitiū, & gloriam? immo dicit Apostolus, Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuētem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum ad Ro. 12. Ideo dicit thema, In omnibus, sup. corporibus, honorificetur Deus, scilicet per pœnitentiam. Empti enim estis pretio magno. 1. ad Cor. 6. Dico quartò, quod debemus dare Deo de bonis exterioribus. Deus non indiget pane, vino, & alijs pro se, sed pro suis seruitoribus. Sicut nec rex expetit pro se omnes reditus, sed indiget pro seruitoribus. In rebus est Deus honorandus principaliter. Et hoc fit soluendo iustè decimas & primitias, & dando pauperibus eleemosynas amore sui. Multum honorat patrē, qui filijs suis pauperibus dat eleemosynam. Nota parabolam de illo magno domino, qui dimissis filijs iuit ad peregrinationē: filijs depauperatis quidam dabat eis eleemosynam amore patris, &c. Iste dominus est Christus Iesus. Auctoritas, Honora Dominum de tua substātia, & de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate & vino, &c. Prouer. 3. Nota. Honora Dominum, scilicet dando decimas, &c. Secunda da pauperibus. si dicatur, mihi deficient, &c. non est verum. immo magis abundabit. Ecce quid dicit, & implebūtur horrea, &c. Sed hic multum deficiunt diuites qui nolunt Dominum honorare, dando vel mutuando sine vsura. Nota hic species & rationes vsurę. Deo gratias.

Dominica

Dominica intra octauas Ascensionis. Sermo VI.

ANte *omnia charitatem habentes*. Verbum istud habetur textualiter in prima Canonica Petri 4. & recitatiuè in epistola currentis dominicæ. Pro huius verbi declaratione & materię prædicandę introductione sciendū & doctrina est cōmunis in sacra theologia, certa & vera, quod inter omnes virtutes morales & theologicales virtus charitatis est maior, principalis, & excellentior. Patet hoc primò in virtutibus moralibus. Nā virtutes morales solùm habēt pro obiecto creaturas, quia solùm habent suum actum, officiū, seu operationē in rebus creatis. Verbi gratia Quid est virtus prudentiæ, nisi quod in periculis huius mūdi siue animę siue corporis vel bonorū homo sciat gubernare se? ergo obiectum suum in creaturis est. Item, Quid est virtus iustitiæ? nihil aliud est, nisi quod in negotijs huius mūdi, quę stionibus, litigijs, &c. detur vnicuique quod suum est, ergo suū officium est circa creaturas. Item de virtute tēperantiæ. Quid est virtus temperantiæ, nisi quod in delicijs huius mundi homo sciat tenere mensuram? Idem de fortitudine, quæ in hoc consistit quod ex laboribus, tribulationibus, angustijs, & persecutionibus homo non dimittit bonam vitam, nec bona opera. Itē de humilitate quæ in hoc consistit, quod in honoribus, officijs, dignitatibus homo non transeat limites, sed cognoscat suam fragilitatem. Idem de virtute misericordiæ quæ in hoc consistit, quod de bonis spiritualibus, & temporalibus subueniatur indigentibus. Idem de castitate, ad quam pertinet custodire se ab actibus verecundis luxuriæ. Idem de patientia, quæ in hoc consistit, quod de iniurijs non accipiat homo vindictā, & sic de alijs. Patet ergo, quod omnes virtutes morales suum actū, effectum, officium, & operationem habent circa creaturas, & etiam obiectum earum aliquod creatum. Charitas solùm Deum habet pro obiecto, quia charitatis est diligere Deum propter se, & proximum propter Deum. Totum hoc est diligere Deum vnica ratione. Quia dicit Philosophus, quod vbi nō est propter alterū vtrobique tantū vnum. Verbi gratia, Vos diligitis sanitatem, & diligitis medicinam amaram propter sanitatē, ergo tota ratio amabilitatis est in sanitate. Sic nulla creatura est amabilis de se amore charitatis, sed propter Deum inquantū est imago Dei. Patet ergo q̄ charitas excellit virtutes morales. Auctō. Induite vos sicut electi Dei sancti & dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatē, modestiā, & patientiā, &c. vbi enumerat multas virtutes morales. Super omnia autē hæc, charitatem habete, quod est vinculū perfectionis, ad Col. 3. Nota, induite, quia virtutes sunt vestes animæ, & ideo Philosophus in Ethi. virtutes vocat habitus. Et sicut religiosus sine habitu dicitur apostata, ita alia sine virtutib⁹ est abominabilis Deo, & oībus sanctis. Sup omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem charitatē habere. Ecce quomodo ponitur super omnes virtutes morales. Ratio, quia est vinculum perfectionis. Cū dicamus hęc charitas, nonne melius diceretur, quæ est vinculū, & tūc relatiuū & antecedens cōuenirent? Pro respōsione no. q̄ virtutes morales sunt acquisitę exercitio bonorum operum. Nā habitus virtutū ex bonis operibus diu continuatis generatur. Sed charitas est purū donū Dei per infusionem, non enim reducitur ad esse de potentia materiæ ex vsu bonorū operū, sicut virtutes morales, sed infunditur à Deo, ideo ly quod non facit relationē ad id quod dicitur charitas, sed ad donū quod subintelligitur, quando dicitur, super omnia charitatē habete, quod scilicet donum charitatis est vinculū perfectionis. Ité charitas habet excellentiam & maioritatē super alias virtutes theologicales. Dicuntur enim theologicales, à theos, quod est Deus, quia ordinātē ad Deum, & habent Deum solū pro obiecto. Et sunt tres, scilicet fides, spes, & charitas. De ista materia vide sanctū Tho. 1.2. q. 62. ar. 1. ibi ostendit quare dicuntur theologicę. Et ar. 2. ostendit differentiā earū à virtutibus moralibus & intellectualibus. Et ar. 3. eiusdē quæstionis ostendit numerum earum, quia tres sunt, nō plures, neque pauciores. Et ar. 4. ostendit ordinem earum, quæ sit prior inter eas, scilicet inter fidem, spem, & charitatem. Quare actus sunt, vt sequitur. Fides est credere Deo de his quæ nobis reuelauit. Quia fides christia. nō est credere Petro, nec Paulo, nec apostolis, nec prophetis, sed credere Deo qui locutus est apostolis & prophetis. Spes autem est sperare in Deo, nō sperare in principibus, seu prælatis. ideo Dauid. Nolite cōfidere in principibus, neq; in filijs hominū, in quibus non est salus, sed in Deo. Sed charitas est maior. De hoc vide sanctū Tho. prima 2. q. 66. ar. 6. Ratio quia charitas in sua essentia non includit defectū siue imperfectionem, sicut fides & spes. Quia fides est credere quod non vides. Ecce imperfectio. Spes autē est sperare quod nō habes. Ecce defect⁹. Et quid est charitas? diligere Deū propter se, & proximū propter Deum, quod nō includit aliquē defectū. Ideo dicit auctoritas scripturæ, Nunc manēt fides, spes, charitas, tria hæc. Maior horū est charitas. 1. ad Cor. 13. Not. Maior horū? Nunquid debet dici maior harum? Respondeo q̄ ly hōrum, nō refertur ad fidē & spem, sed ad ly donorum, quod subintelligitur, scilicet maior autē donorū horū est charitas, quia istę tres virtutes dētur à Deo per infusionem. Patet ergo q̄ dixi quid inter virtutes morales & theologicales excellentior est charitas, propter hoc dicit thema, Ante omnia charitatem habentes, scilicet amorem Dei feruidum, & amorem proximi ordinatum. Nota, Ante omnia, quia debemus laborare vt habeamus virtutes morales. Sed ante omnia charitatem habentes. Ista virtus charitatis habet trēs gradus. Primus est incipere bonam vitam fortiter. Secūdus est proficere in bona vi

Ecce quid inter virtutes morales, & theologales, seu infusas à Deo, interest.

ta abundāter. Tertius est perseuerare in bona vita finaliter. Dico primō quod primus gradus, &c. est incipere bonā vitam fortiter. Postquam homo diu tenuit malam vitam viuendo in peccatis, addendo cōtinuē peccata peccatis, & Deus facit ei gratiā, quod redit ad se cōsiderans mala & peccata quæ fecit, dicit, O miser, & quantum tēpus perdidi, quod nullū bonum feci animæ meæ. O miser quid erit de me? volo redire ad Deum: dolet & conuertitur de peccatis, proponit nō redire ad ea, cōfitetur ea clarē alicui confessori, acceptat libenter pœnitentiā confessoris, & seruat diligenter eam, cōmunicat deuotē, audit missas, sermones, talis est in primo gradu charitatis. De hoc Petrus apostolus postquam dicit, ante omnia charitatē habētes, assignauit rationē dicens, Quia charitas operit multitudinem peccatorū. 1. Pe. 4. Nō dicit expellit, vel abijcit, sed operit. Videtur ergo q̄ charitas & peccata stent simul. Respondeo, dicendo, q̄ charitas destruit peccata, quantum ad culpas, quia culpæ non stant simul cum charitate, sicut nec lumen cū tenebris, & operit, quantū ad pœnas. Nam secundum sententiam theologorum in iudicio particulari vel vniuersali siue generali, omnia peccata quæ homo fecit siue corde cogitādo, siue ore loquēdo, siue opere faciendo, omnia discooperiētur, non solūm Christo, cui omnia nuda & aperta sunt oculis eius ad Heb. 4. sed etiam angelis & sanctis virtute diuina. Sicut videtur peccata illius, qui ponitur in scala, quia ponūtur scripta in fronte eius, clariori modo videbuntur omnia peccata in iudicio vniuersali. O qualis confusio erit. Multi sunt, qui modò reputantur boni, religiosi, vel clerici, qui tunc videbuntur totū fecisse ex hypocrisi, &c. Idē de prælatis. Auctoritas, Veniet Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordium. 1. Cor. 4. Sed qui habebunt charitatum, eorum peccata non manifestabuntur in eorū cōfusionem, quia charitas est quasi velum seu mantellum quæ operit multitudinem peccatorum, & ergo quia sic est, incipiamus bonam vitam. Sed dico q̄ oportet incipere vitam bonam forti animo & vigoroso. Patet hoc triplici similitudine. Prima de homine ad altum montem ascēdente, cui necessarius est vigor, & fortitudo, quia cum labore & violentia ascendit. Secūs descendendo. Sic de nobis, si volumus ascendere ad montē bonę vitæ & virtuosæ, necessarius est vigor, & robur, siue fortitudo, quia violenter ascendimus, quia pertina quæ inclinatur ad superbiam, vanitatem, & pompam, cum difficultate humiliatur. Ideo est necessaria fortitudo. Idem de auaro luxurioso, & de alijs, quia contra inclinationem cum difficultate fit. Ideo requiritur robur. Secūs descendendo in infernum per malam vitam vadit homo constantius naturaliter, quia caro inclinatur ad vitia & peccata. Sine magistro & doctore addiscimus peccare & male agere. Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum pro

na sunt ab adolescentia sua. Genesis septimo. Oportet igitur facere vigorose, facere vim sibipsi. Hoc sciens Apostolus dicebat, Ego sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aërem verberans: Sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo. primæ Corinthiorum nono. Secunda similitudo est de homine leuiter ligato cum filo stupe simplici, talis leuiter soluetur. secùs si cum chordis vel catenis ferreis sit ligatus, quia tunc requiritur forceps ad soluendum se. Ita ille qui nouiter incipit peccare est ligatus cum filo stupe, quia leuiter poterit dimittere peccata. Quando vero est iam aliqualiter assuetus, est cum chordis ligatus, sed quãdo est iam antiquatus in peccatis, catenis ferreis est ligatus. Ideo necessaria est sibi forceps Samsonis vt soluatur. Multi homines & mulieres sunt ligati istis catenis de malis consuetudinibus: qui quando interrogantur à confessore an iurent Deum, dicunt, Pater consuetudo est. Hoc vultis dicere, quia iam estis ligatus ista catena quæ ducit vos ad infernum. Multi vellent soluere istam catenam ne iurarent, & non possunt, ita sunt malè assueti, sed frangetis eas assuefaciendo vos ad infirmandum vel negandum per aduerbia. Item si matres, quæ curant de filijs, corrigerent eos ne iurarent, & docerent eos loqui ita, non sic est, per aduerbia, quando essent magni, nõ iurarent. Idem de peccato vsuræ, si vniuersitas vel particularis homo veniat ad diuitem vt mutuo recipiat pecunias ab eo, respondet diues, placet mihi, sed solutionis vltra sortem tantum quolibet anno. Dico quod hoc est vsura, quia pro mutuo nõ potest homo aliquid accipere. Et vsurarius dicit confessori, Pater consuetudo est. O vos vultis dicere quod estis ligati ista catena. Sensualia bona sunt, seruatis duabus conditionibus. Prima est quod sit vera emptio. Secunda quod pretium sit iustum. Item vendere plus propter dilationem solutionis. Dicit vsurarius, Pater consuetudo est, sed vsurarios hac catena diabolus trahit ad infernum. Item confessor dicit emere pro pecunia parata minori pretio est vsura. Pater consuetudo est, &c. respondet vsurarius. Item obligatio libertatis ad molendinum ratione mutui, vsura est. Sed potestis dicere tantum pro tanto sine aliqua conditione, & ille bene facit, sed non obligetis eum. Item mutuare possessiones & interim fructus recipiendo, vsura est. Item si seruatis vos pignora, & vtimini pignoribus, vsura est. Pater consuetudo est, dicit vsurarius. Sed solutio nulla est. Cõtra leges humanas potest allegari cõsuetudo, quæ per contrariã consuetudinem abrogatur. Sed non contra legẽ Dei, immo propter consuetudinem grauius peccatũ est, & talis mala cõsuetudo vertitur in naturam, intãtum quod quasi impossibile est dimittere illas malas consuetudines. Auctoritas, Si mutare potest æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene facere

facere cùm dilexeritis malum. Hieremiæ decimotertio. Tertia similitudo est de illo, qui vadit per viam & habet transire passum angustum, in quo expectant eum inimici enibus euaginatis cõtra eum, vt occidatur, necessaria est sibi munitio ad transeundum, vt possit euadere. Ita est de nobis. Lingua hominis est ad instar ensis facta, & quando aliquis vult incipere bonam vitam dimittendo vitia, vanitates & peccata, statim illi qui prius fuerunt socij in peccatis, nituntur eum retrahere, scilicet obloquentes. Verbi gratia, si in aliquo monasterio vel collegio est aliquis religiosus vel clericus dissolutus, &c. nullus dicit sibi aliquid, immo commendabitur de fortitudine, &c. Et si ponit se in via bonę vitæ, vt vadat ad paradisum, factum est alij qui vadunt ad infernum, statim persequuntur eum. Idẽ de clerico & laico, idẽ de mulieribus, idem de illo qui parcit inimicis, &c. Quot religiosi miseri clerici, & alij sunt, qui vellent incipere bonam vitã, sed dicunt, O miser quid faciã, quia dicent quod sum hypocrita. Ideo necessaria est prudentia, scilicet non curare quid dicunt malę gẽtes, sed quid vult Deus & quid teneamini facere. hoc scilicet, quod dicit Dominus per prophetam Hieremiam nono. Vnusquisque à proximo suo se custodiat, & in omni fratri suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit. Tamen dilectio diuinæ voluntatis vigorosè liberat ab omnibus istis supradictis. Auctoritas. Aquę multę non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Canticorum octauo. Et loquitur de eo qui fortiter, & vigorosè recepit bonam vitam. In tali enim aquę multę, scilicet malarum inclinationum, & malę consuetudinis, non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina, scilicet obloquentium, obruent illam. Ecce primus gradus charitatis, principium bonæ vitæ. Ideo incipiamus pro tempore, dum sumus in hoc mundo, ausando, &c. Secundus gradus est, proficere in bona vita abundanter. Ex quo homo incœpit, continuauit, iam gentes non obloquuntur contra eum, quia vident bonam continuationem, quia non fictè, sed veraciter bonam tenet continuationem & bonam vitam. Licèt à principio mirentur & obloquantur, tacent post. Tunc tales siue talis, debent vel debet congregare virtutes, & bona opera, & merita abundanter. Nota similitudinem de arbore transplantata in bona terra rigata, & radicata facit flores, folia, & fructus: ita ex quo persona est transplantata de terra sterili malę vitæ in bonam, debet facere flores orationum, folia eleemosynarum, &c. fructum meritorum. Aucto. Hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abũdet in omni scięũa, & in omni sensu, vt probetis potiora, vt sitis sinceri, & sine offensa in diẽ Christi, repleti fructu iustitię. Ad Phi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Phil.1. No. quatuor in quibus est habenda abūdantia. Primò debetis abundare in scientia Si dicat rusticus, Et quomodo ego potero abūdare in sciētia? Respōdeo, Nos qui habemus prædicare, habemus abundare in sciētia theologiæ, quia aliàs faceremus errare populum. Sed vobis simplicibus sufficit scire, Credo in Deū in quo sunt omnes articuli fidei. Dicatur hic. Secūdò debetis abūdare in omni sensu pœnitentiā faciēdo. Sicut enim ex quinq; sēsibus peccamus, ita ipsis debemus facere pœnitētiā, in oculis lacrymādo, in auribus missas & sermones audiendo, in odoratu viam Domini sentiendo, sicut canis qui sequitur leporem per odorem, sentit in biuio quando transiuit, in gustu ieiunando, in sensu tactus totum corpus affligendo. Beatus vir qui in sapientia morabitur, quantum ad Credo in Deū. & in sensu cogitabit circunspectionē Dei, scilicet pœnitēdo. Eccle. 14. Tertiò probetis potiora. Bonum est corpus hominis, sed melior est anima. Ita bona sunt opera bona corporis, sed meliora sunt animæ, scilicet orationes deuotæ & cōtemplationes. Multi sunt qui ex operibus misericordiæ corporis perdunt bona animæ, quia negligūt missas & sermones audire sermones, quæ est optima contemplatio. & sic de alijs. Propter hoc scripsit Apostolus ad Timotheum, qui faciebat magnas affrictiones corporis dicēs, Exerce teipsum ad pietatē, scilicet ad spiritualia. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Pietas autē ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. 1. ad Thi. 4. Quartò per Iesum Christum Dominum nostrū, quia nulla alia lex ducit ad paradisum, nisi lex Christi, non Moysi nec Machometi, licèt dicant Iudæi. Nota hic exemplum de illo diuite qui habebat tres filios, & vnum lapidem pretiosum magni pretij. & quilibet filius petebat illum lapidem à patre. Pater autem volens illos cōtentare, vocauit vnum lapidariū qui fecit sibi duos alios lapides, omnino similes lapidi pretioso. Et quādo pater debebat mori, dedit vnum lapidem seniori fratri. Secundo quem magis diligebat, dedit lapidem verū. Tertio filio dedit alium de illis de vitro. Mortuo patre, quilibet dicebat se habere lapidem pretiosum, sed argentarius in pondere cognouit verū lapidem. Ista tres filij sunt tres populi, scilicet Iudæorum, Christianorū & Agarenorū. Pater est Deus. Tres lapides sunt tres leges eorū, &c. sed cognoscuntur in pondere. Pondus enim legis Moysi secūdū promissionē eius est, quod solum promittit terrena. Et ista quantū ponderauerunt? ecce quid dicit Salomon de terrenis, Vanitas vanitatū, & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat, sub sole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autē in æternum stat. Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur, vbique renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad Aquilonē. Eccles iast. 1. Itē vidi cūcta quæ fiunt sub sole, & ecce omnia vanitas. Nihil

Nihil aliud ponderat, non est ergo ille lapis pretiosus. Pondus autē sectæ Agarenorū quod est? promittit enim lex illa maledicta, riuos mellis & lactis in cælo, & vxores quingentas virgines, &c. Ecce paradisus porcorū & asinorū bestialis. Ecce quod promittit, nil pōdetur. Lex autē Christi promittit non vanitatē, vt lex Iudæorū, nec bestialitatē, vt Agarenorum, sed regnum paradisi quod est infinitum, & infiniti ponderis & valoris. non enim potest estimari eius valor, quia minor est tota Hispania. Ecce promissiones, Beati pauperes spiritu, quoniā ipsorum est regnū cælorum. Mat. 5. Beati qui persecutionē patiūtur propter iustitiam, quoniam, &c. Tertius gradus charitatis est perseuerare in bona vita finaliter continuando vsque ad finem. Quia qui non currit, non obtinet brauiū, nec bene currēs obtinet brauiū, nisi cursum consummauerit vsq; ad brauiū. Ideo Apostolus orando dicebat. Det vobis Deus secundū diuitias gloriæ suæ virtutē corroborari, per spiritum eius in interiori homine Christū habitare, per fidem in cordibus vestris in charitate radicati & fundati, vt possitis cōprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo, lōgitudo, sublimitas & profundū ad Ephe. 3. Primò quæ sit latitudo. 1. extēsa dilectio, quę debet esse tanta in corde Christiani quod debet diligere, non solùm seipsum, sed & proximos, non solùm illos de domo sua, sed etiam extraneos, nō solùm amicos & benefactores, quia & canis diligit benefactorem suū. Ideo qui solùm diligunt amicos, habent amorē canum. Ex tali amore non habebunt à Deo saluationem siue meritū. Sed meritum est diligere amicos & inimicos propter Deum, quia inimici non habent rationem diligibilitatis, nisi propter Deum, qui præcepit illos diligere. Itē diligere debemus Iudæos, Agarenos, & alios infideles, & orare pro eis vt conuertantur, sed non participare cum eis. Secundò quæ sit longitudo, scilicet per feuerantis durationis. Hic tangit rectores qui fecerūt bonas ordinationes ad vtilitatem cōitatis vt seruent, aliàs modicum esset. Sed dicitur modò, Hodie facta, hodie fracta. Ita quod mirū est, quare Det dat nobis panem, vel aquam vel vinum. Ideo nullo modo frangantur ordinationes. Nota historiam Ionæ de ciuitate magna Ninive, in qua fiebāt multa peccata, & Deus misit ad eos Ionam prophetam qui prędicauit, & gentes timuerunt & fecerunt ordinationes & pœnitentiam, sed non habuerunt longitudinē, & fregerunt ordinationes & redierunt ad peccata, propter quod tota ciuitas, vt inquit Lyra, versa est in abyssum, nec aliquis euasit. In qua erant plures gētes quam in regno Aragoniæ, ita erat populosa. Ideo Dauid, domum etiam scilicet villam, vel communitatem, decet sanctitudo Domine in longitudine dierum. in Psal. 92. Tertiò, quæ sit sublimitas & altitudo cælestis præmij, quod Deus promisit bonis dominis, & rectoribus communitatum, scilicet regnum paradisi. O qualiter debemus

Inclīsā-tiagētic Ninuitarum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

beremus esse aduocati Iesu Christi & zelotypi de suo honore, quēadmodum aduocatus alicuius baronis pro modico salario statim in omni loco defendit eum, & sua, &c. Et pro Christo, qui promittit regnum paradisi, nullus est aduocatus, & nullus curat de suo honore. Ideo curetis de suo honore, & attendatis quid promittit. Ideo Apostolus, In sublimitate eternum gloriæ pondus operatur in nobis, nō contēplātibus nobis quæ videntur, sed quæ nō videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ autē nō videntur æterna sunt. 2. Cor. 4. Quarto & profundum, scilicet infernalis damnationis, quæ parata est dominis & rectoribus, qui sustinent peccata notoria, & negligenter exercent officium suum, qui propter lucrum sustinent ludū taxillorum, meretrices in hospitijs vel concubinas, &c. Quilibet curat diligenter de domo sua, magis & diligētius curandum est de cōmunitate. Ratio est ista. De communitate est, vt de naui in mari, si patronus vel nauta solùm curaret de sua camera, malū esset pro naui. Quia si camera patroni vel alia destruatur, non est periculū. sed si vnus postis vel tabula amoueatur de latere nauis, ibi est periculū periclitandi omnibus. Ita charitas est ad instar magnę nauis, &c. Charitas enim de qua scriptum est, non quærit quæ sua sunt, sic intelligitur quod non propria communibus, sed communia proprijs antepponit. Tanto enim vos magis proficere noueritis, quanto rem communem diligentius curaueritis. vt dicit Aug. in regula, Ergo ante omnia charitatem habentes, &c.

Dominica intra octa. Ascensionis. Sermo VII.

HEc *locutus sum vobis, vt non scandalizemini.* Io. 16. Verbū istud Christi fuit dictum Apostolis, quando vidit eos paratos, vt caderent in peccatum, quia erant fragiles. Ideo dicit eis, Hęc locutus sū vobis, &c. Scandalū Græcē idem est quod offensio Latinè, vt cùm homo vadit per viam quā non considerat, sed cogitat de alijs & ponit pedes ad lapides, &c. illud vocatur scandalum. Ideo sapiens dicebat filio suo, Eccle. 32. In viam ruinæ, id est petrosam non eas, & non offendes in lapides, nec credas te vię laboriosæ, ne ponas animæ tuæ scādalum. Modò ita est, oēs qui sumus modò in vita, sumus in via, nullus credit hic remanere, quia omnes sumus peregrini, & viatores: vnus venit, scilicet nascendo, alter transit, scilicet moriendo. Ideo Dauid in sua oratione dicebat, Peregrinus sum⁹ corā te, & aduenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. 1. Paral. 29. Ex quo ergo sumus viatores, volo vos auisare, ne modò vos offendatis ad lapides, & in fine sermonis potero vobis dicere, Hęc locutus sum vobis, &c. Quamuis sumus omnes viatores, tamē non omnes imus ad paradisum per eandem viam. immo in scriptura sacra inueni tres vias securas & bonas eundi ad paradisum.

Prima est pura innocentia,
Secunda est digna pœnitentia,
Tertia est firma obedientia.

Prima est pura innocentia. Sed quia multi scandalizātur in qualibet istarum, ideo volo vos auisare, vt possim vobis dicere the. Hęc locutus sum vobis. Dico primò, quod prima via eundi ad paradisū, est innocentia pura, quæ est, nullū peccatū vnquam fecisse, nec veniale, nec mortale, nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec opere operando. De ista via prophetauit Isa. propheta. 35. Erit tibi semita, & via sancta vocabitur. Non trantibit per eā pollutus. Et hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. No. & erit, scilicet in tēpore gratiæ, vel nouæ legis, semita, id est via innocentiæ. Et nō solùm dicit via, sed & semita stricta, quia pauci hodie vadunt per eā, & via sancta vocabitur, quia non trantibit per eā pollutus. Primus ergo qui per hanc viam transiuit, fuit Christus, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. 1. Pe. 2. Etiam virgo Maria secuta est eum, quia nunquā peccauit aliquo modo: cui dicit Spiritus sanctus. Can. 4. Tota pulchra es amica mea, & macula nō est in te. Nec de adultis inueniuntur plures, nisi Christus & virgo Maria, nec de patriarchis, nec de prophetis, nec apostolis, nec martyribus, nec cōfessoribus. Nullus enim potest se excusare de peccato mortali, vel veniali, immo beatus Io. Euangelista de se, & de alijs dicit. 1. Io. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis nō est. Solùm enim pueri nouiter nati & baptizati, qui antequam peccent moriuntur, sequūtur Christum, & virginē Mariā, per viam innocentiæ. Cogitate quia quando virgo Maria fuit in cælo cū filio, vertit se respiciēdo si aliquis eam sequebatur, & vidit q⁹ solū innocētes, de quibus regratiādo filio suo dicit innocētes & recti adhęserūt mihi, quia sustinui te. psal. 24. No. quod sustinui te tripliciter, Primò in vtero nouem mensibus. Secūdò in brachijs & amplexibus. Tertiò in manibus cū gemitibus & doloribus. Ideo innocentes adhęserunt sibi. Charissimi, & vera declaratione intelligatis quod in hac via homines tripliciter scādalizantur: q̄dā enim scādalizātur cadēdo in puteum inferni. Alij non cadūt, sed deuiāt à via paradisi. Tertij non cadūt nec deuiāt, sed retardātur. Primi sūt pueri. q nō baptizātur. Et propter hoc vt pueri nō venirēt in istud scādalū, Xps præcepit Ma vlt. dicēs, eūtes docete oēs gētes baptizātes eos in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti. Secūdò aliqui scandalizātur non in inferno cadendo, sed deuiando, sicut ille qui offendit peccando mortaliter, in quo scādalizati sumus omnes, quia statim dū fuimus annorū quinque vel sex, incępimus peccare. Nota de puero quinque annorum in dialogo Gregorij. In ista ergo ætate multi deuiant peccando mortaliter, licèt nō in inferno

ferno statim cadant, immo per pœnitētiā possunt se iuuare. Noqua liter est magna tristitia viatoribus, quando per vnā leucam vel duas deuiant, amplius, quando deuiant per dietā. Modò cogitate quot dietas quilibet vestrum ambulauit post viam innocentię deuiādo. Quādo peccamus mortaliter, deuiamus intantū, quod impossile est redire ad innocentię statum, & ideo per aliam viam oportet nos redire, vt possimus dicere, Errauimus à via veritatis, scilicet Christi, q dicit, Ego sum via, veritas & vita. Io. 14. Et lassati sumus in via iniquitatis & perditionis. Sap. 5. Ideo vos qui habetis filios, nutriatis eos bene, & custodiatis, ne deuient à via Domini, sed heu multi magis curant quod filij sui sint bene induti. Tertio aliqui scandalizantur non cadendo in inferoum, nec deuiando, sed retardando per peccata venialia, qui nunquam peccauerunt mortaliter, vt creditur de Hiere. & Ioan. Baptista, & ceteris. ideo non perdiderūt viam innocentię. Qui autem solūm habent peccata venialia, retardantur in purgatorio. Ideo de hoc dicebat Dauid psal. 101. In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Secunda via eundi ad paradisum, est digna pœnitentia. Et per istam oportet nos ire, ex quo perdidimus viam innocentię. Nota digna pœnitentia est adequatio culpę ad pœnam. verbi gratia. Si peccamus corde malè cogitando, odiendo, vel concupiscendo, faciamus pœnitentiam conterendo. Si ore blasphemando, iurando, faciamus pœnitentiam confitendo Deum & laudādo. Si oculis vaue vidēdo, fiat pœnitentia plorando. Si manibus, fiat pœnitētia erectis manibus orando, & restituendo. Si per gulam, fiat pœnitētia ieunādo. Si in corpore, fiat pœnitentia affligēdo. Ista est digna pœnitentia, sic secundum peccatū fiat pœnitētia. Sed ista via angusta est. Vnde Christus Mat. 7. Quàm angusta porta & arcta est via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. No. q dictio, Quā, est admirativa, Augusta porta huius viæ est confessio angusta est, quia homo habet se diffamare & dicere de peccato suo, & non alterius. Vnde propheta psal. 117. Hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam. In hac via pœnitentiæ tripliciter scādalizantur homines, quidam faciēdo plus, quidam minus, quidam ex toto dimittendo. Primi plus faciunt, qui vtuntur in discretione. Quonā homines indiscrete vigilando, ieiunando, vel corpus affligēdo, effluitur magui fatui, & sic damnātur. Diabolus enim impugnat eos aliquo colore, dicendo quod parum facit pro Christo, qui tantum fecit pro se, & similia, & tunc sic illusus facit magis de pœnitentia quā possit sustinere. Talis enim ex indiscretione facit de via paradisi viā infernii. Contra istos dicit Scriptura ad Roma. 12. Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentē, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, id est seruitium vestrū. Nota rationabile. Quilibet cogitet quantum potest portare

eum. Qui miles post regis recessum adamauit captiuā despecta filia regis, sibi in omnibus cōplacens, & voluit quod captiuæ seruiretur à filia regis, &c. Dicatur quid meretur iste miles, &c. Ideo quādo venit rex, &c. Iste rex est Iesus Christus filius virginis Mariæ, rex regū Filia dilecta est anima, quæ præcise assimilatur sibi plusquā imago depicta, quia ad imaginem Dei creata. Dixit Deus quādo voluit creare hominē, Faciamus hominē ad imaginē & similitudinē nostrā Gene. 1. quod nō dicitur nec intelligitur quantū ad corpus, quia Deus incorporeus est, sed quātum ad animā, quæ est de natura spirituali, nobili & generosa & pulchra. Vnde si possetis videre vnam animā in sua pulchritudine, in quātum est ad imaginem Dei, nolletis comedere nec bibere, intantum quod pulchritudo solis vel lunę nihil est respectu, &c. Et diligitur à Christo intantū quod sibi vult dare regnū cæleste. Et videtur quod dilexit eam plus quàm se. Quare voluit nasci, & in hoc mundo. 33. annis cōuersari, & tandem pati & mori, totum amore filiæ. Et poterat dicere, da mihi animas, cetera tolle tibi. Gene. 14 Iste rex voluit ire vltra mare ad visitandū sanctuaria. Iste mundus dicitur mare propter vndas & pericula, & parui pisces comedūtur à magnis. Et in die ascensionis ab isto mundo recessit, & filiam suam commisit vni militi, quia animam tuā commisit tibi, & meam mihi, &c. cum captiua, scilicet carne, vt seruiat sibi, Et nos modo adulterino cū captiua, scilicet carne consentimus spretā anima, & volumus vt seruiat sibi anima. Quare induimini? Nunquid amore carnis? quare paratis victum delicatū? Nunquid amore captiuę? Et de filia regis non curamus, sed moritur fame, & incedit nuda & immunda. Caro sępe lauatur, & mūdatur. Et de filia regis nō fit mentio, nec de ea curamus. Homines laborant per terram & per mare pro captiua. Et pro anima filia regis non potestis quiescere in dominica, &c. In eadem condemnatione militis estis. Cogitate quid faciet vobis rex quādo veniet citò in iudicio generali, vel in particulari, quid dicetis. Ecce ergo quod peccatum est velle plus complacere carni quàm animæ. Ecce do vobis consilium, vt quolibet die curetis de filia regis sicut de captiua, cui ordinate bis in die datis refectionem, scilicet prandium, & cænam. Idem faciatis animæ orando de mane & de sero, prius benedicendo mensam, scilicet signando se, & post dicere Pater noster, Aue Maria, deuotè cogitādo quod videt Christum in gloria, qui adoratur ab angelis, & minatur vobis, deinde cogitando quod videtis virginem Mariam ad dexteram filij sui, dicatis Aue Maria gratia plena, Dominus tecum Benedicta, &c. Idem in sero, nec tradatis obliuioni prandium istud, nec cænam. In dominica dabitis sibi maius prandium audiendo missam completam, & quod fitis in confessione quæ quasi est manuum ablutio, cum silentio, &c. Adorare Christum verum Deum & hominem de-

betis in hostia. Ita semel in anno deberis eã induere de nouo. Istud fit in confessione vbi deponuntur vestes antiquæ, &c. & induuntur nouæ in paschate faciendo magnum festum communicãdo. Et isto modo poteritis dare in iudicio regi Christo bonum computum de filia sua, quæ faciet vos magnos in paradiso. De illis autem qui faciunt oppositum plus curando de carne quàm de anima, dicit Dauid Psalmo. 72. Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns. Quia non est respectus, scilicet misericordiæ, morti eorum, scilicet damnationi, & firmamentum in plaga eorum. In labore hominum non sunt, scilicet per pœnitentiam, & cum hominibus non flagellabuntur, sed cum dæmonibus. Dico secundò, &c. id est domestica, quando, scilicet in domo vir, vxor, & familia stant in bona pace & concordia sine contentionibus, talis pax dicitur domesticalis, sicut prima dicitur personalis. Ad istam pacem faciendam & conseruandam sunt necessariæ sex doctrinæ, duæ sunt viri ad vxorem, & duæ vxoris ad virum, & duæ viri & vxoris ad familiam domus. Primò sciendum, quòd vir erga vxorem debet seruare dilectionem. Vir debet diligere vxorem suam, non despicere pro aliquo defectu, ex quo est proba fœmina. Sunt aliqui miseri qui solùm diligunt vxores tãtum quantum durat panis nuptiarum, quando sunt satiati de eis, despiciunt eas, propter quod venit guerra in domo. Benedictus est homo qui illum amorem quem ostendit vxori prima die vel hebdomadà semper seruat. Secundò debet vir vxori prouisionem adhibere. Non enim debet deserere eam, sed ei prouidere, non in vanitatibus, quia si ipsa sit vana, debet sibi dicere vir, mulier damnabor vobiscum, &c. quia vxores vanæ non solùm damnant se, sed etiam viros eis consentientes. Non potest vir dimittere vxorem vt sit eremita vel religiosus consummato matrimonio per carnalẽ copulam, nisi de licentia vxoris ipsius, & tunc fieri debet de licentia prælati, & quòd vxor sit talis, quod non sit suspicio peccandi, &c. Ideo dicit scriptura, Viri diligite vxores vestras, sicut & Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiã non habentem maculã aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas, vt corpora sua ibidẽ, Qui suam vxorẽ diligit, seipsum diligit. vide ibi pulchra in textu ad Ephe. 5. Vxor verò erga virum debet habere duo, scilicet reuerẽtiam & diligentiam. Primò reuerentiã, vt velit quòd vir sit dominus, aliàs si in oppositum sit, guerra oriturin domo, quia natura, scriptura, lex diuina & humana dictant, quòd vir sit dominus domus, & contra naturam, legem diuinam & humanam est, quòd mulier sit domina viri. Dicatur de Virgine Maria pulchra & nobili, &c. cum quanta reuerentia & honore loquebatur spõso suo Ioseph pauperi

pauperi seni. ideo dicit scriptura, Mulieres viris suis subditę sint sicut Domino, quoniã vir caput est mulieris, sicut Christus caput est ecclesiæ ad Ephesios quinto. Nota, vt Domino, non contra Dominum, quia posset querere de corpore vxoris, quod mulier non debet consentire, immo deberet magis pati se occidi, quia esset martyr antequam consentiret, &c. Item debet esse diligens vt conseruet illud quod vir lucratur cum magnis laboribus & periculis, ne sit domus vt saccus perforatus, vt teneat domum & se mundam, quia tunc vir diligit talem vxorem, & sic est pax in domo: de ista diligentia Eccle. 26. Gratia mulieris sedulæ delectauit virum suum, & ossa illius impinguabit, id est totum faciet eum pinguem. Tertiò vir & vxor erga familiam debent habere duo. Primo circa filios eruditionem. Multi sunt qui dicũt, sufficit quod dẽt filijs cibum & potum, sed nõ curant eos erudire siue informare, &c. Dicatur quomodo pueri debent nutriri. Quia sicut arbor tenera flectitur, &c. sic pueri dũ sunt parui. Hoc maximè competit matri, quia quando pueri petunt panẽ de mane, bona mater debet dicere. Modò fili dicas Aue Maria, scias quod est nostra regina in cælo, &c Modò flecte genua, &c. Dicas Aue Maria, & quod signo crucis signet se, & informare debent parentes pueros ne mentiantur, ne furentur, ne sint contentiosi, quod confiteantur quando sunt quinque vel sex annorum, & quod communicent quando sunt. 12. annorum, debent parentes ducere eos ad ecclesiam, vt audiant missam, &c ideo dicit scriptura, Patres nolite ad iracundiam, sup. Dei prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina, & correctione Domini. ad Ephe. 6. Culpa est hortulani, si arbores sunt tortuosę, quia paruę poterãt dirigi. Ita vos parẽtes estis hortulani. Plãtetis arbores bonas in viridario Christi, id est eccle. Quo ad seruos & captiuos, quia debent eos inducere vt baptizẽtur vel vt cõfiteantur, quod audiant missam, dare opportunitatẽ audiẽdi missam & communicãdi, tunc talis domus est benedicta. Facere oppositum prędictis est maximum peccatum. Ecce quid dicit scriptura. Si quis suorũ & maximè domesticorum curam non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1. ad Tim. 5. In hoc enim cõsistit pax domesticalis, scilicet quod vir habeat erga vxorẽ, &c. Epiloga breuiter. Talis domus habet pacem & Dei benedictionem, ideo dicit scriptura, O Israël, id est vir videns Deum, si in via Dei ambulasses, scilicet in his quæ dixi, habitasses vtique in pace super terram. Baruch. 3. Dico tertiò, &c. id est vniuersalis. Prima pax est personalis. Secunda domesticalis. Tertia est vniuersalis, quando vna communitas, villa, seu ciuitas viuit in pace, tũc est pax vniuersalis. Et ista est pax primò in corde, secũdò in ore, tertiò in opere. In corde quo niam nõ habet inuidiam, rãcores, nec malas voluntates adinuicem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c. Plus enim est compatiendum illis qui habent officium seu regimen, quam inuidendum, quia habent reddere rationem de tantis sibi commissis. Sicut naui periclitanti comparatur quisque, & non inuidet. Ita qui habēt regimē populi, sunt in mari fluctuanti in periculo submergendi in inferno, intātum quod nullus prudens anhelare deberet ad regimen Filius Dei est qui potest euadere. Ideo compatiendum est potius quàm inuidendum. Secundò ista pax est in ore, loquendo, adinuicem salutādo. Quia sicut per fumum fumeralis cognoscitur ignis dom', ita per salutationes ignis, pacis, & dilectionis, in corde existētis, quia cor nō potest videri à nobis. Nullus dicat, Si loquatur mihi, loquar ei, &c. Dicatur quomodo virgo Maria primò loquebatur crucifixo ribus filij sui. Tertiò consistit in opere, nō sint quæstiones & litigia. Aliqui sunt qui in paradiso inuenirēt quæstiones, &c. Ideo apostolus, Iam quidem omnino delictum est in vobis, quod iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? Quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. 1. Corin. 6. Propter quod apostolus præcipit, Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habere ad Romanos. 12.

Feria secunda post Pentecosten.

Sermo vnicus.

GRatia Spiritus sancti effusa est. Verbum istud habetur textualiter in actibus apostolorum. cap. 10. & officiatur in epistola hodierna. Sermo noster est de gratijs quas dat Spiritus sanctus personis in quibus habitat. Ista materia est consequens ad materiam hesternā. Heri enim fuit de Spiritu sancto, & de aduentu eiusdem, & hodie est de eius effectu. Spero in Domino Iesu Christo, quod erit materia magnę ędificationis & consolationis, sed vt sit Deo acceptabilis & gratiosa, nobis autem meritoria & proficua, salutetur virgo Maria, &c. Pro breui introductione materię prædicandæ & declaratione verbi propositi, sciendum quod licèt Spiritus sanctus simul cum patre & filio sit vnus Deus, vnus Dominus, vnus creator, simplex, indiuisibilis, impermutabilis, tamen effectus & gratiæ ab eo procedentes sunt diuersi, quia omnes potentias animæ implet diuersimode. Declaratur per similitudinem arboris vnicum truncum sine stipitem habētis, sed post multiplicatur per ramos ad fructificandū. Ita Spiritus sanct' vna persona trinitatis, non est nisi vna radix in anima, sed post effectus eius multiplicantur in anima, quia vnum ramum mittit ad intellectum quem implet scientia, alium ad memoriam quem implet timore Dei, alium ad voluntatem quē implet amore charitatis vt abundet & fructificet, iuxta dictum Christi, Ego posui vos vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Ioan. 15. Nota. ego posui vos in viridario ecclesiæ. Patet ergo quod vnus & idem Spiritus multiplicatur in effectibus: de hoc auctoritas apostoli. Diuisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus diuidens singulis prout vult. 1. Cor. 12. Patet ergo the. cùm dicit, gratia, scilicet gratum faciens, effusa est, id est dispersa, diuisa, & distincta. Ista effusio, diuisio seu distinctio gratiarum spiritualium, quæ inseparabiliter sunt cum gratia gratum faciente, de quibus solo nunc prędicare, sunt in certo & determinato numero, scilicet septeno, iuxta propheta Esaiæ. Requiescet super eum, scilicet virum iustum spiritus domini, spiritus sapientię & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini Esaiæ. 11. Patet ergo quod sunt septem gratiæ, quas spiritus sanctus dat personæ, in qua habitat, & quilibet earum facit animam deo gratam.

Prima est sapientia diuinalis,
Secunda intelligentia spiritualis,
Tertia consilium rationale,
Quarta fortitudo internalis,
Quinta scientia moralis,
Sexta pietas cordialis,
Septima timor filialis.

De omnibus istis dicit the. Gratia spirit' sancti effusa est. Prima gratia quam dat spiritus sanctus ad faciendum creaturam in hoc mundo gratiosam, in alio gloriosam, est sapientia diuinalis. Magna quæstio fuit antiquitùs inter doctores & maximè philosophos, qui nūquam potuerunt scire veraciter quid est sapientia diuina. Doctores theologię dederunt diffinitionem de sapientia diuina, sed prę omnibus placet mihi illa de textu bibliæ, quæ dicit sapientia doctrinæ secundum nomen eius est, & non in multis est manifesta. Ecc. 6. Sapientia secundum nomen eius, & etymologiam, id est sapida scientia dicitur, scilicet quando persona in scientia, quam habet de Deo, inuenit saporem deuotionis, talis dicitur habere sapientiam. Quando verò tota scientia stat speculatiuè in intellectu, & in anima non sentit saporem nec deuotionem, talis habet scientiam & non sapientiam, verbi gratia. Multi magistri vel baccalauri & doctores habēt scientiam de potentia Dei, quod est infinita, quod patet in creatione mundi, quem de nihilo creauit. Nullus igitur magister operum vel artifex, nec carpentarius, nec alij possunt aliquid operari, nisi præsuppositā materia: sed Deus de nihilo operatus est omnia in tāta pulchritudine & proportione, vt vides, & quādo tu cogitas ista si nō sentis dulcorem deuotionis in anima, tunc habes scientiā, sed nō sapientiam. Sed quando homo cogitat, hodie sunt septem millia annorum, vel quasi, quod nihil erat, nisi Deus, & ipse de nihilo cuncta ista creauit, & anima delectatur, dulcoraturq;, tūc habetis sapientiā, id est

id est sapidā sciētiā, quę secūdū nomen eius est, &c. Itē multi sciunt prudentiam & gubernationem de regimine mūdi, qui prouidet omnibus creaturis. Itē de motu stellarū inceſſabili, ſi cū deuotione iſta cogitātur, habetis ſapientiā, aliàs ſcientiā. Idē de ſciētia, quā habem⁹ de miſericordia Dei: quā nobis oſtēdit in redēptione, ꝙ cum haberet infinitos modos redimēdi nos & ſaluādi, humiliorē voluit accipere & humanitatē ſimiliter de muliere virgine naſcēdo, in maxima paupertate viuendo, vt nos dulciter inclinaret ad humilitatē, caſtitatem, & paupertatē, voluit pati & ſuſpendi, ne aliquis ſibi credens & obediens pateretur & ſuipēderetur in furca inferni. Sic quādo tu cogitas vel legis iſta, ſi ſentis ſaporem deuotionis, habes ſapiētiam, aliàs ſcientiam. Ecce quare dicitur ſapientia doctrinę ſecūdum nomen eius, &c. Sed dolendum eſt cū ſequitur dicens, & nō in multis eſt manifeſta. Multi ſunt qui prędicant, diſputant, legunt, ſed ſine labore deuotionis exterius ſolùm ſonat in ore: Quibus autem agnita eſt, permanet vſque ad conſpectum Dei. Auctor. Siue linguę ceſſabunt, ſiue ſcientia deſtruetur. 1. Cor. 13. Philoſophi autē habuerunt ſcientiā, ſed nō habuerunt ſapiētiam, vt dictum eſt, quia cūm loquerentur de prima cauſa, & primo principio, & de primo motore, non habebant adipſum deuotionem, nec referebant gratias, de quibus dicit Apoſtolus. Cūm cognouiſſent Deum, non ſicut Deū glorificauerunt aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiēs cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Ad Rom. 1. Secūda gratia Spiritus ſancti eſt intelligentia, ſcilicet perceptio bonorum ſpiritualium in rebus ſenſibilibus, quaſi in libris apertis, verbi gratiā. In honoribus temporalibus huius mundi legere, prēcipere honores ſpirituales & ęternos, cogitādo ſi honores huius mundi tantum delectant, quanto magis delectare debent honore paradiſi, vbi minimus eſt maior, quàm ſit Papa vel imperator in hoc mundo. Qualis honor eſt eſſe in ſocietate angelorum, & ſanctorum apoſtolorum, & prophetarum? Cogitate qualis honor ſit Regi nouiter intranti per ciuitatē, &c. Lege hīc, qualis honor ſit animæ deuotę, quando intrat in ciuitatem paradiſi. Ecce quid eſt intelligentia ſpiritualis. Item diuitiæ huius mundi multum delectant, quando quis habet multos reditus & magnos, vel multas pecunias in ciſta, lætus eſt, cūm tamen ſit quoddam onus periculoſum, tamen nullus dominus habet quicquid vult. Lege hīc diuitias paradiſi, vbi quilibet habet quicquid vult. Dicunt doctores, quod quilibet ſanctus eſt omnipotens reſpectu ſuę voluntatis, quia quicquid volūt poſſunt. Deus eſt ſimpliciter omnipotens. Itē in delectationibus huius mūdi, comedēdi, bibendi, audiendi, & huiuſmodi. Legatis hic delectationes ſpirituales paradiſi. Verbi gratia, quādo delectamini in guſtu comedēdo vel bibēdo, legatis hīc delectationes

nes ſpirituales circa guſtū. Determinatio eſt ſancti Tho. doct. in 4. ſententiarū, quod poſt iudicium omnes ſenſus corporales actuabūtur. Laus enim vocalis erit in cælo, auditus audiēdo angelorū cātus. Si in hoc mūdo tantum delegatus auditur, quanto magis tunc? Dicatur miraculū de religioſo, qui audiendo cātum angeli in forma volucris in horto ſtetit 200. annis, &c. Itē quādo viſus delectatur hic videndo pulchra, cogita paradiſo. Ibi enim videbunt regem regum, & dominum dominantium Chriſtum, imperatorem, & reginam angelorum & ſanctos, &c. O qualis pulchritudo. Auctoritas. Tunc videbis, & affluues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum. Iſaiæ 60. Itē odoratus, ſi crocus, &c. tantū delectat. Cogita qualis delectatio erit ſenticendo odorem corporis Chriſti, virginis, & ſanctorū. Nam corpus glorioſum redolet, &c. Item beati reſumptis corporibus habebūt guſtum, quia tūc os non erit vacuum, nec plenum aēre, ſed erit plenum de liquore pretioſiſſimo incorruptibili & ſapido. De hoc qualiter ſenſus erunt ſic in actu, vide latius inferius docto. vigeſimoprimo ſermone. Hic lege quando poteris. De omnibus his auctoritas, Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris, firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, inquit Pſalmiſta Pſalmo trigeſimoprimo. Nota, Intellectum tibi dabo, vt ſcilicet in his ſenſibilibus ſcias legere ſpiritualia. Non ſic de beſtijs, quia delectantur in ſenſibilibus, tamen non habent intelligentiam, ideo dicit, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Tales ſunt perſonæ beſtiales, de quibus dicit Apoſtolus, Animalis homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus Dei. Stultitia enim eſt illi, & non poteſt intelligere, quia ſpiritualiter examinatur, ſpiritualis autem iudicat omnia. primę ad Corinthios ſecundo. Tertia eſt conſilium rationalis. Conſilium ſumitur pro concluſione conſilij, quando in conſilio vnus dicit hoc, & alius aliter, quando Dominus cui conſilium de omnibus, eligit quod melius eſt, illud dicitur conſilium, quod eſt donum ſpiritus ſancti, ita conſilium ſpiritus ſancti, eſt inter multa bona ſcire eligere meliora, & inter duo mala ſcire minus malum eligere, hoc eſt a dono ſpiritus ſancti, quod vocatur conſilium. Regula eſt Philoſophi, quod de duobus bonis melius eſt eligendum, & de duobus malis maius vitandum eſt. Verbi gratia, Bonum eſt in hoc mundo habere bonum, honores, dignitates, officia, &c. Item bonum eſt in alio mundo habere bonum, eſſe in paradiſo, &c. Modò comparando quod eſt melius bonum, hoc vel illud, dico quod bonum huius mundi modicum valet reſpectu boni alterius, quia honores, officia, dignitates, &c. huius mundi modicum durant, & non ſunt niſi vmbræ. Bonum autem alterius mundi eſt infinitæ durationis. Ideo conſilium ſpiritus ſancti eſt ſcire eligere maius bonum, ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

isto modo perdamus illud, & accidat nobis vt semel multis dominis accidit in quadam ciuitate, in qua dominabãtur solùm per annũ, & post mittebãtur in exilium. Ipsi verò vt stulti quãdo erãt in dominio, cogitabãt in dicẽdo, Ex quo tam modicũ durat dominiũ meũ, pro certo volo delectari, & trãsacto anno exulabat & moriebatur fame. Fuit vnus prudẽs qui in anno dominij sui abstinebat à multis, & quicquid poterat habere, mittebat secretè ad insulam, in qua post debuit exulare, vt ibi de illis viueret, vt cùm alij morerẽtur fame, sibi esset optimè prouisum. Ita est de honoribus & diuitijs & dominijs huius mũdi, quæ nõ durant nisi per annum, immo talis credit viuere per annũ, qui eras sepelietur. Vita autẽ & honores alterius mũdi ẽternaliter durãt & sine fine. Cogitate ergo stultitiã de illo qui dicit, Modò pro certo ego volo delectari, &c. Et post ibitis in exiliũ eũ dnute epulone, Ideo recipiamus cõsilium spiritus sancti, abstinea mus hic & restringamus nos: mittamus in alium mũdum quicquid poterimus per eleemosynas, pœnitẽtias, & alia bona opera. De cõsilio dicit scriptura, Fili sine cõsilio nihil facias, & post factũ nõ pœnitebit. Eccle. 32. O quot reges, prælati, & domini pœnitẽt modo in inferno. Sed nõ est modò remedium. Ideo dicit, Fili sine cõsilio, &c. Item de duobus malis cõsilium est scire vitare maius. Verbi gratia. Si aliquis criminosus esset condemnatus à rege vt induatur tunica ferrea ignita, vel tunica stupea, nunquid esset stultus, si dimissa tunica stupea vellet induere tunicã ferreã ignitã? Istã distinctiuã proponit nobis Deus, quia oẽs sumus criminosi & peccatores vt recipiamus tunicam de stupa, quę est pœnitẽtia leuis, quæ fit in hoc mũdo, vel tunicã ferreã ignitã, scilicet pœnam & damnationem æternam. Aucto. Dico q; nisi pœnitẽtiã egeritis, omnes simul peribitis. Lu. 13. Ecce hic virtualiter dicta distinctiua. De illis autẽ qui neglecta tunica stupea, scilicet pœnitẽtia, dicit scriptura, Gens abq; consilio est, & sine prudentia, vtinam saperent & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent. Deut. 32. Quarta est fortitudo internalis, s. de anima. Nam gratia spiritus sancti, qui dicitur fortitudo, non in corpore consistit, sed in anima. Quia de fortitudine corporali nõ est gloriãdum, quia bestiæ excedunt nos. Verbi gratia, de istis qui sciunt saltare, &c certus vel catus vincet vos. Et vos luctatores, vrsus vincet vos. De curioribus, vnus lepus vincet vos. De velocitate, vnicornis vincet vos. Tales fortitudines corporales non sunt donum spiritus sancti. Sed fortitudo quæ est donum spiritus sancti, est spiritualis in anima, scire resistere & tenere se fortiter cõtra diaboli tentationes, cõtra mũdi occasiones, & contra carnis inclinationes. Verbi gratia, Venit tentatio, di. Quare tu nõ ibis vt talis, &c. Resistite nec curate quod dicunt gentes, quia verba nõ sunt nisi ventus. Debilis est turris quæ à vento ruit. Idem de mulieribus quando tentantur, dicẽdo, Ego portaui tãtũ de dote, & adhuc nõ fecisti mihi vestes. Talis quę nõ portauit tãtum, habuit vestes, &c. Item cõtra occasiones mũdi fortes esse debemus eas vitando. Item cõtra carnis tentationes, fortitudo est resistere. Cogita, O miser propter delectationes bestiales perdam delectationes paradisi. Abiit. Gre. Brems est voluptas fornicationis, sed perpetua pœna fornicationis. Gregor. Mometaneum est quod delectat, sed æternum quod cruciat. Ista fortitudo est donũ spiritus sancti. De isto se appretiauit Dauid, & nõ de corporali, licẽt esset fortissimus, quia adhuc puer custos ouium interfecit vrsum, leonẽ & Goliam, tamẽ nõ appretiauit se de ista fortitudine corporali, sed de spirituali, dicedo, Fortitudinem ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es, vt habetur in psa. 58. Sed de nobis tam verificatur illud, Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stupę, & opus vestrum quasi scintilla, & succendetur vtrunque simul, & nõ erit qui extinguat Esa 1. Nota hic moraliter de multis qui audiunt aliquem bonum sermonem, & recipiunt bonum propositum bene viuẽdi, & post statim dimittunt, tales nõ sunt fortes. Verbi gratia de vsurario, qui proponit satisfacere, & quando videt florenum, dimittit. Ecce fauilla suæ stupę. Item de illis qui tenẽt aliquam malam mulierem cõcubinã, quãdo in sermone audiũt laudare castitatem vel punitionem, quæ fit de luxuriosis, proponũt recedere ab ea, sed quando ipsa incipit fiere, nihil fit. Idem de illo qui proponit parcere de inimicis propter bonum suum & defuncti. Sed quãdo dicitur sibi, Veras dicẽt, quia estis effeminatus vel tudæus, &c. Ecce quare dicit Esaiæ. Et erit fortitudo vestra vt fauilla stupę, & opus vestrum quasi scintilla, & succẽdetur vtrunque simul, & nõ erit qui extinguat, &c. Amore Dei simus bene fortes, ne simus de stupa. Quinta est scientia moralis, quæ cõsistit in practica. Nõ credatis quod ista gratia cõsistit in sciẽtia speculatiua, sed in practica, scilicet in scire se gubernare irreprehẽsibiliter ab intra & à dextra, a dextris & à sinistris, ante & retro, superius & inferius. Ecce hic octo diuisiones in quibus oportet scire se bene regere & gubernare. Primò ab intra, scilicet in anima, & ibi incipit gubernatio corporis, quia iuxta gradũ vestrũ in anima habetis sciẽtiam, verbi gratia. Si estis prælatus, dicit sãctus Tho. quod tenemini scire etiam illa quę possunt facere difficultatẽ in sacra scriptura. Curati autem vt scĩãt ministrare sacramẽta. Clerici simplices vt intelligãt ad minus grammaticaliter quod legũt. Laici tenẽtur scire duodecim cõclusiones, siue articulos fidei, scilicet, Credo in Deum. Et secũdum cõsilium beati Hier. dicere quolibet mane & sero cum protestatione quasi miles qui facit homagium Regi. Ergo custodi temetipsum & animam tuam solicitè. Deute. 4. Secũdò scire oportet se gubernare ad extra scilicet in corpore. Qui enim habet gratiã spiritus sancti, taliter scit se gubernare, quod in nullo scandalizat proximum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

mũ, nec gestu, nec incessu, nec verbo, nec operemideo Augustin regula clericorũ. In incessu, statu, habitu, & in omnib⁹ motib⁹ vestris nihil fiat quod cuiusquam offendat aspectũ, sed quod vestrã deceat sanctitatẽ. Tertiò à dextris sunt parentes, & amici, quibus taliter dãdum est de bonis ecclesiasticis, vt si indigent, non indigeant, vel nõ tantum egeãt, sed nullatenus diuites fiãt, vt dicit Augustin. Quartò à sinistris, scilicet erga inimicos, de quib⁹ dicit Christus, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos, &c. Mat. 5. Quintò ante te, qui placitãt ante iudicẽ. Ideo iudices debẽt expedire negotia dãdo sententias, nõ præcipitãdo, sed ex quo factum est clarum, expedire debent sententiam, alias diu stabitis ante portam paradisi, & non intrabitis, immo dicit Christus, Discedite à me operarij iniquitatis. Lu. 13. Sextò retro, scilicet scotiferis qui sequuntur retro facietes caudam, oportet soluere solidatam, & stipẽdium ne furentur, ne tenere meretrices in lupanari, &c. Quicũque tibi aliquid operatus fuerit, statim mercedẽ eius restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino nõ remaneat. Tob. 4. Septimò superius, id est erga superiores, scilicet ad Deum, & ad prælatos ecclesiasticos obedientiam, erga dominos temporales fidelitatem, erga parẽtes obsequiũ, & sic de alijs. Ideo dicit scriptura, Obedite præpositis vestris. Ipsi enim pernigilãt quasi rationẽ pro animabus vestris reddituri. Heb. vlt. Octauò inferius oportet scire bene regere. Si estis dominus prælatus, vel rector communitatis, auisetis vos. Si estis prælatus, vt curetis plus de animabus, quàm de reditibus. Quia propter officium datur beneficiũ. Scientia sanctorum prudentia supple est. Prouerb. 9. Aliter autem cõuertitur Christus dicẽs, Propterea captiuus ductus est populus meus, qui non habuit scientiam. Esaiæ. 5. Sexta gratia est pietas cordialis cum dicit, & pietatis. Pietas vulgariter accipitur pro misericordia. De hoc vide sanctum Tho. 2.2.q. 10. & 3. scrip dist. 24. sed multum differunt strictè loquendo. Nota quinque differentias inter pietatẽ & misericordiam,

Prima est respectu personæ, cui datur,
Secunda respectu doni,
Tertia respectu modi dandi,
Quarta respectu motiui dantis,
Quinta respectu finalis intentionis.

Prima differẽtia est erga personam cui datur, scilicet si datis eleemosynam pauperi, illud dicitur misericordia. Si autem facitis bonũ parẽtibus vestris, pauperibus, vel amicis, dicitur pietas. Secunda differẽtia est respectu doni, scilicet si datis panem, vel vinum, & vestẽ: si recolligitis peregrinum, istud est misericordia, sed instruere ignorantem, corrigere dulciter errantem, istud dicitur pietas. Tertia differẽtia est respectu modi dãdi, quando datur eleemosyna, vt panis detur cani,

cani, misericordia potest dici. Item quando datur cum humilitate, & cordis compassione, tunc dicitur pietas. Quarta differentia est respectu motiui, quum das eleemosynam, quia est homo sicut tu, tũc dicitur misericordia, sed quãdo das eleemosynã respectu Dei, videlicet quia est homo ad imaginẽ & similitudinẽ Dei, tũc est pietas. De hoc vide sanctum Tho. Tertio scrip. dist. 34. q. 3. art. 2. quæstiuncula prima ad secundum. Quinta differẽtia est respectu finis. Si tu das eleemosynã illo respectu & fine, ne efficiaris pauper, vel vt Deus cõseruet tibi sanitatem, prosperitatẽ, & filij tui viuant, &c. & illud dicitur misericordia. Sed quando tu das eleemosynam isto respectu, vt quãdo tu petes eleemosynam ad portam paradisi, Deus det tibi eleemosynã, illud dicitur pietas. Misericordia antẽ licet sit magna virtus, tamen nõ computatur inter septem dona spiritus sancti, sicut pietas. De hac virtute scripsit Apostolus ad Tim. dicẽs, Exerce teipsum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. Pietas autẽ ad omnia vtilis est. 1. Tim. 4. Cõtra istos qui nõ habent pietatẽ, dicit Dauid, Secundum multitudinem impietatum eorũ expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. Psal 5. Septimum donum siue gratia spiritus sancti est timor filialis, quãdo homo abstinet à peccatis ne offendat Deũ, etiam si sciet quod Deus non puniret eum. Bonus Christianus in omnibus dictis & factis suis, timet ne Deum offendat in aliquo. In principio diei orat Deum, vt ipsum præseruet à peccatis. Item in nocte. Item si debet ambulare per viam, & sic de alijs. Auctoritas. Timor Domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Ecclesia. 1. Nota, quod Esa propheta loquens de donis spiritus sancti, de sex donis dicit, requieuit super eum, scilicet virum iustum, vsque, spiritus scientiæ & pietatis, de dono autem timoris Domini specialiter dicitur, replebit. Quia alia sex dona, virtutes seu gratiæ spiritus sancti habent specialia subiecta, vel obiecta, vel speciales modos agendi. Sed timor Domini replet omnes potẽtias animæ & sensus corporis. Ideo dicit scriptura, Qui timet Deum, nihil negligit, scilicet de his quæ tenetur facere. Eccle siastici. 7. Sed dicitur alibi, Quia non profertur citò contra malos sententia absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Ecclesiastici. 8.

Quid interest timore & alia spiritus sancti dona.

Feria III. post Pentecosten. Sermo vnicus.

Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant. Verbũ istud habetur originaliter. Io. 10. recitatiuè in euangelio hodierno. Solemnis aduẽtus spiritus sancti super apostolos & discipulos Christi cõmuniter durat per tres dies. Ratio, quia spiritus sanctus in suo aduentu dedit,

tria. *Primò præsentiam personalem,*
Secundò gratiam principalem,

Tertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tertio affluentiam finalem.

Ecce quō Spūs ſctūs nobis datur.

Dico primò ſpiritus ſanctus in ſuo aduentu dedit Apoſtolis & diſcipulis ſuam præſentiam perſonalem. Non ſolùm autē dedit eis ſuas gratias, ſed etiā ſeipſum perſonaliter, etiā in qualibet gratia gratū faciente datur ſpiritus ſanctus perſonaliter. Quidam autem dixerunt quod ſolùm datur effectus ſpiritus ſancti, ſed hoc improbatū eſt in primo ſententiarū. Non ſolùm enim datur effectus, ſed etiā ipſe ſpiritus ſanctus. Et ita promiſit Chriſtus Apoſtolis dicens, Ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternum. Ioan. 14. Nota alium paracletum dabit vobis, id eſt alium cōſolatorem. Sed eſt hic magna difficultas, quia pater, filius, & ſpiritus ſanctus nō ſunt niſi vnus cōſolator, ſicut nec ſunt niſi vnus Deus, quomodo ergo dicit alium paracletum? Solutio ſic intelligitur, aliū paracletum, id eſt alium ſpiritum ſanctum dabit vobis cōſolatorem, ita quod iſta alienitas nō referatur ad paracletum, ſed ad ſpiritum ſanctum, qui eſt alius à patre & filio perſonaliter. Sequitur, vt maneat vobiſcum in æternum. Ex iſto textu habetur, quod ſancti apoſtoli poſt feſtum pētecoſtes nō peccauerūt mortaliter. Ecce donatio excellēs de ſua pœnitētia perſonali. Et de hoc fit feſtum & ſolēnitas in die pētecoſtes, ſcilicet ante heri. Quia ſicut in natiuitate fuit nobis datus filius in redemptionem ſiue redemptorē, ſic in die pētecoſtes fuit nobis datus ſpiritus ſanctus in cōſolatorem. Quantum ad ſecūdum, ſpiritus ſanctus in ſuo aduētu, dedit apoſtolis & diſcipulis gratiam principalem, quam theologi vocāt gratiam gratum faciētem, & licēt apoſtoli & diſcipuli Chriſti habuerunt iam iſtam gratiam, tamen in die pētecoſtes receperunt eam in maiori abundātia. Ideo apoſtolus, Vnicuique noſtrū data eſt gratia ſecūdum mēſuram donationis Chriſti ad Ephe. 4. Nota ſecūdum mēſuram, ſcilicet illā, de qua Chriſtus: Mēſuram bonam & cōfertam & coagitatam & ſuperfluentem dabunt, ſcilicet tres perſonæ trinitatis, in ſinum veſtrum. Lu. 6. De iſta donatione gratiæ ſolēnitatis, die heſterno fuit paracta. De tertio dico quod ſpiritus ſanctus in ſuo aduentu dat affluētiam finalem, quæ eſt habere abūdāter & multiplicīter vitam. Et de hoc dicit ipſemet in themate, Ego veni vt vitam habeāt, ſcilicet homines, & abūdantius habeāt. Patet thema. De iſta affluētia finali fit feſtum hodiernum. Et inueni in ſacra ſcriptura quatuor vitas, quas debemus à Spiritu ſancto.

Ita fuerunt Apoſtoli in gratia cōfirmati poſt pentecoſte vt mortaliter non peccaret vnquam.

Prima eſt vita corporalis, quam habemus dignè gubernare,
Secunda eſt vita ſpiritualis, quam debemus ſtrictè & ſolicitè conſeruare,
Tertia eſt vita celeſtialis, quam debemus altè & deuotè deſiderare.
Quarta eſt vita aeternalis, quam debemus certè & ſecurè expectare.

Et

Et quia Spiritus ſanctus dat iſtas quatuor vitas, ideo dicit ipſe, Ego veni vt vitam habeant ſcilicet corporalē, & abundātius habeant, ſcilicet ſpiritualem, cæleſtem, & æternā. Dico primò, quod prima vita eſt corporalis, quæ eſt per vnionem animæ & corporis. Quandiu enim anima eſt vnita corpori, durat vita corporis. Anima enim eſt forma corporis, quæ dat corpori vitam. Et corpus ſine anima nō poſſet viuere, audire, loqui, ambulare, & huiuſmodi. Et ſine anima, corpus nō eſt niſi truncus mihil vales. Ab anima autē corpus habet omnia ſentimenta, viſum, auditum, &c. & omnes operationes. In morte enim hominis omnes ſenſus, & omnes vires organicę deſtruūtur, quare nec operationes remanere poſſunt, vt dicit ſanctus Thom. 4. ſcrip. diſt. 44. Ideo Chriſtus, Spiritus eſt qui viuificat, caro autē non prodeſt quicquam. Ioan. 6. Dico quod iſta vita corporis quæ eſt ex præſentia animæ rationalis, eſt effectualiter à tota trinitate, appropriatur tamen Spiritui ſancto, quia ipſe ſpiritus creator dat virtutem ſpiritui creato ſcilicet animæ ſtādi in corpore, decem vel vigīti annis, vel plus vel minus, ſicut ſibi placet, antiquitùs dabat longā vitam corporalē, vt patet in Adā qui vixit nōgentis 30. annis. Ge. 5 Mathuſalē qui vixit nōgentis 69. annis. Et in Noē qui vixit nōgentis 50. annis. Gen. 9. Sed paulatim diminuta eſt vita corporis. Si dicatur, quia Spiritus ſanctus menſurat vitam corporalem, quare ille antiquitùs dabat tam longā vitam, & nobis breuem? Reſpōdeo, quod ad illos ſpectabat habere experientias rerum & artium, propter hoc dabat eis lōgam vitam. Modò autem iam omnia ſunt experimētata, & experimēto cognita. Item quia tunc erāt rudes & ſimplices, ideo indigebant magno tempore ad ſciendū. Modò autē ſunt homines aſtuti. Item tunc comedebant ſolùm ſemel pro neceſsitate. & modo comeſſationibus crapulę & gulę homines vacant, &c. ſed longa vita, vel breuis à Spiritu ſancto eſt. Ideo dicit Iob Spiritui ſancto, Vitam, ſcilicet corporalem, & miſericordiam tribuiſti mihi, & viſitatio tua cuſtodiuit ſpiritum meum, Iob 10. Nota miſericordiam, quia quod Spiritus ſanctus det vitā corporalem mihi vel tibi, miſericordia eſt, & non debitum, quia nulli obligatur. Sed dico, quod iſtam vitam corporalem debemus dignè & fructuoſè gubernare, quia non debemus ipſam totam expendere, vel occupare in negotijs temporalibus, ſed etiam in ſpiritualibus propter theſaurum meritorium cumulandum. Vnde poſtquam occupaſtis vitam temporalem in negotijs temporalibus feria ſecunda & tertia, &c. quieſcatis in dominica ab omni negotio temporali, & detis vos negotijs ſpiritualibus audiendo miſſam antequā aliquid comedatis vel bibatis. Quia qui habet ſupplicare Papæ vel regi, non debet habere anhelitū Fœtidū, &c. Licēt enim multi excuſantur à ieiunijs eccleſiæ ab iſto tamen, ſcilicet ab audientia miſſæ non ſic excuſantur homo. Itē

debemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

debemus venire pro tempore ad missam, quia in cõfessione, quę fit pro vobis, debetis interesse omnes. ideo quãdo campanę pulsantur, debes tu dicere, O domine citat me, & citò dimittere alia, debetis ire ad ecclesiã. Item nõ loquamini in ecclesia, sed cum signis, innuendo si venerit aliquis qui, &c. Item non recedere à missa quousque detur benedictio à sacerdote. Itẽ debetis esse in vesperis & cõpletorio. Sicut enim expẽdistis sex dies hebdomadę, congregando bona temporalia transitoria, quæ hic remanent, ita expẽdatis diẽ festum congregando thesauros spirituales, qui durabũt æternaliter. Ideo si piés dicebat, Fili mi in tempore vitæ tuæ ne indigeas. Melius est enim mori quàm indigere. Ecclesiastici. 40. Nota ne indigeas, scilicet thesauris spiritualibus meritorũ. Melius est enim mori corporaliter, quia liberatur, quã indigere. Patet ergo quod vita corporis est digne gubernãda. Secunda vita est spiritualis. Vita enim spiritualis est, quando persona dimittit vitia & peccata, & recedit à mala societate, & dat se bonæ vitæ, plus curando de spiritu, quàm de corpore, occupando se in orationibus, & bonis operibus temporalia obliuiscendo. Ista est vita spiritualis, quam habemus à spiritu sancto. Nota ad hoc pulchram figuram Ezech. 37. legitur quod Deus eduxit prophetam in quendam magnum campum planum ossibus mortuorum, & circunduxit eum in gyro, & dixit sibi Deus, Fili hominis putas ne viuant ossa ista? Respondit, Domine Deus tu nosti. Et dixit sibi Deus, Vaticinare de ossibus istis, & dices eis. Hæc dicit dominus Deus, A quatuor vẽtis veni spiritus, & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et ingressus est in ea spiritus, & reuixerunt, steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Ecce figura. Item magnus campus, plenus ossibus mortuorum corruptis est iste mundus, qui iam ex peccatis est totus fœtidus, & corruptus ex luxuria, & sic de alijs peccatis, tanta enim est corruptio, quod iam nihil respicitur, & sic de alijs peccatis, prout expediens erit. Ideo Dauid, Corrupti sunt & abo. fa. sunt. Non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnum, scilicet de adultis Psal. 52. Ecce campus. Modò videamus quomodo viuificabuntur ossa arida, id est peccatores, vt habeant vitam spiritualem, quia iam habent vitam corporalem. Ad hoc oportet quod spiritus sanctus veniat vel de oriente vel occidente, de aquilone vel de meridie. De oriẽte venit spiritus sanctus pueris, qui quando incipit claritas discretionis, cauent à peccatis, timent Deum, orant, confitentur, dulciter conuersantur, non iurant, non mentiuntur, &c. De occidente venit senibus peccatis antiquatis & assuetis. Sed quia vident se iuxta occasum mortis, antequam veniat mors cõuertũtur ad deũ, proponunt cauere à peccatis, confitẽtur, &c. Aliquibus autem venit spiritus sanctus de aquilone, qui signat aduersitatem, quia aduersitas aliquos reducit ad Deũ. O quot

sunt in mundo, qui quando sunt in prosperitate, nõ curant de Deo, sed quando ventus aquilonaris frigidus, & tempestuosus venit, scilicet aduersitas, tunc redeunt ad Deum dicendo, Domine miserere, & conuertuntur, & confitentur, &c. Nota, Mala quę nos hic præmunt, ad Deum ire compellunt. verba sunt Gregorij super Luc. 24. Aliquibus autem venit spiritus sanctus de meridie, quæ est pars abundans humido & calido, & significat prosperitatem. Quando autem persona intra se cogitat bona quæ habet. Vnde habui ista, cùm pater meus fuisset pauper, ego sum diues, habeo hoc, & hoc. Et nunquid omnia ista dedit mihi Dominus? immo. ideo volo sibi seruire. Si enim rex dedisset mihi, &c. iam seruirem ei, quanto magis ergo Deo? huic venit spiritus sanctus de meridie, de prosperitate. Ecce qualiter ossa arida, id est peccatores viuificantur in vita spirituali. Ecce quare dicit auctoritas. A quatuor ventis venit spiritus. Et hanc vitam debemus securè conseruare. Ideo dicit scriptura, Omni custodia serua cor tuum. Quia vita spiritualis multos habet inimicos. Verbi gratia. Si religiosus vult seruare regulam & vota, statum alij qui nihil seruant dicunt, O hypocrita & sic de alijs. No. de quolibet statu. ideo dicit, Omni custodia serua cor tuum, &c. Ratio quoniam ab ipsa vita procedit, s. spiritualis. Ecce quare dicit à quatuor ventis. Et ego veni, inquit Christus, vt vitam habeant, s. corporalem, & abundatius habeant vitam, s. spiritualem. Tertia est vita cęlestialis, quando anima personæ, quæ agit condignam pœnitentiam per mortem corporalem, recedit à corpore, statim ascendit in cælũ, & ibi viuit vita cęlestiali. Hæc est differentia inter animas hominũ, & iumentorum. Nam anima iumenti non est substantia spiritualis subsistẽs, & incorruptibilis, sed est forma substantialis immersa materiæ, quæ nõ habet esse sine materia, & corpore immo totum esse habet in corpore, quia est educta de potentia materiæ, & quia sicut modò dictum est, totum esse habet à corpore, ideo destructo corpore corrumpitur. Sed anima hominis est substantia spiritualis, vt angelus, & nihil habet à corpore, immo ipsa dat esse corpori, & viuere, &c. Ideo quando corpus deficit, ipsa remanet. De hoc vide sanctum Thomam prima parte, quæstione septuagesimæ quinta, articulo secundo, tertio, & sexto. Articulo enim secundo ostendit, quòd anima humana est subsistens. Item articulo 3. quòd anima brutorũ non est subsistens, concludit & ostendit. Item arti. 6. ostendit & concludit, quòd anima humana est incorruptibilis, sed animæ brutorũ, vt patet in eodem arti. in solutione ad primum argumentũ, sunt corruptibiles. Vnde si anima hominis benè se gubernat, corpus remuneratur. Sicut si miles qui benè gubernauit castrũ sibi cõmissũ à rege. Quãdo Deus animam, creãdo infundit eã in castrũ corporis, vt gubernet ipsum iuxta voluntatem Dei, ne per portas, s. sensuũ intrent

inimi-

inimici sui, nec per oculos vana aspicietdo,& sic de alijs. Si ergo bene ipsum gubernat, remuneratur, si malè, punitur. Quãdo ergo anima quæ bene gubernauit castrum corporis, per mortẽ recedit à corpore, statim venit coram Christo dicens, Domine custodiui castrũ, &c. Et Christus dat sibi vitam cælestem in cælo. Auctoritas, Si Christus in vobis est, scilicet per gratiam & bonã vitã, corpus quidé mortuũ est propter peccatũ, spiritus verò viuit per iustificationẽ. Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in vobis, qui suscitauit Iesum Christũ à mortuis viuificabit, & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis, &c. ad Ro. 8. Sed diceres, à quo est ista vita cælestis? Dico quod hæc vita cælestis appropriatè est à Spiritu sancto. Ratio, quia sicut vapor qui de mane egreditur à terra per intromissum calorem solis, sursum trahitur, sic anima nõ posset cælum ascendere, nisi calore Spiritus sancti informaretur & habilitaretur, qui ipsam sursum trahit. Ideo dicit Dauid, Viuificabis me in æquitate. Psal. 142. Dico consequenter, quod hæc vita est vehementer desideranda. Sicut si Dominus dives in suo testamento dimisisset tibi castrum altũ, forte, inexpugnabile, de quo nõdum haberes possessionem. O qualiter ipsum desiderares? Vehementius desiderãdũ est castrũ cæli empyrei Ideo Christus, Ego sitienti, id est ardenter desideranti & ambulanti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit, possidebit hæc. Et ero illi Deus, & ille erit mihi filius. Timidis autẽ & incredulis & execratis & homicidis & fornicatoribus & veneficis & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Et venit vnus de septem angelis habentibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum dicẽs, Veni & ostendam tibi sponsam, vxorẽ agni, &c. Nota ibi quasi per totum capitulũ, pulchra valde de regno, &c. Apoc. 21. Quarta est vita æternalis, scilicet quãdo in die iudicij omnes resurgemus in corpore & anima. Boni autẽ resurgẽt cum corporibus glorioſis, cùm quibus æternaliter viuent. Si dicatur, Et nũquid vita sanctarum animarum quã habent modò in cælo, est æterna? Dico quod nõ, quod verũ est, quã ad istũ modũ essendi, quia mõ sunt animæ beatæ à suis corporibus separatæ, sed in iudicio & resurrectione generali suis corporibus gloriosis reunientur. De hoc vide sanctum Tho. in 4. dist. 43. & 44. Mali autem resurgent eũ corporibus fœtidis, &c. Ratio huius est, quia Deus remunerat quemlibet secũdum vitam quam hic tenuit, & bona opera quæ fecit. Modò in bonis quæ hic facimus, est talis ordo. Quia primò fiunt ab anima sola, scilicet cogitando, deliberando & ordinando, & sic primò meretur, deinde in executione operis corpus facit executionem. Ideo anima prius remuneratur, deinde remunerabitur corpus, scilicet in iudicio. Idẽ est de malis operibus. Primò enim anima facit peccatum cogitando, deliberando, ordinãdo, deinde corpus facit executionem. Ideo anima prius punitur in inferno. Deinde corpus in iudicio. Hoc dicit auctoritas sacræ scripturæ. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gesit. 2. Corinth. 5. Nota propria corporis. Nota quod hæc vita æterna appropriatè est à Spiritu sancto, quia noster Spiritus est naturaliter vadens, & nõ rediẽs. Sed per virtutem Spiritus sancti animam habitantis, quælibet anima resumet suũ proprium corpus. de hoc vide S. Thom. in 4. distinct. 43. Nec hoc est Spiritui sancto difficile, quia qui de nihilo creauit omnia, faciliter potest animam & corpus incineratum vnire. Ideo dicit scriptura. Si spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, habitat in vobis viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis. ad Rom. 8. Hęc vita est certissimè expectanda. Nota contra illos qui sunt de errore Sadduceorũ, dicentium, quomodo est possibile resurgere, &c. Ideo Christus, Nolite mirari hoc, quia venit hora in qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient vocem filij Dei: & procedẽt qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ, sæternæ. Qui verò mala egerũt in resurrectionem iudicij, scilicet damnationis. Ioan. 5. Nota. Nolite mirari hoc, scilicet de resurrectione, quia Deo nihil est difficile. Quia venit hora, scilicet iudicij, in qua omnes qui in monumẽtis sunt, audient vocem filij Dei, scilicet illam, Surgite mortui, venite ad iudicium. Et procedent, &c. Patet ergo quomodo à Spiritu sancto habemus has quatuor vitas, scilicet corporalem & spiritualem, cælestem & æternam, ecce quare dicit: Ego veni vt vitam habeant, scilicet spiritualẽ, cælestem, & æternam, quam det nobis gloriosus.

Feria quarta. *Sermo vnicus.*

Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eũ. Ioann. 6. Thema dat mihi motiuum prædicandi & declarandi modos, quos Deus tenet trahendi ad se peccatores, scilicet qualiter peccator, qui diu vixit in peccatis, trahitur per Deum ad bonam vitam. Ista materia est vtilis & proficua. Sed vt sit Deo acceptabilis & gratiosa, saluatur virgo Maria. Thema est verbũ Christi di. Nemo, id est nullus peccator potest venire ad me per bona & sancta opera, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Pro cuius declaratione sciendum quod inter alia mala & magnos defectus, quos in hac vita habemus, sunt duo scilicet difficultas ad bonum, & promitas ad malum. Cum magna difficultate facimus bona opera, nec scimus facere sine magistro. Mala autem sine magistro scimus facere. Rectè de nobis est sicut de lapide, qui violenter ascendit, non à se, sed ab alio, licèt per se naturaliter descendit & cadit. Ita de nobis si volumus ascendere

in altum per bonam vitam & spiritualem, orando, contemplando, violentia est necessaria, quia contra inclinationes carnis & obliquationes gentium. Sed naturaliter descendimus peccando & malam vitam tenendo, & sic cadimus in infernum. ideo dicit scriptura, Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Genes 8. Ratio huius assignatur. Sapientiæ nono vbi dicitur, Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam. Sicut si falco, qui leuis est de se, apponeretur vna libra in pedibus eius, non posset leuari in altum, nisi cum difficultate. Ita de anima quæ de se est leuis, sed corpus aggrauat & trahit eam deorsum. Verbi gratia. Vultis modicum contemplari in oratione, & eleuatis mentem, statim homo descendit cogitando de negotijs, de coquina vel taberna. Ideo dicit, Corpus quod corrumpitur, &c. Post iudicium non erit ita, immo corpus sequetur animam in beatis, quia in corporibus beatorum erunt quatuor dotes, scilicet subtilitas, impassibilitas, agilitas, & claritas. Et his dotibus iam caremus. Ideo si volumus modò ascendere per bonam vitam, oportet quod Deus iuuet nos, non violentando liberum arbitrium, sed ipsum iuuando & confortando & mouendo. Hoc dicit thema, Nemo potest venire ad me per bonam vitam, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Patet thema. Et sum in materia prædicanda. Modò videamus, qualiter Deus trahit peccatores. Ego amore vestri quæsiui in sacra scriptura, & inueni quod quatuor chordis Deus trahit ad se.

Prima est amor diuinalis,
Secunda est ardor celestralis,
Tertia est timor infernalis,
Quarta est dolor temporalis.

Aliqui trahuntur per primam, aliqui per secundam, aliqui per tertiã, aliqui per quartam. Omnes quotquot sunt in paradiso, vel erunt, vel fuerũt, tracti sunt aliqua istarum chordarum. Ecce quare dicit thema, Nemo potest venire ad me. Prima ergo chorda qua aliqui trahuntur, est amor diuinalis. Ista ligatur in corde creaturæ vt homo veniat ad Deum. Ligatur enim cogitando beneficia & dona & gratias à Deo receptas, quasi dicendo, si vnus homo etiam rapax fecisset mihi tot bona, quantum ipsum diligerem. Ista chorda habet quatuor cogitationes quas debemus habere, scilicet cogitando. Primus opus vel beneficium creationis. Secundo opus vel beneficiũ prouisionis. Tertiò opus vel beneficiũ expectationis. Quarto opus vel beneficium redemptionis. De primo debet homo cogitare beneficium creationis, quia non animal brutum, bouem vel asinum, serpentem, catum, siue murem, nec lapidem vel arborem, sed hominem rationalem ad imaginem & similitudinem suam me fecit Deus. Dedit mihi corpus cum membris, quia pater vel mater modicum faciunt

ciunt in corpore. Cogita quantum diligeres illum, qui tibi restituisset oculum, vel manum, vel pedem abscisum. Quantum ergo est Deus diligendus, qui dedit corpus, & omnia membra, & animam cum potentijs? Secundò cogita beneficium prouisionis. Cùm esses in vtero matris clausus, te conseruauit, & quando tu fuisti natus, dedit lac matri, vt te lactaret, & modò quis dat tibi blatum in campis, vinum in vineis, fructus in arboribus, aquam in fontibus, carnes & pisces, &c. nullus nisi Deus, quia natura instrumẽtum est, & sic Deo grates agere debemus, & non naturæ, sicut nec grates, nec gratias habetis dare calamo de bona litera, sed notario. Si ergo seruitores & famuli diligunt Dominum, qui dat eis prouisionem, quantò magis Deum diligere debent & tenentur? De tertio cogita beneficium expectationis. In primo peccato saltem mortali quod homo facit, statim datur sententia mortis à Deo contra eum. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezechias decimo octauo. Et Deus suspendit executionem, expectando te misericorditer ad pœnitentiã. Vis cognoscere istam gratiam? Nota hic peccatum Luciferi & aliorum angelorum quantum credis quod Deus eos expectauit ad pœnitentiam per annum, &c. Dico quod nec per annum, nec per mensem, diem vel horam, sed in eodem momento expulsi sunt de paradiso, &c. Et quot anni sunt quod tu incepisti peccare? 40. vel 50. &c. tot annis te supportauit & expectauit ad pœnitentiam. De quarto cogita beneficium redemptionis. Quia voluit humiliari & de cælo ad terram descendere, vt tu ascenderes in cælum. voluit suspendi in cruce, ne tu suspendaris in furca inferni. Spinis voluit coronari, vt tu in cælo coroneris corona gloriæ. Quanta esset humilitas regis volentis se humiliare, vt ad coronam regni exaltaret rusticum. Cogitãdo, ista chorda amoris diuini ligatur cor. Hoc cogitando Dauid in Psal. dicebat: Diligam te Domine fortitudo mea, Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus. Hic sunt omnia quatuor fila. Primùm ibi, diligam te Domine fortitudo mea, scilicet per creationem. Et ecce primum. Dominus firmamentum, scilicet per prouisionem, ecce secundum. Et refugium meum, scilicet per opus expectationis, ecce tertium. Et liberator meus, scilicet per opus redemptionis, ecce quartum. Sed modò homines mundi non diligunt Deum, peiores sunt bestijs, quia bestiæ & feræ syluestres cognoscũt beneficia, & diligunt suos benefactores. Nota hic miraculum quod legitur in vita beati Hieronymi de leone vulnerato in pede, qui venit ad monasterium beati Hieronymi quod erat in deserto, quem videntes fratres fugerunt. Dixit beatus Hieronymus. Et sic recipitis hospites? confidens autem de obedientia leonis, dixit illi. Quid vis leo? Qui eleuato pede suo ostendit plagã in medio. Et beatus Hieronymus in nomine

Iesu sanauit eum. Dauid. Homines & iumēta saluabis Domine, &c. Leo autem cognoscens beneficium noluit recedere à monasterio, ac si fuisset domitus. Cui beatus Hieronymus imposuit vt custodiret asinum, &c. De hoc exēplo vide in legenda B. Hieronymi. Modò dicas tu quod beneficia recepisti à Deo, quid habes quod non accepisti? nihil. Ideo chorda amoris debet esse ligata in corde tuo. Auctoritas. Salomon in spiritu prophetię dicit, Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulę dilexerunt te. Trahe me post te. Curremus in odore vnguentorum tuorum. Canticorum primo. Nota oleum effusum, &c. Nomen sumitur hic pro doctrina, lege, & fama Christi. Prouerbiorum 22. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multę. Conditio est olei, quod quādo est effusum clarescit. Ideo marinari; quando infra aquam volunt videre vel aliquid perquirere sub aqua, recipiūt oleum in ore, & quando sub aqua ipsum spargūt, vident ibi clarè. Ita nos in mari huius mundi eramus sub aquis peccatorum in tenebris. Sed propter prædicationem apostolorum, nomen Christi & doctrina euangelica publicata fuerunt & sparsa, & tunc videmus clarè veritates fidei. Dauid. In omnem terram exiuit sonus eorum, &c. Psal. 18. Ideo adolescentulæ sunt animæ. Ratio, quia non senescunt. Corpora autem senescūt, quia sunt corruptibilia & mortalia. Animæ autem rationales siue humanæ & angeli & stellæ sunt incorruptibiles, ideo non antiquātur. Ita iuuenis est anima vnius sens centum annorum, sicut anima pueri vnius diei. Ideo dicit, adolescentulæ dilexerunt te. Ex quo chorda est ligata, vt dixi, trahe me post te, vt curramus siue ascendam° post te, quasi diceret, Tu ascendisti in cælum, ideo trahe me vt ascendam post te. Et curramus in corde in odore vnguentorum. Nota hic pro declaratione huius, similitudinem de venatore qui recipit mutuo canes ab alio venatore, qui nolentes eum sequi ligat ad collum eorum chordas, & sequuntur ipsum trahētem, quousque sint extra domum domini, sed ex quo sunt in venatione, ipsi currunt per se. Ita de peccatore quādiu est in peccatis, est canis diaboli, & Christus est venator animarum, secundum illud, Da mihi animas, cetera tolle tibi. Genesis 14. Et oportet vt cum chorda trahat peccatores de domo & seruitute diaboli, quousque sint extra, quia tunc per se currēt de virtute in virtutem. Ideo dicit thema. Nemo potest venire, &c. Nota in odore vnguentorum. Vnguenta Christi sunt opera virtuosa & medicinalia quæ fecit in hoc mundo contra plagas mortales peccatorum. Plaga mortalis est superbia. Vnguentum Christi, quod istam plagam curat, est humilitas incarnationis & pauperis conuersationis. Plaga mortalis est auaritia. Vnguentum medicinale est paupertas Christi, qui nec domum nec pecuniam voluit habere. Plaga mortalis est gula, non seruare ieiunia ecclesiæ, excessiuè comedere, inebriari.

Vngentum est obstinentia Christi quam fecit in quadragesima, & etiam in tota via sua semper erat ieiunium. Plaga mortalis est ira & desiderium vindictæ. Vnguentum & medicina est patientia Christi. Plaga mortalis est inuidia. Vnguentum est charitas Christi, quia amore nostri mori volunt. Plaga mortalis est acidia, vnguentū est diligentia Christi. Nunquid tu sentis odorem istorum operum, siue vnguentorum? Patet prima chorda. Amore Dei diligatis eam in corde vestro. Dicatur hic exemplum de illo clerico malę vitę & inhonestæ, qui quando habuit bonum beneficium dixit, O modò potero habere concubinam, &c. Deinde Deus dedit sibi maiora beneficia, & ipse augmentabat peccata, sed Deus fecit sibi gratiā quod recognouit se, & ad se reuersus dixit intra se, O miser, continuè Deus dat mihi bona & me augmētat in honoribus & dignitatibus, & ego augmento peccata, valde sum ingratus. Et habuit maximam contritionem de peccatis, & fecit pœnitentiam, de cetero tenuit bonam vitam & sanctam. Secunda chorda est ardor cælestialis, scilicet desiderare gloriam paradisi, propter pulchritudinem & excellentiam cælestis pulchritudinis. Sicut nobilis viator ex pulchritudine hospitij trahitur ad illud. Ista chorda ardoris cælestis habet quatuor filia, scilicet quatuor considerationes. Prima est considerando cælum, maximè de nocte, quando optimè apparent stellæ dicendo, O Domine, & qualis habitatio debet esse intus, quia extra & in transuerso ita apparet pulchrum & desiderare debet feruenter esse intus. Sic ligatur chorda ardoris cælestia, quia tanta est pulchritudo cæli, quod si per potentiam diuinam homo posset ipsum videre, nó vellet comedere nec bibere, etiam si aliquid non videret nisi cælum. Ideo Apostolus cui Deus ostendit, interrogatus quid vidit, respondit, Oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus his qui diligunt illum. Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. 1. Corinth. 2. Nota, oculus non vidit. Philosophi enim habuerunt notitiam de nouem cæliis, de cælo lunæ, &c. Sed ad decimum cælum, scilicet empyreum, non potuerūt ascendere, quia istud est immobile. Ideo dicit, Oculus scilicet philosophorum non vidit, nec aliqua auris audiuit, scilicet Iudæorum: Iudæi enim audierunt ab ore Moysi legem. Et quid audierunt? Si in præceptis meis ambulaueritis, &c. Leu. 26. Solsi promittit ei terrena, de gloria autem cæli nullā promissionem habuerunt, nec audierūt, nec in cor hominis, scilicet pagani ascēdit. Machometus autē promittit Agarenis paradisum porcorum & asinorum, comedendo mel & lac & luxuriando, nobis autem Christianis reuelauit, scilicet in sacra scriptura cælum & cælestia bona & gaudia. Secunda est cōsiderando cælum empyreum, cuius est habitatio. Dauid inquit in Psal. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Psal. 122. Magnum

palatium est palatiũ Papæ, vel Imperatoris vel Regis, sed nihil respectu palatij Dei, quod ipse propriis manibus operatus est, & ipsum ornauit & depinxit. Tertia est cõsiderãdo festum quod ibi fit. De quo festo dicit saluator noster Iesus Christus. Simile est regnũ cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, Tauri mei, & altilia mea occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt & abierunt, alius in villam suã, alius vero in negotiationem suã. Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autẽ cùm audisset iratus est, & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, ac ciuitatem illorũ succẽdit. Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt, sed qui inuitati erant nõ fuerunt digni, &c. Matthæi 22. Cogita si palatium regis sic paratur in nuptijs primogeniti, quantò magis, &c. Quartò considerãdo pretiũ quod cõstat. Si enim vnus lapis pretiosus constaret mille millia florenorum, existimas & opinaris de illo lapide, quod multum valet. Modò cogita quantum constat regnũ cælij, pro quo Christus dedit totã vitam suã & pretiosissimum sanguinem suum, vt ipsum nobis emeret. Istis considerationibus ligatur chorda ita fortiter. Quod si Deus diceret alicui bene philocapto de paradiso, Ab hinc vsque ad annum ascendes mecum in cælum, ille respõderet, O Domine & tantum tardabo, tantum habeo stare adhuc in hoc mundo. O Domine adhuc triginta dies expectabo, domine statim faciatis me ascendere. Propter hoc dicebat Christus, Nunc iudicium est mundi. Nunc princeps mundi huius eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Io. 12. Nota, nunc iudicium est mundi, s. vt cõtemnatur, quia non pro hominibus, sed pro bestijs erat factus. Sed sumus hic exules ex proditione patris nostri Adæ, qui tradidit castrum diabolo. Nunc princeps mundi, s. diabolus tyrãnus eijcietur foras propter mundi contemptum. Et ego si exaltatus fuero à terra. Exaltatus fuit Christus in cruce & in resurrectione, & maximè in ascensione. Omnia traham ad meipsum, scilicet per odorem cælestialẽ. Tertia chorda est timor infernalis vel iudicialis. Ista chorda ligatur cogitando iudicium. Ad quod oportet personaliter venire. Remedium ergo est sicut de latrone fugiente cum furto in manibus, qui proiecit furtum, licèt sit charum & pretiosum. Ita debemus facere. Christus iudex insequitur nos, quia ex eo erit iudicium. Ideo si furatus fuisti aliquid ab ecclesia decimas, à vasallis autem per rapinam, à pauperibus per vsuram, à seruitoribus per calumniam recipiendo pretium laboris sibi datum, vel alias per furtum secretum, aut malè emendo vel vendendo, aut aliquid inueniendo, proijce furtum restituendo, alias iudex inueniet te cum furto in manibus & condemnabit te. Ideo time hoc iudicium, & potens dicere cum Dauid, Confige timore tuo carnes meas, à iudicijs tuis timui. Psal. 118. Nota exemplum de iuuene vano, & pomposo, & luxurioso, sed chorda timoris fuit tractus ad Deum. Dicatur quomodo somniauit se esse in iudicio. Et Christus interrogabat eum dicẽdo: Redde rationem de vita tua, &c. Et subitò effectus fuit canus, & de cetero emendauit vitam suam, & fecit magnam pœnitentiam. Hinc dicitur à Christo, In charitate perpetua dilexi te, ideo attraxi te miserãs. Hierem. 31. Quarta chorda est dolor temporalis. Ista est fortior alijs, quando nec amore diuino, nec ardore cælesti, nec timore iudicij trahuntur. O dicit Deus, expecta modicum, quia ego saluabo te, ego faciã te venire violenter. Rectè facit Deus sicut bonus pater, quãdo filius non vult ire ad scholas, facit ipsum venire, & dat sibi alapas. Ita facit Deus. Quot homines sunt in mundo tã religiosi, quàm clerici & laici qui in prosperitate, honore & sanitate nõ cerãt de Deo, q.d. Domine non curetis de me, nec curabo de vobis. O verbum infidele. Et dicit Deus, vos venietis. dat sibi aduersitatẽ, dolores, infirmitates, perditionem bonorũ vel amicorum, persecutionem, & iram dominorum, & tunc reuertuntur ad Deum, & dicũt horas & multas orationes, vadunt ad ecclesiam, confitentur, & communicant, &c. Ecce qualiter trahuntur chorda doloris temporalis. Grego. Mala quæ nos hic premunt, ad Deum ire compellunt. Idem de mulieribus. Erit aliqua mulier vana & pomposa, quæ totum tẽpus & studium ponit vt ornetur perlis, aptat mammillas, ostẽdit eas multitibus. Sed quid facit Deus de illis perlis quas portat? ponit vnã sibi in oculo vel in carne, quæ reuertitur lippa, vel habebit caput scabiosum, vel habebit aliam infirmitatem, vel habebit infirmitatem cancri in mammilla, vel habebit malum in tibijs, & tunc nõ curant de tripudijs vel nuptijs, sed quando aliæ vadunt ad tripudia ipsę vadunt ad ecclesiam. Idem de muliere quæ vult dominari super virũ, sed maritus ipsam baculando humiliat eam, & tunc recurret ad virginem Mariam dicẽs: adiuua me virgo Maria. Ad religiosos, vt orent Deum, vt det sibi pacem cum viro. Ideo Deus pater dixit filio suo Iesu Christo, Compelle intrare, vt impleatur domus mea. Lucæ decimoquarto. Vel sunt verba Christi ad Angelum verum, non cogit liberum arbitrium, sed tribulationes & aduersitates cogunt hominem venire ad Deum, deinde liberum arbitrium consentit. Propter hoc Propheta in persona Christi dicit, Ego quasi nutritius Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quod curarem eos. In funiculis Adam trahã eos in vinculis charitatis. Osee vndecimo: Ego quasi nutritius. Nutrix enim, vt videris, aliquãdo demulcet puerum, aliquãdo verberat vt amare vel timere faciat, ita Christus. Nota Ephraim. Nota historiam de Iacob, qui benedixit duobus

filijs Ioseph, scilicet Manassen, & Effraim. Gene. 48. Isti duo Manasses & Effraim significabant duos populos. Manasses primogenitus significabat populum Iudeorum, quia Manasses idem est quod oblitus. Effraim idem est quod auctus vel augmentum, & significabat populum Christianorum qui habuit benedictionē promissam per crucem. ideo dixit, Ego nutritius Effraim, id est populi Christiani, cui per crucem dedit benedictionem. Portabā eos in brachijs meis. Quia peccata nostra ipse pertulit. 1. Pet. 2. Not. in funiculis Adam diminutiuē, nō dixit funibus. Ratio, quia penè dolores & afflictiones huius mundi nihil sunt in comparatione pœnarum inferni, sicut nec gaudia mundi sunt aliquid respectu gaudiorum paradisi. Funiculi enim Adæ sunt labores, miseriæ, & passiones huius mundi, quibus Deus trahit nos ad se, qui nihil sunt respectu gloriæ. Ideo ait Apostolus, Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ renouabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe, quia ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei: Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Non solùm autem illa, sed & nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, &c. ad Rom. 8. Rogemus ergo Dominum, vt aliqua istarum chordarum, vel amore, vel, &c. trahat nos ad se hic per gratiam, & in futuro per gloriam.

Feria V. post Pentecosten. Sermo vnicus.

Factum est gaudium magnum illa ciuitate. Acto. 8. Non dicit in qua ciuitate factum est gaudiū. Ideo pro declaratione huius verbi anagogicè sumpti, sciendum est quod inuenitur in sacra scriptura clarè, quod in alio mundo sunt duæ magnæ ciuitates inter se valdè diuersæ, & contrariæ, scilicet ciuitas infernalis, ciuitas supernalis. Et ecce contrarietas, quia in ciuitate inferni nullum est ibi gaudiū, nec lætitia, nec solatium, siue consolatio. Sed tristitia & dolor infinitus. Nihil est ibi de quo nō doleant & tristentur ciues illius ciuitatis. Primò tristantur de bonis huius mundi quæ fecerunt, sine qui sunt in hoc mūdo pro eis facta, scilicet de omnibus ieiunijs, eleemosynis, &c. Ratio, quia nihil proficiunt, immo totum perdiderunt. Sicut si vnus homo, qui cum magnis periculis & laboribus laborando acquisiuit multa bona, & pòst illa bona comburuntur, vel si furantur, qualiter dolet, plus dolent damnati. Secundò dolent & tristantur de malis & peccatis quæ fecerunt, non inquantum offenderunt, & iniuriauerunt diuinam maiestatem, immo isto respectu voluissent aliquid fecisse amplius. Sed tristantur inquantum sunt causſæ & rationes pœnę & mali eorum. Tertiò dolent de gloria sanctorum, quam modò vident clarè & inuident dicendo: O miseri, &c. potuissemus habere illam gloriam, si tenuissemus bonam vitam, & sic tristantur, sicut si tristaretur famelicus videndo mensam paratam plenam cibarijs, & non auderet tangere. Ita etiā ibi. Quartò tristantur de illis, qui sunt in inferno. Ratio, quia pro quolibet damnato augmentatur pœna eorum. Sicut si titioni ardenti addatur alius titio, magis ardebit, & quātò plures adduntur, magis ardet. Ecce aliquas conditiones ciuitatis inferni, à qua Deus nos præseruet. Ideo vos auiso de bona hora & de bona vita. Ideo in persona damnatorum dicit Hierem. cui fuit reuelata pœna inferni Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri, vę nobis, quia peccauimus. Thren. 5. Si de ista ciuitate vellemus loqui, oporteret in themate mutare vnū verbū, dicēdo: Factum est tædium magnum in illa ciuitate infernali magna. Alia ciuitas est cælestis in qua non est tristitia, nec dolor, sed lætitia, gaudium, iucunditas, consolatio, de nullo tristantur. Et prægaudent de bonis quæ in hoc mundo fecerunt, vel corde cogitando, vel ore loquendo, vel opere operando propter gloriam quam habent ex illis. Item gaudent & lætantur de malis, & peccatis quæ fecerunt, non inquantum ex illis offenderunt Deum, sed quia de illis fecerūt pœnitentiam, & inquantum Deus liberauit eos ab illis, dicendo: O benedictus Deus, ego consueui esse superbus, sed Deus mutauit mihi cor, & vixi humiliter, & sic de alijs peccatis, de quibus gaudent, non quia ipsi fecerunt, sed quia ab eis liberati fuerunt, & quanto peccata fuerunt maiora, tantò gaudium est maius. Sicut marinarij, qui quantò de maiori periculo & fortuna euaserunt, quando sunt in terra, tantò magis gaudent. Item gaudent de gloria sanctorum, minor non inuidet maiori de gloria, immo lætatur: quia de gloria alterius augmentatur gloria sua, & quantò plures sunt glorioſi, tantò magis augmentatur gloria. Verbi gratia, Sicut si candelæ accensæ addatur cereus accensus, lumen est maius, & si addantur plures, erit maius. Item gaudent de pœna damnatorum, quam vident etiam de patre & matre, vxore vel fratre, &c. non quod gaudent de malo & pœna eorum, sed de iustitia Dei dicendo matri, vel patri, O pater, vos estis ibi iustè, vos damnauit iustè Deus, quia vsurarius erat, latro, vel luxuriosus. Et dicunt vxori, O putana, id est meretrix, ibi vos estis, & quanta fecistis contra honorem meum? ideo iustè est damnata. Ecce quomodo illi de ciuitate paradisi habent contrarias conditiones illis de inferno. Auctoritas, Lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor, & gemit⁹, ego ipse consolabor vos. Quis tu vt timeas ab homine mortali & à filio hominis, qui quasi fœnum ita arescet? Esaiæ trigesimoquinto, & quinquagesimoprimo, Nota super capita co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta eorum, quia tanta est lætitia sanctorum, & gloria, quod nō potest comprehendi, ideo dicit super capita. Gaudium & lætitia differunt, quia gaudium consistit in corde sine ostensione ad extra. Lætitia autem non solùm in corde consistit, sed extra ostenditur saltando, cantando. Ideo dicitur lætitia, quasi latitia, id est lata lætitia. Et fugiet dolor & gemitus: quæ differunt, quia dolor consistit in corde, gemitus verò non solùm consistit in corde, sed ad extra ostenditur plangendo se. De ista ciuitate loquitur thema nihil mutādo, dicens: Factum est gaudium magnum in illa ciuitate, scilicet paradisi. Patet ergo thema. Amore vestri ego quæsiui in sacra scriptura quot sunt conditiones bonarum personarum in hoc mundo bene viuentium, de quibus sit magnum festū in illa ciuitate paradisi, & inueni quod quinque sunt de personis, scilicet,

Persona purè innocentes,
Plenè obedientes,
Dignè pœnitentes,
Fortiter patientes,
Iustè præsidentes.

De qualibet conditionum istarum dicit thema, Factum est gaudiū magnum in illa ciuitate. Dico quod magnum gaudium fit in ciuitate paradisi de personis purè innocentibus, scilicet quæ nunquam peccauerunt, nec mortaliter, nec venialiter, nec corde cogitādo, nec ore loquendo, nec opere faciendo. De istis autem personis nulla est nec fuit vnquam, nisi Christus, & virgo Maria: De alijs autem nunquam fuit aliquis sanctus, nec Propheta, nec Patriarcha, Apostolus, siue Martyr, quin habuerint maculam peccati venialis vel mortalis. Quæ sunt ergo personæ innocentes purè? Dico quod pueri solùm, qui decedunt antequam peccent, qui aqua baptismi fuerant purificati de originali. Quando enim moriuntur, de eis fit festum magnum in toto regno, scilicet cælo. Vultis intelligere hoc festū? Sicut quando rex de regina vxore sua habet filium primogenitum, quādo nascitur, fit magnum festum in toto regno, & dicitur regi, profit vobis filius. Maius festum fit quando regina, scilicet ecclesia sponsa regis Christi mittit sibi filium vnum. De istis pueris innocentibus dicitur Christo, profit vobis filius. gaudet totum regnum celeste. De ista materia auctoritas anagogice. Mulier cùm parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Cùm autem peperit filium, iam non meminit pressuræ, propter gaudium, quia natus est homo in mundum Ioannis decimosexto. In ista auctoritate Christus cōparat mortem puerorum partui. Ratio est ex aliquibus similitudinibus. Primò quia quando creatura nascitur, exit de loco stricto, & intrat locum latum, scilicet mundum. Ita quando creatura moritur exit de loco stricto istius mundi, & intrat locum latissimum, scilicet cælum. Quia iste

punctus est quasi nihil respectu circumferentiæ, ita terra nō est nisi punctus respectu cæli. Secundò quia quando creatura nascitur, exit de loco tenebroso, scilicet vtero, & intrat locum clarum, scilicet mundum. Ita quando moritur, exit de loco tenebroso istius mundi, vobis autem videtur clarus, & etiam nox videtur clara noctue: sed quando intrat claritatem paradisi, tunc cognoscit quid hic fit. Tertiò quando nascitur exit de loco maculoso, quot corruptiones sunt in vtero vxoris & viri? & intrat locum pulchrum. Ita quando moritur, exit de hoc mundo immundo & maculoso, quot sunt maculæ peccatorum? & intrat locum pulchrū, clarū & mundū. Quartò exit de loco periculoso, quot pericula transit creatura de vtero matris? & intrat mundū, in quo licèt sint multa pericula, non tamen tot. Ita quando moritur, exit de hoc mundo periculoso. Ber. Periculum huius mundi probat transeuntium paucitas, & peruentium pluralitas. In mari Massiliæ de quatuor nauibus vix vna perit. Ex mari verò huius mundi, vix de quatuor animabus vna euadit. Quintò nascitur cū doloribus, quia dolores partus sunt post dolores mortis maiores. Ita cum doloribus transit de hoc mūdo ad gloriā. Dauid, Ibi, scilicet in morte, dolores vt parturientis in spiritu vehementi, &c. Psal. 47. Ecce quare Christus mortem creaturæ cōparat partui mulieris. Cùm autem peperit, quando iā est in paradiso, non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Propriè cælū empyreum dicitur mundus, scilicet à munditia. Moraliter habetis hīc doctrinā, ne multū ploretis, quādo pueri vestri parui moriuntur. Sed quasi pro gratiarū actione proijciatis sex vel octo lacrymas, dicendo: Fili ora pro me. Benedictus Dominus, quia habeo vnum cameriarium in cælo. Et nunquid placeret vobis si Rex Franciæ transiēs per istā villā, & videret filium vestrū sibi gratissimum, reciperet eū pro curia sua, & ipsum induceret statim de auro & serico, & faceret eum militem & comitem, haberetis vos tristitiam de hoc? nō profectò, sed gaudium & lætitiam, dicendo: O gratias Deo, &c. Item de regina recipiente filium vestrum. Sed ploraretis ex lætitia parū, quia naturale est, quod recessus à presentia vestra det dolorem. Sic quando rex gloriæ Christus recipit filium vestrum, tunc transit per istā vallem & ducit secum, statim induitur de auro, scilicet de veste gloriæ, & statim fit maior dominus, quā vnquam fuerit in hoc mundo Papa vel Imperator. Maior enim est gloria minoris qui est in paradiso, q̄ Papæ vel Imperatoris. Ideo magnū peccatū est de illis qui faciūt magnū planctū & tristitiā de illis pueris, cū deberetis facere de hoc maius festū q̄ de magnis in die nuptiarū. Ideo Apost. Nolumus vos ignorare de dormientib⁹, id est innocēter in Christo quiescētibus, vt nō cōtristemini, sicut & ceteri qui spē non habēt. 1. ad Thess. 4. Secūda cōditio personarū, de quibus sit festū in cælo, est melior

scili-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet de personis plenè obedientibus, sicut sunt illi qui quãdo habent ætatem discretionis, recipiunt propositum ante mortem sustinere, quàm facere contra voluntatem, & mandatum Dei, & sic conseruãt se in puritate baptismali gratiam augmentãdo. Nolunt se regere secundum sensualitatem, & eorum inclinationem, sed secundum voluntatem Dei dicendo: Domine ego inclinatus sum ad superbiã, sed video, quod vos Domine præcepistis humilitatem, ideo volo viuere humiliter, & sic de alijs. De istis talibus fit magnum festum in cælo, qui quando vident, quod homo sic se conseruat, quod pro nullo lucro, officio, dignitate, seu honore facit contra Dei mandatum, immo quando dicitur eis, Vos possetis lucrari tot florenos, si feceritis falsum iuramentum, dicunt hoc esse peccatum mortale. Quid prodest homini, si vniuersum mundum lucretur, &c. Item si dicitur eis, Vos possetis habere placitum cum tali muliere, &c. dicunt nolo placitum, quod tanti constaret mihi, quia essem damnatus. Idem de vindicta inimicorum. Sancti de tali faciunt magnum gaudium in cælo, &c. Declaro per talem similitudinem. Si rex mitteret vnum militem ex suis inter inimicos suos, qui multis modis tentarent militem vt faceret contra regem promittendo sibi honores, officia, diuitias, &c. Ipse autem miles tanquam bonus & fidelis dicit, Mihi non placet, quia nullo modo faciam, quia hoc esset contra honorem regis. Quando talis miles reuertitur ad curiam, & omnes sciunt suã fidelitatem, omnes faciunt sibi magnum festũ & gaudium. Ita Deus misit nos in hunc mundũ inter inimicos. Qui enim vult bene viuere, ille habet multos inimicos. Primò carnem, quia ipsa semper inducit & inclinat ad ea quæ sunt contra Dei honorem. Secundò sensus corporis interiores & exteriores, ad extra autẽ sunt dæmones & occasiones peccãdi, & contradictiones, vir contradicit vxori, & econuerso, pater filijs, & frater fratri, &c. Si volunt tenere bonam vitam, & facere pœnitentiã, tunc vt ait Dominus: Inimici hominis domestici eius. Matth. 10. Qui ergo scit prudenter conseruare inter tot inimicos, nec facit contra Dei honorem, nec eundo ad diuinos pro aliqua necessitate, & sic de alijs præceptis. Quando talis venit ad curiã cæli, fit sibi magnũ festum, dicente sibi Christo, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, super multa te constituã, &c. Matt 25. Nota, Euge est interiectio gaudentis. Serue bone, quia tenuisti bonã vitam, & fidelis, quia nihil fecisti cõtra honorẽ meum. Mortaliter instruimur, vt seruemus Dei mandata, quia aliter non possemus paradisum intrare. Ratio quia seruus qui nõ facit voluntatem Domini, nõ eõsequitur solidatã siue stipẽdia. Sic nos omnes sumus captiui Christi, qui pro solidata siue stipẽdio promittit nobis regnũ cæleste, si bene seruimus sibi. Ideo Christus, Si vis ad vitã ingredi, serua mãdata. Matt 19. De obedientibus ergo dicit

dicit thema, Factum est gaudium magnum, &c. Tertia conditio est de personis dignè pœnitentibus, quę perdidetunt purã innocentiã, & multoties fecerunt contra Dei mandata. Remedium quod habent ex digna pœnitentia, habet duo. Primum est afflictio corporalis. Secundum est discretio intellectualis. De primo remedium est castigare carnem, dicendo: Domine ista caro fecit me peccare, ego eã castigabo, & recipiã cilicium aut disciplinã. Ideo Christus dicit: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. gloss. quia iuxta modũ & quãtitatem peccatorũ debet esse pœnitentia. Qui enim plus peccauit, maiorem tenetur facere pœnitentiã. Secundò requiritur discretio intellectualis, ne ex afflictione perdatur maius bonũ, (ex nimia vigilia perdat sermonẽ, vel ex nimio ieunio oratione quæ est melior. Ite ne ex nimia pœnitẽtia pars iniurietur, talis debet esse quod nõ sit præiudicatiua parti. Ideo discretè debet fieri, quilibet scit quãtum possit portare asinus suus in tãta via. De ista materia dixit Iesus talem similitudinem. Quæ mulier habens drachmas decem, & si perdiderit drachmã vnã, nonne accendit lucernã, & euertit domum, & quærit diligẽter, donec inueniat eã? vsque, super vno peccatore pœnitentiam agente. Luc. 15. Mulier ista signat personã obedientẽ ad decem præcepta, quæ sunt quasi decem drachmæ, quæ aureæ sunt, quia eis emitur regnum cælorum. Perdit drachmam vnam, quando peccat contra vnum præceptum, vel primũ, secundum, &c. Et euertit domũ cordis, quam oportet facere per quatuor, vt fecit illa mulier, quæ primò accendit lucernã, ecce cognitio peccatorum. Secundò euertit domum, ecce contritio peccatorum, quãdo dicet, O miser ego sum religiosus, vel clericus, vel vxoratus, &c. & euertit domũ cordis, de his dolẽdo de quibus fuit delectatus. Tertiò, & quærit diligenter, ecce hic confessio vbi quæruntur peccata dicendo: Pater ego peccaui corde, cogitando hæc & illa, &c. ore loquendo de istis, & de illis, &c. Opere faciendo, quia omisi per meã malitiam talia præcepta, & tali modo commisi peccata, sic per ordinem & tẽpus & locum, & cetera quæ requiruntur. Quartò, inuenit drachmã, (gratiam, Dei quando absoluitur à confessore dicendo, Ego te absoluo. Et tunc gaudent sancti. Quia gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiã agente. Ergo factũ est gaudium magnũ, &c. Quarta est de personis firmiter patientibus, quia quãdo habent aduersitates patienter eas sustinẽt dicendo: Domine ex quo vobis placet, quia aliàs ista mihi non euenirent, placet mihi etiam. Vos dedistis mihi istam infirmitatem, sed in cælis dabitis mihi plenam sanitatem, quia ego modò habeo patientiã. Idẽ de paupertate. Spero Domine quod ero diues in paradiso, & de illa aduersitate recipiunt amaritudinem cordis, nec murmurant contra Deum, de talibus fit magnum gaudium in paradiso. Auctoritas. Beati eritis cùm vos

Universidad de Deusto
Biblioteca

vos oderint homines, & cùm seperauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum tanquã malum propter filiũ hominis. Gaudete & exultate. Ecce enim merces vestra multa est in cælo. Lu. 6. Ex ista ratione dicebat Iacobus: Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, scientes quod probatio fidei vestræ patientiã operatur. Patientia autem opus perfectum habet vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Iaco. 1. Quinto est de personis iustè præsidentibus, sicut sunt omnes illi, qui iustè regunt populum suum, siue sint domini siue officiales. Iustè præsidere requirit, primò vt intrent per portam, quod nõ sint intrusi per potentiam, propter nobilitatem, &c. Secundò vt quãdo sunt intrusi seruẽt iuramentũ, quod fecerũt in ingressũ de iustitia seruãda, & de vtilitate Reipublicæ custodienda, corrigẽdo vitam malã, & peccata notoria. Idem dico de prælatis ecclesiasticis, qui quando sunt intrusi magis curant de animalibus, q̃ de reditibus. De talibus autem magnum festũ fit in cælo. Auctoritas, Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos ante Dominũ nostrum Iesum Christũ in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra, & gaudiũ 1 Thess. 2. Ecce qualiter dicit thema. Factũ est gaudiũ magnum in illa ciuitate. Secùs est de malis rectoribus, melius fuisset eis, si fuissent pastores porcorum, quia maiorem damnationem habebũt quàm homicidæ, quando faciunt contra istud iuramentum. Ideo auisetis vos, &c.

Feria sexta post Pentecosten.

Sermo vnicus.

NE *derelinquas animam meam in inferno.* Act. 2. & psal. 15. Pro huius verbi declaratione & materiæ introductione, sciendum quod in inferno loqui possumus dupliciter, scilicet vel per comparationem ad malitiã damnatorum, vel per comparationem ad iustitiam diuinã. Si capiatur comparatiuè ad damnationem, nullus est ibi ordo, nec ordinatio aliqua, nec charitatis, nec amicitiæ, nec prudentiæ, nec ordo diligendo, nec ore loquendo, quia nõ diligunt Deum. Primo vellent, quod Deus annullaretur, nec diligunt proximum, immo vnus contra alium indignatur. Nec filij diligunt parentes nec econuerso, immo vnus verberat alium dicens: O miser, ò traditor, dico filius patri, per te sum damnatus ò maledicte pater, quare me genuisti? O infelix mater, quare me peperisti? Maledicta hora in qua natus sum, vnde Iob 3. Pereat dies in qua natus sum. Et econuerso patrentes aiunt filijs, O nequissime, quia volumus pro te congregati sumus hic damnati. Maledicta hora, &c. Et nota quomodo consuetudinæ sacerdotum loquuntur dominis suis, quia nesciunt loqui amabiliter inter se, & sic semper blasphemant Deum, & seipsos maledicunt. Ita quod in ore eorum nulla est ordinatio sed omnis blasphemia

mia Auctoritas, Apocalypsis decimosexto. Aestuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habentis potestatem super has plagas, neque egerunt pœnitentiam, vt darent illi gloriam. Nec est ibi ordo reuerentiæ, nec amicitiæ, immo vt dixi inuadunt se inuicem percutiendo, quanto amores fuerunt maiores & ardentiores adinuicem, tantò magis sunt ibi in seipsos crudeles & magis se oduunt. Ideo quãtum ad malitiam damnatorum nullus est ibi ordo. vnde Iob de inferno loquens dicit, Vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat. Iob decimo. Secundò si volumus loqui de inferno, quantum ad iustitiã diuinã, est ibi ordo dans pœnam iuxta malitiã peccatorum. Auctoritas, Deut. 25. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus. & Isaiæ 27. In mensura contra mensuram, cùm abiecta fuerit, iudicabit eam, scilicet animam à corpore separatam. Item authorit. noui Testamenti. Apoc. 18. Quantum glorificauit, se & in delitijs fuit, tantum date ei tormentum, & luctum. Ecce ordinatio secundum iustitiã Dei. vnde ad Roman. 13. Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Cùm ergo pœnæ inferni sint à Deo, oportet dicere, quod ibi sit ordinatio respectu diuinæ iustitiæ. Et de ista ordinatione volo vobis prædicare auisando vos, vt quilibet vestrũm dicat orando. Domine ne derelinquas animã meã in inferno, quia sic fuit thema. Vnde notandum quod ordinatio inferni opposita est ordinationi paradisi cęli. Primus ordo in cælo, est ordo angelorum ascendendo. Secundus Archangelorum, &c. & illi qui tenent in hoc mundo bonam vitam, ibidem secundum eorum merita collocabuntur, & sic secundum theologiam in cælo sunt nouem ordines Angelorum, & in quolibet sunt animæ sanctæ secundum quod meruerũt. Si per oppositum in inferno sunt nouem carceres dæmonum, vbi collocantur etiam animæ damnatorum. De istis nouem ordinibus angelorũ Lucifer fuit summus & pulchrior, vt dicit Gregorius. Qui videns se in tanta excellentia super alios voluit Deo æquiparari, & hoc reuelauit dicens: Ecce quid vobis videtur erit bonum quod ego ascendam, &c. Et multi de quolibet ordine consenserunt, & ceciderunt, vt faciunt hodie multi in mundo adulatores dominis terrenis, & cadunt sæpè. Sed sanctus Michaël, Gabriel, Raphaël, & multi alij infiniti audientes hoc, noluerunt consentire, quòd creatura æquipararetur creatori suo. ideo fuit ei primum bellum, dicente domino illud Psal. 100. Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiã. Extra proditor. Ideo dæmon nõ aliud est quàm angelus malus. De isto prælio dicitur Apo. 12. Factũ est prælium magnũ in cęlo. Michaël & angeli eius præliabantur cũ dracone, & draco pugnabat, & angeli eius, & nõ valuerũt, neque locus inuentus est eorum amplius in cælo. O quàm magnum prælium, sicut si ex vna parte essent centũ millia, & ex alia decies centũ millia.

millia. Plures fuerunt angeli quàm modò sunt homines in mundo, & ideo nunquam fuit in mundo tam magnum prælium. Nota, dicitur Lucifer, qui deuorauit alios angelos malos, qui quàtò in cælo fuerunt altiores & digniores, tãtò sunt in inferno profundiores. Nota similitudinem de lancea, si homo teneat lanceam in manu super montem, & in ferro seorsum ponantur mille libræ plumbi, si lancea proijciatur de alto, tunc plumbum ponderosum faciet lanceam descendere velocius & profundius in basso, & sic cadet propter plumbum in inferiorem & profundiorem locum. Sic Lucifer erat sublimior, & ideo confusibilior & durius versus est, propter plumbum suæ superbiæ, & plus ponderabat in peccato. Ideo descendit in inferiorem locum, Isa. 14. Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris, scilicet in cælo? Corruisti in terram, scilicet infernalem, qui vulnerabas gentes, scilicet malos angelos, qui dicebas in corde tuo, scilicet propter tuam magnam superbiã. In cælum ascendam, scilicet empyreum, super astra Dei, id est super omnes alios angelos, exaltabo solium meum, scilicet nomen meũ: sedebo in mõte testamenti, s. in paradiso: ascendam super altitudinem nubium, & similis ero altissimo. Non sic impij, nõ sic. Veruntamen ad infernum detraheris in profundum laci, quia, scilicet in vltimo carcere inferni est damnatus. Vt ergo simus super custodiam nostram fugiendo vitia, & virtutes acquirendo, vt caueamus ab infernalibus carceribus, dicamus cum Propheta. Ne derelinquas animam meã in inferno. Charissimi volo vobis ostendere & dicere, quod sunt nouem carceres in inferno, sicut sunt nouem mundi malæ vitæ in hoc mundo, & illi qui tenent primum modum malæ vitæ, id est peccati, vadunt ad primum carcerem, & qui tenent secundum, vadunt ad secundum, & sic de alijs.

Primus modus malæ vitæ est carnalis conuersatio,
Secundus spiritualis indeuotio,
Tertius crudelis incompassio,
Quartus mirabilis impatientia,
Quintus implacabilis discordia,
Sextus tyrannicalis præsidentia,
Septimus spiritualis vsurpatio,
Octauus fidei derelictio,
Nonus Dei abominatio.

Primus modus malæ vitæ in hoc mundo ad eundum ad primum carcerem inferni, est carnalis conuersatio quò ad corpus, quę tenet illi qui non curãt de anima, sed totam diligentiam ponunt in corpore, s. bene comedendo, bibendo, visitãdo tabernas, &c. qui taliter in hoc mundo delectantur. Dic practicè modũ, quando tales sunt in articulo mortis, diabolus qui fecit eos peccare videns hoc, cũ festinatione vadit ad infernum coram Lucifero dicens, O Domine maledicte. Talis est in articulo mortis, quem feci peccare tali peccato mortali. O dicit Lucifer. Iam citò vadatis. Tunc veniunt omnes ad illum, & inueniunt ibi bonum angelum suum & dicunt ei, Recede, quia nihil habes in isto homine, quia noster est: nunquid fecit tale peccatum? Et angelus respondet eis, Adhuc potest pœnitere. O dicunt, nimis tardè est. Not. hic bene cauillas, quare vix aut nunquam potest aliquis taliter agonizans verè pœnitere, & verã cõtritionem habere propter multa impedimenta. dic vt scis. Et tũc quãdo ista anima exit à corpore, dæmones rapiunt eam, sicut leo ouem, & sicut falco auem, dicentes. O misera maledicta, quæ sic peccasti, iam nobiscum eris in æternum, tibi dabimus quod meruisti, & sic eam cũ catenis & magnis vlulatibus deducunt in infernum, & ponunt eam in primo carcere inferni. Si ergo vultis euadere istum carcerẽ cauea vos à carnali conuersatione, dando solum necessitatem vitę humanę, vitando superfluitatem, agendo pœnitentiam. quia corporalis afflictio erit in primo ordine in gloria, s. cum angelis. Ideo Christus cõtra tum facientibus ait, Lu. 13. Dico vobis nisi pœnitentiã egeritis, scilicet refrenando corpus frẽno abstinẽtiæ, & pœnitentiæ: omnes simul peribitis, sicut dives epul. De quo Dominus Lu. 16. Mortuus est dives, & sepultus in inferno. Sed hic videamus vnum magnũ secretum. Quare damnatio istius diuitis vocatur sepultura, cùm certũ sit, quòd eius corpus non sit sepultum in inferno, immo corruptum est in terra. Dico quòd propter tres similitudines sepultura inferni comparatur sepulturæ mortui in hoc mundo. Ideo damnatio in inferno dicitur sepultura. Primò quia quando moritur vna persona notabilis, aliquis amicorum suorum immediatè vadit ad denuntiãdum curato, & alijs sacerdotibus ecclesiæ, & tunc presbyteri commonenter dicentes, eamus, eamus, &c. Similiter est in inferno, quia quando talis moritur, denunciatur Lucifero prælato inferni per illum qui fecit eum peccare, vt suprà dixi, & tunc Lucifer & alij dæmones commouentur, & faciunt rumorem magnum. Esaiæ decimoquarto. Infernus subter te conturbatus est, in occursum aduentui tui suscitauit tibi gigantes. Secunda similitudo, quia presbyteri vadunt ad domum defuncti, vt portent eum ad ecclesiam, cum cruce & ornamentis cantando planctus & cãtum doloris. Similiter dæmones veniunt ad domum peccatorum, & portant animam ad infernum cum cruce inferni, quæ est circulus. Psalmo vndecimo. In circuitu impij ambulant, & cantant cantus horribiles, sicut venatores, quando volunt capere prædam. Vnde Prouerbiorum vigesimoprimo. Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gigantium cõmorabitur. Via doctrinæ dicitur via pœnitentiæ, quia illã Christus docuit. Matthęi quarto. Pœnitentiam agite, &c. Gigantes sunt diaboli, qui

sunt magnæ staturæ, quia minor diaboli inferni est maior maxima turri vel arbore existente in mũdo. Tertia similitudo est, quia sicut sunt diuersæ sepulturæ mortuorum secundum diuersos status personarum, sic in inferno sunt diuersæ sepulturæ. Vnde Ezechielis 32. nominantur septem sepulturæ inferni. Ibi Assur, ibi Elam, ibi Moloch, ibi Tubal, ibi Idumea, ibi Aquilo, ibi Pharao sepultura est. Nota ibi septem sepulturas. prima Assur, quod interpretatur nemus, & est superbia. Elam interpretatur abiectio in congregatione, & est auaritia. Moloch interpretatur captiuatio, & est luxuria Idumea interpretatur sanguinolenta, & est gula. Aquilo interpretatur parturiens, & est ira. Tubal interpretatur fletus, & est inuidia. Pharao idẽ est quod denudabitur, & est accidia. Ponam primo Idumeã secundũ ordinem pœnarum damnatorum, quæ interpretatur sanguinolenta, quia tales sunt carnales, gulosi. Per peccatum illud totum corpus & sanguis corrumpitur, & abbreuiatur vita, & generantur infirmitates. Vnde Ecclesiastic. trigesimoseptimo. In multis escis erit infirmitas. Quod patet clarè, quia antiquitùs viuebant per multa tempora, vt patet de Adam, Mathusalem, & Noë, & non comedebant panem & aquam, herbas & fructus terræ, nec bibebant vinum, nec comedebant carnes, sed nos miseri, &c. Tales sepeliuntur in inferno in primo ordine dæmonum in puteo pleno calce viua. In tali sepulchro fuit sepultus ille diues, &c. Lucæ decimosexto, nec potuit obtinere guttam aquæ, nec vnquam obtinebit. Calx viua de natura consumit omnia illa cum quibus posita sit. Sic gulosi & carnales de cibis & potibus consumunt corpus & animam & bona temporalia, de quibus pauperes bene viuerent. Ideo Sapientiæ vndecimo. Per quæ quis peccat, per hæc & punietur, &c. Secundus modus malę vitæ est spiritualis indeuotio, quò ad animam. Multi sunt qui nullam deuotionem in sua anima habent ad Deum, nec sciunt orare rectè, sed si loquerentur cum principe aliquo temporali bene scirent flectere genua, sed cum Christo vel Virgine Maria vix nisi se inducẽdo vel calciando, quod nunquã ausi essent facere coram rege tẽporali vel regina. Et credendum est, quod oratio eorum non ascendit, quia nesciunt quid dicunt, & oratio est ascensus mentis in Deum, vt dicit Damascenus, nec tales missam audiunt, nisi prius potauerint, aut respiciunt mulieres, viros, & eoconuersò, vel loquuntur aduitem de malo suo, nec confitentur aut communicant tempore debito. Idem de ecclesiasticis, non dicunt officium nisi confuse & indote, non celebrant nisi pro proprio commodo, &c. & tunc dicunt duas missas, & libenter dicerent tres. Sic hic quando tales moriuntur portantur in secundum carcerem à dæmonibus, qui ceciderunt de secundo ordine, scilicet archangelorum. Ideo Psalmo septuagesimosecundo. Ecce qui elongant se à te, peribunt, scilicet per indeuotionem,

uotionem, sicut homo per deuotionem appropinquat Deo. Et istis debentur sepultura Pharao, quod idem est quod denudabitur, & est accidia, quia multi quando sunt diuites temporaliter, per suam indeuotionem sunt pauperes spiritualiter nulla bona habentes. Vnde Lucæ decimo. Homo quidam descendebat à Ierusalem in Iericho, qui incidit, &c. Tales quando moriuntur, sepeliuntur in inferno in fimo hominis: Ideo Ioelis primo. Computruerũt iumẽta in stercore suo, & quia indeuoti fuerunt, morientur vt non oretur pro eis. Ideo Augustinus dicit, Si scirem patrem meum in inferno esse, facerem conscientiam orare pro eo, quia in inferno nulla est redemptio. Iob decimo. Quia damnati sunt membra abscissa à corpore ecclesiæ, & mortua, & separata ab ecclesia, ideo nulla opera bona, quæ sunt eis. Tertius modus malę vitæ est peior, scilicet crudelis incõpassio. Ex quo sunt multi bene induti & parati, nõ curant nec compatiuntur de miseriis aliorum, cùm tamen omnes fratres simus eiusdem patris. Ideo orando dicimus. Pater noster qui es in cælis. Matthæi sexto, & Lucæ vndecimo, & eiusdem matris, scilicet ecclesiæ sponsæ suæ, qui nos parturiunt in baptismo. Ideo Christus, Matthæi vigesimoterrtio. Omnes autem vos fratres estis. Ergo compati debemus adinuicem, vt possimus esse in tertio ordine in gloria paradisi cum principatibus. Qui habent misericordiam fraternalem, ibi erunt. Aliter dicitur Iacobi secundo. Iudicium sine misericordia fiet illi qui non facit misericordiam. Tales quando moriuntur ita crudeles, animæ eorum sepelitur in tertio carcere in inferno cum illis diabolis qui ceciderunt de tertio ordine principatuum, & de illis dicitur, Ibi Elam quæ interpretatur abiectio in congregatione. Tales sunt auari qui in hoc mundo faciunt magnam congregationem bonorũ temporalium iniustè acquirendo. Nota quomodo decipiunt pauperes, tales sepeliuntur in inferno in puteo pleno auro bullienti, quia vt supra. Per quæ quis peccat, &c. Sapientiæ vndecimo. O Christiani recordamini illius verbi Christi dicentis, Marci 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequẽtur. Quartus modus malæ vitæ est mirabilis impatientia, sicut sunt illi qui contra Deum in aduersitate indignantur, intantum quod si possent darent ei de pugno. De quibus dicit scriptura Ecclesiastici secũdo. Vę illis qui perdiderunt sustinentiam, id est patientiam, & qui dereliquerunt vias rectas, scilicet patientiæ & dulcedinis, & diuerterunt in vias prauas, scilicet murmurationis & discordię & impatiẽtię. Tales sepeliũtur quãdo moriũtur in quarto carcere in inferno cũ dęmonibus, qui ceciderũt de quarto ordine potestatũ. De quib' dicitur ibi, Aquilo qꝫ interpretatur parturiẽs, & sunt iracũdi, quia sicut qui parturit, stat in dolore, ita iracundi sunt in dolore, quãdo nõ possunt se vindicare, cogitando etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

do etiam quomodo poterunt verba iniuriosa proferre, & reddere, & stant in dolore. Et isti sepeliuntur in inferno in fouea serpentib' plena, qui eos pungunt & comedunt, sicut ipsi pupugerunt proximos suos, & comederunt, iniuriando verbis, & nō remittēdo. Ideo Matthæi sexto. Si non dimiseritis hominibus, &c. ergo, Per quæ quis peccat, &c. O Christiani facite oppositum seruando patientiā virtualem, quia dicitur Lucæ 21. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Quintus modus est peior, scilicet implacabilis discordia, scilicet portando semper odium, rancorem, & inuidiam in corde suo. Hic modus inuenitur in his qui semper inuident alijs, & nituntur destruere bona proximi sui. O quantum dolent isti de bonis & prosperitate aliorum, corde cogitando, ore loquendo, & opere implendo suum odium in eis si possent. Tales quando recedunt, traduntur à dæmonibus in quintum carcerem inferni cum illis qui ceciderunt de quinto ordine. De quibus dicitur, Ibi Tubal, sepultura eius, quod interpretatur fletus, & est peccatum inuidiæ, quia vt dixi, inuidus flet, & dolet de bonis alterius. Tales sepeliuntur in inferno in puteo pleno pice bulliente nigerrima, quia habuerunt cor nigrum & obscurum, non clarum, & non egerunt iuxta præceptum Christi: Hoc est præceptum meum, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Ioan. 15. ideo Christus Matt. 18. tradidit eum tortoribus, quia cùm dominus suus dimisisset sibi decem millia talenta, noluit misereri conserui sui qui debebat ei centum denarios. O Christiani, &c. Secùs est de illis qui non portant inuidiā, nec habēt rancorem, &c. sed amore Dei diligunt proximum dimittendo iniuriā, ne dominus sumat de eis vindictam. Matthæi sexto. Si dimiseritis hominibus peccat eorum, dimittet vobis pater vester cælestis delicta vestra. Sextus modus est tyrannicalis præsidentia quantū ad dominos & prælatos qui non habent bonum titulum vel iustum, qui non se bene regunt, quando habent dominium vel prælationē dando se ribaldarijs, ebrietatibus, ludis, &c. vigilando in his vsq. ad mediam noctem, &c. fiunt pompę vt vix sufficiant in reditibus habendo, quasi qualibet hebdomada nouum tabernū vel habitum, nō ministrant pauperibus eleemosynam, nec curant de iustitia tenenda. Contra tales dicitur sapientię 6. Iudicium durissimum his qui præsunt fiet. Durissimum in superlatiuo gradu. Nām durum de propria persona, durius de domo & familia, sed durissimū de toto dominio & prælatione. Quia quando tales moriuntur, ad sextum carcerem inferni cum diabolis, qui ceciderant de sexto ordine dominationū, portabuntur. De illis dicitur ibi, Moloch, quòd interpretatur captiuatio, & est luxuria, fornicatio, &c. quia omnis peccator corā Deo est fornicator, quia facit fornicari filiam Dei, scilicet animam nobilissimam. Tales sunt luxuriosi, qui capiūtur à diabolo sicut pisces hamo,

hamo, quia sicut piscator cooperit hamum ne pisces videant, sic diabolus accipit peccatores, & specialiter luxuriosos ostendendo eis delectationes & hamum, id est tormenta quæ post peccatum sequūtur, occultat, & postea trahit ipsos cum peccato ad infernum. Vnde Ecclesiasticci nono. Sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo. Tales sepeliuntur in inferno, in puteo pleno sulphure. Sulphur ardens multum fœtet. Sic mali præsidentes & luxuriosi inflammati in concupiscentijs & libidinibus & desiderijs malis multum fœtent coram Deo, quia ardenter desiderauerunt decipere proximum suum, &c. Ideo erunt in sulphure. Apocalypsis vigesimoprimo. Pars illorum erit in stagno igne ardenti & sulphure, quia vt suprà. Septimus modus est spiritualis vsurpatio constitens in hoc quod est reditus, & decimas retinere. Contra tales dicit Augustinus. Lucrum in arca, damnum in conscientia. Et religiosi Deo furentur, quod sibi dederunt, scilicet corpus per votum castitatis: quia multoties sunt inhonesti & luxuriosi. Item animam furantur, quam dederunt per votum obedientiæ, quia sæpè sunt inobedientes, & rebelles suis prælatis. Item bona temporalia, quæ per votum paupertatis dederunt Deo dicentes illud Matthæi decimono. Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. sed per affectionem terrenam retrorsum respiciunt. Ideo Christus Lucæ nono. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Quando tales qui retinuerunt bona Dei, iniustè vel malè expenderunt, moriūtur, detrahuntur ad infernum, ad septimum carcerem cum dæmonibus, qui ceciderunt de septimo ordine thronorum, & sepeliuntur in puteo pleno veneno bullienti. Nota quando Constantinus imperator magnus dedit reditus ecclesiæ propter Deum, id est ministris ecclesiæ propter Deum: audita fuit, vt dicitur à nonnullis, vox in aëre ipso die dicens, Hodie in ecclesia Dei seminatum est venenum, scilicet pro ipsis qui malè vtuntur bonis ecclesiæ, vel ea iniustè retinent. Ideo per quæ quis, &c. Octauus modus, malæ vitæ est fidei derelictio, quando, scilicet iam in corde dubitamus tenentes errorem, falsas opiniones de Deo, vel de sanctis, vel de articulis fidei. Quia sicut dicitur 2. Petri secundo. Melius esset illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij. Canis reuersus ad vomitum suū, & sus lota in volutabro veri. Item Prouerbiorum vigesimosexto. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudens qui iterat stultitiā suā, &c. Quando verò tales moriuntur deportātur ad infernū ad octauum carcerem cum illis qui de octauo ordine ceciderunt, s. Cherubin. Et de istis & alijs sequentibus dicitur, Ibi Assur sepultura eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod interpretatur nemus, & significat superbiam, quia in nemore sunt arbores inordinatæ. Ita superbi sunt inordinati, quia nolūt tenere ordinationem Christi dicentis. Matt. 11. Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Item arbores nemorum sunt infructuosæ, quia non habent nisi folia & frondes, sic superbi crudeles habent plura verba vana, pomposa, & frondes, scilicet vanitates, portando noua ornamenta, sicut comas, caudas, &c. Et nullum habent fructum, quia dicitur ad Hebræos vndecimo. Sine fide impossibile est placere Deo. Tales sepeliuntur in inferno, in puteo pleno plumbo liquefacto: quia plumbum est ponderosum, & conueniens est ad humiliandum eos qui noluerūt esse humiles in hoc mundo, iuxta dictum verbi Christi. Lucæ decimooctauo, qui se exaltat humiliabitur. Nonus modus malæ vitæ est peior omnium, scilicet Dei abominatio, vt illi qui irascendo Deum blasphemant, negant & renegant, vt faciunt sæpè lusores taxillorū, & homines armorum in domibus pauperum laboratorum, in despectum Christi & Virginis Mariæ, eos verberando & bona eorum auferendo. De talibus dicitur Tob. 13. Maledicti erunt qui contempserint te, & condemnati erunt omnes, qui blasphemauerunt te. Quoniam omnes tales sine pœnitentia frequenter moriuntur, & includuntur in nono carcere inferni cum illis qui de nono ordine, scilicet Seraphim ceciderunt, & credo quod tales sepeliuntur in infimo loco cum lucifero. contrà autem dicendum est, & erit de illis, qui benedicunt Deum. Tob. 13. Benedicti erunt qui ædificauerunt te, & beati omnes qui diligunt nomen tuum, quoniam tu benedicere iusto. Tales veraciter possunt dicere, Ne derelinquas animam meam in inferno, &c. Quod nobis concedat omnipotens, &c.

De sancta Trinitate.
Sermo I.

Vomodo possunt hæc fieri. Io. 3. Hęc quæstio est in euangelio hodierno, sed solutio est. Io. 11. & 14. c. Cū magister noster Iesus Christus docuisset discipulos suos, & eis mirāda dixisset de diuinis personis, & inter alia de patre dixisset hæc verba, In domo patris mei mansiones multæ sunt, &c. His auditis dixit Philippus Christo, Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Christus respondit Philippo dicens, Qui videt me, videt & patrem meū, &c. Ex qua historia patet qꝫ magister Iesus Christus Philippum quærentem & petentem reprehendit dicens, Quomodo tu dicis ostende nobis patrem. Sub istis verbis Philippi loquētis Christo magistro suo potest fieri talis quęstio & petitio. An discipulus qui audit magistrum loquentē difficilia ad discendum & intelligendū, possit magistro mouere quæstionem sine reprehēsione, & quando & in quibus casibus hoc possit fieri. Dicendum quod in tribus casibus, quos ponit sanctus Ioā. Primus casus vel prima conditio est, quando lectio magistri est supernaturale ingeniū hominis & intellectum, hoc est quando excedit humanam rationem. Istum casum ponit Ioa. 3. ca. vbi dicit, quod magister noster Christus dicēs Nicodemo, inter alia dicit sibi, Amē amen dico vobis, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnū Dei. Ecce Christi lectio & disciplina. Hæc lectio excedit naturale ingenium hominis seu intellectū, quia homo quādo est iam senex quod iterū nascatur, qꝫ vterum matris ingrediatur, humanum excedit intellectum. Ideo Nicodemus istam disciplinam non valēs intelligere, formauit super eam quæstionem & dixit ei: Quō potest homo renasci cū sit senex? Nunquid potest in ventrē matris suę iterato introire & renasci? Et tunc magister Iesus Christus sibi exposuit, qꝫ erat duplex natiuitas. Vna in matris vtero. Alia verò in baptismo & spiritu sancto. Vltimo modo oportebit eum nasci qui voluerit videre regnū Dei. Secundus casus seu conditio est quādo lectio magistri est cōtra experimētū cōsuetudinis generalis, hoc est quādo excedit omnem consuetudinem & visionē. Istum casum exposuit beatus Io. 6. c. vbi exprimit qꝫ Christus docens suos discipulos inter alia dixit, Ego sum panis viuus qui de cælo descēdi. Si quis mā ducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est. Ecce Christi lectio. Hæc lectio excedit omnem consuetudinem & experimentum, quod homo det carnes suas alijs ad manducandum & nutriendum, hoc nunquā est visum nec probatū, nec auditum. ideo non valentes lectionē capere litigabant adinuicem, & quæstionē formantes dicebant. Quomodo potest hic dare nobis carnem suam ad manducandū? Et tunc magister exposuit eis quomodo ipse erat filius Dei, verus Deus & homo, & quomodo panis erat conuertendus in eius carnem, & vinum in eius sanguinē, in specie vini, & quomodo hic cibus bene vtentibus confert vitā ętēr nam. Consimilem sententiam Ioan. 7. exposuit, quod cùm ipse Iesus in templo doceret, Iudæi scientes quod nunquam magistrum habuerat nec didicerat, & docebat mirabilia de sacra scriptura, videntes hoc esse contra generalem consuetudinem hominum & experimentum, admirantes quærebant & dicebant, Quomodo hic literas scit, cùm nunquam didicerit. Iesus autem soluens eis istam quęstionē dixit, Mea doctrina nō est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatē eius facere cognoscet de doctrina vtrū ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriā ppriā quærit. Tertius casus quando lectio magistri est contra præceptum sacræ scripturæ, seu consiliū, hoc est quando excedit diuinā reuelationem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem. Istum casum exponit beatus Ioānes septimo cap. vbi ponit quod magister noster Iesus Christus loquēs & docens Iudæos inter alia dixit eis, quod ipse filius hominis erat verus Messias, & habebat exaltari in cruce & suspendi. Ecce Christi lectio. Hęc lectio videbatur Iudæis cōtradicere & excedere reuelationē diuinam & scripturam sacram. Cùm enim scriptura sacra dicat Christum seu Messiam vel filiū hominis nunquam moriturum, & Christus dicebat & docebat se in cruce moriturum, contra sacram scripturam videbat docere. Et ideo Iudæi capere non valētes quęstionem formantes dixerunt, Nos audiuimus ex lege quod Christus manet in æternum. Et quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium hominis. Quis enim est ille filius hominis? Et tunc Christus exposuit eis quomodo ipse poterat mori, secundum humanitatem, sed ipse viueret in æternum, secūdum diuinitatem. Ecce tertius casus. Patet ergo solutio quæstionis in qua quęrebatur secundum quem casum discipulus attenderet vt possit sine reprehensione super lectione magistri quęstionem facere. Patuit enim in tribus casibus. Primò si magister diceret aliquid quod excederet naturale ingeniū hominis, & intellectum. Secundò si diceret aliquid contra experimentum naturalis consuetudinis. Tertiò si diceret aliquid quod excederet consilium reuelatū in sacra scriptura contentum, præsertim si imponererur discipulis ad credendum & tenendum, tūc discipuli iustè & sine reprehensione possent quæstionem magistro facere, & dicere, Quomodo possunt hæc fieri, Reuera beatus Ioannes qui est in sacra scriptura maximus, qui est doctus & magistratus per Christum, & eius cōsilium & paradisi studium, quia per trinitatis mysterium ipse & eius disciplina approbatur. Iste enim tam grandis magister & admirabilis inter multas admirandas quæstiones & disciplinas ponit & dicit primæ Ioannis quinto. Tres sunt qui dant testimonium in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus, Et hi tres vnum sunt. Hæc disciplina videtur habere prædictas conditiones. Prima excedit hominis intellectū, & rationem & ingenium. Quod sic patet, quia secundum rationem nostram videtur, quod quęcūque distincta sunt, sunt in natura sua distincta. Verbi gratia, In omni genere creaturarū cælū & terra distincta sunt, quia cælū habet naturam & formam incorrupti bilem, & terra corruptibilē, & sic tanquā corruptibile & incorrupti bile distincta sunt. Sic natura distinctę sunt duę stellę in cælo, vt sol & luna, quamuis sunt incorruptibiles, tamen distinctę sunt loco & magnitudine, & etiam claritate. Etiam in angelis natura & essentia distincta sunt lapis & arbor, distincta sūt natura capra & leo. Duo homines anima distincti sunt, quia alia est anima Petri, & alia est anima Matthiæ, & alia est anima Georgij. Ita q̄ vbicunq; inuenimus in rebus creatis distinctionem personarū, semper inuenimus in rebus

nem essentiarum & naturarum. Quod igitur dicimus quòd in diuinis sunt tres personæ distinctę, & non per essentiam, vel substantiā vel per naturam distinctę, tationem excedit. Si enim filij Israel non poterant intendere in facie Moysi propter claritatem vultus eius, vt habetur Exo. 34. quia videbat Dei essentiam, & personarum trinitatem, quomodo possemus attendere & attingere trinitatem omnia excedētem? Quomodo enim quis posset intelligere quod vnitas sit trinitas, & trinitas sit vnitas, cū numeri oēs sint natura & specie distincti vt non sint duo æquales? Quia ternarius excedit binarium, & quaternarius ternariū, &c. Quomodo ergo poterimus nos capere quòd pater & filius & spiritus sanctus sint tres personæ, & indiuisa substantia, natura, & essentia, non capit ratio humana. Igitur excedit rationem. Ideo dicit beatus Bernard. in sermone de sancta & inaccessibili trinitate. Inquirere de trinitate peruersa curiositas est, tenere & credere vt docet ecclesia, fides & securitas est: videre eam sicut est, felicitas est. Et propter hoc Augustinū volentē hoc mysterium ostendere rationibus, legimus reprehensum. Legitur enim eo tempore quo libros de trinitate sancta composuit, &c. Nota historiam sermone sequenti, &c. Igitur patet quòd excedit humanam ingenium. Secundò excedit omne experimentum & exēplar. Quòd sic patet secundum Apostolum ad Romanos primo. Et secundum Dionysium de cælesti Hierarchia. Quæ cognoscimus de insensibilibus & cælestibus, per visibilia percipimus, modò in rebus insensibilibus & creatis. Oppositum huius mysterij inuenimus vt patuit. Quamuis enim hoc mysterium sanctissimæ trinitatis probemus vel magis declaremus per exempla & similitudines, tamē omnia deficiunt. Quòd patet si vnum exemplum in medium deducatur. Dicitur quòd in pomo sunt tria, scilicet odor, sapor, & color, & tamen non est nisi vnum. Sic in sancta trinitate sunt pater, filius, & spiritus sanctus, & tamen tantum vnus est Deus. Istud exemplum si magis attendatur & benè, magis est contra quàm pro. Nam illorum trium nullum est primū. Nec color est pomum, nec odor est pomū, nec sapor est pomū. Sed in trinitate pater est Deus, filius est Deus, spiritus sanctus est Deus. patet hoc idem simile in exēplis alijs, quæ omnia deficiunt à perfecta probatione & ostensione istius altissimi mysterij, quod est quòd Deus est vnus & trinus. Vnde de hoc legitur quarto Esdræ quarto, quòd cùm Esdras super quibusdam Dei secretis miraretur & vellet cōprehendere, angelus dixit sibi, Si valeas flammam ignis pondera, flatum mensura venti, & diē præteritū reuoca, quasi diceret, Non posses comprehendere hæc terrena, quo modo poteris comprehendere cælestia? Patet ergo quòd excedit omne experimentum. De hoc vide beatum Thomam prima parte, quæstione 32. articulo primo. Ibi ostendit subtiliter, quòd impossibile est

Universidad de Deusto
Biblioteca

bile est per rationem naturalem ad cognitionem trinitatis diuinarū personarum peruenire. Et quod ille qui nititur trinitatem diuinarū personarum probare naturali ratione, dupliciter fidei derogat. Vide cum vbi suprà. Tertiò videtur excedere diuinum mysterium reuelatum in lege ex parte Dei, quam populo Dei tradidit. Ita Deus dicit Deut. 6. Audi Israël, Deus tuus, Deus vnus est. Ponit igitur Deus vnitatem & non trinitatem, vt videtur. Item beatus Paulus qui penetrauit vsque ad tertium cælum & audiuit arcana Dei. primæ Corinthiorum octauo, dicit sic, Nam etsi sint, qui dicantur dij siue in cælo siue in terra, si quidem sunt dij multi & domini multi, nobis tamen est vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illo, & vnus dominus Iesus Christus, per quē omnia, & nos per ipsum. Vt videtur, Paulus ponit in diuinis vnitatem & non trinitatem. Et quia isti duo, scilicet Moyses & Paulus qui hic existentes viderunt diuinā essentiam, quod est eis concessum, vt dicit Augustinus, & nulli alteri, potuunt in diuinis vnitatem, vt videtur, & non trinitatem. Ideo ponere trinitatem, videtur contra legem veterem & nouam, & per consequens contra diuinum mysterium reuelatum. Ponitur etiam ideo sub præcepto ad credēdum, vt expressè habetur extra de summa trinitate, & fide catholica, cap. primo. Igitur iustè & sine reprehensione secundū prædicta de triplici caussā, &c. Nos qui audiuimus beati Ioannis lectionem, quæ est quod tres sunt qui testimonium perhibent in cælo, pater, verbū, & spiritus sanctus, possumus quæstionem formare, & dicere verba thematis præassumpti. Quomodo possunt hæc fieri quod in diuinis credamus vnitatem in essentia, & trinitatem in personis? & hoc vt videtur est contra hominis rationē, & ingenium verum. Si credideris, videbis. Si credideris in terris, videbis viator, videbis illic comprehensor. Si credideris in cælis. In quibus verbis beatus Ioānes soluit tres quæstiones, quas ibi de trinitate possumus facere,

Prima si est subtilitate difficilis,
Secunda si est veritate infallibilis,
Tertia si est cognoscibilitate attingibilis.

Respondet quod sic certitudinaliter & cōditionaliter quomodo possunt hæc fieri. Si credideris, videbis. Primam quæstionem & secundā, scilicet quod hoc sacramentum trinitatis & altissimum mysterium est subtilitate difficile mirabiliter, & veritate infallibile certitudinaliter, ostendit beatus Ioannes Apocalypsis 5. vbi dicit quod vidit librum intus & foris scriptum septem sigillis signatum, & vidit angelum fortè clamantem & prædicantem voce magna Quis est dignus aperire librū, &c. Nullus est repertus nec in cælo sursum, nec in terra in medio, nec in inferno deorsum, qui valeret aperire librū vel scire aliquod de prædictis sigillis. & flebat Ioannes, quia nullus erat

dignus aperire librū. Et ecce agnus qui erat ibi tanquā occisus, qui habebat oculos septem in virtute magna surrexit, & aperuit septem signacula libri. Et tunc quatuor animalia, & 24. seniores qui aderāt, benedixerunt Deum, & dederunt gloriā & honorem. Per illum librum B. Ioannes intellexit sacramentum trinitatis & mysterium secretorum omnium contentorum, intus & foris est scriptus, & rerum inuisibiliū quę sunt in cælo intus, & rerū visibiliū quæ sunt extra foris, proprietatibus & perfectionibus omnibus excellentiori modo est insignitus. Nam perfectiones quæ sunt in omni visibili & inuisibili re, excellentiori modo sunt in sancta trinitate. De hoc vide S. Tho. 1. par. q 4. ar. 2. ibi ostendit quomodo omnes perfectiones rerum sunt in Deo. Septem sigillis liber signatus est, quia septē secretis hoc sacramentū & mysteriū trinitatis clausum est. Solus autem Christus tanquā agnus occisus potuit aperire. Quia nullus nisi Christus agnus in cruce secundū humanitatē passus, dignus est perfectissimē declarare: quia habet oculos septē de scientia omnium perfectionū. Sicut enim à Christo aperiente sigilla septē & secreta didicimus, ita vobis declaramus & aperimus. Primū sigillū est secretum, scilicet quod in isto mysterio trinitatis sunt tres personę, nō natura distincte, sed relatione, & vna persona nō est alia, & tamē nō sunt nisi vna natura & substātia & essentia, ita q̄ sunt tres personę diuinæ, sed tāmen vnus est Deus, & quilibet est Deus. Quod si verū patet, quia ita dicit beatus Io. 5. c. 1. canonica. Tres sunt qui testimoniū dant in cęlo, pater, verbū, & Spiritus sanctus. Et hi tres vnū sunt, & hoc cōfirmat ecclesia, extra de sum. tri. & fi ca. c. firmiter credimus, hoc est valde mirabile, & quomodo? Nunquid erit mirabile, ostensis Petro, Iacobo, & Ioāne, si diceremus, quod sint tres personæ humanę, & non sunt tamē tres homines, sed tantùm vnus humo, vt diceretur, Pet. est homo, Iac. est homo, Ioan. est homo, & quod sint vnus homo & nō tres homines, & quod in eis nō sunt tres animę, sed vna tantū anima. Reuera mirabile erit. Ita in proposito de sancta trinitate est Pater, Filius, & Spiritus sanctus, sunt tres personæ diuinæ, & tamē nō tres dij, sed vnus tantū Deus. Certè mirabile est quomodo possunt hæc fieri. Sigillū clausum est, sed aperiatur, quia possunt hęc fieri. Quod sic patet per exēplū in natura, q̄ à fonte exit riu⁹, & à riuo exit vnū stagnū, & sunt tres cōgregationes aquæ, & tamē nō sunt tres aquæ, sed vna aqua in natura. Pariformiter à patre exit filius, & ab vtroque spiritus sanct⁹, & sunt tres personę diuinę, sed tamen vnus Deus. Et istū est dicere, quod pater est De⁹, filius est Deus, spirit⁹ sanctus est Deus. Sed tamē nō tres dij, sed vnus tantū Deus. Ecce primū sigillū apertū per agnū, s. Christū. Secūdū sigillū est quod vna persona diuinarum nō est alia, tamē est in alia. Quod sic patet, nā Christ⁹ dixit Philippo, vt habetur Io. 14. Nō credis quia ego in patre, & pater in me

in me est. Et hoc confirmat ecclesia titulo & capitulo prælegatis, firmiter credimus. Hoc est valde mirabile, & quomodo? Nunquid mirabile esset quòd Petrus non esset Paulus, & Paulus non esset Ioannes, & tamen Petrus esset in Paulo, & Paulus in Ioannes profectò mirabile esset. Ita in proposito. In mysterio trinitatis pater non est filius, nec filius spiritus sanctus, & tamē pater est in filio, & filius in spiritu sancto, & spiritus sanctus in patre & filio. Certè mirabile est. Quomodo ergo possunt hæc fieri? sigillum clausum est, sed aperiatur. Sed si est mirabile, tamen est possibile, nec dubitale est, quia possunt hæc fieri. Quòd autem ita sit ostendit Christus, qui est agnus per tale exemplum. Nam in natura ponamus, quòd sint tres homines multum se mutuò diligentes, s. Petrus & Paulus & Ioannes, cor Petri nō est Pauli, nec cor Pauli est Ioannis, sed sunt tria corda. Sed quia mutuo se diligunt, cor vnius est in corde alterius. Et ideo quod vnus vult, vult alius. Nam dicit Augu. quòd animus siue cor magis est vbi amat, quā vbi animat. Et hoc cōfirmat Christus Matt. 6. Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Et tamen clarum est, quòd thesaurus non est cor, neque cor est thesaurus, & tamen thesaurus est in corde, & cor in thesauro. Et propterea scribitur 1. Ioan. 4. Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. Et sic patet quòd pater est in filio, & filius in patre, & spiritus sanctus in patre & filio. De hoc sanctus Tho. 1. parte. q. 42. art. 5. vbi dicit in corpore articuli, quòd in patre & filio est tria cōsiderare, scilicet essentiā, relationem & originem, & secundum quodlibet istorum filius est in patre, & econuersō. Hæc ille: Et idem iudicium est de spiritu sancto quod de patre & filio. Tertium sigillum & secretum est, quòd iste tres personæ vna est ingenerabilis, scilicet pater, alia genita, tertia spirata. Prima à nullo, secunda à prima, & tertia à prima, & secunda. Et quod sit verum, ita ostendit Athanasius dicens, Alia est persona patris, alia filij, alia spiritus sancti. Et infra ponitur, Pater à nullo est factus, nec creatus, nec genitus. Filius à patre solo est, non factus, nec creatus, sed genitus. Spiritus sanctus à patre & filio non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens. Nota totum. Et hoc confirmat ecclesia, titulo & capitulo allega. Hoc est mirabile, & nunquid esset mirabile, quòd aliquis homo generaret, & generatus nō esset, & quòd generaret & sine muliere generaret? certè sic, & q; esset aliquis homo qui homo productus esset, & sine muliere productus, & quòd esset productus & nō genitus? Reuera mirabile esset. Ita in proposito. Nā Deus pater generatus non est, neq; ab aliquo est. De hoc vide sanctū Tho. 1. par. q. 33. Deus filius à Deo patre generatus est, & sine matre generatus, loquendo de generatione eius æterna, & spiritus sanctus à Deo patre, & Deo filio spiratus est, & procedēs est sine muliere, & tamen generatus nō est. Hoc valde mirabile est. Igitur

pater quomodo possunt hæc fieri? sigillum clausum est, sed aperiatur. Sed & si est mirabile, tamen est possibile, nec dubitabile, quia possunt fieri. quòd autem ita sit, ostēdit Christus, qui est agnus per tale exemplum in natura. Adam à nullo homine processit, quia fuit primus homo. Eua ab Adam solùm, Abel ab Adam & Eua simul. Isti tres habent humanitatem, quia quilibet erat homo, & tamen nullus a nullo, scilicet Adam, & alius ab vno, scilicet Eua, & alius à duobus, scilicet Abel ab Adam, & Eua. Ita in proposito, sicut Adam habuit humanitatem, & non habuit ab aliquo alio. Ita Deus pater habet diuinitatem à nullo, sed sicut Eua habuit humanitatem ab vno homine, quia ab Adam sine muliere, ita filius Dei habuit, & habet diuinitatem à solo Deo patre sine cōiuge. Nec mirū, quòd sicut filius Dei est generatus à matre, quantum ad humanitatem sine viro & patre, ita quantum ad diuinitatem est genitus à patre sine matre. Et sicut homo humanitatem habuit à duobus, scilicet Abel, quia ab Adam & Eua. Item spiritus sanctus habuit & habet diuinitatem à patre & filio æqualiter. Quartum sigillum est, quòd quamuis Deus pater generat, & ab æterno generauit Deum filiū, tamen nec pater est prior filio, nec filius posterior patre, sed sunt coæterni. Quod autē ita sit, ostendit Athanasius dicens, Et in hac trinitate nihil prius aut poste rius, nihil maius aut min⁹. Sed totæ tres personæ coęternæ sibi sunt & coæquales. Et hoc etiam cōfirmatur titulo & capi. prælega. Hoc est valde mirabile. Et quomodo? nunquid mirabile esset, quòd Adā tam præcesset Abel, & quòd architector non esset prior quā domus per eum ædificata? profectò esset. Ita in proposito dico, q⁹ Deus pater genuit filium, & quòd ipse nō sit filio prior, nec filius posterior patre, neq; ille antiquior, nec iste iunior. Certè mirabile est. Quomodo possunt hæc fieri? sigillum clausum est, sed aperiatur. Et si est mirabile, tamen est possibile nec dubitabile. Quia possunt hæc fieri. Quod autem ita sit, ostendit Christus per tale exemplum. A sole exit radius, à radio splendor. tamen sol non est prior radio, nec radius splendore. Nam in puncto quo est sol, radius eius fit, & in eodē puncto à sole & radio splendor procedit. Idem de candela si accendatur. Ita in proposito a Deo patre vt à sole radius exit Deus filius, & a Deo patre & filio exit Deus spiritus sanctus, vt splendor, quia Deus pater ab æterno generauit filium. Et Deus pater & Deus filius ab æterno spirauerunt spiritum sanctum. Et per consequens omnes tres fuerunt ab æterno. De hoc vide sanctum Tho. 1. parte. q. 42. art. 2. vbi dicit in principio corporis articuli, quòd necesse est dicere filium esse coæternū patri. Quòd subtiliter ibidē probat. Itē iudicium est de spiritu sancto, quia suo principio, s. patri & filio necessario est coæternus. Quintū sigillum secretū est, quòd omnia quæ habuit pater, dedit filio, & tamen totū sibi retinuit. Et omnia quæ habuerunt

pater

Universidad de Deusto
Biblioteca

pater & filius spiritui sancto dederũt, & totũ sibi retinuerũt. Quod autem hoc sit verum, declarat magister sententiarũ lib. 1. Et Athanasius vbi prius. Et valde mirabile est. Et quomodo? Nũquid esset mirabile quod ego haberem decem florenos, & omnes illos traderem altari, & eosdem retinerem, ita quod essent verè dati, & verè retenti? Ita in proposito, quia Deus pater omnes suas perfectiones dedit filio, & omnes simul retinuit, & ambo easdem spiritui sancto dederunt, & easdem sibijpsis retinuerunt. Certè mirabile est. Et quomodo possunt hęc fieri? sigillum clausum est sed aperiatur. Sed & si est mirabile, tamẽ est possibile, nec dubitabile, quia hæc possunt fieri. Quod autem ita sit, ostendit Christus per tale exemplum in natura. Magister totam scientiam dat baccalaureo, & totã sibi retinet, quia dando eam non priuatur ea, & ambo dant totam discipulo, & ambo retinent sibijpsis totam. Ita in proposito, Deus pater totum velle, & scire & posse dedit filio, & totum sibi retinuit, & eis non est primatus, & pater & filius communicauerunt spiritui sancto, & sibi retinuerunt. Sextum sigillum est, quod totum posse, totum velle, & de alijs perfectionibus quas habet pater, habet filius, habet etiam spiritus sanctus, & tamen Deus pater potest generare filium, quia Deus filius hoc non potest nec spiritus sanctus. Et etiam pater & filius possunt spirare spiritum sanctum alium ab ipsis in persona, & tamen hoc non potest spiritus sanctus. Quod autem ita sit, ostendit magister sententiarum, & confirmatur vt prius. Hoc est mirabile. Quomodo igitur hæc fieri possunt? sigillum clausum est, sed aperitur. Sed & si est mirabile, tamen est possibile, nec dubitabile, quia possunt hæc fieri. Quod sic patet. Nam ponatur exemplum, quod rex Castellæ habeat vnam nobilem ciuitatem, & habeat plenũ posse super eam vendendi, donandi, & alienandi, & det illam cum toto posse suo & dominio regi Arragoniæ, & transferat dominium. Hoc casu posito totum dominium, & posse quod habebat rex Castellæ in dicta ciuitate, habet rex Arragoniæ, & tamen rex Castellæ habebat posse, quod poterat eam dare, non solùm regi Angliæ, Franciæ, &c. immo etiam regi Arragoniæ. Et tamen iste rex Arragoniæ dare quod possit dare regibus Franciæ & Angliæ, non tamen Arragoniæ, quia suum est, ideo sibijpsi dare non posset. Ita in proposito Deus pater totum posse suũ, & velle dedit filio, & pater & filius spiritui sancto, & quidquid pater potest & vult, filius potest & vult, & quęcunq; ambo volunt & possunt, potest & vult spiritus sanctus. Et tamen Deus pater potest generare Deũ filiũ, & tamẽ Deus filius non potest generare Deum filiũ, & Deus pater, & Deus filius possunt & volunt producere spiritum sanctum, & tamen spiritus sanctus non vult nec potest producere spiritum sanctũ. Ecce sextũ sigillum apertum per Christũ. De hoc vide S. Tho. 1. parte. q. 42. ar. 6. Ibi concludit &

probat, quod filius est equalis patri in potestate, & spiritus sanctus vtrique: quo tamen non obstante non sequitur, vt idem dicit, pater potest generare, ergo filius. Cuius rationem assignat ibi suprà in solutione ad tertium argumentum. Septimum sigillum est, quod pater est omnipotens, & non habet posse vt generetur. Filius est omnipotens, & tamen non habet potentiam vt generet. Et spiritus sanctus est omnipotens, & tamen non habet potentiam vt generet, vel producat spiritum sanctum. Et vterque istorum est omnipotẽs, & neuter habet potentiam vt diem præteritum reuocet, neque vt corruptam virginem faciat non fuisse corruptam, vt dicit Thomas prima parte, quæstione vigesimaquinta, articulo quarto, in corpore articuli, & in solutionibus argumentorum. Quod autem istud sit verum, ostendit Athanasius de generatione & spiratione prædictis. Et magister sententiarum vbi suprà. Et confirmat ecclesia titulo & capitulo prælegatis. Hoc est valde mirabile. Et quomodo possunt hæc fieri? Nunquid esset mirabile vt diceretur, Aristoteles habuit omnem scientiam, & tamen nescivit geometriam vel arithmeticam. Certè mirabile esset. Quomodo ergo possunt hæc fieri? sigillum clausum est, sed aperiatur. Sed si est mirabile, tamẽ est factibile, nec dubitabile. Quia possunt hæc fieri. Quod autem ita sit, patet per exemplum. Ponatur quod sit aliquis magister in theologia maximus & perfectus. Iste nunquid posset docere lapidem theologiã? Certe non. Sed hoc nõ est ex defectu suo, sed lapidis. Nunquid posset docere puerum in cunabulo existentem? Certè non. Quod non est ex defectu sui, sed pueri. Ita in proposito Deus pater, &c. nec filius, &c. possent facere quod reuocent diem præteritum, &c. Sed hoc non est ex impotentia Dei, sed rei, quia talis res non est factibilis, & tamen Deus dicitur omnipotens, quasi omnia potens, quia omnia possibilia potest, &c. Ecce septimum sigillum apertũ, & per consequens septem omnia. Et sic patet prima & secunda solutio quæstionum supradictarum. Tertia solutio, s. tertiæ quæstionis est hæc, quod hoc sacrum mysterium trinitatis est cognoscibile & attingibile conditionaliter, si credideris videbis. Quod ostendit beatus Augustinus dicens, Quod fidei quæ est in via succedit clara visio in patria, & spei comprehensio siue tensio, & charitatis fruitio. Si ergo volumus videre in patria, credamus in via, quia si credideris videbis. Sed eũ fides sit de inuisibilibus. Quia secundũ Aug. Fides est credere ꝙ tu nõ vides. Quasi credimus ꝙ nõ videmus? Quomodo possunt hæc fieri? Ad hoc respõdet Aug. in lib. de fide rerũ inuisibiliũ, & ostẽdit per duo exẽpla, ꝙ credimus & nõ videmus. Primũ est tale. Tu dicis istum furorem esse patrem tuum? Et si dicatur tibi, Nunquid vidistis eum te generantẽ? Respondebis nõ. Si igitur credis de patre visibili, quẽ vides, credas de patre inuisibili, quem non vides.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vides. Secundum exemplum beati Aug. Tu es ægrotus, medicus cõsulit tibi, quòd tu recipias talem medicinam, & curaberis. Nunquid vidisti te curari? Respondebis non. Quid ergo dicis, quod valebit medicina? Certè dicis quia medicus dicit. Et quare credis medico? Respondebis, Quia legit in libris Auicennę vel talis medici, Et si dicatur, Scitis ipsum? Respondebis non. Sed audio, & ita credo. Igitur credis quod non vides, crede igitur vt videas. nam si credideris videbis. Quod nunc vides fide in via, tunc clara facie videbis in gloria. Ad quam nos perducat qui in trinitate perfecta vi. &c.

De sancta Trinitate. Sermo II.

Nemo potest hæc signa facere quæ tu facis. Habetur verbum istud originaliter. Ioan. 3. & recitatum est in euangelio hodierno secundum istam dominicam, & festum præsens. Nam sicut ecclesia celebrat solemnitatem sanctorum, & si in particularibus solẽnitatibus sit aliquid neglectum, sanctos etiam omnes venerantur in vna solemnitate simul in supplementum negligentię, scilicet in festo omnium sanctorum. Sic in qualibet persona diuina facit hodie specialem solemnitatem. Quòd bene congruit ad significandum distinctionem personarum, & vnitatem essentiæ. Ego habeo modò prædicare de altiori materia & subtiliori, quæ sit in tota theologia, vel in aliqua facultate, scilicet de æterna trinitate, scilicet de patre, & filio, & spiritu sancto. Ideo vt sermo sit ad Dei gloriam & reuerentiam, & nostrarum animarum reformationem, & peccatorum correctionem, saluetur prius sacratissima Virgo Maria. Secretum, & mysterium sanctæ & æternę trinitatis, quomodo est vnus Deus creator omnium rerum, & ille Deus vnus est tres personæ, pater, filius & spiritus sanctus, est ita altum & transcendens, quod à principio mundi vsque ad finem, nunquam fuisset scitum per intellectum humanum, nisi Deus reuelasset nobis, quia intellectus humanus non potest comprehendere naturaliter tam altum mysterium. Iam videtis quanta est altitudo cæli supra corpora nostra, maior incomparabiliter est altitudo trinitatis super animas nostras. Et sicut nullo posse creato homo tenens pedes in terra posset digito suo tangere cælum, bene tamen posset supernaturaliter. Et hoc dupliciter, puta si cælum inclinaretur deorsum, vel homo à Deo in altum eleuaretur & tangeret cælum, alias impossibile est cælum digito tangere. Ita de sancta trinitate circa animas. Digitus animæ quo tangit subtilis est intellectus. Sicut enim corpus hominis digito non potest tangere cælũ naturaliter, sic nec digitus animæ potest tãgere, intelligere, seu cõprehendere mysteriũ trinitatis naturaliter, sed benè supernaturaliter, dupliciter, vel quòd cælũ, id est secretũ inclinatur deorsum, vt fuit factũ in bene dicta incarnatione filij Dei, & nũc eleuauit homines, quãdo illa altitudo infinita humiliauit se de cælo descendens ad terrã, naturam humanam assumẽdo, & ipsemet ore proprio reuelauit, prædicauit & declarauit, quomodo vnus Deus est trinus in personis. Ideo tã pro nimis digito intellectus. Itẽ quia eleuauit homines in altum, vt apostolos, martyres, doctores, confessores per aliam cõtemplationem, & vitæ perfectionem, qui digito intellectus tetigerũt mysteriũ trinitatis. Ecce quomodo vel per cæli humiliationem vel hominis eleuationẽ tãgimus supernaturaliter mysterium illud, Auctoritas. Dauid in psal. 143. dicit, Domine inclina cælos tuos, & descende. Ecce primus modus. Tange montes & fumigabunt. Ecce secundus modus. Cælos vocat secreta mysteria trinitatis di. Domine inclina cęlos tuos, id est secreta. Vnũ cælum est quod vnus Deus est tres personę. Aliud quod solus pater generat filium. Aliud quod à solo patre procedit filius per ęternam generationem. Aliud quod Spiritus sanctus procedit ab vtroque æqualiter. Item aliud secretum est, quod in diuinis sunt quatuor reales relationes, & quinque notiones. De istis dicit, Inclina cælos. Ecce primus modus. Secundus, Tange mõtes & fumigabunt. Montes altissimos vocat apostolos, martyres, & doctores, & cõfessores, qui habuerũt intellectum eleuatum per altam cõtemplationem & spiritualem vitam. Valles terrestres sunt gẽtes mũdanę, ergo dicit, Tange montes & fumigabunt. Non de fumo de fumo calcis, sed de fumo doctrinarum & prædicationum & ad instar fumi incensi boni odoris. Istis duobus modis scimus secreta trinitatis, aliter enim nullus intellectus humanus potuisset scisse nec cognouisse mysterium hoc, quia dicit apostolus. Deus lucem inhabitat inaccessibilem quem nullus hominum vidit, nec oculo corporis, nec intellectus, sed nec videre potest, cui honor & imperium sempiternum. Amen. 1. ad Tim. 6. Quæstio, vnde procedit iste defectus, quod non possumus Deum videre Dico quod non est defectus obiecti, sed potẽtię, quia Deus de se visibilis est, sed defectus est ex parte nostri intellectus, qui non est ei proportionatus. Nam oculus noctuę non potest videre solem, qui tamen de se est bene visibilis, sed oculo noctuę est improportionabilis. Ita mysterium trinitatis de se clarissimum est, & visibile, sed defectus est ex parte nostri intellectus. Ideo dicit philosophus, Sicut se habet oculus noctuę ad lumẽ solis, ita se habet intellectus noster ad manifestissima in natura. Ideo dicam vobis miraculum de sancto Augustino maximo doctore & subtilissimo, qui voluit facere vnum librum, in quo declararet secreta trinitatis rationibus naturalibus, argumentis, & auctoritatibus. Cùm autem semel ambularet iuxta littus maris meditando vt scriberet rationem, quando occurreret, inuenit puerum gratiosum, qui cum vna patella argentea trahebat aquam de mari, & mittebat in paruam foueam quam fecerat cum ma-

pu. Cùm autem beatus Augustinus diu contemplatus fuisset pue-
rum, dixit sibi, Quid facis fili? Respondit quod totam aquam abys-
si maris volebat mittere in illam paruam foueam. Innuens Au-
gustinus quod fouea parua erat liber, patella argentea intellectus
Augustini clarus & subtilis, maris abyssus secretum trinitatis infi-
nitum, & puer disparuit. O dixit Augustinus, In vanum labore: &
dimissis rationibus naturalibus & physicis, quibus non potest my-
sterium trinitatis intelligi, recepit alium modum, s. recurrendo ad
reuelationes Christi, qui scilicet inclinauit cælos & eleuauit homi-
nes, & ad auctoritates bibliæ, & sic ordinauit suum librum dicens
cum apostolo, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quã
incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Ad
Romanos 11. Nota altitudo diuitiarum, dicitur scientia quã habet
homo de trinitate. Diuitiæ huius mũdi nõ sunt propriè diuitiæ, quia
pereunt, sed scientia de secretis trinitatis est altitudo diuitiarum,
quæ facit animas diuites in hoc mundo per fidem, & in cælo per
gloriam, dant eis quidquid volunt, & quidquid desiderant. Sapien-
tiæ, id sapidæ scientiæ, quia magnum saporem inuenit anima de-
uota in contemplatione trinitatis & scientiæ, & hoc quantum ad
beatos, qui iam vident clarè, & possunt dicere: Sicut audiuimus, sic
vidimus, &c. Iudicium propriè est consilij conclusio, qua præsi-
dens eligit auditis consiliatoribus, & dicit, hoc debet fieri, istud est
consilium. Iudicia ergo trinitatis sunt conclusiones veræ, scilicet
quod vnus Deus est tres personæ, quod pater generat filium, sicut
sol generat radium, nec est necessaria vxor in tali generatione. Et
sicut à sole & radio procedit calor, ita à patre & filio procedit spiri-
tus sanctus. Talia iudicia incomprehensibilia sunt de se intellectui
creato. Et inuestigabiles viæ eius, vel illius. Viæ sunt argumenta, ra-
tiones, & probationes, quia sicut per viam homo vadit ad termi-
num, ita per argumenta & rationes homo venit ad conclusionem.
Vult ergo dicere quod non solùm iudicia sunt incomprehensibilia,
sed etiam nõ possunt inueniri seu inuestigari argumenta, rationes,
seu probationes physicę seu naturales, ad demonstrandum myste-
rium trinitatis. Veruntamen Deus dedit ad consolationem fidelibus
nobis signa representantia ipsius trinitatis sacratissimę mysterium,
& de his loquitur thema. Nemo potest hæc signa facere quæ tu fa-
cis, &c. Et sunt tria signa. Primum signum dedit in anima rationali,
& hoc per creationem. Secundum in corpore materiali, & hoc per
redemptionem. Tertium in vita spirituali per saluationem. Et quia
nullus potest facere ista signa, nisi solus Deus, ideo dicit the. Nemo
potest hæc signa facere, quæ tu facis. Dico primò quod Deus dedit
signum sanctæ trinitatis in anima rationali per creationem. Et ecce
qualiter in vno corpore non est nisi vna anima rationalis, quæ gu-

Iudicia quid sit.

bernat totum corpus & membra, scilicet caput, pedes, manus, & o-
mnia. Sic in toto mundo non est nisi vnus Deus, qui gubernat &
regit totum mundum, & caput quod est cælum, & brachia, scilicet
solem, & lunam, stellas, quibus fiunt opera, & ventrem, scilicet ele-
menta. Iam videtis quãta est altitudo cæli, quod est caput, ad pedes,
scilicet terram. Et sicut anima rationalis habet tria in se, scilicet me-
moriam qua intelligimus præsentia, & voluntatem qua desideram⁹
futura, vt sanitatem. Nunquid tu infirmus desideras sanitatem, & tu
pauper diuitias, & tamen memoria & intelligentia & voluntas non
est nisi vna anima. Ita in mũdo non est nisi vnus Deus, & ille Deus
non est nisi tres personæ, Pater, Filius & Spiritus sanctus. Ecce qua-
liter Deus dedit signum trinitatis in anima rationali per creationẽ,
sicut rex qui de diuersis metallis facit monetam, sed solùm in mo-
neta auri ponit imaginem suam. In alijs autem monetis solùm po-
nit sigillum suum. Ita Deus à principio mundi fecit multas creatu-
ras, quasi monetas diuersorum metallorum, sed solùm in moneta au
rea, scilicet in homine impressit imaginem suam loquendo de crea-
turis corporalibus. Moneta argenti clara est sol, luna, & stellæ: sed
illi habent solùm signum trinitatis, & non imaginem. Moneta de
auro sunt elementa, sed non habent vestigium. Solus homo est ad
imaginem Dei loquendo de creaturis corporalibus, quia sicut aurũ
inter omnia metalla est nobilissimum, ita homo inter omnes crea-
turas corporales excellentior. Et sicut ille qui facit monetã, impri-
mit imaginem regis in floreno. sic Deus quando creat animam, in
ea imaginem suam imprimit. Hoc ostendit Deus à principio quãdo
creauit omnia dicens, Fiat lux, & nihil amplius dixit. Fiant lumina-
ria, &c. Sed quando voluit formare hominem, non dixit, fiat homo,
sed quasi teneret cõsistoriũ Pater & Filius & Spiritus sanctus, dixit
Deus, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram,
vt præsit piscibus maris & volatilibus cæli & bestijs, vniuersęq; ter-
ræ, omnique reptili. Gene. 1. Patet quomodo istud signum datur in
anima à Deo per creationem. De isto signo dicebat Dauid. Signatũ
est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti lætitiam in corde
meo. Psal. 4. Nota. Lumen vultus tui Domine, id est imago trinita-
tis super nos, id est in anima quę est supra corpus. Moraliter hîc in-
sinuatur: Si quilibet nostrum habet imaginem Dei in anima, quam
debet & reuerẽter est seruanda imago Christi. Proditor & infidelis
iudicaretur qui imaginẽ Christi vel virginis Mariæ scinderet ense
vel cõbureret igne, vel proijceret in latrinã, oẽs vos dicereti, O tra
ditor, ribalde, &c. Magis propriè est imago Dei anima rationalis
quam alba imago. Et aliqui scindunt eam, vt iracundi & vindicatiui
occidendo hominem. Si dicatur, O ipse interfecit patrem meũ. Re-
spõdeo. Si ipse est proditor, ideo tu vis esse proditor. Ideo vindicta

Universidad de Deusto
Biblioteca

est Deo dimittenda, quia ipse faciet hic vel in alio mũdo. Ideo dixit Deus Quicunque effuderit humanũ sanguinem, effundetur & sanguis illius. Et signatur ratio. Ad imaginẽ quippe Dei factus est homo. Gene. 9. Nota effundetur sanguis illi': hoc intelligitur vel à iudice per iustitiam, vel ab ipsomet per pœnitentiam. Qui enim occidit vel consentit in mortem proximi, homicida est, si præter vel cõtra ordinẽ iuris, &c. Propria pœnitentia effundetur de sanguine suo cum disciplinis. Alij autem non scindũt imaginẽ Dei, sed prosciũt eam in ignem, vt auari, quia auaritia non est nisi ignis qui incẽditur in corde auari ad cõgregandum vel per vsuras, vel per rapinas, &c. Propter hoc dicit Christus, Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex his quæ possidet. Lutrinam, vt luxurioſi, quid est luxuria nisi stercus putridum? Quatercunque fiat luxuria, est damnatio, sed actus matrimonialis potest fieri absque omni peccato, immo etiam quandoque cum merito, & etiam cum peccato mortali, & quandoque etiam cum peccato veniali. Dicatur contra illos, qui dicunt fornicationem simplicem non esse peccatum, & contra notorias meretrices. Ideo dicit scriptura, Fili, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundũ meritum suum, quia enim imago Dei digna est honore. Peccantem in animam suam quis iustificabit? Et quis honorificabit exhonorantem animam suam? Eccleſiaſti. 10. Dico secundò, &c. in corpore materiali, & hoc per redemptionem. Signum quod Christus recepit in die redemptionis, quæ fuit in die veneris sancta, est crux. Sicut rex Arragoniæ recepit pro signo diuisiones. Rex Francie floré lilij. rex Castellę leonem & castrum. Ita Christus rex cęli & terræ recepit signum crucis, ex quo fuit ibi suspensus pro nostra redemptione. Ne aliquis sibi credens vel obediens suspendatur in furca inferni. De hoc prophetia, Hæc dicit Dominus Deus. Ecce leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum, scilicet sanctę crucis. Esaiæ. 49. In hoc ergo signo carnali visibili & audibili, dedit Deus signum trinitatis, quia quando signat se, dicit, In nomine patris & filij & Spiritus sancti amen. In nomine. Ecce vnitas essentię, Non dicit in nominibus. Dicunt doct. quod si quando sacerdos baptizat, diceret, Ego baptizo te in nominibus, &c. non baptizaret. De hoc vide S. Thom. 3. parte q. 66 art. 6. in solu. ad sextum. & distin. 3. art. 2. q 1. ad nonum. Ideo dixit Christus apostolis & discipulis, Euntes docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris & filij & Spiritus sancti. Non dicit in nominibus. Matth. vlt. Cùm dicit patris & filij & Spiritus sancti, clarè dicit trinitatem personarũ. Item quantum ad visum & auditum in modo signãdi, ostendit hic modum signandi, quando dicitur, In nomine patris, tenendo manus

manus altè. Ratio, quia pater nunquam fuit ab alio missus, sed ipso exsistente in cathedra æternitatis suæ, misit filium suum vnigenitũ in vterum virginalem, sicut sol mittit radium suum, & tamen nõ recedit ab eo. Ideo quando dicitur & filij, debet tenere manus circa vterum: quando dicitur & spiritus sancti, debet ducere manum per trinsuersum de scapula ad scapulam, quia spiritus sanctus fuit sparsus super apostolos & discipulos Christi in die Pentecostes. Quando autem dicitur amen, iungantur manus signantes vnitatẽ essentię. Aliqui multum errant in modo signandi, quando dicunt, In nomine patris, longè faciunt dicentes quod pater est maior, hoc est hæresis, quia in hac trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut min'. Sed totæ tres personæ coęternæ sibi sunt & coæquales, vt dicit Athanasius. Alij ponunt filium ad dexterã, quia dicit articulus, Sedet ad dexterã Dei patris: Sed hoc nihil est: quia filius & spiritus sanctus sunt à dextris Dei: quia esse à dextris Dei nihil aliud est quã esse æqualem Deo patri. Alij ponunt spiritum sanctum à dextris, dicendo quod sinistram est diabolus qui tunc percutitur. Et hoc nusquã reperitur in libro alicuius auctoritatis. Ideo bonus modus signandi est ille, de quo vobis, &c. De hoc signo dicit ecclesia, Signum salutis, salus in periculis, vitale lignum, vitam ferens omnium, &c. Moraliter hic patet, quod errant illi qui non signant se signo Christi, sed diaboli, vt sũt multi clerici & laici. Quibus iniuria fieret regi, si quis de palatio amoueret signa sua, & poneret signa inimici sui? Talé iniuriam faciunt Christo qui nõ bene signant se. Signũ enim Christi est crux, signũ diaboli est circulus vel rota. Auctoritas. In circuitu impij ambulãt, dicit Dauid. Palatium Christi est corpus Christiani, in quo fuit positum signum crucis Christi regis in baptismo. Sed quando vos signatis faciendo circulum, tunc amouetis signũ Christi à palatio suo: & ponitis signum diaboli. Dicatis, quãdo surgitis de lecto, qualiter signatis vos? pater sic: & faciunt circulum. Item quando volunt prãdere, imò dolẽtes referimus: sacerdotes in benedictionibus salis, aquæ, & panis, faciunt signũ diaboli, &c. imò quod peius est in sacrificio, & etiã quãdo post missam dant benedictionẽ populo quæ est magnę virtutis ex Christi præsentia. Aliqui cum signo diaboli dant benedictionem dicendo, In vnitate spiritus sancti benedicat vos pater & filius & spiritus sanctus amen. faciendo circulum. Cogitate quãtũ displiceret regi amotio signi sui. plus displicet Christo. Propter hoc dicebat Dauid in Psal. Vt quid Deus repulisti in finẽ: iratus est furor tuus super oues pascuę tuę. No. vt quid repulisti, &c. Respõdet sancta trinitas. Signa nostra nõ vidimus, iã nõ est prophęta, id est sacerdos prophetizãdo, verè faciendo signũ Christi. Ideo corrigatur hoc vitiũ malum. Dixi tertiò quod Deus dedit signũ trinitatis in vita spirituali, quod fuit datum per saluationẽ. Vita

Ratio signandi nosipsos signo crucis.

Quid sit esse à dextris Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim spiritualis sancta & bona non est nisi vna à principio vsq; in finem, tamẽ habet tres partes, vt s. homo sit bene ordinatus. Primò erga Deum. Secundò erga proximũ. Tertiò erga seipsum. Et sicut est vnus Deus in trinitate personarũ, ita est vna vita spiritualis cũ triplicibus ordinationibus. Ecce signum trinitatis. De isto signo dicit Bernar. Data sunt signa & indicia quędam, & indicia manifesta salutis vt indubitabile sit eum esse de numero electorũ, in quo illa signa permanserint. Scitis quãdo eritis bene ordinati erga Deum, quãdo portabitis honorẽ & reuerentiã Deo. Tunc enim vasalli sunt bene ordinati erga suũ Dominũ, quando cum reuerentia loquuntur de eo, sic nos erga Deum non iurando, nõ renegando ipsum vel blasphemando. Ideo nõ miremini, si habetis malum tẽpus, &c. Sed ego nitor, quod nõ intratis in abyssum, propter blasphemias, quas facitis. De hoc cõqueritur Deus pater dicẽs, Filius honorat patrẽ, & seruus Dominum suum. Si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si Dominus ego sum, vbi est timor meus? Dicit Dominus. Malach. 1. Fiat ergo ordinatio cõtra iurantes. Omnes deberent clamare cõtra iurantes, sicut cõtra lupum, &c. Secundò bona ordinatio erga proximũ est, Lnõ nocere proximo, nec in bonis ipsum damnificãdo, nec in fama, nec in persona, sed habere erga eum amatorẽ beneuolentię. Ideo esset necessarium vitare ludum taxillorũ, qui ludus taxillorũ proximũ valde damnificat, tam in bonis, quàm in corpore, quàm etiã in anima. Ideo istos iudicabit filius, quia sibi fit iniuria, qui venit ad saluandas animas. Pater omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Ioan. 5. Tertiò bona ordinatio erga seipsum in hoc consistit, vt postquã laborastis feria secunda & tertia, &c quiescatis in die dominica, nihil temporale faciendo, nõ debetis ambulare per campum, nisi propter magnã necessitatem, non negotiationes debetis facere, nec contractus aliquos. &c. Nõta aliquod miraculum, &c. Fiat ergo ordinatio vt festa seruentur, & abundabitis. Ista ordinatio correspondet spiritui sancto, qui requirit requiem in anima, in qua habitat. Ideo dicit scriptura, A modò iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis. Apo. 14. Deo gratias.

De sancta Trinitate. Sermo III.

Fratres perfecti estote. Verbũ istud habetur 2. ad Cor. 13. & recitatiuè in epistola præsentiũ octauarũ. Hoc thema dat mihi motiuum declarandi, in quo consistit perfectio vitæ spiritualis. Materia erit vtilis & proficua, sed vt Deo sit acceptabilis & gratiosa, saluetur Virgo Maria. Si strictè volumus cogitare in operibus huius mundi, quæ Deus fecit per creationẽ, inueniemus q̃ in triplici gradu consistit, & homo est in perfectiori gradu, secundũ quod ego vobis declarabo. Primus gradus est de creaturis quę sunt substãtię spirituales, sicut angeli, quia oẽs angeli sũt spiritꝰ. Dauid, Qui facit angelos suos spiritus: spiritus nõ habet carnes neq; ossa. Spiritus carnẽ & ossa nõ habet. Lu. vl. De hoc vide sanctũ Tho. 1. par. q. 50. ar. 1. Secũdus gradus est de creaturis quas Deus fecit à principio, s. de creaturis purè corporalibus, quę nõ habent spiritũ, sicut sunt cæli, sol, luna, & stellę, quę nõ habent animã, rationẽ, nec intellectũ, sed sunt vt lapides sine spiritu. Item elemẽta, terra, aqua, ignis, &c. Itẽ elementa, vt volucres, metalla, & animalia. Dauid, Nõ est spiritus in ore ipsorũ, quia licẽt emittãt anhelitũ, nõ tamẽ habẽt substãtias spirituales. Tertius gradus est de creaturis simul corporalibus & spiritualibus, vt sunt homines. Vltimo enim creauit Deꝰ hominẽ, & quasi epilogãdo cõposuit eũ de materia corporali, quãtũ ad corpꝰ, & spirituali substãtia, quãtũ ad animã. Patet ergo q̃ inter omnia opera Dei singularẽ perfectionẽ habet homo super oẽs creaturas. Ideo dicit Moyses. Igitur perfecti sunt cęli & terra, & omnis ornatus eorũ. Gen. 2. Moraliter cæli sunt potẽtię intellectiuę, vt memoria, intellectꝰ, & volũtas. Terra est caro. Ornatus animæ sunt bonę cogitationes de corde, affectiones, desideria, cõtẽplationes, & huiusmodi. Ornatus autẽ carnis sunt mẽbra corporis, & quinq; sensus corporales. Satis ergo patet q̃ si volumus loqui de pfectione naturali, homo sup oẽs creaturas habet perfectionẽ naturalẽ, vnde & homo dicitur secũdũ beatũ Greg. omnis creatura. Ideo rationabile est, vt homo etiã habeat perfectionẽ moralẽ, s. de vita spirituali: propter hoc dicit thema, Fratres perfecti estote, s. in vita spirituali. Modò videndũ est, in quo cõsistit vitæ spiritualis perfectio. Et inuenio quod in quatuor, s.

In dilectione generali sine exceptione,
In locutione rationali sine offensione,
In diligentia virtuali cum recta intentione,
In patientia temporali cum vera exultatione.

Dico primò, &c. scilicet dilectio vniuersalis sine exceptione est, scilicet in hoc consistit quod est diligere omnes homines vniuersaliter, tam viuos, quàm etiam mortuos, scilicet illos de paradiso, de eis laudando Deum, de purgatorio pro eis orando vt inde exeant, pro Christianis vt in fide & in bona vita conseruentur, pro inimicis etiã orando vt ad bonum finem perducantur. Non solùm debet quis diligere domum suam, sed etiam omnes alios, ita quod totus mundus respiratur in corde suo per dilectionem vniuersalem. Talis est in primo gradu perfectionis vitæ spiritualis, quia neminem excludit à dilectione, sicut faciũt aliqui. Vnde dicit vnus, ego diligo amicos meos, sed non inimicos. Alius dicit, ego diligo parentes meos, sed nõ curo de alijs. Aliꝰ dicit, ego diligo illos de loco meo, sed nõ alios, nihil valet. Ratio est quia oportet quod dilectio sit vniuersalis. Quia licet diligit imaginẽ Christi vel virginis Marię, cuiuscunq; materiæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri, siue auri siue argenti, &c. Diligitur enim & honoratur imago, nō ratione materiæ, sed ratione illius cuius est imago. Cū ergo homo sit imago Dei, magis propria, quàm imago facta à pictore. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Gene. 9. c. Ideo talis diligenda est in quacunque materia, siue in auro, siue in argento. Imago Dei aurea est in homine sancto & bonæ vitæ, quæ diligenda est. Item imago est de argento, quando homo habet intellectum clarum in scientia, & os in eloquentia, & cor in credentia. Item de ferro, quando est impatiens, tamen est diligenda, quia imago Dei est, desiderando & orando pro conuersione sua. Si ergo imagines sunt amabiles ratione illorum quos representant, quantò magis homo? de hoc auctoritas Christi qui prædicādo populo dixit, Audistis quia dictum est antiquis, Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, orate pro calūniātibus & persequētibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cęlis est, qui solē oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos, &c. Estote ergo perfecti, sicut pater vester celestis perfectꝰ est. Mat. 5. Nota quod loquitur de dilectione generali & generalibus signis eius. Si enim diligitis benefactores, nec grates, nec gratias habetis, quia etiam iumenta diligunt benefactores. Canis enim diligit benefactorem suum, & odit malefactorem. Qui solùm diligit amicos & benefactores, nullum meritum habet apud Deum. Oportet ergo diligere generaliter omnes amicos & inimicos propter Deum. In hoc est meritum. Si ergo est aliquis vestrum qui in corde suo odiū & rancorem seu malam voluntatem habet, deponat. Ideo Apostolus, Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini inuicem & in omnes. 1. ad Thess. 5. Dico secundò, &c. Locutio rationalis sine offensione. Prima perfectio vitæ spiritualis consistit in corde. Ista autem secunda in ore. Talis enim debet esse locutio quod non offendat Deum nec proximum. Offenditur autem Deus, quando homo mendacium loquitur, quia ipse est veritas. Ego sum via, veritas, & vita. Ioan. 14. Peius est mendacium in ore, quàm stercus, ratio quia aufert officium linguæ quę data est homini ad exprimendum mentis conceptum. Ideo, &c. Secundò iurando in vanam offenditur Deus. In vanum iurare est quando homo sine necessitate vel vtilitate iurat dicendo, per Deum ista cappa est nigra, & huiusmodi, &c. Tertiò iurando falsè, sicut multi miseri qui faciendo cōplacentiam, & ad complacendū amico vel vicino in iudicio falsum iuramentum faciunt. Quartò iurando enormiter, & hi cum lingua quasi cū ense diuidunt dominū suum, quantum in eis est: vi-

detur vobis hęc modica iniuria? Quintò renegando terribiliter. Quia iam hodie non sufficit iurare, sed dicitur, Maledicar ego a peius hominibus iniquis & peruersis, & similia terribilia proferendo, &c. Sextò quod est peius blasphemādo horribiliter, quādo sunt homines ex ludo, vel aliter cum gladio percutiūt cruorem, vel manu verberant eum dicendo verba contra Christum & Virginem Mariā, &c. Et ex istis peccatis veniunt mala infinita, ideo rectores debent super hoc prouidere & statuere sub certis pœnis contra tales, &c. Secundò offenditur proximus, quando diffamatur, vel peccatum suum secretum publicatur, vel seipsum laudando. Ideo dico quòd locutio debet esse rationalis, ne Deus vel proximus offendatur. Ideo dicunt philosophi, quod ista differentia rationalis est perfectio essentialis hominis & formalis differentia, quæ dat ei perfectionem. Quid est homo? animal rationale, quia mortale non est de essentia, sed additū a fide ab infidelibus. Angeli autem non sunt rationales, quia subitò & sine discursu intelligunt: homines verò sunt rationales. De hoc vide sanctum Tho. 1. parte. q. 18. art. 3. & 4. Ideo debet loqui rationabiliter. Ideo Apostolus, Fratres in multis offendimus oēs. Si quis autē in verbo non offendit hic perfectus est vir. Iac. 3. Nota hic de iuene loquaci & verboso, qui venit ad quendam sanctum hominem quærens ab eo consilium qualiter gubernaret linguam. Qui dixit, Facias quod os tuum nō loquatur vt bursa auari ad soluendū. Et iste, Pater non intelligo istud. Et sanctus respōdit. Bursa auari habet tres modos, & quando aliquis petit ab eo debitum, non statim soluit, sed differat dicens, Et quare sum vobis obligatus? & similia. ita debet ipse antequam loquatur. Ideo lingua habet tres clausuras quasi tres muros. Secùs de alijs sensibus, qui omnes sunt aperti, oculi, nares, manus, &c. Sed lingua vel leæna habet tres custodias. Ideo quando vis loqui vt auarus, dispuṭa primò intra te dicendo, Quare volo loqui? quid erit necessarium, vtile, vel ædificatorium? Si non truffatorium vel iniuriosum, non loquar ergo. Qui isto modo scit gubernare linguam suam perfectus est. Ideo Apostolus, Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus est ad ædificationē fidei, vt det gratiam audientibus ad Ephe. 4. Dico tertiò, &c. Diligentia virtualis cum recta intentione, scilicet quod quilibet cum diligentia faciat quod tenetur facere secundum statum & officium suum. Verbi gratia, Religiosus qui est diligens in seruando ordinē & regulam, & tria vota essentialia, & ceremonias in victu & vestitu & silentio, dicitur est perfectus. Qui autē dimittit prædicta, longè est à perfectione. Idē de diligentia sacerdotū in horis dicendis tā de die, quā de nocte. Item habere diligentiā in instrumentis ecclesię, vt sint bona & missa, &c. Idē de laicis. Diligētia enim vestra in hoc cōsistit, vt detis operā facere orationem deuotā, quemadmodū supplicatur

Angeli sunt qui dem intellectiua tes, quē admodū & nos, non autē propriē rationa- les dicū tur, quia non per discursū, veluti nos, intel ligunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Papæ vel regi, &c. In qualibet hebdomada seruare Dominicã, audiendo missam cõpletam, cum silẽtio, &c. Et quolibet anno confiteri in principio quadragesimæ, & in pascha cõmunicare, & diligẽter penitentiã datã à cõfessore seruare, ista faciunt Christianũ perfectum. Propter hoc dicit Deus Christiano cuilibet. Ego dominus omnipotens. Ambula corã me, & esto perfectus. Gen. 17. No. Ambula, non dicit sta, vel sede, sed ambula, quod notat diligẽtiã. Ambulare est de virtute in virtutem incedere corã Deo. Aliqui enim ambulant non coram Deo, sed corã gentibus, vt hypocritæ, & vani, glorioſi, vt laudentur & videantur. Sed ille ambulat corã Deo, qui quidquid facit, facit recta intẽtione pro Deo, nõ curando de gentibus, sed de Deo. Ideo dicebat Zach. Seruiamus Domino in sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Lu. 1. Dico quartò, ſ. patiẽtiã temporalis, cum exultatione, ſ. ad ſuſtinendũ mala & iniurias: quia aliàs modicum esset facere bona opera, nisi in aduersis homo haberet patientiam. Ratio est, Qui enim vult intrare bellum, nõ sõlùm armanit armis inuasiuis, sed etiam armis defensiuis. Si enim portat lanceam in dextera, non erit perfectè armatus, nisi portet scutum in sinistra. Ita de nobis, qui in hoc mundo sumus in capo prælij. Ideo oportet perfectè armari de armis inuasiuis. Diligẽtia in spiritualibus est quasi lancea, & defensiuis patientia. Patientia enim est quasi scutũ, quod opponitur sagittis tribulationum, iniuriarum, tentationũ, ne tangãt cor. Sed multi sine isto scuto intrant istud prælium. Sunt enim diligẽtes in operibus spiritualibus, sed sunt impatiẽtes in tribulationibus, & in iniurijs nõ sunt firmi, quia statim ad modicã iniuriam turbantur, ideo oportet armari perfectè. Diligentia enim in bonis, & patientia in malis facit hominem perfectè armatum. Cùm gaudia sumẽdæ sunt aduersitates & tribulationes, quia meritorię sunt. Plus meruit Iob per patiẽtiam in aduersis, quàm per diligentiã in bonis. Ideo dicit apostolus Iacobus, Omne gaudiũ existimate fratres mei, cùm in tentationes varias incideritis, sciẽtes quod probatio fidei vestræ patientiã operatur. Patientia autem opus perfectũ habet, vt sitis perfecti & integri in nullo deficiẽtes. Iaco. 1. Nota cum gaudia sunt accipiendæ tribulationes. Cùm propter necessitatem, tũ propter vtilitatem. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei faciẽtes reportetis promissionem ad Heb. 10.

De sancta Trinitate. Sermo IIII.

NEmo *ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo.* Habetur verbum istud originaliter Ioan. 3. & officiatur in euangelio præsentium octauarũ. In præsenti sermone secundũ motiuum quod dat mihi thema, volo declarare quomodo nos peccatores poterimus in cælum ascendere, quia ad hoc sum' finaliter creati. Credo quod erit materia vtilis, &

ſt, & proficua. Sed vt sit Deo acceptabilis & gratiosa, salutetur Virgo Maria. Thema est verbum Christi, quod verbũ nisi intelligatur recte, portaret seu duceret peccatorẽ in desperationem, cùm dicit, Nemo ascẽdit in cælum, &c. Quia nullus descendit de cælo, nisi ipsemet Christus, secundum quod ipsemet declarat, cũ sequitur, filius hominis qui est in cælo. Ipse enim descẽdit de cælo in incarnatione, & ascẽdit in cælũ in ascẽsione postquã cõpleuit opus nostræ redemptionis. Et dixit, Nemo, id est null' homo ascẽdit. Ergo miseri quid facimus nos? Ideo dictũ verbũ sic intelligitur. Nemo ascẽdit in cælum, ſ. virtute ꝓpria, nisi qui descẽdit de cælo, ſ. Christus, quia hoc sibi cõpetit, quia sicut falco vel aquila ascẽdit virtute alarũ, hęc indiget auxilio, sic Christus cũ duab' alis, ſ. potẽtia diuinali ala deitatis, & gloria humanali quasi ala sinistra ascẽdit in cælum, nec indiget auxilio alterius. De hoc propheta Dauid, A summo cælo egressio eius, & occursus eius, i. regressio vsque ad summũ eius. Psalm. 18. Ideo Apostolus, Qui descẽdit ipse est, & qui ascendit super cælos vt adimpleret omnia, ſ. ꝓphetizata. ad Eph. 4. Ecce qualiter intelligitur, Nemo ascẽdit in cælũ, &c. Ergo nos qualiter poterim' ascẽdere? quia nec habemus potẽtiã diuinalẽ, nec gloriã humanalẽ. Ideo non possumus ascẽdere virtute ꝓpria, sed oportet nos ascendere virtute Christi, q dat nobis virtutẽ fidei, ſpei, & charitatis, & virtutes moralis, vt possim' ascẽdere. No. similitudinẽ de nebula, quę de mane ascendit in terra: sed pòst virtute solis ascendit ſursum. Ita de nobis q sum' terrestres, cõcepti, nati, & nutriti in terra, Dauid, Cęlũ, i. gloria cæli, Domino: terrã autẽ dedit filijs hominũ. Ideo oportet nos ascẽdere virtute solis illius, ſ. de quo dicitur virgini Marię. Felix nãq; es sacra virgo Maria & omni laude dignissima, quia ex te ort' est sol iustitiæ Christus Deus noster. Quãdo homo moritur in gratia, virtute illius solis homo ascẽdit, quasi homo trahatur ab eo. Iuxta illud, Ergo si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum. Io. 12. Et sic intelligitur thema, Nemo ascẽdit in cælũ, &c. ſ. virtute propria. No. septem gradus huius ascẽsionis, quemadmodum sunt in cælo nouẽ ordines angelorum seu gradus. Ideo vos aptetis vt ascendatis,

Primus est peccatorum cognitio, *Secundus cordis contritio,*
Tertius emendandi propositio,
Quartus sacramentalis confessio,
Quintus pœnitentialis satisfactio,
Sextus debitorum restitutio,
Septimus famæ reformatio,
Octauus iniuriarum remissio,
Nonus eucharistiæ communio.

De istis dicebat Esaias, Venite ascendamus ad montẽ Domini, & ad domum Dei Iacob. Esaiæ 2ecũdo. Dico primò quod primus gradus ascen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ascensus, est peccatorum cognitio, scilicet habere sentimentum & conscientiam de peccatis, quando conscientia pungit & remordet dicens, O miser ego sum religiosus, & non vixi vt religiosus: nō seruaui regulam, &c. Idem de clericis & laicis. Talis iam tenet pedem in primo gradu. Talis cognitio est necessaria, quia nullus curat de medicina, qui non sentit se infirmum. Ideo dicebat Hiere. Vide vias tuas in conualle, & scito quid feceris. Hiere. 2. Sed multi deficiunt in isto gradu qui statim sentiunt defectus corporis, sed nō sentiunt mala animæ. verbi gratia. Sunt multi qui statim sentiunt ventum intrare per fenestram, sed non sentiunt ventos superbiæ, vanæ gloriæ & præsumptionis, flantes in corde. Magnus defectus est iste. Alij sentiunt statim puluerē, & claudunt sibi os, & nares, sed non sentiunt in anima pulueres auaritiæ, vsuræ, furti, rapinæ, &c. Alij sentiunt statim modicum calorē fortè prouenientē ex nimio potu, sed non sentiunt ignē luxuriæ, qui totum comburit. Alij sentiunt statim paruā spinam in digito, sed non sentiunt gladium diaboli, quia totam animam transfodit, quando recurrunt ad diuinos pro sanitate, pro filio vel pro filijs, vel ad inueniendum rem perditam. Alij comedunt legumina, statim sentiunt inter dentes, & non sentiunt saxum ferri, quod tenent in ore quando iurant. Alius sentit statim, si habet stomachum repletum, cùm non poterit dormire, sed quando tenet stomachum animæ repletū veneno odij & rancorū, nō sentit. Alij si dormiunt in lecto, statim sentiunt pulicē, sed non sentitis lupos vel leones inferoi, qui tenēt vos ne vadatis ad missam, vt extrahant vos de ecclesia, & sic de alijs. Ideo pauci sunt qui ascendunt in primo gradu. Non sunt isti sicut Dauid, qui statim habuit cognitionē de peccato suo. Ideo dixit Deo. Psal. 50. Amplius quàm mereāt lauame ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Et assignauit tionē dicēs, Quoniā iniquitatē meā ego cognosco, & peccatū meū contra me est semper. q. d. Iam sum in primo gradu. Ideo quilibet vestrū auiset se qualiter viuit, in quo statu est, & corrigat se. Secundus gradus est cordis contritio. Postquam homo cognoscit peccata debet cōteri & dolere de eis, quia aliàs cognoscere peccata & delectari in ipsis, malum esset & peccatum. Necessaria est ergo contritio. Ideo dixit Ezechias rex, vt habetur Isa. 38. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ. Domine sū sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei corripies me, & viuificabis me. Nota, cùm dicitur tibi, non dixit mihi, seu mūdo, &c. sed tibi, quia nullus debet de peccatis valet aliquid, nisi sit respectu Dei, etiam si pro vno peccato homo proijceret tot lacrymas quot sunt guttę aquę in mari, nihil valeret nisi sit respectu Dei. Verbi gratia. Si religiosus cogitans, q⁹ præsidens suus scirēt mala sua, incarceraret eū, & illo timore plorat, vel quia erit diffamatus, &c. nihil valet, quia hoc nihil aliud est,

Partes cōtritionis sunt, intensa de peccato displicentia, vdijs propter Deum,

nisi recogitabo mihi non tibi. Sed tūc esset cōtritio si diceret, O mi ser quod peccata feci, & quantū offendi creatorem meū, qui de nemore mundi me elegit & plātauit in religionē, vt seruirē tibi, & ego miser feci oppositum, tunc esset contritio. Idem de sacerdote quādo cogitat. O miser, episcopus sciet quod ego sum concubinarius, &c. & perdam beneficiū, & plorat, nihil valet attritio, quæ nō sufficit ad saluationē, sed posset esse contritio si respectu Dei doleret dicēdo, O miser, Deus fecit mihi gratiam quā angelus nō fecit, &c. Idē de laicis si aliquis esset sententiatus ad furcam, & plorat propter periculum & diffamationem, &c. nihil valet. Idē de muliere cuiusuis status quæ peccauit & plorat timore viri vel diffamationis, &c. nihil valet, oportet q⁹ sit respectu Dei. Ideo dicit prophe. in persona Christi, Recordabuntur mei, quia cōtriui cor eorum fornicās & recedēs a me, & displicebūt sibimet super malis quæ fecerāt in vniuersis abominationibus suis. Eze. 6. Tertius gradus est emendandi propositū & sequitur ad duos gradus prędictos. Quid enim valeret cognitio, seu displicētia peccatorum & contritio, nisi homo habeat propositum emendandi, & corrigēdi vitam suam, nihil valet. ideo necessario requiritur propositū firmū emendandi, dicendo, Ego consueui esse superbus, pomposus: sed factum est. De cetero volo viuere humiliter: & sic de alijs: hoc est emendandi propositum, quia modicū esset dolere de peccatis prēteritis: nisi homo proponat cauere à futuris. De hoc Dauid, Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum, in loco quem posuit. psal. 83. Nota, in valle lacrymarum: Vallis inter duos montes cōstituit. Ita vita præsens dicitur vallis lacrymarum, consistens inter duos montes, quorum vnus est paradisus terrestris, altus intantum, quod aquæ diluuij quæ ascenderunt 15. cubitis super omnes montes, illuc non ascenderunt, de quo dicit Beda, quod folia arborum tangunt spheram siue cælum lunæ. Alius mons ad quem debemus ascendere est paradisus cælestis. Et hic debemus nos disponere per bonam vitam & bona opera, vt illuc ascendamus. Ideo dicit ascensiones in corde suo disposuit in valle lacrymarum in loco quem posuit. Locus religiosi est monasterium, clerici ecclesia, & sic de quolibet statu laicorum. In quolibet istorum locorum quilibet debet disponere ascensiones per recessum à malis & accessum ad bonum, ideo Christus, Vade & iam amplius noli peccare. Ioannis octauo. Quasi dicat, Ex quo iam ascendisti in primo & secundo gradu, ideo vade ascende amplius, & iam noli peccare. Ecce hic propositum emendandi. Quartus est sacramentalis confessio, & loquitur ad prędicta. Quid enim valeret mundare cameram, si stercus remaneret in angulo? ideo oportet vt per fenestrā stercus proijciatur, ita illius qui habet cognitionem peccati & cōtritionem cū propositō

& amplius nō peccandi sit mū propositum.

posito nō redeundi, camera conscientiæ erit munda, si stercus peccatorum per senestram oris proijciatur, dicendo cōfessori, Pater ego fui superbus, &c. & sic de alijs peccatis. Ex quo dicebat beatus Ioannes, Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est Deus, vt remittat nobis peccata, & emundet nos ab omni iniquitate. 1. Io. 1. Propter hoc statutum est, quod quolibet anno in quadragesima homo confiteatur peccata sua mundando conscientiam: vt sit habitatio Dei, aliàs enim esset habitatio dæmoniorum. Ideo dicit scriptura, Qui abscondit scelera sua non dirigetur, scilicet vt ascendat in cælum. Qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Prouerbiorum vigesimooctauo. Quintus gradus est pœnitentialis satisfactio. Differentia est inter satisfactionem & restitutionem. Satisfactio fit Deo pro peccatis. Restitutio fit proximo. de ista dicam in sexto gradu. Sicut enim ex peccatis quæ fecimus offendimus Deum, ita per pœnitentiam debemus facere Deo satisfactionem. verbi gratia. Si offendistis Deum per superbiam, debetis satisfacere sibi per humilem orationem. Si per auaritiam, satisfacere debetis per eleemosynas, &c. Si per luxuriam, satisfacere debetis per carnis afflictionē, ne à dæmonibus vos puniri oporteat in inferno. & sic de alijs. Ratio huius satisfactionis est, quia post reconciliationem amicabilem requiritur solutio debiti. Ideo Lu. 3. Facite ergo fructus dignos pœnitētiæ. Vbi dicit gl. quod fructus est, &c. quando medicina correspōdet plagæ siue morbo. Sed modō in plurib⁹ omnes cōfessores dāt vnam medicinam cuilibet morbo, scilicet missas, vt ipsi habeant, &c. Sextus est debitorum restitutio, quæ fit proximo. Quilibet respiciat domum, taxillam, vel bursam: si est ibi aliquid de malis bonis & iniustis, de vsura, furto, rapina vel retinēdo mercedem laboratorū, decimā & primitias restituaris. Dicunt aliqui, Pater ego dimittā in testamēto vt restituatur, &c. Et interim vos ibitis in inferno, si mori vos cōtingat sine pœnitētia, statim enim debet restitui alienū, &c. De quo vide S. Tho. 2. 2. q. de restitutione. Et siue restitutio fiat per heredē siue nō, non liberabit vos. Et pater, Oporteret me vēdere, &c. si vellē restituere, &c. Solutio. Quare nō & vēdere debetis, & diminuere statū, quia regula est iuridica, quod nō dimittitur peccatū, nisi ablatum restituatur. 14. q. 6. Si res, ideo restituatis. In isto gradu multi frāgūt sibi collum. Ideo dicit apostolus, Reddite omnibus debita. Cui tributum, tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorē. Nemini quidquā debeatis, nisi vt inuicē diligatis. ad Ro. 13. Septimus est famę reformatio. Si diffamastis, vel iudicastis, vel cōdēnastis aliquem, oportet quod restituatis sibi famā coram illis, etiā dato quod diceritis verū, si reuelastis peccatum occultū. Et vt intelligatis hoc peccatū, dicā vobis similitudinē de nobili domina, optimē ornata, quā latrones

latrones despoliauerunt vsque ad camisiam, deinde venit alius & despoliauit sibi camisiam. Credo quod magis credit se iniuriatam ab illo secundo, quàm ab alijs. Ita persona quæ habet bonam vitam, portat camisiam albam per bonam famam, & vestes ex auro & serico cum margaritis, quæ sunt bona opera. Sed quando peccat mortaliter, deprēdatur à latronibus inferni. sed adhuc remanet sibi camisiola, scilicet bona fama, sed quando tu reuelas suum peccatum, quod erat secretum, tunc denudas sibi camisiam. Maius peccatum factus quàm si bona exteriora sibi furatus fuisses, quia melius est nomen bonum, quàm diuitiæ multæ. Super aurum & argentum est bona gratia, id est bona fama. Prouerb. 22. Si ergo qui furatur pecuniam vel alia bona, tenetur ad restitutionem si vult saluari, quantò magis necessario restituenda est fama? Ideo Augu. Non pigeat ex ipso ore ferre medicamenta, vnde facta sunt vulnera. Octauus gradus est inuriarum remissio. Si ordine iustitiæ vultis iustitiam, hoc potestis licitè. Sed in corde vestro nō teneatis desiderium vindictæ, sed exemplo Christi, qui in cruce pepercit omnibus parcatis inimicis, dicendo, Domine parcatis mihi & remittatis mihi iniurias, quas feci vobis, ego remitto iniurias inimicis. Vnde. dicit Christus, Pater meus cælestis tradet vos tortoribus, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Matt. 18. Nonus est eucharistiæ communio, hic completur pœnitentia: In isto gradu iungimur Deo. Omnia enim prædicta sunt præparationes ad ascensum cælestem. Sed perfecta medicina & virtus animam secum trahens ad cælum est eucharistia. Nota, exemplum de communione Hugonis de Sancto Victore. Ideo Christus, Ego sum panis viuus, qui de cælo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Io. 6. Dicatur contra illos qui non communicant, &c. De quibus Io. 1. In propria venit, & sui eum non receperunt.

In festo corporis Christi, & hoc de corpore Christi glorioso, scilicet sancto sacramento.

Sermo I.

EGo *accepi à Domino quod & tradidi vobis.* Verbum istud habetur texualiter. 1. ad Cor. 11. & recitatū est statim in epistola hodierna. Secundū q̄ totū festū hodiernum est de illo sancto & glorioso sacramēto altaris, sic erit & sermo noster. Et habebimus multas bonas speculationes pro intellectus illuminatione & animarū cōsolatione, & aliquas moralitates p̄ vitę correctione, sed salutetur prius Virgo Maria. Pro huius verbi declaratione & materię prędicādę introductione sciendū q̄ tota credētia cordis quā habemus de isto sancto sacramēto, & locutio oris quā facimus de eodē, tota debet esse fundata in sancta scriptu. Ita q̄ cor nō debet se plus extēdere ad credēdum,

nec os

nec os ad loquendum, nisi quantum habemus ex sacra scriptura. Ratio est propter altitudinem & subtilitatem transcēdentē huius sacramenti, quod excedit omnem intellectū naturalem & scientiam philosophicalem, & omne posse naturæ. Qui ergo de hoc sancto sacramēto vellet credere, vel loqui secundum intellectū naturalē, aut scientiam philosophicalem, vel posse naturę, erraret & deficeret in multis, sicut qui vellet numerare secundum intellectum quot palmę seu cubiti sunt abhinc vsque ad cælum, quot passus ab oriente vsque ad occidentem, vel quot sunt grana arenę & gutte aquæ, erraret & deficeret. Ideo dicit scriptura Eccl. 3. Altiora te ne quesieris, scilicet intellectu naturali, & fortiora te ne scrutatus fueris, scilicet scientia philosophicali, sed quæ tibi præcepit Deus, scilicet in sacra scriptura, quæ est os eius habens duo labia, scilicet duo testamenta. Superius est nouum testamentū, inferius vetus testamentum. Ideo ait Dominus, Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Hic. 15. Illa cogita semper. Ideo modo dimittēdo rationes naturales & philosophicales, solùm recipiam auctoritates de sacra scriptura, quia nolo aliquid dicere nisi quod Dominus dicit in sacra scriptura. Et tūc potero dicere thema, Ego accepi à Domino, nō philosopho, nec à Virgilio, nec naturali inuento, sed à Domino, scilicet in sacra scriptura quod & tradidi vobis. Patet the. Inter cætera mirabilia & secreta huius sacramēti sunt quinq; principalia, quæ dicam vobis modō secundum sanctam scripturam.

Primum est mutatio substantialis,
Secundum operatio sacerdotalis,
Tertium habitatio sacramentalis,
Quartum perceptio sensualis,
Quintum receptio vsualis.

In his sunt altitudines & difficultates huius sacramēti. Si dicatur, Vnde habetis hoc frater? Respondet the. Ego accepi à Domino, & tradō tradā vobis. Primum mirabile, & altum secretum huius sanctificij est mutatio substantialis. Duplex enim est mutatio, vna est accidentalis, alia substantialis. Mutatio accidentalis est quādo accidens, vel qualitas mutatur in creatura manēte eadē substantia, vt mutatio de albedine in nigredinē, vel de sanitate in infirmitatē, vel de caliditate in frigiditatem, vel de paruitate in magnitudinem sicut dum quod mutatur puer, sed substātia manet eadem, tales mutationes dicūtur esse accidētales. Mutatio substantialis est quando non solùm accidens, sed etiam substantia mutatur, vt si lutū mutaretur in aurum, vel plumbū in argentū, non solùm accidentia mutarentur sed etiā substantia. In isto autem sacramento solùm fit mutatio substantialis, & non accidentalis, quia substantia panis & vini nō manet facta conuersione, sed accidentia eorum manent. In isto autem sacramento deficiūt duę regulę philosophię. Prima quę dicit quod quādocunq; fit mutatio substantię etiā fit accidentium. Ratio, quia accidentia non migrāt, id est trāsmutantur de subiecto in subiectum, quia si lutum mutatur in aurum, etiam qualitas eius mutatur. Sed in hoc sacramento est oppositum: quia substātia panis virtute verborū mutatur in corpus Christi, accidentia autem non, quia eadē albedo & quantitas & rotunditas, odor & sapor remanēt quæ prius. Modō gubernando vos per regulas philosophię in hoc sacramēto oporteret errare & deficere. Et facta mutatione adoramus, sed non adoramus id quod videmus, scilicet albedinem nec rotunditatem, sed Christum verum Deum & hominē intra contentum. ita verē & realiter vt in vtero virginis fuit vel in cælis est. De hoc vide S. Tho. 3 par. q. 85. art. 1. Quemadmodum enim milites adorant regem intra cortinas, quando audit missam, licèt ipsum non videant, ita nos adoramus Christum intra illa accidentia quasi intra cortinā existentem. Secūdo regula philosophiæ deficit etiā in hoc sancto sacramento, quę dicit quod nulla mutatio substātialis est integra, quia semper remanet materia prima, quā Philosophi vocāt hyle. quia si lutum mutatur in aurum, materia prima quę est in termino à quo, est eadē cū illa quæ est in termino ad quē, quia eadem est materia omnium generabiliū & corruptibilium. In hoc sancto sacramento hęc regula deficit, quia nihil remanet de materia nec de forma substantiali panis, quia totū mutatur in corpus Christi. De hoc vide S. Tho. 3. par. q. 75. art 5. & 6. Ideo oportet quod homo nō regat se hic per regulas philosophicas quæ deficiunt, sed secundum sanctam scripturā in psalterio, quæ dicit: Hæc mutatio, scilicet substantialis dextræ excelsi. Mutationes naturæ sunt de sinistra, sed ista dextræ excelsi. Et sequitur, tu es Deus qui facis mirabilia, scilicet ista prædicta. Similiter de mutatione vini in calice in sanguinem Christi. Moraliter habetis hic doctrinā quod debetis Christum adorare in hostia consecrata sine dubio & sine conditione. Aliqui præsumptuosi & proterui cadunt in errorem, dicendo quando adorant, adoro te, si tu es Christus, Nec gratias, nec gratias, quia etiam lignum vel lapidem vel canem posset sic adorare isto modo cum conditione. Ideo sine conditione debet adorare. Ratio, quia cōditio dubitationem includit, & Deus vult adorari firmiter toto corde, spiritu, voluntate, & deuotione. Ideo Dauid, Tollite hostias, & introite in atria eius, adorate Dominum in atrio sancto eius. Psalm. 95. Nota tollite hostias, hic loquitur presbyteris. Et introite in atria eius, hic loquitur populo. Adorate Dominum, scilicet tam sacerdotes quàm populus. In atria gl id est in corde sine dubio & sine conditione. Diceret aliquis, Si sacerdos nō dixit verba, vel si nō fit ordinatus nō consecrauit. ergo, &c. Respondeo q; sacerdos solùm dānabitur, & nō est periculū vobis. Ideo

Quoties accidens adest & abest sub iecto, præter subiecti corruptionē mutatio fit accidentalis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num Christi corpus sit ado rare sub cõditione, in sacramento altaris.

adoretis sine dubio, licèt enim habitualiter habeatis in corde hoc, q; si oppositum sciretis nõ adoraretis, & hoc sufficit, tamen hoc nõ debet exprimi verbis, sed simpliciter adorare debetis. Ecce primum mirabile secretum, quod est, ego accepi à domino in scriptura, & tradidi vobis. Secundum mirabile huius sacramenti est operatio sacerdotalis, s. quod sacerdos existẽs in terra habet potestatem vt aperiat cælos, & faciat descendere filium virginis Mariæ in altari in manibus suis. Magnũ mirabile reputatur in Moyse, qui fecit descendere mãna de aere: vt habetur Exod. 16. Et de Elia qui fecit descendere ignẽ de sphæra ignis ad cõburendũ duos quinquagenarios, vt habetur 4. Reg. 1. Maius mirabile est hic, quoniam sacerdos nõ de aere nec de sphæra ignis, nec de cælo Lunæ, nec de cælo Mercurij, nec de cælo Veneris, nec de cælo Solis, nec de cælo Martis, nec de cælo Iouis, nec de cælo Saturni, nec de cælo stellato siue firmamento, nec de cælo crystallino, sed de cælo empyreo facit Christum descendere. Ecce operatio sacerdotalis. Scitis q; quando virgo Maria salutata per angelum Gabrielem consentiens dixit: Ecce ancilla Domini, &c. Luc. 1. In vltimo verbo cælum fuit apertũ & filius Dei descẽdit in vtero suo, & angelus & virgo adorauerũt ipsum in vtero, & sicut os virginis aperuit cælũ, ita os sacerdotis, & excellẽtius. Non displicebit virgini Marię si dico veritatẽ, quia virgo aperiẽs cælum habuit dicere octo verba. Primũ, Ecce secundũ ancilla, &c. quousq; dixit totum, tunc enim cælum fuit apertum, & ipsa concepit. Et sacerdos solũ dicit quinq; verba, & quãdo dicit vltimũ verbũ, Imeũ, tunc cælũ aperitur, & Christus est in hostia. Itẽ virgo Maria solũ semel aperuit cælũ, &c. sed sacerdos quolibet die, & in qualibet missa. Itẽ in vtero virginis descendit paruus, nõ ita magnus sicut formica, & passibilis & mortalis, sed in hostia descendit ita magnus, vt est in cælo, vt fuit in cruce, nec passibilis, nec mortalis, sed gloriosus & impassibilis. Greg. Quis enim fidelium habere dubiũ possit in ipsa immolationis hora, ad sacerdotis vocẽ cælos aperiri, & in illo Iesu Christi mysterio angelorũ choros adesse ima summis sociari & cęlestibus iungi, vnũ idemq; ex visibilibus, atque inuisibilibus fieri. Greg. in 4. dialo. & habetur de cõse. dist. 2. quid sit sanguis versic. quis enim fidelium. Nota qualiter intelligitur cælos aperiri, quẽadmodũ de manifestatione materię secretè dicitur. Mihi aperuit cor suũ, nõ quod corrumpatur vel diuidatur, sed quia secretũ manifestatur. Ita dixit Dalida de Sãsone Philistęis, Nũc aperuit mihi cor suũ. Iud. 16. Ita de filio Dei qui est secretus in cęlo empyreo, quãdo descendit in hostiã consecratam, illa descensio dicitur apertio cælorũ. Hic est panis qui de cælo descẽdit. Si quis mãducauerit ex hoc pane viuet in æternum. Ioan. 6. Si dicatur, Christus de cælo descendit in hostiam, ergo recedit de cælo. Respondeo quod non dimittit cælũ. Ad

Ad hoc nota duas similitudines. Prima de domo habente centũ foramina vel mille foramina, in quolibet intrat radius solis, & tamen nõ recedit de cælo. Ita Christus radius Dei patris descẽdit in qualibet hostiã, & tamẽ nõ dimittit cælũ. Secũda de voce mea, quæ est in qualibet aure vestra. Iã videtis quot aures sunt hic. Modò credo q; qualibet aure vestra habet duas, &c. & in qualibet est vox mea, & tamen nõ recedit à me. Si verbum corruptibile & transitoriũ potest tantũ, quanto magis verbum ęternum? de quo Ioã. In principio erat verbũ, &c. Ideo Dauid, Dominus in templo sancto suo, & simul Dominus in cælo sedes eius. Si virgo grauida erat templum Dei, ita hostia cõsecrata est grauida. Templum Dei potest dici vbi sunt angeli, vt dicit Greg. quia rex nõ vadit solus, si nõ haberemus oculos lippos, nec aures obturatas videremus & sentiremus eos cantantes. Sicut aliqui sancti, vt B. Tho. de Aquino ordinis fratrũ prædicatorum, qui ordinauit officiũ hodiernũ, qui cãtat, Panis angelicus fit panis hominũ, dat panis cęlicus figuris terminũ. O res mirabilis manducat Dominum seruus pauper & humilis. Moraliter patet qualiter mũdus debet esse sacerdos, qui habet iudicem & circundatur angelis, & manus & digiti implentur angelis. Si est bonus, dicunt angeli, O benedicte piatorem gratiã habes quam nos, &c. Si sit malus, luxuriosus, concubinarius, lusor, &c. dicunt angeli Christo, Domine vultis vt occidamus istum proditorẽ? Respondet Christus, Nolo mortẽ peccatoris, sed vt cõuertatur & viuat. Ezech. 18. Quæstio est hic quam fortè facitis vos iã in cordibus vestris: Si sacerdos sit malæ vitæ, luxuriosus, &c. an talis habet illam potestatem consecrandi &c. quia de bono sacerdote bene credimus. Respondeo, quod tam bonus q̃ malus sacerdos dicendo verba cõsecrat verè. Ad hoc nota similitudinem de duobus canalibus, aureo & ligneo, per quæ aqua ab eodem fonte venit in hortum ad rigandũ caules. Qui caules erunt meliores, numquid tantum valent vni, quantum alij, ex quo aqua est eadẽ? quia bonitas caulium nõ est virtute canalium, sed virtute fontis. Ita in proposito: Fons vnde procedit aqua totius mundi & sapientiæ est Christus. Fons sapientię verbum Dei in excelsis. Ecclesiast. 1. Canalia per quæ transit aqua consecrationis sunt sacerdotes. Hostiæ sunt herbæ vel caules de terra tritici, non de alia materia. Canale aureũ est bonus sacerdos & deuotus, ligneũ est sacerdos malæ vitæ, concubinarius, simoniacus, ribaldus, &c. tamen quilibet verè consecrat non virtute sacerdotis, sed Christi. Christus autem in fine faciet vt dominus horti. Qui postquàm vsus est canalibus, canale aureum ponit in thesauro in capsa cæli. Qui mihi ministrat me sequatur, vt vbi sum ego, illic & minister meus erit. Ioannis duodecimo. Canale ligni putridi ponit in ignem ad comburendum in inferno. Ideo Apostolus. Probet autem seipsum homo, & sic de

Universidad de Deusto
Biblioteca

pane illo edat & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne, iudiciũ, f. dãnationis sibi mãducat & bibit, nõ diiudicãs corpus Domini 1 Cor. 11. vbi dicit gl. Ambro. Ita punitur ac si Christũ proprijs manibus interfeciſſet. Ecce hæc operatio ſacerdotalis, & vnde ſcitis hoc frater? Ego accepi a domino quod, &c. Tertium ſecretum mirabile huius ſactamenti eſt habitatio ſacramentalis. O mirabile eſt quod totus Chriſtus in tam parua quantitate habitet. Dices tu qualiter eſt hoc poſsibile? Ité quomodo eſt poſsibile quod quãdo frangitur hoſtia, non frãgitur totus Chriſtus, immo totus integer manet & in qualibet particula fractionis. Hic deſcit omnis regula philoſophię, veruntamen pro conſolatione veſtra oſtendã vobis ſimilitudinem ad oculũ de imagine veſtra quantumcunque ſitis magnus, quæ tota recipitur in ſpeculo, & ſi eſſent centum millia & vltra ſpeculorum coram vobis, in omnibus eſſet imago veſtra, & ſi frangatis ſpeculum, tamen non frãgitur imago, immo in vnaquaq; particula eius manet integra. Et nunquid Deus pater poterit tantũ de imagine ſua, quę eſt Chriſtus? Chriſtus eſt imago inuiſibilis Dei. 2. Corint. 3. & Coll 1 Hoſtia eſt ſpeculum. diceret aliquis, Non eſt ſimile de imagine in ſpeculo, quæ non eſt corporalis, & de Chriſto in hoſtia, quæ habet verum corpus. Dico quod immo, quia ſubtilius eſt corpus glorioſum quã imago quę modico panno impeditur, ne iotret ſpeculum. Corpus autem glorioſum à nullo poteſt impediri. ſubtilius eſt luce, voce, &c. etiã imagine. Ideo dictis verbis ſtatim totum corpus eſt in hoſtia, tanquam imago in ſpeculo. Ideo de iſta hoſtia cõſecrata poteſt dici, Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, & imago bonitatis illius. Sapien. 7. Cãdor eſt lucis æternæ quantum ad diuinitatem quæ eſt ibi. Pro quo ſciendum, quod vi verborum ſolùm eſt ibi, ſcilicet ſub ſpecie panis corpus Chriſti, ſed ex reali cõcomitãtia eſt etiã ibi anima, quia corpus Chriſti eſt ibi corpus viuũ, quod nõ eſt ſine anima nec ſine ſanguine. Si in triduo Apoſtoli conſecraſſent, ſolùm fuiſſet ibi corpus Chriſti mortuum, quale tunc erat, ſed modò eſt viuũ cum anima & ſanguine ſimul & diuinitate. Vi verborũ ſolũ eſt ibi corpus, ſed cõcomitatiuè eſt ibi anima cum excellẽtijs, & diuinitas cum omnibus perfectionibus. Sicut ſi aliquis dominus inuitaret aliquem magnũ Dominum, vel prælatum ad prandium, & ille ſecum duceret ſcutiferos, virtute verbi inuitãtis, ſolùm eſt ibi dominus ille vel prælat⁹, ſed ex cõcomitãtia vel aſſociatione ſunt etiã ibi ſcutiferi. Ita ſacerdos cõſecrando vi verborum, nõ conſecrat niſi corpus Chriſti præciſè, ſed cõſequuntur ipſum anima, ſanguis, & diuinitas. Ideo cogita quid tu mã ducas, quando cõmunicas, quia de omnibus rebus corporalibus ibi eſt melior, ſ. corpus Chriſti, de creaturis ſpiritualibus excellentior eſt ibi, ſ. anima Chriſti: ſuper omnia autem quæ Deus

Vide quid in altaris Sacramẽto ſit ex vi verborũ, & ex reali cõcomitantia.

fecit vel faciet vel poteſt facere, eſt diuinitas, quæ etiã eſt ibi. Ideo dicit auctoritas, candor eſt lucis æternæ, ſ. quantum ad diuinitatem. Ideo hoſtia eſt rotũda, quod ſignificat æternitatem Dei, & ſpeculũ ſine macula, quantum ad animã. Ideo hoſtia debet eſſe puriſsima & alba. Et imago bonitatis Dei quantum ad corpus per quod cõpleuit ſuã bonitatem in opere redemptionis. Moraliter habemus hic doctrinã, quod ſi dignè volumus cõmunicare, habeamus tria, ſcilicet candorem lucis æternæ per veram credentiã ſine errore & falſa opinione. Secundò ſpeculum ſine macula per caſtitatẽ. Tertiò quod habeamus imaginẽ bonitatis illius per firmã amicitiã, quia ſicut Chriſt⁹ noluit recipere vindictã de inimicis ſuis, nec vos de veſtris amore ſui. Ideo Chriſtus, Beati pacifici, quoniã filij Dei vocabũtur. Mat. 10. Nota pacifici ſecundũ etymologiã, id eſt pacem facientes, & maledict⁹ eſt qui pacem impedit, de quibus poteſt dici, Damnati guerrifici, quoniã filij diaboli vocabunrur. Quartum ſecretum mirabile eſt perceptio ſenſualis, quia ſenſus corporales videntur decipi circa euchariſtiã, quia aliud ſentitur, quàm creditur, quia oculus nõ videt Chriſtum, ſed albedinẽ, nec auditur Chriſtus, nec odoratur. Quare hoc? Chriſtus bene poſſet facere, quod ſicut imago videtur in ſpeculo, etiã ipſe videretur in hoſtia, ſicut à multis ſanctis fuit ibi viſus. Sed hoc nõ vult duplici ratione. Prima neceſsitatis. Secũda vtilitatis. Neceſsitatis, quia oportet cõmunicare, quia ſicut totum noſtrum malum venit nobis ex eſu fructus, de quo dicitur virgini Mariæ, Benedictus fructus ventris tui Ieſus Chriſtus. Et abominable eſſet carnem humanã viſibiliter comedere, & ſanguinem bibere. Sed ſicut medicus cooperit pilulã oblata vel hoſtia, ne perſonis delicatis ſit faſtidioſa, ita Chriſtus medicus noſter, cuius caro eſt pilula noſtræ ſalutis, quia aliter nõ poſſemus ſaluari, niſi per cõmunionẽ, cooperit ne ſ videatur, neq; ſapor carnis ſentiatur, &c. Ecce neceſsitas. De quo ait Propheta Iſaias. Te adorabũt, ſcilicet in hoſtia cõſecrata, teq; deprecabuntur. Tantum in te eſt Deus, & nõ eſt Deus abſque te. Verè tu es Deus abſconditus, Deus Iſrael Saluator. Eſa. 45. Nota, tantum in te eſt Deus. Iſta dicto excluſiua tantum, excludit alia ſacramenta, in quibus nõ eſt Deus, niſi figuratiuè ſolum in iſto ſacramento realiter, & perſonaliter. De hoc vide S. Tho. 3. par. q. 75. art. 1. Non dicit ſimilitudinariè, ſed verè. Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. conſtruitur ſic. Cibus ille verè eſt caro mea, & potus ille verè eſt ſanguis meus. Io. 6. Secunda ratio eſt vtilitatis, ſcilicet noſtri meriti. Articulus de hoc ſacramento eſt valdè magni meriti, propter difficultatem ſenſuum, qui iudicant oppoſitum de hoc, quod credimus. Si enim crederitis quod hoſtia ſit alba, nec grates habetis, quia ad oculum videris. Sed meritum eſt credere quod

Universidad de Deusto Biblioteca

re quod ibi sit Christus, quem non videtis. Grego. Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Sed meritū est credere, quia ipse dixit quod realiter. Ipse enim non potest mentiri nec decipere. Ideo facimus sibi magnum honorem credendo simpliciter, dicendo: Domine licèt intellectus meus nō capiat hoc mysterium, tamē credo ex quo vos dicitis. Ipse dicit: Beati qui nō viderunt, & crediderunt. Ioan. 20. Multi sancti Christum viderūt in hoc sacramento. Quintum secretum mirabile est receptio vsualis, quia permittit & vult à nobis non solùm adorari, sed recipi secundum vsum & cōsuetudinem ecclesiæ. Sacerdotes quolibet die celebrando bene parati, &c. Personæ deuotę quolibet mense ex bono consilio. Alij autem semel in anno, scilicet in pascha ex præcepto, aliter nunquā recipientur in cælo. Dicunt Angeli, O res mirabilis, manducat dominum seruus pauper & humilis. O magnum mirabile est hoc, & quare facit, qualem vtilitatē habet? Dico quod hoc instituit duplici ratione. Prima propter honorem suum. Secunda propter profectum nostrum. Honor est regni victorioso recipi fidelitèr intra castra quæ bellando acquisiuit. Et per oppositum dedecus, quando non permittunt ipsum intrare. De quibus dixit Ioannes, In propria venit, & sui eum non receperunt, Io. 1. Sed bene permiserunt intrare iumenta, pullos, capones, &c. Secunda ratio est propter nostrum profectum. Si rex vel Papa faciunt gratias magnas, vbi bene recipiuntur: quantò magis Christus rex & Papa simul, ex cuius digna receptione inæstimabiliter proficiunt christiani? Dauid. Memoriam fecit mirabiliū suorum misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se. Psal. 110.

De corpore Christi. *Sermo* II.

HOc *facite in meam commemorationem.* Verbum istud habetur textualiter. 1. ad Corinth. 11. c. & recitatiuè in epistola præsentium octauarum. Inter omnia sacramenta ecclesiæ sacramentum eucharistiæ expressius & proprius representat nobis & ostendit amorem & charitatē Christi Iesu ad nos, ac passionē & mortē quas Christ⁹ pro nobis sustinuit. Ideo de hoc modo volo prædicare. Materia erit deuota, sed priùs salutetur virgo Maria. Sanctum sacrificium altaris habet duas conditiones vel proprietates. Prima quod est veritas plena. Secunda quod est figura vera. De prima quia Christus plene & realiter verus Deus & verus homo in anima & corpore glorioso est in hostia consecrata, quemadmodum est in cælis, licèt oculis corporalibus non videatur à nobis, tamen ibi est veraciter iuxta propheţiam, Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël saluator. Esa. 45. Et loquebatur de Christo. Isto respectu sit festum hoc hesternum. Secunda conditio seu proprietas, quod est figura vera, scilicet passionis

nis Christi, quæ nobis proprijssimè repræsentatur in hoc sacrificio. Quia sicut Christus fuit eleuatus & crucifixus inter duos latrones, ita hostia consecrata eleuatur duabus manibus dextera & sinistra, quæ significant latrones: & sicut tunc corpus Christi erat album ex sanguinis effusione, ita eleuatur hostia alba. Ideo quando videtur, debet cogitare Christianus. Tali modo fuit redemptor meus in cruce eleuatus. Et sicut Christus obtulit sanguinem suum patri in pretium pro omnibus sibi credentibus & obedientibus, ita sacerdos offert calicem. Ecce qualiter habet figuram veram. Ideo dicit collecta huius festiuitatis. Deus qui nobis sub sacramento mirabili, passionis tuæ memoriam reliquisti, &c. Ideo de hoc sacramento dicit thema. Hoc facite in meam commemorationem, &c. Inuenio quod sacra passio Christi ex ordinatione diuina, vt memoretur à nobis, representatur quinque sensibus nostris, scilicet visui, auditui, odoratui, tactui, & gustui. Passio Christi ad omnes partes intellectus repræsentatur, quia dicit Philosophus, quòd nihil est in intellectu, quin priùs fuerit in sensu. Quidquid est in corde naturaliter, habet intrare per aliquam partem sensus. Ideo in qualibet parte posuit signum suæ passionis, dicens: Hoc facite in meam commemorationem. Primò passio Christi repræsentatur visui, quia vult Dominus quod in terra Christianorum non solùm in Ecclesijs seu locis religiosis, sed etiam extra per vias cruces eleuentur. Ratio vt quando transis per viam, & vides crucem, habeas memoriam de Christi passione, dicendo: O Domine amore mei voluisti in cruce pati. Non intelligatis quod cruces sint in ecclesia, seu in via, vt adoretis illud lignum vel lapidem, aurum vel argentum, vt dicunt stulti Iudæi, sed vt adoremus Christum crucifixum quem repræsentant ad memoriam. Et de quo nobis talem similitudinem. Si pater vel frater alicuius fuit in furca suspensus, deinde sepultus, quando transit iuxta illam furcam, & videt eam frater vel filius suspensi, totus alteratur, & turbatur in semetipso, cogitando in hac furca pater meus vel frater fuit suspensus. Ita de nobis, quando videmus crucem, statim debemus cogitare, in tali cruce fuit suspensus redemptor meus pater & frater meus, & debemus adorare, dicendo. Adoramus te Christe, &c. Hoc fuit iam per Esaiam prophetatum, qui fuit ante Christum per quingentos annos, dicentem: Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cùm eleuatum fuerit signum in montibus videbitis, & clangorem tubæ audietis. Esa. 18. Nota cùm eleuatum fuerit signum, non dicit quod signum. Ideo cùm dicit signum absolutè, per excellentiam intelligitur de signo crucis, sicut quādo dicitur Philosophus absolutè, intelligitur Aristoteles, quādo dicitur Apostolus, intelligitur Paulus per excellentiam. Idem in proposito de signo crucis. Nota clangorem

rē tubæ, quia quando Christianus videt crucem, statim in corde suo debent sonare illa tria, Iesu Nazarene fili Dei vivi miserere mihi peccatori, &c. Ecce signum ad oculos ad videndum & memorandū Christi passionem. Nota quod ante Iesu Christi passionē per mille & quingentos annos iam Iudæi adorabant crucē, vt habetur Num. 21. Not. historiā de serpentibus, eo quòd Iudæi murmurauerunt cōtra Moysen & Aaron. Et Deus misit serpentes, &c. Orauit autem Moyses Deum pro populo. Et locutus est Dominus ad eum. Fac serpentem æneū, & pone eum pro signo, qui percussus aspexerit eum, viuet. & dicit rex q̄ Moyses fecit serpentē æneum, & posuit eū pro signo, quē cùm percussi aspicerent, sanabātur. Num. 21. Ecce signū primum. Ergo hoc facite, scilicet eleuando crucem in meā commemorationē. Secundò Christi passio repræsentatur auditui, vt per aures intret intret memoria passionis ad cor. Nihil enim tantū mouet cor creaturæ ad deuotionē & peccatorum contritionem, quantum memoria passionis Christi, nec aliquid est, quod tantum inflammet cor ad eius amorem & dilectionem. Nota ad hoc similitudinem de illis duobus magnis amicis omnino similibus. & accidit quod vnus eorū fecit furtum, pro quo captus & sententiatus fuit ad suspendendum. Quod sciens amicus eius, ex amore nimio nō potuit sustinere, quod amicus suus suspenderetur. propter quod venit ad carcerē, & induit sibi vestes amici capti, & suas restituit amico capto, dicēs: Vade, quia ego amore tui suspendar, vt tu euadas. Et ita factū est, fur euasit, & ille amicus fuit suspensus. Modò dicatur quantum tenebatur illum amicū diligere. Profectò intantùm quod quandocunque recordabatur vel loquebatur de illo, statim flebat ex amore. Ita propriè est de Domino Iesu Christo. Ipse enim & genus humanū sunt duo amici valdè dilecti, intantum quod amor Christi ad genus humanū excedit omnem amorem. vnde Apostolus, Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos. ad Ephes. 2. Propter nimiam. Nota excessum dilectionis. humanum autem genus ex furto, s. Adæ, erat sententiatum ad suspendium inferni. Sed quid fecit filius Dei? Profectò Iesus Christus, vt ille fidelis amicus, venit ad captionē huius mundi, s. in incarnatione, & indutus est vestem latronis, s. humanitatem. Qui cùm in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est se esse æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. &c. Ad Philip. 2. & vestem suam restituit amico. Vestis Christi est Dei filiatio per æternam generationē. Hac veste filiationis restituit amicum suum per temporalem regenerationē, scilicet in baptismo, dedit eis potestatem filios Dei fieri his qui credunt in nomine eius. Qui nō ex sanguinibus, neq; ex voluntate carni, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est, &c. Ioan. 1. Et filius

filius Dei pro amico fuit suspensus, nec fuit cognitus. Si enim cognouissent, nunquā Dominum gloriæ crucifixissent. 1. Corint. 2. Et humanum genus euasit. Ecce qualem rationē habemus diligendi Christum. Possemus habere maiorem? Certè nō. Ideo quādo audimus loqui de eo, & de eius passione, statim cor nostrum debet moueri & inflammari ad eius deuotionē & dilectionē, ad eius seruitū & peccatorum vitationē, quibus offenditur. De hoc Propheta David, Dixit Dominus ex Basan conuertā, conuertā in profundū maris. Vt intinguatur pes tuus in sanguine, lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso. Psal. 67. Nota secreta Basan, secundum interpretationē Hebraicā, idem est quod cōfusio. Ille est in Basan qui est in cōfusione peccatorum, quia nullum ordinem tenet, nec orationis, nec confessionis, &c. sed sicut bestia ambulat de peccato in peccatum. De tali dicit Dominus: Ex Basan conuertā, licet enim sit in peccatis antiquatus, ego conuertā. Domine & quomodo? Respondet, cōuertam in profundū maris cōtritionis. Quia contritio nō est nisi amarus dolor peccatorū. Verbi gratia, Quando religiosus qui vixit ad libitum, nō seruando regulā, &c. Et Deus facit sibi gratiā quod cōteritur dicendo: O miser, & quid erit de me, &c. tunc cōuersus est ex Basan in profundum maris. Idem de sacerdote & de laicis hominibus & mulieribus. Et qualiter seu quomodo fiet ista conuersio in profundū maris, dicit pater filio, Vt intinguatur pes tuus in sanguine. Inferior pars corporis est pes, superior autem caput. Sic etiam in Christo sunt duæ partes, id est duæ substantiæ. Et superior pars est diuinitas tanquā caput. Et inferior pars est humanitas tanquam pes. Sed istæ duæ substantiæ solū faciunt vnā personā. Dicit ergo ex Basan conuertā, in profundum maris. Et quomodo? vt intinguatur pes eius, id est corpus eius, quod tinctum fuit in sanguine, in capite per spinarum coronationē, in toto corpore per flagellationem, in brachijs & manibus per elevationem. Idem de pedibus. Et lingua canū tuorum, Christus est pastor, eius oues sunt Christiani. Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas. Io. 10. Pastor autem habēs oues, indiget canibus, alias lupi, &c. Isti canes sunt prædicatores qui latrāt cōtra lupos inferni. Ideo prædicatores sæpè debent loqui de Christi passione. Ideo dicit, Lingua canum tuorum, id est prædicatorum de Christi passione prædicatum. Sic enim conuertitur peccator. Quis enim esset ita infidelis, & obstinatus, qui quando audit, Christus tā crudeliter passus est pro me, quod nō caueat à peccatis, ne Christū offendat? Et sic ex inimicis, id est dæmonibus liberatur peccator, non à prædicatoribus, nisi instrumentaliter, sed ab ipso, scilicet liberamur faciendo pacem, remittendo iniurias, ab ipso, scilicet Christo, quia exēplo eius qui pepercit & orauit pro crucifixoribus suis. Nō. hic quomodo est duplex remissio, scilicet necessaria, alia voluntaria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

taria. Necessaria est remittere odiū cordis & desiderium vindictæ. Voluntaria, ne petat iustitiam, quā iustè potest prosequi. Pater meus cælestis tradat vos tortoribus, quia si nō dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Matthæ. 6. Tertio Christi passio repræsentatur odoratui, scilicet in thurificatione. Quare creditis quod detur incensum in ecclesia in magnis festiuitatibus, nisi ad memoriā passionis Christi? Ideo quando vos sentitis illum odorem suauem incensi, debetis cogitare, qualē odorem, & quàm odoriferum sacrificium dedit anima Christi in passione, quā cum tanta patientia sustinuit Deo patri, & sanctis angelis in cælo, & sanctis patribus in limbo. Quinque similitudines inuenio inter corpus Christi & thuribulum. Prima quia thuribulum est inferius clausum, suprà apertum. Ita Christus clausus fuit, quantum ad ista terrena, & mūdana, quia nihil voluit, nec portabat pecunias, intantum, quod dicitur Marci 11. quod circumspectis omnibus, cùm iam vespera esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim. Vbi dicunt glo. quod respiciebat, si fortè postquā prædicauit, inuitaretur ab aliquo ad prandum, alias tempore messium Apostoli colligebāt spicas, &c. Idem in sero si non inuitabatur ab aliquo ad dormiendū, ibat ad desertum dormire, sed supra terrā, quia tantum erat desiderium cæleste. Secunda est, quia quādo thuribulum exit de operatorio est præfulgidum, sed tandem ignis vaporatione obscuratur. Ita Christus quando exiuit de operatorio vteri virginalis. Argentarius qui operatus fuit eum, fuit Spiritꝰ sanctus. Speciosus erat præ filijs hominum. Dauid, Tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Sed igne passionis fuit deturpatus, quando fuit plagatus scopis, videbatur leprosus depilata barba, ita quod quando virgo Maria vidit eū, non cognouit eū. iuxta prophetiā Esa. Vidimus eum, & nō erat aspectus, & desiderauimus eum despectū, & nouissimū virorū, virū dolorum & sciētē infirmitatē, & quasi absconditus vultus eius, & despectus, &c. Esa. 53. Tertia est, quia thuribulum est perforatum: ita corpus Christi fuit totum perforatū in capite per coronam spineā, in manibus & pedibus per clauos, in latere per lanceam, in toto corpore per flagella. Quarta est, quia thuribulum est prunis igneis plenum, ita corpus Christi prunis illius ignis de quo ipse dixit, Ignem veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt accendatur? Luc. 12. Cuius prunæ sunt charitas, amor, deuotio, virtus, & huiusmodi. Quinta, quia thus supra positum tandē euaporat fumum album suauissimū. Ita corpus Christi quando de eo exiuit illa anima sanctissima & purissima quæ dedit odorem suauissimum obediētiæ Deo patri angelis ex eorum reparatione, sanctis patribus ex eorum liberatione, humano generi ex redemptione, mortuis ex mortuorū resurrectione. Ecce quare in ecclesijs datur incensum vt etiam per nares memoria passio-

passionis Christi intret ad cor. De hoc autho. ad literam. Apoca. 8. Alius Angelus venit & stetit ante altare habens thuribulū aureum in manu sua, & data sunt ei incensa multa, & ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum, de manu angeli coram Deo. Nota alius angelus. Christus nō fuit angelus, sed creator & Dominus angelorū. Sed angelus idem est quod missus. Et quia Christus inquantum homo missus fuit à Deo patre, ideo dicitur Angelus. Sicut enim frater minor, qui tenet vitā & regulā B. Francisci, dicitur alius Franciscus, & frater prædicatorū alius Dominicus: ita Christus missus à patre dicitur alius angelus, & venit, s. in hunc mundum, & stetit ante altare, vbi obtulit sacrificium pro nostra redemptione. Fuit crux in mōte Caluariæ sita vbi stetit, quia nō mouebatur nisi vt crucifixores dicebāt, quādo sibi dicebatur depone vestimenta, dicebat, libēter, & sic de aliis. Habens thuribulū, s. eius corpus sanctum accessi ex valore in manu sua, id est potestate, quia in manu sua erat mori vel nō. Nemo tollit, dicebat Christus, animā meam à me, sed ego pono eā à meipso. Potestatem habeo ponendi eā, & potestatem habeo iterum sumendi eā. Ioan. 10. Et data sunt illi incensa multa, quæ sunt orationes sanctorum, quia omnes desiderabant suam passionē. Angeli, vt ruina eorum repararetur. Sancti patres, vt liberarētur. Et ascendit fumus incensorum, &c. Hoc dicit Apostolus clarius, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationē & hostiā Deo in odorem suauitatis. ad Ephe. 5. Quartò Christi passio repræsentatur tactui per pœnitentialem afflictionē. Sensus tactus dat cognitionem inter calidum & frigidum, inter molle & durum, inter leue & asperum, quæ nec visu nec auditu nec odoratu cognoscuntur, sed tactu. Tunc autem sensu tactus sentimus Christi passionem, quando facimus pœnitentiam, tunc enim sentimus duritiam, & asperitatem passionis Christi. Quando homo dolet, conteritur & lacrymatur pro peccatis, tunc sentit passionem Christi, qui quando fuit in agonia, id est anxietate, factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Secundò quando homo post contritionem vadit ad confessionem, vbi coram confessore, tanquam coram iudice vos accusatis, dicendo: Pater ego feci hoc & hoc, &c. Tunc tangitis Christum, quando coram iudice accusabatur dicendo: Iste incantator fecit hoc & hoc, &c. Sentitis quomodo est durum coram iudice accusari. Tertiò quando confessor secundum qualitatem peccatorum dat vobis pœnitentiam, & vos acceptatis, tunc tangitis Christum, qui acceptauit sententiam, vt crucifigeretur. Non appellauit, immo dicit Ioannes, quod baiulans sibi crucem. Quartò quando cum disciplinis vos castigatis, tunc tangitis Christum, qui fuit grauiter verberatus, & totus sanguinolentus ducebatur ad crucifigendum. Quintò, cùm ieiunatis,

tangitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tangitis Christum, qui in sua passione ieiunauit, & hora prandij mẽsa fuit sibi parata. Mensa fuit canna arundinis, mappa folia arũdinis, esca spongia, potus acetum cum felle. Sextò quando perseueraris in bona vita, & pœnitentia, nec aliqua caussa desistis, tunc tãgitis Christum, qui noluit de cruce descẽdere, cùm sibi diceretur Si rex Israel est, descendat nunc de cruce, &c. Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere, nec ex pœna nec ex derisionibus dimisit orationem suã. immo cõtinuauit, & dixit centum & quinquaginta versus. Ecce quomodo sensu tactus sentitur passio Christi tangendo, dicit Mar. 6. Quotquot tangebant eũ, sãlui fiebant. Mar. 6. Sed aliqui tangunt Christum aliter, s. cum ense linguæ ipsum inuadendo & scindendo, iurando & renegãdo, blasphemando. Isti peiores sunt Iudæis qui non fregerunt os. Talis tactus non est pœnitentialis, sed criminalis. Auisentur rectores, vt hoc vitiũ corrigatur. Aliter ecce quid dicit Deus rectoribus, Dominatores populi mei iniquè agunt, & iugiter tota die nomẽ meũ blasphematur, &c. Isa. 52. Ideo nõ miremini, si habetis tribulationes. Quintò Christi passio repræsentatur gustui in cõmunione. Ad hoc enim ordinauit hoc sanctũ sacramentũ, vbi deuotè cõmunicãtes sentiant dulcedinẽ saporis palato animæ. Christus in sua passione sensit duos sapores, s. saporem dulcẽ, & aliũ saporem amarum diuersis respectibus. Et quis posset cogitare amaritudinem passionis Christi? Dicũt doctores & spiritualiter S. Tho. in 3 parte. Nullus dolor martyrum potest ei cõparari, nec Laurẽtij, nec Vincentij, &c. Ideo dicebat ipse. O vos omnes qui transitis per viã, attendite & videte si est dolor sicut dolor meus. Thre. 1. Iste dolor erat in sensualitate in parte infima. Sed in parte superiori, i. in mẽte habebat dulcedinẽ gloriæ, quantã habet modò in cælo. Sic in cõmunione homo debet sentire istos sapores. Primò amaritudinem passionis. Cogita quod illa hostia consecrata sit discus argenteus, vbi est ille agnus filius illius benedictę ouis virginis coctus in veru crucis inter duos ignes, scilicet timoris & doloris, sic sentitur amaritudo passionis Christi gustu animæ. Quotiescunque manducabitis panem hunc, & calicem bibetis, mortem Domini annunciabitis donec veniat, &c. 1. Cor. 11. Sapor autem dulcedinis sentitur in communione cogitando fructus & gratias, quas habemus ex communione. Plus enim proficimus in gratia per communionẽ, quàm per alia opera, quia ex bonis operibus licet merita multiplicantur, tamen non ex quolibet bono opere augmẽtatur gratia, sicut nec puer augmentatur ex quolibet bolo panis. Sed quãdo homo communicat dignè semper augmentatur grata. Ideo dicebat Dauid, Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus, scilicet dignè communicantibus, beatus vir qui sperat in eo. Psalm. 33. Ecce quare dicit thema, Hoc facite in meam commemorationem.

Nota hic quæ pars animæ subiectum fuerit dolorũ Christi, in sua paratissima passione.

MEmoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timentibus se. Psa. 110. In istis verbis describit Propheta tria mirabilia huius sacramenti, s. figuram, naturã, & culturam. Memoriam fecit, escam dedit timẽtibus se. Pro primo sciendum est, quod inter omnia mirabilia nostræ fidei maxima sunt illa quæ de hoc sacramento prædicamus & credimus, quod scilicet in hostia consecrata sit Christus Deus & homo realiter, & sumendo hostiam consecratã, Christum sumimus. Vt ergo ad credendum omnia quæ sunt in hoc sacramento veraciter, facilius nos induceret, quantumcunque enim sunt mirabilia facta, mirabilia inducit his similia, vt rebus mirabilibus fidem præberent facta mirabilia. Ideo dixit, Memoriam fecit. Mirabilia autem quæ videntur in hoc sacramento difficilia ad credendum, possunt reduci ad sex, quæ inueniuntur præcelsisse ordinationem huius sacramenti in rerum natura & in scriptura. Et ordinando istud sacramentum Deus fecit memoriam mirabilium suorum. Primum mirabile est de panis trãsubstantiatione. Ponit enim fides catholica. In hoc sacramento conuertitur substantia panis & vini in corpus & sanguinem Christi, est ergo mirabile quomodo hoc possit fieri. Sed quod hoc diuina virtute possit fieri, ostendit Deus per aliud mirabile, quod præcessit in natura & in scriptura. In natura quidẽ, quia videmus quod granum seminatum in terra attrahit terram, & conuertitur in herbam, deinde in spicam, vltimo in granum. Idem facit vitis, quia trahit humorem, & conuertitur in vuam: Deinde in vinum, Multò magis ergo potest hoc facere virtus Dei, in Christi corpus & sanguinẽ, panem, & vinum conuertendo. Item adhuc certum est quod virtus cęlestis vapores eleuatos à terra conuertit in aliam materiam, aliquando in pluuiã, aliquando in pruinam, aliquãdo in niuem, etiã aliquando in ranas. Vnde recitat Albertus, quod aliquando cũ pluuia recidit vitulus. Ergo si hanc conuersionem potest facere virtus cęlestis corporalis, multò fortiùs Christus illa mirabilia: Sed illa nõ mutantur homines: quia frequentia sunt, & tamẽ sunt mirabilia. Sed hoc mirantur, quia noua res. Quando ergo Christus conuersionem panis & vini in suum corpus & sanguinem instituit, suorũ mirabilium quæ erant in natura memoriã fecit in scriptura. Itẽ adhuc aliud mirabile legimus, quia Exod. 7. scribitur quod manu Moysi virga in coluberum, & coluber in virgã alternatis vicibus conuersa sit. Si ergo in manu sacerdotis veteris legis hæc mirabilis conuersio facta fuit, quare hęc cõuersio fieri nõ possit in manibus sacerdotis nouæ legis? Adhuc ibidẽ legimus quod Moyses omnia flumina Aegypti conuertit in sanguinẽ. Vnde dicitur in psal. 104. Cõuertit aquas eorũ in sanguinẽ, &c. Multò fortius potest hoc facere Christ⁹ & sacerdos

nouæ legis. Sed dices fortè quod ille Moses scilicet vel Aaron, non faciebant virtute verborum, sicut modò. Ad quod respondeo quod immo. Nam legimus Num. 20. quod deficiente aqua, Dominus dixit Moysi & Aaron, Loquimini ad petram, & dabit aquas, & ad verba eorum conuertit petrã in stagna aquarum, &c. Facilius autem videtur panem in corpus, & vinum in sanguinem conuertere virtute Christi, quàm petram in aquam, Vnde Ioan. 2. Solo verbo conuertit Christus aquam in vinum. Qui ergo mirabile fecit in illo cõuiuio, simile facit in hoc sacramento. Igitur in institutione huius sacramenti, & eius confessione, Deus fecit memoriam suorum mirabilium quæ similia præcesserunt in operibus naturæ & verbis scripturæ. Ideo dicitur in Psal. 76. Quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia, Item in Psal. 135. Qui facit mirabilia magna solus. Secundum mirabile est de Christi sumptione, quia sumitur, & nõ cõsumitur. Si enim esset mons olympus, deberet esse consumptus. Christus toties & à tot manducatur, & nunquã consumitur. Et hoc est mirabile, sed diuina virtute possibile est. Et nihilominus in natura & scriptura præcessit aliquid simile. Vbi sciendum est, quod filius Dei vocatur in scriptura sapiẽtia & scientia patris. Eccle. 24. Ego sapientia, effudi flumina. Vocatur etiam fons sapientiæ. Eccle. 1. fons sapientiæ verbum Dei in excelsis. Vocatur lumen vt dicitur in Psal. Exortũ est in tenebris, &c. Vocatur etiam scientia & sapientia, quæ sunt verè res quæ datæ non decrescunt. Vnde tota meam scientiam possem alteri dare, ea tota in me remanẽte. Ita etiã videmus de mari, quod semper flumina egrediũtur à mari, quia mare est fons omnium fluminum, & tamen non consumitur. ita est in proposito. Filius Dei sapientia & ars patris, lumen de lumine, Deus de Deo, fons totius sanctitatis, & mare infinitæ bonitatis, existens in hoc sacramẽto veraciter, quotiescũque sumptus nunquã minuitur. Huic mirabili simile quoddã mirabile legim⁹ in scriptura, 3. Reg. 17. quod Helias & mulier vidua comedebant de farina hydriæ & oleo, quod erat in lecytho, & tamen hydria farinæ non defecit, & lecythus olei nõ est imminutus iuxta verbum Domini. Per farinam hydriæ, corpus Christi in pane. Per lecythũ olei, sacramentum sanguinis in confectione intelligitur, quæ sicut tunc sumpta non consumebantur, ita nec nunc corpus & sanguis Christi in hoc sacramẽto. Hoc idem fuit factum per Christum: quia de quinque panibus & duobus piscibus satiauit quinque millia hominum. Matthæ. 14. Et illa sumpta, non fuerant consumpta, immo collegerunt 12. cophinos ex eis quæ superfuerant. Sicut ergo in illo cõuiuio Christus fecit ita facit nunc in hoc sacramento. Ideo Iob 5. Ad Deum ponam eloquium meum, qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia absque numero. Tertium mirabile est quod Christus dicitur esse in cælo, & nihilominus in hoc sacramento. Dicitur enim esse in vno altari, & in alio, & generaliter in omnibus in quibus hostia consecratur. Quomodo corpus Christi potest esse in tot locis? Respondetur q⁹ est mirabile, tamen possibile diuina virtute. Et huius rei præcessit exemplum in natura & scriptura. In natura quidem, quia videmus quod idem verbum manet in mente & in oratione dicẽtis, & in ore & mente cuiuslibet audiẽtis in diuersis locis. Ita filius Dei qui dicitur verbũ patris, potest esse in pluribus locis & hostijs consecratis. Idem de sono, & de odore qui in diuersis locis idem sunt. Huius rei similie mirabile legimus in scriptura sacra. Apo. vlt. q⁹ Ioannes vidit fluuium aquæ viuæ procedentẽ de sede Dei & agni, & ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructũ, &c. Ergo Ioannes vidit vnã rem ligni vitæ in duobus locis, quia ab vtraq; parte fluminis, alias non esset idẽ lignum. vt ait Hiero. super illo versu, Et erit tanquã lignũ, quod plantatum est. non dixisset lignum afferens, sed ligna. Iste fluuius est largitas donorum bonorum gratiæ & gloriæ. In vna ripa huius fluuij est paradisus, qui irrigatur ripa gloriæ. Lignũ vitæ est Christus, qui est in vtraque parte, quia in parte dextera in paradiso, & in hostia cõsecrata per sacramentũ in hoc mundo. Potest ergo fieri quod corp⁹ Christi sit in pluribus locis, vt in cælo, & in terra, & in sacrificijs diuersis & in altarib⁹ pluribus. Ad idem est illud 1. Reg. 28. quod mulier suscitauit Samuelem, & apparuit in hoc mundo, & tamen realiter erat in limbo. Diuerso igitur modo essẽdi fuit Samuel hic & ibi. Consimiliter Christus est in cælo localiter, in hostia sacramentali, modo essendi diuerso. Item legimus 2. ad Cor. 12. quod Paulus fuit in hoc mundo, & tamẽ fuit raptus vsque ad tertium cælũ, siue in corpore, siue extra. Si ergo ipse fuit simul in cælo & in terra, quare ergo Christus nõ posset esse in cælo & in sacramẽto? Idẽ legitur etiã de beato Ambrosio, licèt nõ sit in canone sacræ scripturæ, q⁹ simul fuit Mediolani vbi celebrabat, & Turonis vbi B. Martinũ sepeliebat. Ideo Psalmista bene di. psal. 85. Quoniã magnus es tu, & faciens mirabilia, tu es Deus solus. Quartũ mirabile est quomodo totũ corpus Christi potest in tam parua hostia cõtineri, non solùm in tota, sed etiam in qualibet eius parte minima ab alijs diuisa. Sed licèt sit mirabile, tamen est Deo possibile. Et huius inuenimus simile in natura, quia videmus quod sol qui est maior tota terra, recipitur & videtur in paruo speculo, & in qualibet eius parte, si diuidatur. Itẽ per aurem videmus rem maiorem transire per minorem. Vnde vidi humano artificio gabiam siue caueam ligneam cum vna auicula exilientem intra ventrem amphoræ, quod videtur impossibile. Vidi etiam ouũ grossius collo amphorę, quod per humanũ artificiũ fuit introductũ in ventrẽ amphorę. ergo si ista potest facere virt⁹ creata mul-

Universidad de Deusto
Biblioteca

multò magis Christus. Sicut ergo diuinitas fuit in vtero virginis, ita totũ corpus Christi est in sacramẽto. Huius habetur figura Apoc. 1. vbi Ioannes vidit in medio septem candelabrorũ aureorũ similẽ filio hominis, habentem in dextera sua septem stellas. Septem candelabra sunt septem sacramenta ecclesiæ, in quorum medio est Christus filius hominis in eucharistiæ sacramento. Sicut ergo in illa visione Christus qui est magnus, apparebat in paruo cãdelabro, quasi tamen erat minùs Dei filio, ita Christus in hoc sacramento magnus est in parua hostia. Quod autem Christus maior est illo cãdelabro in quo erat pater, quia ipse habebat in dextera sua septem stellas, quarũ quælibet erat maior omnibus septem candelabris. Ergo minus vidit Ioannes rem maiorem in minori magnum hominis filium, in paruo medio candelabro, quẽ & nunc videmus fide magnũ in paruo eucharistiæ sacramento. Quid est autem quod in dextera habebat septẽ stellas? Dicendũ, quod per illas significabãtur septem articuli fidei de diuinitate. Nam quatuordecim sunt articuli fidei, septem ex parte sinistra humanitatis, & septem ex parte dextera diuinitatis. ideo Psal. dicit, A Domino factũ est istud, & est mirabile in oculis nostris. Psal 117. Quintum mirabile quod hostia in hoc sacramẽto frangitur, diuiditur & dẽtibus teritur, & tamen nõ lęditur corpus Christi, nec frangitur, sed manet integrũ & illęsum. Sed licet hoc sit mirabile, tamẽ est Deo possibile. Exemplũ quippe simile est in natura. Nam imagine in speculo existente: si frãgatur speculũ, nõ frãgitur imago, & in quot partes speculum frangitur, in tot remanet & resultat imago. Ita in hostia potest fieri de corpore Christi virtute diuina. Huius figuram habemus Exodi 3. Vidit enim Moyses visionem magnã, quod rubus ardebat, & non cõburebatur, videbatur ignis in rubo ardere, ac si deberet rubum commiduere & incinerare, & tamen ab igne nõ lædebatur nec minuebatur, sic & corpus Christi in ore comedẽtis à dente nõ lædit ur. Sed sicut rubus in igne, ita corpus Christi illæsum & integrũ remanet in ore comedentis. Ideo Psal. dicit, Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Psal. 97 Sextũ mirabile est, quomodo quilibet sumens & communicans, totum corpus Christi sumit, & sumens partẽ minimam, sumit totum, sicut sumens totã hostiam. Ratio est, quia sicut totum verbum loquentis est in vna aure, & in qualibet tam magna, quã parte æqualiter. Ita idem sacramentũ continet totũ Christum, & communicans sumit ipsum totum æqualiter. Huius figurã habemus Exod. 16 de manna, vbi dicitur, quòd plus colligens mannæ, non plus habebat quàm qui minus collegerat, sed putrefiebat. Ita in hoc sacramẽto quilibet sumit corpus Christi æqualiter, & si quis crederet in maiori quãtate plus inuenire, fieret putredo infidelitatis in anima illi⁹, ideo Ecclesiast. 11. Mirabilia opera altissimi soli⁹, & gloriosa & abscon-

abscõsa & inuisa opera illius, id est sic nõ vidẽtur ad sensum, licèt visa sint in scriptura & natura secundũ intellectũ. Ergo Christus instituendo hoc sacramentũ fecit memoriã mirabiliũ suorũ, quia præcesserãt similia in natura & in scriptura. Vnde dicit psalm. Mirabilis in altis domin⁹. Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Deo gra.

De corpore Christi. Sermo IIII.

Ego sum panis viuus qui de cælo descendi. Ioan. 6. Quando aliquis summè diligit & dilexit aliquem, si contingit ipsum recedere ab eo cõsueuit sibi relinquere aliquod donum in signum amoris: & causa est, vt habeat eius memoriam. Christus qui fuit, & est verus Deus, & verus homo pater & Dominus noster, summè diligit & dilexit apostolos, plusquam mater filiũ diligit, & hoc ipse perfectè ostendit, quia pro eis & pro nobis mori voluit, quod est signũ magnæ dilectionis. Auctoritas. Maiorem hac dilectione nemo habet, quàm vt animam suã ponat quis pro amicis suis. Io. 15. Et ideo quando debuit ab eis recedere per mortẽ, in die cœnæ congregauit eos, & sibi recessum nunciauit, & eis donum maximum & pretiosum dimisit in signum dilectionis. Et hoc vt haberent memoriam eius. Istud autem donũ fuit corpus suum & sanguis suus pretiosus, quem accepit de virgine Maria. Et illud donum excellentissimum est, quia est verus Deus & verus homo, & est memoriale passionis & mortis Christi. Nam altare signat crucẽ. Ratio est, quia sicut in altari cõsecratur sacramẽtaliter corpus & sanguis Christi, ita in cruce realiter immolabatur. Calix signat sepulchrũ Christi, quia sicut in calice continetur corpus & sanguis Christi, ita in sepulchro corpus Christi realiter continebatur. Per patinam intelligitur lapis qui positus fuit ad ostium monumenti ad cooperiendum. Sic patina ad cooperiendum calicem. Per corporale in quo ponitur corpus Christi, intelliguntur linteamina in quibus inuolutum fuit corpus Christi. Et ideo verè est memoriale. Vnde Christus dixit: Hæc quotiescũq; feceritis in mei memoriam facietis. Istud autem donũ nobis dimissum debet esse nobis valdè charũ, quia valdè pretiosum est. Et vt ipsum magis charũ habeamus, Christus de seipso dicit verba proposita. Ego sum panis viuus, qui de cælo descen. &c. In quibus verbis tria tanguntur.

Primum est sua conditio & proprietas, cùm dicit, quia ego sum,
Secundum est sua magna virtus & potestas, quia viuus,
Tertium est sua origo & dignitas, quia de cælo descendi. Ioan. 6.

Primum est sua conditio & proprietas, quia ego sum panis. Vbi sciendum quod si verbum illud simpliciter intelligatur, non est verum, quia hostia consecrata non est panis corporalis, licèt fuerit, quia forma substantialis panis recessit, licèt accidentia panis, scilicet color, sapor, & odor remaneant. De quo vide beatum Thomam

Universidad de Deusto
Biblioteca

3. parte. q. 75. art. 5. & 6. Sed verum est intelligendo spiritualiter, quia hostia consecrata est panis & cibus spiritualis animæ. In hoc autem quod appellatur panis, recte eius conditio spiritualis importatur. Nam corpus Christi assimilatur pani quantum ad compositionem, & quantum ad effectum. Quatuor ad compositionem panis requiruntur, quia sicut scitis, panis componitur ex farina & aqua, & ex illis formatur in vase quidam panis qui sic format' in furno ponitur, & ibi virtute ignis decoquitur, & sic efficitur cibus corporalis. Sic spiritualiter Christus fuit compositus ex aqua & farina, id est ex anima & carne; & formatus fuit in vase, id est in vtero virginis Mariæ, & demum positus fuit in furno crucis, & ibi decoctus fuit per mortem virtute ignis, id est virtute amoris Spiritus sancti, quem ad genus humanum habuit, qui significatur per ignem, quia sicut ignis habet calefacere corpora, ita amor Spiritus sancti calefacit & incendit corda. In cuius signum Spiritus sanctus descendit in discipulos in forma ignis. Secundò corpus Christi assimilatur pani, quantum ad effectum: Nam panis habet satiare corpus. Vnde nullus cibus est qui tantum satiet hominem, & qui tantum appetatur ab homine famescente sicut panis. Ita corpus Christi habet satiare spiritualiter animas. Et hoc vobis sic declaro. Nam res dicitur satiata, quando sic est plena, quod nõ plus tenere potest. Anima autem nostra tantæ capacitatis est in desiderio, quod nulla creatura potest eam satiare & implere nisi solus Deus. Et hoc satis apparet. Nam si homo haberet decem libras, desideraret habere centum, & tandem totum mundum, sicut patet de Alexandro rege. Sed Deus solus est ille, qui potest desiderium nostrum implere, quia in se continet omnes perfectiones existentes & possibiles. Et hoc est quod dicit August. Animam Dei capacem, solus Deus adimplere potest. Et psalmista dicit, Animam esurientem satiauit bonis. Sed in hoc sacramẽto continetur verus Deus, quia in hostia consecrata continetur verus Deus qui creauit cælum & terram, & ideo illud sacramentum meritò potest animam satiare. Vnde Dauid dicit in Psal 147. Et adipe frumenti satiat te. Secundum in hoc sacramento est sua virtus & potestas, quia viuus: vbi sciendum quod iste panis spiritualis dicitur viuus, quia dat vitam dignè sumentibus, & conseruat ipsos in vita, & non solùm dat vitam spiritualem, quæ est in præsenti per gratiã, sed etiam dat vitam æternam, quæ erit in futuro per gloriam. Vnde dicitur in euangelio, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ioan. 6. Et in hoc ostenditur huius sacramenti magna virtus & potestas. Nam maius quod potest esse in hoc mundo est vita. Sed triplex est vita, scilicet corporalis, spiritualis, & æterna. Prima est bona, Secunda melior, Tertia optima. In hoc ergo quod iste panis dat vitam præcipuè spiritualem & æternam eius magna virtus ostenditur.

bit. Sed est aduertendum quod iste cibus non dat vitam nec conseruat, nisi sit bona dispositio ex parte recipiẽtis. Ad quam dispositionem habendam tria requiruntur in recipiente.

Primum quod recipiat eum cum magna puritate & innocentia,
Secundum quod recipiat eum cum magna charitate & benevolentia,
Tertium quod recipiat eum cum magna firmitate & patientia.

Vnde sciendum quod nõ est conueniens quod res pretiosa & nobilis in loco immundo ponatur. Iste autem cibus spiritualis est res pretiosa, quia est verus Deus, & est res mundissima, quia est speculũ sine macula Dei maiestatis. ideo vas & cor in quo debet recipi, debet esse mundissimum, quia in malevolam animam nõ introibit sapientia. Sapien. 1. In cuius signũm antequã Christus in cœna corpus suum daret discipulis, lauit pedes eorum, vt sacerdos ante consecrationem lauat sibi digitos ad ostendendum quod illi qui hoc sacramentum conficere vel recipere volunt, debent esse mundi ab omni peccato, nõ solùm mortali, sed etiam veniali, quantum est possibile, quia licèt peccata venialia nõ sint, nec efficiantur peccata mortalia, tamen hoc cauere debet sibi quantum potest, quia sunt viæ ad mortalia, quia consensus ad venialia citò transit ad mortalia. Et ponitur exemplum, quia sunt quædam animalia quę habent venas latas, & talia si venenantur siue intoxicantur, citò moriuntur, quia venenum per venas latas citò trãsit ad cor. Sed alia sunt quæ habent venas strictas, & ista nõ sic citò moriuntur ex veneno. Applica ad propositũ, &c. De ista autem puritate habemus figuram in Ioseph, qui mortuo Christo accepit eius corpus, & inuoluit panno mundo, & posuit in monumẽto nouo, & vnxit myrrha & aloẽ. Ioseph interpretatur saluator, & significat quemlibet religiosum qui ordinè intrauit vt saluet animam suam. Iste ergo si vult recipere vel conficere corpus Christi, debet ipsum ponere in monumento nouo, scilicet corde puro & inuoluere pannis mundis, id est cogitationibus sanctis, & vngere ipsum myrrha & aloẽ, id est recipere cũ cordis dolore & amaritudine, quod significatur per myrrhã quæ est amara, & aloe, id est cum cordis deuotione, & se indignum reputare ad tale sacramentũ sumendum, quia verè nullus dignus est. Vnde verè potest dicere illud quod dicit Centurio, Domine nõ sum dignus vt intres sub tectũ meum. Matth. 8. Nec mirum quia legitur de Ioanne baptista qui erat in vtero sanctificatus, & in eremo diu conseruatus, & à Christo vocatus, & Christus venit ad eum, & ab eo baptizatus est, & tamen dicit euangelista quod Ioannes non audebat tangere sanctum Dei verticem, sed clamabat cum tremore, sanctifica me saluator. Si vergo Ioannes non reputabat se dignum tangere verticem Christi cùm esset talis & tantus, quantò magis nos qui sumus in comparatione ipsius magni peccatores nos indignos reputare debemus nõ

tantum ad tangendū verticē, sed etiā ad recipiendum eum integrē? Beatus etiā Marcus amputauit sibi pollicem ne promoueretur ad sacerdotium, quia se indignum reputabat. Si ergo aliquis sentit aliquam immunditiā peccati in se, debet auferre, & sic accedere poterit. Auctoritas. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Prouerb. 25. Per argentum intelligitur anima munda & clara, per rubiginem intelligitur peccatum. Aufer ergo rubiginem de anima, & sic egredietur vas purissimum, id est aptum ad corpus Christi recipiendum. Secundò requiritur quod recipiat ipsum magna charitate & beneuolentia, id est cum magna dilectione Dei & proximi. alias nō confert vitam nec confortat. Et hoc sic ostendo. Nam quantumcunque panis materialis sumeretur, nihilominus vitā non daret nec cōseruaret nisi in corpore esset calor naturalis digerens. Ita est in proposito nisi charitas in corde sit quæ intelligitur per ignem & calorem quæ habet calefacere animam. Vnde summè cauere debet ne cum ira vel odio vel alio peccato mortali corpus Christi sumat, quia grauissimè peccat & magnam pœnam incurrit, quia mortem corporalem nonnunquàm incurrit sicut multoties legitur. Et vt Greg. dicit hoc accideret. Quia angeli qui assistūt huic sacramento indignè recipientem interficerent, nisi diuina misericordia prohiberet. Incurrit etiā mortem spiritualem, id est separationem animæ à Deo, quia grauissimè peccat. Vnde dicit Grego. & etiā Aug. super illo verbo, Quicunque māducauerit panem vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini. 1. ad Corinth. 11. Sic peccat ille qui indignè sumit, sicut Iudæi qui ipsum interfecerunt. Vnde scribitur de Iudæis, quod si Dominū gloriæ cognouissent, nunquā ipsum crucifixissent. 1. ad Corinth. 2. Peccator autem peccans mortaliter spiritualiter tali peccato occidit filium Dei sciēter quantū est de se, quia causſam iterat propter quā mortuus est. Propter peccatum enim mortale incurrit quis etiā mortem æternā, nisi pœniteat. Legitur quod mortuus est Oza, quia tetigit arcam Dei quæ portabatur, timens ne caderet, & etiā Bethsamitæ mortui sunt, quia viderunt arcā. Et assignant Iudæi causſam quare Oza mortuus est quando tetigit arcā, quia in illa nocte iacuerat cū vxore. Si ergo Oza mortuus est qui fecit rem licitā, & tetigit arcam materialem & ligneā Dei, & volens adiuuare ne caderet, quātò magis moriuntur illi qui faciendo rem illicitā non solùm tangunt, sed etiā in se recipiunt non arcā ligneam, sed corpus Christi verū, non vt adiuuent vt Oza, sed vt deturpent. Et si Bethsamitę mortui sunt qui viderunt arcā, quantò magis qui recipiunt indignè corpus Christi verum? Tertiò recipi debet cum magna stabilitate & firmitate & patientia. Vbi est sciendum quod non est conueniens quod nobilis liquor in vase fragili & instabili ponatur propter periculū. Iste

Iste cibus est huiusmodi, ergo, &c. Sed debet poni in corde stabili & firmo per patientiam. Auctoritas. Erit quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso. Ecclesiast. 50. Sic enim debet esse cor recipiens, quia debet esse vas auri solidum. Aurum enim est metallum stabile & firmum, quia quantumcunque percutitur, non frangitur, sed continuè dilatatur. Sic debet esse cor hominis recipiens, quod nō frangatur per impatientiā. Quod autem aurum sit bonum, dupliciter probatur. Primò per ignē. Secundò per lapidem. Aurum enim in fornace non corrumpitur, sed solidatur & firmatur. Sic anima recipientis est digna recipere quando per ignem tribulationis non consumitur, nec per lapidem iniuriæ & vituperij destruitur, & quādo cor sic est factum & dispositū, tunc est vas solidū. Sicut enim videtis antequā vas ponatur ad mensam regis, multis pressionibus premitur. Sic antequam anima viri iusti ponatur ad mensam regis æterni, oportet quod multis fatigationibus & pressūris ponatur. De hoc habetis exemplum omnium sanctorum qui ad illam mensam nō iuerunt nisi per multas tribulationes. Vnde in actibus Apostolorum dicitur, Per multas tribulationes oportet nos intrare regnum Dei. Actuum 14. Debet etiam esse vas ornatum omni lapide pretioso, id est omnibus virtutibus, & discurre sicut placet, &c. Tertiū est sua origo & dignitas, quia de cælo descendit. Vbi est sciendum quod quantò res fit à meliori & subtiliori magistro, tantò videtur excellentior & nobilior. Sed istud sacramētum fit à solo Deo propriè, quia virtute verborum quæ profert sacerdos, conficitur hoc sacramentum. Vnde propriè sacerdos nō facit hoc, sed Deus, qui hāc virtutem dedit illis verbis, quod quotiescunque sacerdos proferret illa verba super materiam debitam intētione recta, quod tale sacramentum conficeretur. Vnde sicut medicus non sanat, sed virtus herbæ, ita etiā, &c. Et in hoc ostenditur istius sacramenti magna dignitas & excellentia: & hoc notatur cùm dicitur, qui de cælo descendit, &c. Vnde non fit virtute alicuius, sed virtute Dei qui est in cælo. Si autem volumus bene videre virtutem & excellentiam istius sacramenti, videamus mirabilia quæ in ipso cōtinentur. Primum est transsubstantiatio panis in carnem, & vini in sanguinem. Hoc autē non est impossibile Deo. Ratio est, quia maius est ex nihilo aliquid facere quàm vnam naturam in aliam transsubstantiare. Primum facit Deus, ergo, &c. Nec mirum videatur, si Deus hoc potest, quia natura videtur hoc posse, nam natura in homine existens cōuertit panem in carnem, & vinum in sanguinem. Naturaliter etiā de terra fit ferrum, & de cinere vitrum. Simile legitur de Anglia in qua est mare, in quo si proijcias ligni cumcunque figuræ conuertitur in lapidem. Si ergo natura tantum potest, multò magis Deus. Sed tamen verum est quod ista exempla deficiunt, quia natura conuertit

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnam creaturam in aliam & multo tempore & per multas transmutationes. Deus autem conuertit creaturam in creaturam in instanti. Secundum mirable quod in hoc sacramento continetur est quod quantumcunque panis transsubstantietur in corpus Christi nō crescit. Et certè hoc non est inconueniens, quia videmus quādo aliquis revelat secretum suum, isti non augmentatur propter hoc secretum suum in eo. Tertium mirabile est quod non decrescit nec minuitur cùm millies sumatur. Exemplum de candela à qua sumitur ignis, & tamen non minuitur. Quartum mirabile est quod sumitur ab immūdo & nō maculatur. Quintū mirabile est eū sit cibus vitæ quod dat mortem indignè sumentibus. Exemplum de infirmo, cui si vinum & carnes dentur, dant mortem, & tamen vinum & carnes sunt cibus vitæ. Vnde dicit Gregorius. Sicut corporalis cibus cùm ventrē inuenerit diuersis humoribus occupatum, amplius & magis nocet, & nullum præstat auxilium. Ita cibus spiritualis si aliquem reperit malignitate repletum, non sui natura, sed sumentis vitio, nullum præstat effectum bonū, immo magis nocet. Sextum mirabile est quod simul & semel est in diuersis hostijs. Exemplum de sono campanæ & voce hominis. Septimum mirabile est quod hostia dividitur & corpus non laceratur, sed manet in qualibet parte integrum. Exemplum de speculo, in quo imago existens ad diuisionem speculi, non diuiditur: sed in qualibet parte reseruatur. Octauum mirabile est cùm sit ita magnum, quomodo posset in tam parua hostia contineri. Exemplum de monte cùm sit ita magnus, in parua pupilla oculi præsentatur. Nonum mirabile est, quia ibi sunt accidentia sine subiecto, &c. Ita exhortor vos omnes vt dignè sumatis illud venerabile sacramentum, &c.

Dominica I. post festum Trinitatis. Sermo I.

Habent Moysen & prophetas, audiant illos. Habetur verbū istud textualiter. Luc. 16. & officiatur in euangelio hodierno. Sermo erit de sancto euāgelio, & habebimus multas bonas doctrinas & speculationes intellectuales, & bonas instructiones morales. Sed prius præsentem virginī Mariæ iocale quod ipsa valdè diligit, s. Aue Maria, &c. Sanctum Euangelium hodiernum declarat nobis quatuor multum necessaria ad sciendum pro nostro auisamento, &c. Et sunt hæc,

Mundanalis conuersatio,
Diuinalis retributio,
Infernalis dispositio,
Scripturalis confirmatio.

Ista autē quatuor sunt valdè necessaria ad sciendū. Primò mundanalis cōuersatio, vt ipsam spernamus. Secundò diuinalis retributio, vt ipsam speremus vel desideremus. Tertiò infernalis dispositio, vt ipsam

ipsam vitemus. Quartò scripturalis cōfirmatio, vt per ipsam nos reformemus. De quarto autem vbi Christus confirmat scripturas sanctas dicit thema, Habent Moysen & prophetas, audiāt illos, &c. Dico primo quod in sancto euangelio declaratur nobis mūdanalis cōuersatio, vt scilicet ipsam spernamus. Quæ est mundana cōuersatio? Dico quod de scipsis nimis carnaliter curare in vanitatibus vestitū, & delitijs corporis quęrere, & nō curare de necessitatibus proximi. Ecce quomodo ostenditur in principio euangelij cùm dicitur, Homo quidam erat diues, &c. vsque, Canes veniebant & lingebant vlcera eius. Vestiebatur ad carnem de byssō. Byssus enim est tela multum delicata. Desuper autem induebatur purpura & auro pulcherrimo, &c. Comedebat quotidie splendidè multiplici cibo, nunquam ieiunabat, de pauperibus nō curabat. Erat mendicus quidā nomine Lazarus, &c. Ecce conuersatio mundanalis contra quā dicit scriptura: Nemo quod suum est quærat, scilicet tantum, sed quod alterius, 1. Corinth. 10. Sed notanda sunt hic duo secreta de quibus pauci sapiunt. Quando Christus loquitur de diuite, nō nominat ipsum, sed dicit, Homo quidam erat diues. quando autem loquitur de paupere, nominat ipsum, dicens: Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Quare hoc certum est quod diues habebat nomen, & Christus nō nominando eum dicit, Homo quidam, ac si non sciret eius nomen, quod tamē sciebat bene, maximè quia vos videtis quod diuites sunt famosi & valdè nominati. Si enim quęritur, vbi moratur talis diues, omnes sciunt eum, &c. secùs de pauperibus hominibus. Diuites verò faciunt tantum bene vel malè, quod faciunt se cognoscere & nominare. ideo Dauid loquens de diuitibus dicit, Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis, sed non in cælis. Psalm. 48. Cùm ergo diues iste esset famosus, quare Christus non nominat eum sicut pauperem? Pro responsione sciendum, quod quandiu persona per bonam vitam est in gratia diuina, nomen eius est inscriptum in cælo in cathedra quæ sibi correspondet secundum præsentem iustitiam, vt dicunt sancti doctores. Auctoritas Christi dicentis illis qui erant in gratia, Gaudete & exultate, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. Lucę decimo. Scripta sunt in cælis, id est in cathedris cælestibus. Per oppositum persona quæ peccat & tenet malam vitam, vnit in peccatis superbiæ vel pompæ, & sic de alijs, raditur nomen eius de cælo, non de libro prædestinationis diuinæ, quia in illo nullus scribitur de nouo nec raditur, sed raditur de hoc secundum præsentem iustitiam. Ideo quando Moyses orabat ad Dominum pro peccato populi de vitulo aureo dixit, Obsecro Domine, peccauit populus iste peccatum maximum, fecerunt̄que sibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam, aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

scripsisti. Exo.32. Cui respondit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo. ibidem. Item Dauid de peccatorib⁹ loquēs dicebat, Deleantur de libro viuētium, & cū iustis nō scribātur, Psal. 68. Et scribitur nomē eorū in inferno. O qualis cōfusio & verecundia est eis, ac si Papa haberet nomen alicuius simplicis sacerdotis in rotula, vt promoueret ipsum ad episcopatū vel cardinalatū, & propter peccatū suum Papa deleret nomen suū, & scriberetur inter simplices scholares: vel si Rex haberet nomen alicuius vestrūm scriptū vt faceret eum baronem, comitē vel ducem, & propter culpam vestrā Rex deleret nomen vestrum, & ipsum scriberet inter nomina raptorum. Maior cōfusio & verecundia est incomparabiliter, quando deletur nomen de libro Dei, & scribitur in carceribus inferni. Autho. Hiere. 17. Domine omnes qui te derelinquunt, (. peccando, confundentur recedentes à te in terra scribētur, (. in illa de qua Iob 10. dicitur. Terram miserię & tenebrarum, &c. Quia ergo iste diues de quo loquitur euangeliū, erat peccator & malę vitæ, Christus non inuenit nomē suum in libro prędestinationis, ideo noluit Christus ipsum ore suo nominare. Quod ista sit ratio patet per Dauid in persona Dei dicentem de diuitibus, Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus, id est peccatis. secundum illud, Libera me de sanguinibus, &c. nec memor ero nominū eorum per labia mea. Ecce quomodo dicit clarè. Psal. 15. Esse diuitem de bono iusto non est peccatum. Sed esse diuitem & malæ vitæ & impium hoc est peccatū. Et de talibus dicit Deus, Non congregabo conuenticula eorum de sanguinibus. Vnum cōuenticulum est diuitum superborum, volentium habere regimen ciuitatis, &c. non intendentium ad onus quod recipiunt. Aliud est conuenticulum usurariorum, vt habeant omnes pecunias. Aliud luxuriosorum ducentium vxores isto respectu vt, &c. Aliud gulosorum, conuiuia facientium, isto respectu vt ex eis habeant amicos, &c. aliud iracundorum & iuramenta sibi facientium quod mutuo se iuuabunt dicendo: Qui tangit vos, me tangit. De omnibus istis dicit, Non congregabo conuenticula eorū, &c. scilicet in cælo cum angelis & sanctis, nec memor ero nominū eorū per labia mea. Sed quia nomen pauperis Lazari erat inscriptū in libro Dei, ergo quia cum patientia recipiebat paupertatē sperans ditari in cælo, ideo nominauit ipsum, & fuit cōpleta prophetia Dauid dicentis, Animas pauperum saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomē eorum corā illo, & loquitur de pauperibus. Psal. 71. Nota, animas pauperum saluas faciet, si patienter sustinent paupertatem. Non debemus furere, nec cōtra Deum indignari, sed sperantes in paradiso ditari. Ex vsuris, scilicet quas modo soluunt redimet eos, quia nihil possunt habere de diuitibus nisi cum vsuris. Si petūt ab eis mutuo, non

nō obtinent nisi cum vsura. si volunt emere bladum vel pannū, &c. cū vsura emūt pluris, scilicet propter solutionis dilationem, & vēdent eis cū vsura. Ex iniquitate, scilicet quam faciunt eis liberabit eos, quia nō possunt obtinere iustitiam. Aduocati, & procuratores, & notarij quandiu sentiunt in eis pecunias, protrahunt eos nimis. Postea dicunt eis conueniatis cum parte, quia malum ius habetis, & quare non dixistis antè? Ideo pro vna die tu stabis mille millia annorum ad portas paradisi, nec intrabis. Dicit ergo quod ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Qualis honor ac si Rex vel Papa nominaret & peteret de aliquo paupere. Secundum secretum est ibi, cùm dicit. Canes veniebāt & lingebāt vlcera eius. Qui sunt, & quid isti canes significant dicit Greg. in homilia super isto euāgelio di. allegoricè, quod canes sunt qui habent officium prædicandi. Ratio, iam scitis quod Dominus nō mittit oues suas ad nemus nisi cum canibus vt custodiant oues à lupis. Ita ille qui dicit, Ego sum pastor bonus, &c. Ioan. 10. non dimittit oues suas sine custodibus: Custodes sunt prelati. Canes prædicatores. Primi canes optimè latrantes fuerunt Apostoli, deinde martyres, doctores, & confessores, hodie omnes illi qui prædicāt & latrāt cōtra lupos inferni, ne approximēt ouibus Christi. Et nūquid hoc est magna dignitas? Ecce quid dicit Iob in persona Christi. Et ita exponit Greg. in moralibus. Nunc deridēt me iuniores tēpore, quorū nō dignabar patres ponere cum canibus gregis mei. Iob. 30. Nota, nunc deridēt me iuniores, scilicet Iudæi, qui tunc deridebant Christū dicendo: Vah qui destruis templum Dei. Alios saluos fecit, &c. quorum patres, scilicet patriarchas & prophetas non dignabar ponere cum canib⁹ gregis mei. Ita quod maior est dignitas prędicatorum quā prophetarum & patriarcharū. Isti canes habent linguam medicinalē quādo lingunt vlcera peccatorum. Plaga & vulnus superbię quæ in capite consistit, lingitur à prædicatore, quādo commendat & laudat virtutem humilitatis, & quomodo Christus saluator noster, & beata Maria fuerunt humiles, & quantum eis placent humiles personę, castę, deuotę, & beneuolę, & sic de alijs. Et quomodo & qualiter superbia fuit initium totius mali, clausitque ianuā paradisi, & sic de alijs peccatis & virtutib⁹ oppositis. Lingua canū medicinalis est, sed dētes sunt venenosi, quādo in cōfessionibus petūt pecunias, tunc mordent bursam, & tūc mordēt bona, &c. Ecce quare dicit quod canes lingebāt vlcera eius, quia sic curātur vlcera peccatorū. Ideo Dauid, Lingua canū tuorū ex inimicis ab ipso. Psal. 67. Et est figura eclipticā, quia verbū deficit. Lingua canum tuorum, id est prædicatorū, ex inimicis, id est peccatis, supple sanat, vel liberat, ab ipso, scilicet Deo, quia prædicatores solū sunt instrumentum. Greg. in vanū laborat exterius lingua prędicatoris, nisi fuerit interius gratia sal-

tia saluatoris. Dico secundò quod ostenditur diuinalis retributio, vt ipsum desideremus, ibi, cùm dicitur, Factum est vt moreretur mendicus, vsque, Et sepultus est in inferno. Ecce retributio diuinalis. Dicit magister sententiarum in 4. & etiam omnes doctores, quia doctrina est communis, quod in corde terræ sunt quatuor domus. Inferior est locus damnatorum. Secunda locus puerorum, in qua non est ignis nec dæmones, solùm sunt ibi tenebræ, id est carentia diuinæ visionis. Non est ibi ignis immaterialis, sed ira Dei dicitur ignis, secundum illud, Deutero. 32. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Talem iram vocat Augustinus ignem. In isto dicuntur pueri esse non baptizati, quia nunquam videbunt Deum. Tertia domus est locus purgandorum, vbi est ignis immaterialis, sed non sunt ibi dæmones. Ille ignis diuina virtute purgat & cruciat animas. Quarta domus & superior est sinus perfectorum, in quo erant sancti patres. Et dicebatur sinus Abrahæ ex securitate quam habebat de gloria, quia illud quod in sinu habetur est in securitate vel est in securo. Etiam paradisus dicitur sinus Abrahæ. Auctoritas ecclesiæ dicentis, Exaudi exaudi, vt animam meam in sinu Abrahæ patriarchæ tui iubeas collocari. Dicit ergo, Factum est vt moreretur mendicus, &c. Quia sicut nunc condignè pœnitentes quando moriuntur, animæ eorum statim portantur in cælum. Ita tale ad sinum Abrahę: Diues autem sepultus est in inferno. Ecce ad literā retributio diuina. Auctoritas, Ego Dominus scrutans cor & probans renes, qui do vnicuique iuxta viā suam, & iuxta fructum adiuentionum suarum. Hierem. 17. Nota duo secreta moralia. Primum ibi, Factum est vt moreretur mendicus. Si attendistis in ordinatione verborum Christi, quando voluit loqui de mundana conuersatione, prius fuit loquutus de diuite quàm de paupere, dicens: Homo quidam erat diues. Sed quādo voluit loqui de alio mundo, & de misericordia & retributione, primò fuit loquutus de paupere, dicens: Factum est autem vt, &c. Dico quod hoc fecit Christus ad ostendendum contrariā conditionem diuitum & pauperum, quantum ad vitam, & quantum ad mortem. In hoc mūdo diuites sunt primi in honoribus & dignitatibus, officijs, & locis, quia semper sedent in primo loco, in escis habendis & in omnibus. Pauperes autem semper sunt vltimi. Sed in alio mundo conuertitur totum. Quia pauperes sunt primi in honoribus, &c. diuites verò vltimi. Rectè est de diuitibus sicut de falcone, & de gallina. Falco enim quandiu viuit, valde honoratur, portatur à Domino in manu sua, qui nollet portare filiū suum, quia ducit eū etiam ad ecclesiā, seruit sibi diligenter, aliquoties etiam carnes crudas cum dentibus mordendo, ipsum in æstate cū aqua refrigerando, in hyeme autem dormit in camera Domini in loco eminentiori. Et si misera gallina modicū approximet camo-

re ad comedendum micas, statim expellitur, nec audet cameram intrare. Sed in morte conuertitur in diuersum simpliciter, quia gallina cum magno honore portatur coram Domino inter duas scutellas. Et si dicitur domino, Falco est mortuus, dicit: proijciatur in sterquilinio. Ita rectè diues est vt falco, viuit delicatè, &c. Et miser super vt gallina non audet domui diuitis appropinquare, quia statim diceretur, Quid vult iste homo? O latro est, debet esse foris. Ecce quare primò nominauit pauperem quando fuit loquutus de alia vita. Et verificatur illud quod ipsemet Dominus dixit, Erunt nouissimi, scilicet pauperes qui in hoc mundo sunt nouissimi, primi, scilicet in paradiso. Et diuites qui in hoc mundo sunt primi, erunt nouissimi, scilicet in inferno. Ideo quando pauper mortuus est, eius anima portatur coram Domino inter duas scutellas, scilicet gloriam animæ quam habebit statim, & corporis quam habebit post iudicium, vel duæ scutellæ sunt immunitas de pœna inferius, & abundantia de gloria superius. Secundum secretum est ibi cùm dicitur, Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Certum est quod corpus eius non fuit sepultum in inferno, sed anima. Videtur ergo ex hoc quod fuerit in inferno cœmiterium & sepultura. Dico quod sic. Sed auisetis vos ne ibi eligatis sepulturam. Anima sepelitur in inferno, sicut corpus honorabile sepelitur in hoc mundo. In cuius corporis sepultura sunt tres principales cæremoniæ. Prima quia aliquis amicus vel scutifer vadit ad ecclesiam vt sepultura aperiatur, & sacerdotes se præparent, & fit commotio à clericis, quia omnes vellent esse in præsentia. Idem fit de sepultura animæ quando malus diues tendit ad mortem, diabolus qui eum tentauit cognoscens naturaliter horam mortis, subitò vadit ad infernum ad rectorem, scilicet Luciferum dicens, quomodo talis religiosus, vel clericus, vel laicus tenuit malam vitam, & modò est in articulo mortis, ideo nuntios & discipulos mittatis. Et sic ibi magna commotio, quilibet vellet venire. Auctoritas de quodam malo diuite Nachodonosor, & ita potestis intelligere de alio. Infernus subtus te conturbatus est, in occursum aduentus tui suscitabit tibi gigantes. Esaiæ decimoquarto. Secunda est quæ seruatur in sepultura corporis, quia sicut sacerdotes cantando portant secum corpus præcedente signo crucis, & parentes & amici cum fletibus sequuntur. Ita fit de anima damnata, quæ portatur à dæmonibus non cantando sed vociferando confusibiliter, ac si esset porcus mactandus, præcedente signo Luciferi, scilicet circulo. Auctoritas, In circuitu impij ambulant. Ideo dicit scriptura, Vir qui erauerit à via doctrinæ, scilicet pœnitentia, in cœtu gigantium commorabitur. Prouerbiorum vigesimoprimo capite. Tertia consecutio seu cæremonia, quæ seruatur in sepultura corporis est, quia secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

secundum suum statum & conditionē datur sibi sepultura in ecclesia iuxta cornu altaris, vel in choro siue in ecclesia &c. Ita fit de anima damnata in inferno. Iam sunt ibi sepulchra certa pro superbis nō plena terra, sed igne inextinguibili. Aliud pro auaris plenū de metallis ignitis. Aliud luxuriosorum plenū de pice calida, &c. & de aliis ad idem, de quibus Dauid, Sepulchra eorum, s. damnatorum, domus illorum in æternum. Psal. 48. De nullo alio sepulchro potest intelligi. Ideo amore Dei in vestro testamento, s. in vita quam tenetis, attendatis ne illic eligatis sepulturā. In puncto enim quo eligitis mansionem vitā eligitis ibi sepulturam, & confirmatur per mortem. Dico tertiò, quod sanctum euangeliū declarat infernalem dispositionem vt eam vitemus ibi, Eleuans autem oculos, &c. vsque, nec inde huc transmeare. Nota, Eleuatis autēm oculis, &c. quod anima habet oculos & etiam omnia membra, sed sunt spiritualia quemadmodū membra corporis sunt corporalia. Sed fortiora sunt membra animę. Nota cùm dicitur, Pater Abraham, dicit glossa, videtur, quod esset degenere Abrahā, & videtur quod sic: quia etiā Abraham vocat eum filium dicēs: Fili recordare, &c. quia de bonis quæ homo facit in statu peccati, Deus dat in hoc mundo retributionem. Nota, inter nos & vos chaos magnum, id est abyssus, firmatum est, vt hi qui volunt hinc trāsire ad vos nō possint, neque inde huc transmeare. Nota quod beati obiectaliter transeunt ad damnatos, eorum pœnas videndo, sed non transeunt ad eos pœnaliter, etiam damnati transeunt obiectaliter ad beatos, sed nō possunt transire per pœnitentiā actualem, nec videndo gloriā obiectalem. Nota duo secreta. Primū ibi, Eleuans autem oculos cùm esset in tormentis. Ab isto textu sancti doctores extrahunt istā conclusionem, quod modò damnati vident saluatos & beatos, sed non gaudent de tali visione, immo augmentat eis pœnam, verbi gratia. Sicut si famelicus videret mensam esceis plenam, & non posset accedere, pœna sibi augmentaretur. Ad practicam cogita quando superbus damnatus eleuat oculos & videt beatū Paulum qui fuit superbus & persecutor ecclesiæ, dicit: O miser ille fuit superbus plusquàm ego, & tamen saluus est, quia cōuersus fecit pœnitentiam, ita ego potuissem saluus fieri. Idem de auaro, quando videt Matthęum. de quo dicit Beda quod fuit raptor. Idem de luxuriosis, quādo vident Mariam Magdalenam, & Mariam Aegyptiacā, & sic de alijs. Auctoritas. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatę salutis, gementes præ angustia spiritus, &c. Sapien. 5. Et loquitur ad literam de dānatis. Secundum secretum ibi, de gutta aquæ quam petebat, quæ fuit sibi denegata. Mille & quadringenti 28. anni sunt quod petijt, & quolibet die & hora petit eam, & nunquam habuit nec habebit, & si ploret sanguinē, in æternum nō habebit. Ista gutta aquæ signat refrigerium

Dānati et beati, mutuo sese vident.

quod quod dānati nō possunt habere. Ideo falsa est & erronea quæ dicit glossa iuristarum, quæ dicit quod dānati habent refrigerium ex bonis quę fiunt pro eis, dando similitudinem de aliquo qui portat vnus magnū, quod licèt nō deponat, tamen quando datur sibi potus vel vna parca vini, habet refrigeriū. Non est ita de dānatis, quia nullum remedium habere possunt. Auctoritas. Mortuo homine impio nulla erit vltra spes. Prouerb. 11. nec exeundi, nec remediū alicuius habendi. Immo quando pro eis fit aliquod bonū, quando ipsi sciūt, augmentatur in eis pœna, quia eis nō proficit, vt de captiuo cui mittitur pretium redemptionis, & perditur in mari, quando ipse scit triste fiunt, &c. Idē de damnatis. Ideo orādo dicit ecclesia, Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei Deus, & salua me. Dico quarto, quod sanctum euangelium declarat scripturalē confirmationē, cùm dicit thema, Habēt Moysen & prophetas, id est scripturas legales & prophetales. Hoc ostenditur cùm dicitur, Rogo ergo te pater vt mittas, &c. vsque in finem. Videtur quod ex charitate loqueretur, ne fratres sui damnarentur. Solutio, Non est verū, sed ne pœna eius augmentaretur, quia quantò plures sunt dānati, tantò magis pœna actualis eis augmētatur, sicut gloria actualis in beatis. Verbi gratia, si tritioni qui de se comburitur addātur alij tritiones, magis cōburitur, & si plures, plus ardebit, &c. Nota, Respondebit, habent Moysen & prophetas, audiant illos. Nota ex hoc maiorem esse auctoritatē sacræ scripturæ, quàm esset testimonium cuiuscunque resurgēntis. Ideo Apostolus, Licèt nos aut Angelus de cælo euangelizet vobis aliud præterquam quod euangelizauimus vobis, anathema sit. ad Gal. 1. Vnde Apostoli, qui mortuos suscitabant, cum testimonio sacræ scripturę tanquam firmiori suā doctrinam confirmabant. Tradidi vobis in primis quod & accepi secundum scripturas, dicebat Apostolus 1. ad Cor. 15. Propter hoc in articulo resurrectionis dicitur. Et resurrexit tertia die secundū scripturas. Ideo sequitur, Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit credent. Et nunquid Christus resuscitauit Lazarum, qui narrauerat multa de alio mundo, vt dicit Aug. & tamen non credebant sibi. Immo dicit textus, quod Iudæi cogitauerunt ipsum interficere. Et Apostoli & sancti suscitauerant multos, qui etiam multa retulerunt & narrauerūt de alia vita. Ideo indubitanter credendum est testimonijs scripturæ, vel scripturarū sacrarum, & determinationibus vniuersitas ecclesiæ. Et esset bonū videre bibliā, quia cōtra antichristū cum alijs sentētijs nō poterimus arguere nec respondere. Et modò quasi curāt de biblia, intantum quod iā verificatur illud Hieronymi ad Paulinam, & habetur in prologo bibliæ cap. 6. Quidquid dixerint, hoc legem Dei putant. Nec scire dignantur, quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad suum sensum incongrua aptant testi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum dicendi genus deprauare sententias, & ad voluntatem suam sacram scripturam trahere repugnantem. Ideo dicebat Christus, Scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam æternam habere. Et illę sunt quæ testimonium perhibent de me. Io. 5.

De eadem dominica. *Sermo* II.

IN *domo patris mei sunt mansiones multæ, si quinque fratres habeo.* Luc. 16. Pro declaratione huius verbi sciendum, quod tota vniuersitas creaturarum tam cælestium quam terrestrium, dicitur domus Dei. Ratio, quia sicut in domo vel palatio regis superius sunt cameræ, inferius verò est stabulum pro iumentis, & in fundo terræ inferius est carcer pro malefactoribus. Ita & in domo Dei, superius, scilicet in cælo empyreo sunt cameræ, scilicet nouem ordines angelorum, ibi morātur amici Christi. Superius autem Christus & virgo Maria. Domus verò inferior vbi morantur bestiæ, & seruitores, & clientes, est iste mundus, qui pro bestijs factus fuerat, sed ex peccato Adæ de paradiso terrestri expulsi sumus exules. Carcer verò pro malefactoribus in corde terræ est, scilicet infernus carcer perpetualis. Ecce ratio quare dicitur domus Dei, quia ipse ordinauit sua sapiētia. Auctoritas, Sapiētia ædificauit sibi domum, scilicet ad eius honorem & maiestatem excidit columnas septem. Prouer. 9. Not. Excidit columnas septem, scilicet septem gradus creaturarū, in quibus fundatur mundus quasi domus, scilicet terra cum iumentis, aqua cum piscibus, aēr cū volucribus, ignis cū impressionibus, cælum cum planetis. Sexta est natura angelica, quia angeli sunt substantiæ purè spirituales. Septima verò natura humana. De ista domo dicebat Baruch, O Israēl quàm magna est domus Dei, &c. Baruch 3. De ista domo dicebat Christus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Io. 14. Nota, mansiones multæ, scilicet tres principales. Cælum, & terra, & infernus, & in qualibet istarum sunt multæ mansiones. In cælo nouem ordines, scilicet angeli, archangeli, &c. In terra multæ prouinciæ, regna, & communitates, & ciuitates, & villæ. In inferno autē est sinus sanctorum patrum, vbi nullus est modò, limbus puerorum, vbi nō est ignis, nec dæmones, locus purgandorum, scilicet purgatorium, vbi est ignis, sed non dæmones, locus damnatorum, vbi sunt dæmones. patet ergo quod totus mundus dicitur domus Dei. De ista domo dicit thema, In domo patris mei, &c. id est intra domum patris mei habeo quinque fratres. Inuenio quod in hac domo sunt quinque fraternitates diuersis rationibus, scilicet,

Fraternitas humanalis, & ista venit per naturam,
Fraternitas spiritualis, & ista venit per gratiam,
Fraternitas damonialis, & ista venit per culpam,

Fraternitas angelicalis, & ista venit per amicitiam,
Fraternitas diuinalis, & ista venit per misericordiam.

Ecce quare dicit thema, In domo patris mei, &c. Dico primò quod habemus in hoc mundo fraternitatem humanalem quæ venit per naturam. Qui enim ab eodem patre & ab eadem matre sunt geniti, fratres sunt. Isto modo quotquot sumus in hoc mūdo tam fideles q̄ infideles ab eodem patre, scilicet Adā, & ab eadē matre, scilicet Eua geniti. Ideo fratres possumus dici. In hoc singularitate ostendit Deus in hominibus magis q̄ in Angelis, quia Deus à principio omnes angelos creauit simul, nec inter se habent consanguinitatem fraternalem nec fraternitatem naturalem. Non est sic in hominibus, quia à principio solùm creauit Deus masculum & fœminā. Gen. 1. Masculum & fœminam creauit eos, benedixitque Deus illis, & ait, Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Omnes procedimus ab ista radice. Ecce fraternitas naturalis. Sed diceret aliquis, & fortè iam dicitis in corde vestro, quod ex masculo & fœmina procedant homines, hoc nō est singularis excellentia hominum, quia etiā animalia bruta procedunt à masculo & fœmina, quia ab initio solum creauit Deus masculū, & fœminā de animalibus, scilicet leonem & leęnā, equū, & equam, bouem & vaccā, ex quibus omnes alij descendunt. Dico quod verum est, sed hoc fuit singulare in hominibus, quia ab vno supposito, s. Adam procedimus omnes, quia de illo formauit Deus Euam. Gene. 2. non sic fuit de animalibus. Modò licēt hoc sit certum, tamen, auctoritas. Deus qui fecit mundum, & omnia quæ in eo sunt, fecit ex vno omne genus hominum. Act. 17. Moraliter. Ex hoc quia omnes sumus ex vno patre, patet quod debemus habere inter nos vnitatē & pacē quàm angeli vel bestiæ, tamen contingit, & est oppositum, quia Angeli habent pacem, cùm tamen sint tot, quia innumerabiles, vt dicit S. Thom. in 1. par. q. 50. arti. 3. quod sicut corpora cælestia excedunt ista inferiora in quantitate continua imperfectaliter. Ita angeli excedunt in quātitate discreta omnem numerū creaturarū inferiorum, & tamē nunquā habent diuisionē nec materiā. Auctor. Potestas & terror apud eum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. Nūquid est numerus militum eius? Iob 25. Balaam in deserto viuunt in pace Leones inter se pacem habēt, Lupi & vulpes, & sic de alijs, & homines nō possunt viuere in pace, in vna villa, nec in vno vico, nec monasterio, &c. cōtra naturā faciunt, quia fratres inter se naturaliter pacem habent. Ideo legitur de Abraham & Lot, qui tantum abundabant quod terra non poterat eos capere, ita quod iam facta erant inter pastores eorum iurgia, & iam Lot ibat totus turbatus, tunc dixit sibi Abraham, Ne quęso sit iurgium inter me & te, & inter pastores meos, & pastores tuos, fratres enim sumus, Genesis decimotertio. Dico secundò quod secūda fraternitas est spi-

Discreta, hoc est numerali.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est spiritualis, quæ venit per gratiam. Ista fraternitate solùm Christiani sunt fratres: Iudæi verò vel alij infideles, nihil attinèt hoc pacto ad nos. Omnes autem Christiani sunt fratres eiusdem patris immediatè, s. Iesu Christi. Nota quod omnes sumus filij regis, & eiusdē matri, s. vniuersalis ecclesiæ. Deus habuit duas vxores. Prima fuit synagoga ex qua genuit Iudæos, sed dedit sibi libellum repudij iuxta legem, quæ dicit, Si acceperit homo vxorem & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquā fœditatem, scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Deut. 24. Potius fuit prophetia quàm mandatum. Ista lege vsus fuit Deus inuenta macula infidelitatis & minùs credentiæ in synagoga, dedit sibi libellum repudij. De hoc prophetia ait Isaiæ, Hęc dicit Dominus Deus tuus, Quis est hic liber repudij matris vestræ quo dimisi eam. Aut quis est creditor meus cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestrā, quia veni, & nō erat vir, scilicet qui reciperet me, vocaui prædicando, scilicet & non erat qui audiret. Isa. 50. Deinde Deus duxit aliā vxorem, scilicet sanctam ecclesiā, de cuius vtero, scilicet fonte baptismali generat filios & filias. Qui de alio mittit semen per os sacerdotis. Semen est verbū Dei, s. forma baptismi. Et post baptismū potest dici, Natus est homo in mūdum. Et sicut virgo cōcipit, & etiā virgo parit. Ecce qualiter nos Christiani habemus istā fraternitatē spiritualē. Ante baptismum sumus filij Adæ, sed post baptismum sumus filij Iesu Christi. Propter hoc dicit Christus christianis, Omnes vos fratres estis. & patrem, scilicet generatiē nolite vocare vobis super terrā, vnus enim est pater vester qui in cælis est. Matthæ. 23. Nota, Omnes vos fratres estis, quia de Adam estis filij, &c. Ideo venit quidā pauper ad regem Franciæ, dicens sibi quod secum diuideret hæreditatē, quia frater suus erat de eodem patre & matre, Adam & Eua, cui rex dedit vnum denarū dicens, quod tot haberet fratres ex illo patre, quod si cuilibet daret tantum, nihil sibi remaneret. Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. 1. Ioan. 3. Moraliter habemus hic doctrinā, quod debemus cauere à iurgijs, guerris, & diuisionibus, & sicut spiritualiter sumus geniti, tenemur etiam spiritualiter diligere omnes. Sunt multi qui dicunt, non nocerem ei, sed non dicerem sibi verbum, non possum sibi loqui, nec corde possum ipsum diligere. Nihil valet hoc. Oportet si vultis salui fieri, quod odium, rancor, & voluntas cordis expellatur, quia non est nisi venenum quod animā occidit. Nota de quodam mercatore, qui venit ad magistrum Vsocentinum dicens: Noueritis quod fui defraudatus à sartore tanta pecuniæ quantitate, & fugit, propter quod odio eum inuantum, quod si possem eum inuenire, cum dentibus occiderem eum. Et ita quadra-

quadragesima fui confessus, & nullus confessor voluit me absoluere. Dicunt quod debeo sibi parcere. Pater quid dicitis vos? Cui respondit magister Vincentius, Si non vultis sibi parcere, parcatis vobis. Et ipse, Pater hoc non intelligo. Respōdit magister, Dicatis, odium quod habetis in corde, cui nocet, illi vel vobis? Nō illi, quia comedit, bibit, & delectatur: sed vobis, quia animam vestram occidit. Respondit ille. Nunc cognosco quod sit stultitia habere odium contra alium. Nunquid esset bona vindicta cōtra inimicum bibere vnam taceam potionum venenatarū vt interficeret te? Idem est de odio. Propter hoc dicebat beatus Ioannes. Hoc mādatū habemus à Deo, vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. 1. Io. 4. Dico tertiò quod tertia fraternitas est dæmonialis, & ista venit per culpā & peccatum, & ista est mala. Ab initio postquā Deus creauit angelos, inter quos Lucifer erat maior, vt dicit Grego. quod fuit nobilior & maior, qui respiciēs inferius, vidit oēs creaturas Dei, & q̄ ipse esset dignior habuit vanam gloriam, & elcuatis oculis cognouit supra se maiorem, scilicet Deum, & voluit ei æquiparari, & hoc reuelauit omnibus angelis, & multi tanquam adulteri & periuri infideles consenserunt sibi. Sed Michaël contradixit, & Gabriël & Raphaël, & alij boni. Tunc expulsi fuerūt de cælo empyreo Lucifer & sui, dicēte Deo, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. Et ceciderunt de cælo, & facti sunt dæmones. Ecce quid est dæmō, Angelus qui peccato cecidit. Diabolus est proprium nomen Luciferi. Hoc nomen Satanas, est nomen cōmune dæmonum. Lucifer à principio duxit vxorem clandestinè, scilicet inobedientiam, ex qua generauit & generabit mille millia de filijs. Quis posset enumerare, quot angeli sibi consenserunt, & quotidie homines inobediētes in mundo? De eadem vxore generat filios quando facit aliquem peccare & facere contra mandatū Dei, talis est filius diaboli. Verbi gratiā quādo ponit in corde tuo vt induaris sicut talis, vel quod habeas officium vrbis, &c. prouocādo te ad superbiam, & tu consentis sibi, facis contra mandatum Dei qui præcepit tibi humilitatem. Idem de auaritia, idem de luxuria, idem de ira, & tu consentis, contra obediē tiam facis, filius es diabolo. Talibus dicit Christus, Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere. Ioannis octauo. Ideo consequenter dæmones filij diaboli habent fratres. Qui mollis est, id est negligēs & dissolutus in opere suo, frater est suæ operæ & negligentiæ, id est dæmonis. Prouerbiorum decimooctauo. Cuius cō trarium est quod faciat aut det aliquid de genere bonorum, semper ille ad retrorquet in malum. Nota de illo eremita cui dæmon apparebat in forma boni angeli dicēs, Surge ad laudandum Deum. Et aliquotiēs portabat sibi lumē. Aliquando dicebat sibi, Talis nauis submergetur, ora pro animabus quæ sunt in purgatorio, & similia, intantum

quod ille firmiter credebat ipsum angelum bonum, quia non nisi bona sibi dicebat. Semel autem ostendit sibi visionem, quia videbat cælum apertum superius, & infernum inferius, dicendo sibi, Nisi efficiaris Iudæus, non poteris cælum intrare, immo ad inferos oportebit te descendere. Propter quod ille fuit effectus Iudæus, & consequenter damnatus fuit. Ecce qualiter dissipauit bona quæ prius fecerat. Idem de istis qui recurrunt ad dæmones, vt inueniant quod perdiderunt. Et si fortè inueniant, tamen ex alia parte perdunt animam. Item pro sanitate recuperanda recurrũt quidam ad dæmones, quod faciendo perdunt animam. Ecce quare dicit, qui mollis, &c. Moraliter. Die contra diuinos & sortilegos, & caueatis ne recurratis ad eos, sed ad Christum Dominum. Propter hoc dicebat prophe ta. Vnusquisque in omni fratre suo nõ habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans, supplantabitur. Hiere. nono. Dico quarto quod est alia fraternitas, scilicet angelicalis, quę venit per amicitiã. Quẽadmodum dicitur de duobus amicis simul stantibus, comedẽtibus, ambulantibus, &c. fratres sunt. Nunquam fuit tanta amicitia inter aliquos duos amicos sicut est sanctorum angelorum ad nos, intantum quod quando mulier debet parere, Deus vocat vnum angelum cui committit illam creaturam. De quo angelus regratiatur Deo, & statim descẽdit, & hominem in suam custodiam recipit. De qua materia vide San. Tho. 1. par. q. 113. art. 5. Auct. Psal. 90. Angelis suis mãdauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis. Vndè dicit Hieronymus. Magna est dignitas animarum, vt vnaquęque ab ortu natiuitatis habeat angelum ad custodiam deputatum, & nũquam dimittit creaturam vsque dum moritur. De hoc vide Sanct. Tho. 1. par. q. 113. art. 6. vbi dicit quod angelus custos nunquam totaliter dimittit hominem, sed ad aliquid interdum eum dimittit, prout scilicet non impedit quin subdatur alicui tribulationi, vel etiam quin cadat in peccatum secundũ ordinem diuinorum iudiciorum. Idem dicit in solutione ad tertium argumentum eiusdem 6. art. q. angelus etsi interdũ derelinquat hominem loco, non tamen derelinquit eum quantũ ad effectum custodiæ, quia etiam cùm est in cælo, cognoscit quid circa hominem agatur, neque indiget hora temporis ad motum localem, sed statim potest adesse. Modò cogita quando facis aliquod peccatum quid dicit angelus, O proditor, &c. Ideo Bern. Noli præsente angelo facere quod me præsente facere non auderes, quia nec furtum nec luxuriam, &c. De isto fratre dicit scriptura. Frater, Chomo qui adiuuatur à fratre, scilicet angelo, quasi ciuitas firma. Proue. decimooctauo. Ciuitas enim fortis & firma habet septem conditiones. Prima quod sit alta. Istam conditionem dat angelus custos, quia eleuat mentem ad Deum, ad desiderãdum cælestia. Reuersus est angelus qui loquebatur in me, suscitauit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo. Zach. 4. Secundò quod sit murata. Hoc facit angelus quando inducit ad obseruantiam decem præceptorum. Dicantur breuiter decẽ præcepta, quæ muri sunt animæ, turres sunt virtutes. Tertia quod habeat fortalitia, & hoc per obseruantiam cõsiliorum euangelij. Quarta quod habeat fossatum. Hoc idẽ dat angelus quãdo inducit ad humilitatem vel ad cogitãdum pœnas inferni. Quinta quod habeat escas. Hanc conditionem etiam dat angelus inducẽdo custoditum ad audiendum missas, sermones, confitendum & cõmunicãdum, &c. Sexta quod habeat arma, &c. Arma sunt orationes, ieiunia, eleemosynæ, & opera pœnitentialia. Septima quod habeat bellatores qui sunt opera misericordiæ. Et quia ista septem habem⁹ à bono angelo inductiuè, ideo dicitur ciuitas firma. Moraliter instruimur, vt quilibet suo angelo faciat aliquam orationẽ. Sicut quilibet vestrum recipit aliquem sanctum vel sanctam in aduocatũ, qui fortè ex vestris peccatis modicum curat de vobis, ideo angelo qui continuè curat de vobis est facienda oratio quolibet mane & sero genibus flexis dicendo, Angele qui meus es custos pietate superna, me tibi cõmissum salua, defende, guberna. Amen. Dico quod quinta fraternitas est diuinalis, quæ venit per misericordiam. Et ista est omnibus alijs melior, quia Deus creator omnium factus est frater noster, in benedicta incarnatione similis nobis factus. Caro enim & frater noster est. Genesis trigesimoseptimo. Ideo dicit apostolus, Qui sanctificat, scilicet baptismum & pœnitentiam, & qui sanctificantur ex vno omnes. Propter quam causam non confunditur fratres eos vocare dicens, Nunciabo nomen tuum fratribus meis. ad Hebræos secundo. Ideo sciens Salomon spiritu prophetiæ, quod filius Dei debebat incarnari, & nasci de muliere, & lactari, ac si iam ipsum videret præsentialiter, dicebat sibi, Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, & inueniam te solum foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ, &c. Canti. 8. Ideo apostolus, Quos præsciuit, s. Deus pater, & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. ad Roman. 8. Moraliter faciamus quod sicut sumus fratres Christi in hac vita, simus etiam fratres sui in gloria. Deo gratias.

De angelo custode.

In octaua corporis Christi, vel intra octauas.

Sermo vnicus.

Accipite & manducate, hoc est corpus meum, &c. Verbum istud habetur texualiter primæ ad Corinthios 11. & officiatur in epistola hodierna. Scitis hodie est octaua corporis Christi, & sancta mater ecclesia facit totũ officium vt in die. In die isto sancto sacramento al-

Universidad de Deusto
Biblioteca

taris volo vobis declarare aliquas magnas vtilitates quas ex eo habemus, ad prouocandum corda vestra ad deuotionem. Sed primò illuminetur virgo Maria. Sanctum sacrificium altaris dicitur eucharistia Græcè, ab eu, quod est bonum, & charis, gratia, quasi bona gratia, quia multas & innumerabiles gratias & vtilitates habemus ex ipso sacramento, plus quàm ab alijs sacramentis. Et amore vestri modò dicam quinque vtilitates principales.

Est enim viaticum spirituale,
Medicamentum vniuersale,
Sacrificium indulgentiale,
Sacramentum principale,
Societas celestialis.

In his ostenditur vtilitas. Ideo dicit thema. Accipite & manducate, hoc est corpus meum, &c. Dico primò quod eucharistia vel hostia consecrata est viaticum spirituale. Sic est quod nulla creatura viuēs siue sit corporalis siue spiritualis, poterit diu durare in esse siue viuere sine cibo. De creaturis corporalibus ratio est naturalis, quia calor consumit humidum radicale, vt dicunt physici. Sicut enim aqua ad ignis calorē consumitur & deficit, ita est de humiditate corporis, in qua vita consistit, calore consumitur & deficit, nisi addatur humiditas, comedendo, bibendo, & communiter in mensa die magis appetimus cibum & potū, quia maior est calor interior & exterior. Itē de angelis qui sunt creaturæ & substātiæ purè spirituales. Dico quod etiā non possunt viuere sine cibo. Ratio, quia nullus eorū habet vitam & durationē à se. Ideo de mensa Dei, quę est essentia diuina, recipiunt escas, quæ non possunt dici nec cogitari, & de illis viuunt. Auctoritas. Dixit angelus Raphaël Tobiæ, qui videbatur eū eis comedere & bibere corporali cibo, ne demitteret eos in errore, Cùm essem vobiscum per voluntatem Dei, videbar quidem vobiscum manducare & bibere, sed ego cibo inuisibili, & potu qui ab hominibus videri non potest vtor. Tob 12. Fiat ergo ratio. Si creaturæ purè corporales vt iumenta, & purè spirituales, vt angeli, indigent cibis, vt dictum est, quid dicemus de homine qui habet vtrumque? Est enim corporalis quātum ad corpus & spiritualis quantum ad animā, similis angelis. Ergo indiget duobus cibis, scilicet cibo corporali ad sustentationem corporis, & cibo spirituali ad sustentationem animæ. Ideo statim postquam Deus creauit Adam & Euam, prouidit eis de escis corporalibus, dicens eis, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna, scilicet fructifera, quæ habent in semetipsis sementem generis sui, vt sint vobis in escā. Genesis primo. Ita quod à principio & bene per mille quingentos annos post, solùm comedebant fructus gentes, & bibebant aquam, & illa tunc dabant maiorem fortitudinem quā modò

modò capones, gallinæ, & vinum, &c. Deinde post diluuium, quod multum deteriorauit arbores, plantas, & aquā, ita quod perdiderunt magnam partem virtutis, videns Deus quod fructus & aqua nō essent cibus ad sustentandum naturam humanam, concessit licentiam comedendi carnes & pisces, dicens, Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne quod mouetur & viuit erit vobis in cibū. Genesis nono: Et concessit licentiam bibendi vinum. Et tunc Noë incœpit exercere terram, & plantauit vineam. Deinde venit tempus Moysi, in quo Deus de cunctis mundi populis elegerat Iudæos, de quo populo debebat nasci filius Dei secundum humanitatem, & tunc Deus restrinxit escas illi populo, vt patet Leuitic. 11. Præcipiēs eis, ne comederent animal quod non ruminat, nec diuidit vngulam. Ideo non comedunt porcum, quia licèt diuidat vngulam, non tamē ruminat. Idem de lepore. Item de volucribus præcepit eis ne comederent aquilā, gryphonem, falconem, &c. Item de piscibus quod nō comederent piscem, nisi haberet pennulas, &c. Ideo non comedunt anguillam murenam, &c. Sed quare Deus præcepit hoc Iudæis, &c. Respōsio, quia de illo populo debebat nasci Messias, propter quod Deus fecit vt fit communiter de filio regis, quia eius nutrici dantur certæ escæ de consilio medicorum, non amore sui, sed filij regis, vt fit bene complexionatus. Et præcipitur nutrici vt abstineat à ceteris cibis vel escis quæ sunt malæ complexionis. Ita fecit Deus de gente Iudaica, de qua nasciturus erat filius regis, scilicet Christus, voluit Deus vt abstinerent à cibis viscosis, & malæ complexionis. Sed ex quo filius regis iam nō indiget nutrice ipsa, potest comedere ad libitum quidquid vult & placet sibi. Ideo nos modò non abstinem⁹ ab illis escis, quia omnis creatura Dei bona, & nihil reijciēdū quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. 1. ad Timoth. 4. Ecce qualiter Deus à principio vsque modò prouidit naturæ humanæ de cibis corporalibus secundum diuersa tempora. Hoc totum dicit Dauid in quadam auctoritate. Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum, scilicet corporalem in tempore opportuno. Psal. 143. Tamen non inuenietis quod ante aduentum Christi Deus dederit escam seu prouisionē spiritualem. Corpora enim erant robusta, & animæ erāt debiles intantum quod omnes cadebant in infernum, quantumcunque essent sanctę, nō poterāt se tenere quin caderēt illuc. De hoc Dauid, Quis est homo qui viuet & non videbit mortem, scilicet corporalem, eruet animam suam de manu inferni? d. nullus. Psal. 88. Quod autem iste defectus procederet propter defectū cibi spiritualis, patet Dauid dicente, Esurientes, scilicet cibum spiritualem, & sitientes, anima eorū in ipsis defecit. Psal 106. Sed venit Christus filius Dei qui ordinauit cibum spiritualem pro animabus, & hoc sanctū sacramen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum eucharistiæ. Non credatis quod ista esca sit corporalis, nec vadit in stomachum pro digestione, vt dicunt stulti iudei q̃ huiusmodi cibus emittatur per secessũ, sed est cibus spiritualis, qui in stomacho animę in corpore humano positus, ſ. memoria, recipit digestionẽ igne deuotionis, & dat vitã animæ intãtũ q̃ quãdo anima exit à corpore, nisi peccata impediant, secum animam ducit ad cælũ. Ideo dicit sanctus Tho. in 3. parte quod puer vnius diei etiam baptizatus non potest habere paradisum nisi communicet. De hoc vide sanctũ Thomam 3. parte. q. 14. artt. 3. quo quærit, Vtrum sacramentum eucharistiæ sit de necessitate salutis. O diceretis vos, & quomodo posset communicare? Modò audite pulchram speculationem, quando vos comeditis, solùm vnum membrum, scilicet os comedit, & tamen ex illo cibo omnia membra refocillantur & fortificantur, manus ad operandum, pedes ad ambulandum, oculi ad videndum, aures ad audiendum, & sic de alijs partibus tã interioribus quã exterioribus. Ita tota vniuersalis ecclesia est vnum corpus. Cuius caput est Christus, oculi doctores, aures iudices & confessores, os sacerdotes, manus milites qui habent defendere, venter ciues & mercatores, tibiæ mœchanici, pedes qui terram tangunt sunt agricultores. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. ad Rom. 12. Et sicut os comedit pro omnibus membris, ita sacerdos pro omnibus christianis spiritualiter. Sed oportet ad minus quod quilibet semel in anno communicet sacramentaliter de adultis 12. annorum, & supra. Et quando pueri baptizantur, efficiunt membra corporis ecclesiæ. ideo pro communicatis habẽtur. Moraliter. Cogitate quod peccatum est nolle communicare. Si pueri innocentes non possunt saluari sine communione, quid erit de magnis? Ideo multi damnantur, quia non communicant in pascha te. Qui in hoc mundo non vult Christum recipere communicando, nunquam à Christo recipietur in cælo. Auct. Amen, id est securè. Amen, id est verè dico vobis, nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitã in vobis, &c. Io. 6. Non habebitis vitam, ſ. gratiæ in hoc mundo, nec gloriæ in alio. Dico secũdò q̃ hoc sacramentũ sanctũ est medicina vniuersalis, non solùm cibus est, sed etiã medicina. Pro cuius declaratione sciendum quod oẽs infirmitates corporis & animæ ex cibo venit, scilicet Adæ & Euę. Infirmitates corporis sunt sicut febres, dolores, &c. Infirmitates animæ sunt pronitas ad malum, & difficultas ad bonũ, malę cogitationes, mala desideria & peccata omnia, ista venerũt ex comestione cibi vetiti, quia aliàs nullus fuisset infirmus, nec in corpore, nec in anima. Iste cibus fuit porta omniũ malorũ. Ideo dicitur, Mala mali malo, mala cõtulit omnia malo. Mala, id est Eua, malo, id est Adæ, malo, id est pomo, contulit omnia mala, malò, id est mundo. O dixit Christus, Si tantum sciuit facere diabolus, quod de fructu duxit omne malum, ego ostendam sapientiam meam. Et ordinauit quod de fructu faceret medicinam, vnde veniret omne bonum. Et fecit se fructũ in arbore vitæ, ſ. virginis Mariæ, cui dicitur, Benedictus fructus ventris tui. Ideo de hoc cantat ecclesia, Hoc opus nostræ salutis ordo, &c. Construitur sic, Ordo salutis nostrę poscebat hoc opus, vt ars, id est sapientia Christi, artem, scilicet diaboli multiformis proditoris falleret, & medelam, ecce medicina, ferret inde, scilicet ex fructu, vnde hostis læserat. Ideo ista benedicta medicina dat sanitatem animabus illorum qui deuotè communicant. Primò dat sanitatem in intellectu cõtra errores & falsas opiniones fidei. In voluntate contra mala desideria. In memoria cõtra obliviones beneficiorum Dei, vel contra desiderium vindictæ. Dat etiã sanitatem ori ad vitandum mendacia, falsa iuramenta, &c. Manibus ad vitandum furta, vsuras, tactus, &c. Gutturi contra excessum cibi & potus, & generaliter omnibus membris. Item curat infirmitates corporis. Nam si infirmus communicat deuotè, & sanitas corporis non sit nociua animæ, hoc sacramentum dabit sibi sanitatem, aliàs non debet appetere sanitatem. Altissimus creauit de terra medicinam, & vir prudens non abhorrebit eam. Nónne à ligno indulcata est aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum. Et dedit, &c. Eccl. 38. No. altissimus de terra, scilicet corporis sui, quod est formatum in vtero virginali de terra ab Adam descendente, & vir sapiens non abhorrebit eam. Aliquæ medicinæ dant fastigium & abominationem, vt pilulæ. Sed prudens medicus cooperit ne videatur color, nec sentiatur sapor, & sic infirmus recipit, ita fecit Christus. Comedere enim carnes hominis valde abominabile est. Ideo cooperuit in hostia ne videatur, &c. ita dicit altissimus, &c. De hoc vide sanctum Tho. 3. par. q. 75. ar. 5. vbi dicit quod sensu item apparent, facta consecratione, omnia accidentia panis & vini remanere. quod quidem rationabiliter fit. Et dat ibi tres rationes, quarum prima iam dicta est. Quia non est consuetum hominibus, sed horribile est carnẽ homins comedere & sanguinem bibere, proponũtur nobis caro & sanguis sub speciebus illorũ quæ frequentius in vsum hominis veniunt, ſ. panis & vini. Alias duas rationes ad idem, scilicet Tho. vbi supra ponit, quas videre poteris. Moraliter iã scitis quod qui debet recipere purgationẽ, prius facit dictam & præparatoriũ cũ syrupo. Ita qui debet cõmunicare primò cõfiteatur, & seruet dietã sibi datã à medico animæ. Deinde recipiat syrupum dulcẽ, quę sunt deuotæ orationes. Dulce esset militi q̃ quandocunque vellet, loqui posset Regi vel Papæ. De syrupo autẽ recipiuntur tria cocleatia cum aqua calida mane & sero. Ita debet esse certus numerus de Pater noster,

Vide quid sit sumere Christi corpus spiritualiter, & quid sacramentaliter.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Aue Maria, &c. Aqua calida sunt lacrymæ si Deus dat lacrymas. Et pòst recipitur purgatio, id est corpus Christi. Quid hoc est efficacius sacramento quo purgantur peccata, augetur virtutes, & mês omnium spiritualium abundantia impinguatur? Dico rectiò quod est sacrificium indulgentiale, non solũ sacerdoti celebranti, sed cuĩ omnibus missam deuotè audientibus. hoc declaratur sic. Inuento q̃ Christus in vita sua dixit duas missas, vnam secretè & aliam solẽniter in pontificalibus cum ministris. Secretè celebrauit Feria 5. in cœna Domini presentibus apostolis, tunc enim ordinauit sacrificium hoc, & communicauit se. De quo vide sanctum Tho. 3. par. q. 86. art. 1. & etiam communicauit apostolis di. Accipite & comedite, hoc est corpus meum, quod pro vobis, scilicet celebrãtibus, & pro multis, scilicet missam audientibus tradetur in remissionem peccatorũ. Mar. 26. Patet quomodo in missa secreta datur remissio peccatorũ. Secundam missam celebrauit solenniter in pontificalibus in die veneris sancta. Altare fuit crux, mitra fuit corona spinarum, annuli in manibus fuerunt claui, sandalia in pedibus claui, casula rubea de sanguine suo, baculus lãcea, diaconus latro à dextris, subdiaconus latro à sinistris, acolyti virgo Maria & Ioannes Euangelista. Ideo quãdo prælatus dicit missam solenniter totidè cõmunicat & sanctificat ceptum. Ecce qualiter dixit Missam solennè, quia missam dicere nihil aliud est quàm corpus Christi sacrificare. Et in missa solenniter dãtur indulgentiæ, & remittuntur peccata deuotè audientibus, quia dicit Lucas, Omnis turba eorũ qui simul aderant ad spectaculũ istud, & videbãt quę fiebãt percutientes pectora sua reuertebantur. Lu. 23. Ideo dicit propheta Dauid in Psal. Deus deorum Dominus locutus est, Audi populę meus, & loquar Israël, & testificabor tibi Deus tu, sed per incarnationem est noster, ego sum. Non in sacrificijs tuis arguam te, scilicet de peccatis. Ratio, Holocausta autem tua in cõspectu meo sunt semper. Psal. 49. Moraliter. Ergo est missa audienda deuotè in quolibet die festo & Dominico, quæ deuotè auditur seruatis quatuor cõditionibus Prima quod missa audiatur ieiunio stomacho. Ratio, quia qui habet loqui regi, &c. Secunda quod fiat in cõfessione quę pro vobis fit. Ideo pulsantur campanę, &c. Tertia q̃ audiatis missam cũ silentio. Quarta quod audiatur missa completa.

Sacramentorum ecclesiæ quotuor.

Dico quartò q̃ est sacramẽtũ principale. Septẽ sunt sacramẽta ecclesiæ. Primum est baptismus. Secundus est confirmatio. Tertiũ pœnitentia. Quartum eucharistia. Quintum ordines. Sextum matrimonium. Septimum extrema vnctio, & non sunt plura. De omnibus autem sacramentum eucharistiæ est principale triplici ratione. Prima, quia alia sacramenta continent Christum solum figuraliter, & in alijs sacramentis continetur quædã virtus instrumentalis principata à Christo, sed istud cõtinet Christũ realiter vt erat in vtero virginis & vt

& vt est in cælo, in alijs autem figuraliter. Verè tu es Deus absconditus Deus Israël saluator. Esa. 45. De hoc vide sanctum Tho. in 3. par. q. 41 ar. 3. quo quærit vtrum sacramentum eucharistiæ sit potissimum inter sacramenta. Vbi respondet quod simpliciter loquendo sacramentum eucharistiæ est potiss̃mũ inter alia sacramenta. Primam rationem tam tactam ibi ponit, &c. Secunda quia alia sacramẽ tu exhibentur exterius per auditum & tactum, sed hoc interius recipitur per gustum. Amen amen dico vobis nisi manducaueritis. Ioã. 6. Tertia quod hoc sacramentũ dat virtutẽ alijs. Hoc declaratur in cælo, in quo sunt septem planetę, primò Luna, secũdò Mercurius, tertiò Venus, quartò Sol, quintò Mars, sextò Iuppiter, septimò Saturnus. Et sicut Sol cõsistit in medio, quia in quarto loco, & dat virtutẽ & claritatẽ alijs planetis, ita sacramentũ eucharistiæ in quarto loco cõputatur à quo alia sacramenta recipiunt claritatẽ & virtutẽ, & ipsum nihil recipit ab alijs. Ideo Dauid, Thronus eius sicut Sol in conspectu meo. Psal. 88. Moraliter instruimur hic, quod sicut Christus communicat virtutem alijs sacramentis, ita & nos de bonis nostris debemus liberè communicare indigẽtibus per eleemosynas, vel mutuando sine vsura. Tales nunquã veniunt ad paupertatẽ. Dauid, iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quęrens panem. Psal. 36. Propter hoc dicebat Christus, Estote misericordes sicut pater vester misericors est. Lucæ. 6. Dico quintò q̃ est societas cęlestialis. Tres magnas difficultates habet anima ascendendi, & intrandi in cælũ. Prima est hic, secunda in aëre, tertia in ianua cæli. Sed contra ista eucharistia est tuta ac virtuosa societas animarũ. Prima ergo difficultas est hic in exitu animę à corpore, vbi veniunt dæmones animam expectantes quantumcunque persona fuerit sancta. Virgo Maria pro singulari gratia obtinuit ne ad eam venirent dæmones. Et multi creduntur ascendere qui capiũtur à dæmonibus, propter hoc datur communio infirmis, & datur viaticum. & tunc dæmones sentientes Christi præsentiam, fugiunt. Secunda difficultas siue periculum est in aëre, vbi remansit magna multitudo dæmonũ. Sunt ibi vt atomi in radio solis, qui custodiũt passum, & multi euadunt primũ periculum, qui capiuntur in secundo, vt fuit reuelatum Beato Antonio. Sed quando persona cõmunicauit, dæmones fugiũt ex Christi præsentia, & trãsit. Tertia difficultas est apud sanctos ianitores cæli, quia nisi cõmunicauerit in paschate, & etiã in infirmitate, si habuit opportunitatẽ, quia aliàs excusatur, claditur sibi ianua. Cũ dicit Christus, quia nõ recepisti me, nec ego recipiã te. Amen dico tibi, non intrabis huc. Si autẽ cõmunicauit, recipitur cũ magno honore. De hoc auctо. & prophetia Dauid, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius, quantũ ad primũ. Sicut deficit fumus, ita deficiant,

Planetarum ordo.

ficut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie eius. quod ad secundum. Et iusti epulentur & exultent in cõspectu Dei, & delectentur in lætitia. quò ad tertium. Psal. 67. Ergo accipite & mãducate, hoc est, &c.

Dominica II. post Trinitatem. Sermo I.

Omne factum est vt imperasti. Lu. 14. Sermo erit de sancto euangelio huius Dominicæ, & habebimus multas bonas speculationes, &c. In præsenti sermone cogitaui tenere modum ædificatoris siue magistrorũ dicentium. Qui primò ponunt fundamentũ firmum & forte, deinde superædificant ædificium siue cameras ad quiescendum, ita intendo facere fundamentũ firmum, & forte, & quod ponam erit sanctum euangelium firmius cælo & terra. de quo Christus, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Lu. 21. Quò posito ædificabo cameras, id est aliquas consolationes. Dicatur historia euangelij. De isto fundamento Apostolus dicit, Fundamẽtum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Glo. id est fides Iesu Christi. 1. ad Cor. 3. Super hoc fundamentum volo nunc ædificare quatuor cameras, quæ sunt,

Largitas gloriosa,
Charitas gratiosa,
Aequitas rigorosa,
Pietas copiosa.

Quibus ædificatis potero dicere, Domine factum est vt imperasti. Prima camera est largitas gloriosa. Ista ædificatur in isto angulo fundamenti cùm dicitur, Homo quidam fecit cœnam magnã, & vocauit multos. Ista camera habet quatuor angulos secundũ quod quatuor sunt videnda. Primò quis est iste homo, secundò quæ est ista cœna, tertiò quare dicit magnam, quartò qui sunt vocati ad istam cœnam. Quantum ad primum, istæ duę dictiones, homo quidã, signant duas Christi subsistantias. Quidam, quę est dictio infinita, illuminata signat Christi diuinitatem indeterminatam, sine principio & sine fine infinitam. De quo vide sanctum Thomam 1. par. q. 7. artic. 1. Homo, quæ est dictio finita & determinata, signat Christi humanitatem finitam & determinatam. Cùm ergo dicitur homo quidam, id est homo Deus. De isto homine Hiere. 17. secundam interpretationem 70. Homo est, & quis cognoscet? Biblia nostra habet. Prauum est cor hominis & inscrutabile, quis cognoscet illud? De secundo. Ista cœna quam homo Christus parauit est gloria cœlestis, secundum quod sancti doctores exponũt. Sed est hîc quæstio quare dicitur cœna & non prandium? Respõdeo, quia datur in fine diei huius vitæ. Cùm dederit delictis suis somnum. Ecce hæreditas Domini, inquit Psal. 126. De tertio dicitur magna, quia Christus seruitoribus dat prandium debile, sed dat bonam cœnam. Oppositũ facit diabolus, quia illis qui sibi seruiunt in peccatis dat bonũ prandium in hoc mundo quãtum Deus permittit, s. diuitias & honores, dignitates & officia, & delicias. Sed pòst dat eis malam cœnam in inferno, vt patet de diuite epulone, qui quotidie epulabatur splẽdide, sed in inferno habuit & habet malam cœnam, quia guttam aquę quam petebat non obtinuit nec obtinebit vnquam. Sed Christus in hoc mundo dat suis seruitoribus debile prandium, vult quod abstineant à nimio cibo, potu, dormitione, risu, & à multis delectationibus, honoribus, diuitijs, & quod viuant in pœnitentia dicens, Pœnitentiam agite, sed in alio mundo dat eis optimã cœnam, vt patet de Lazaro mendico qui habuit malum prandiũ hic. Sed de alio mũdo dicit euangelium, Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahę. Luc. 16. Vbi comedit semper in mensa Dei de eisdem escis. Beatus qui manducat panem in regno Dei. Lu. 14. De quarto qui sunt vocati ad istam cœnam, quia dicit quod vocauit multos, sed non nominat eos. Dico quod omnes nationes mũ dę vocatę sunt. Primò Iudæi per Christum, qui personaliter descendit indutus carne humana, & ibat de loco in locũ inuitãdo Iudæos. Si dictum fuisset sibi, Domine quare venistis? Respondisset, ad inuitandum Iudęos, &c. & miseri Iudæi noluerunt venire. Deinde per Apostolos inuitauit oês nationes. Dauid, In omnẽ terrã exiuit sonꝰ eorũ, & in fi. &c. Etiam hodie inuitantur ab illis qui prędicant, quia nuntij Dei sunt ad inuitandũ gẽtes & homines. Ecce quare dicit, & vocauit multos tã per se q̃ per alios, Ideo dicebat Christus quando inuitabat, Venite ad me oês qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Mat. 11. Moraliter, Christus omnes gentes inuitat dicẽs, Venite ad me omnes, &c. Modò cogitate si in capite huius ecclesiæ esset vnus magnus dominus cũ mensa parata, & de omnibus cibis ornata, & inuitaret vos dicens, Venite ad me oẽs, & ego reficiã vos. Ad aliam partem esset alius homo cum ense euaginato dicẽs, Venite ad me omnes & ego interficiam vos. Et ad aliam partem alius cum tacea veneno plena di. Venite & ego inficiã vos. Ad quẽ iretis? nunquid ad primum? quia stultus esset qui ad alios iret. Isti quatuor nos inuitant. Qui tenet mensam paratã est Christus dicẽs, Venite ad me & ego reficiam vos. Alius econtrà cum ense peccati est diabolus dicẽs, Venite ad me, &c. & ego occidam vos de isto gladio. Eccl. 21. Quasi rũphea bis acuta omnis iniquitas. Tertius est caro cũ potionibꝰ mortiferis & venenatis dicẽs, Venite ad me, & ego inficiã vos, inuitat enim ad luxuriam quæ videtur dulcis, sed infra est venenum peccati. Quartus est mundus dicens, Venite & ego decipiã vos, recte vt piscator cum esca auaritiæ cooperit hamum vsuræ, &c. sunt & multi stulti qui dimisso Christo vadunt ad diabolum. Alij ad carnem,

nem, vt luxurioſi. Alij ad mundum, vt auari, & pauci ſunt qui vadant ad Chriſtum. Ideo alijs dimiſsis vadamus ad Chriſtum dulciter nos inuitantem. Duplici enim paſſu veniemus ad eum, ſ. credendo & obediendo. Ecce prima camera ædificata de largitate glorioſa, quieſcatis hic. Secunda camera eſt de charitate gratioſa, & ædificatur ſuper hoc fundamentum, miſit ſeruum ſuum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata ſunt omnia. Quatuor angulos habet hæc camera, ſecundum quod quatuor ſunt videnda.

Primò quis eſt iſte ſeruus,
Secundò quæ eſt hora cœnæ,
Tertiò quomodo parata ſunt omnia,
Quartò quomodo nos debemus præparare ad eundum.

De primo. Seruus qui mittitur eſt magiſter Vincentius. Dicatur de reuelatione facta ſibi à Chriſto, &c. Vel ſeruus eſt quilibet prædicator tenens vitam apoſtolicã. De qua Matt. 19. Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. Qui iſtam vitam ſeruat, ſeruus eſt Chriſti inuitans gentes ad cœnam gloriç. Et poteſt dicere, In veritate mitto me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus veſtris omnia verba hæc. Hiere. 26. Gregorius in homilia hodierna expoſuit dicens, Nuntius iſte ordo prædicatorum eſt. De ſecundo. Hora cœnæ eſt finis huius mundi de propinquo. Licèt enim neſciantur dies, hebdomada, menſis, vel annus determinatè, tamen poſſumus dicere, citò & multum breuiter. Nota ad hoc rationem euidentem de hoc mine ſene centum annorum vel plurium, qui non habet membrum quod non ſit infirmum, nec caput nec manus, &c. De tali nunquid diceretis quod citò & breuiter debet mori, immo licèt nõ poſſitis dicere cras vel poſt cras determinatè. Ita eſt de mundo ſene & decrepito. Iam eſt enim in vltima ætate. Sicut ętates hominis ſunt ſex, ſ. infantia, pueritia, adoleſcẽtia, iuuẽt⁹, virilitas, ſenectus, & decrepitus. Ita ętates mundi ſunt ſeptem. Prima fuit infantia ab Adam vſque ad Noé. Tunc enim neſciebant loqui de Deo, erant ignorantes ſine libris. Secunda ætas fuit pueritia, ſcilicet à puerilitate Noë vſque ad Abraham. Tunc enim per diluuium purificatus fuit mundus. Tertia ætas fuit adoleſcentia ab Abraham vſque ad Moyſen, quia tunc mundus incœpit creſcere in cognitionem Dei ex reuelationibus patriarcharum. Quarta ætas fuit iuuẽtus à Moyſe vſque ad Dauid. Tunc enim data fuit lex populo ſecundum quam incœperunt viuere. Quinta ætas fuit à Dauid vſque ad tranſmigrationem Babylonis, ſ. virilitas. Tunc enim ipſi fuerunt fortes contra idola, &c. Sexta fuit ſenectus à tranſmigratione Babylonis vſque ad Chriſtum, quia iam tunc non habebat poteſtatem regiam. Septima eſt decrepitus à Chriſto vſque ad finem mundi, intantum quod iam tota deficitur ad terram. Hæc durauit iam per 1400. & 28. annos & vltra.

Numer⁹ ætatum mundi, & hominis.

Item eſt infirmus in omnibus membris ſuis. Membra ſunt ſtatus mundi. Caput eſt principale membrum vt ſtatus prelatorum, papæ, cardinalium, patriarcharum, archiepiſcoporum, &c. Totum eſt infirmum, quia iam vix inuenietis vnum bonum prelatum, vel ſunt ſimoniaci, vel non intrant per portam, vel quando ſunt intus plus curant de redditibus, quàm de animabus. Secundum membrum eſt dominiũ temporale, ſcilicet imperatorum, regum, ducum, etiam totũ eſt infirmum. Item aliud membrum eſt ſtatus religioſorum, etiam infirmũ eſt intantum quod ſi hodie viueret beatus Dominicus, vel Franciſcus, Bernardus, & Benedictus, non inuenirent religiones ſuas. Vbi eſt modò religioſus qui viuit ſecundum regulam quam nouit, &c. Aliud membrum eſt ſtatus clericorum. Vbi inuenies clericum qui deuotè officium ſuum ſurgẽdo ad matutinas perſoluat, & dicat miſſam ex deuotione, &c. Aliud eſt ſtatus matrimonij, etiã infirmũ eſt. Si ego dicerem, ſurgat ſi eſt aliquis qui non cognouerit nunquam ſuã vxorem ſuam, fortaſsis pauci ſurgent. De mulieribus credo quod ſunt multæ quæ non ſunt cognitæ niſi à ſuis viris, ſed auiſetis me ego mentiar, &c. Aliud eſt continentium, qui habent opportunitatem orandi, & pœnitentiam faciendi, ſed etiam hoc membrũ infirmum, &c. Aliud eſt virginum, credo quod ſanum ſit, ſi tamen fuerit bene cuſtoditum, quia aliàs antequã venerunt ad matrimonium peperunt aliquoties, & nõnullæ proiecerunt filios ſuos ad latrinã vel ad alia loca. Aliud eſt diuitum, infirmũ eſt per vſuram. Aliud eſt laboratorum, & hoc firmum eſt, quia non ſoluunt decimas nec primitias, neſciunt Pater noſter, Aue Maria, ſed ſolùm ſciunt cõiuratio nes. Ergo iſte mundus ſenex & putridus eſt, & in omnibus mẽbris ſuis infirmus. Citò & bene citò finietur. Ideo Apoſtolus, Nos ſum⁹ in quos fines ſæculorum deuenerunt. 1. ad Cor. 10. Itẽ filioli mei noui ſima hora eſt. 1. Io. 2. De tertio. Iam parata ſunt omnia neceſſaria ad redemptionẽ & glorificationẽ in ordinibus angelorũ. Et quis patrem Ieſus Chriſtus qui dixit, Vado parare vobis locũ. Et ſi abiero & præparauero vobis locum iterum venio, ſ. ad iudicium, & accipiã vos ad meipſum, vt vbi ſum ego, & vos ſitis. Ioan. 14. De quarto re ſ. ergo vt paremus nos. Quia ſi rex eſſet hic, & inuitaret nos ad ſe, cogitaret ſiti primogeniti, quilibet homo pararet ſe, &c. Ita oẽs ſum⁹ inuitati ad nuptias Chriſti. Ideo dimiſsis veſtibus peccatorũ, induamur veſtibus virtutum, dimittatur veſtis vana de ſuperbia, & induatur veſtẽ humilitatis. Et tu auare depone veſtem auaritiæ turpem, & recipe veſtẽ miſericordiæ & liberalitatis. Luxurioſus depoſita veſte luxurioſa luxuriç, recipiat veſtem albã caſtitatis. Inuidus depoſita veſte nigra de dolore, quia inuidia nõ eſt niſi triſtitia & dolor de bono proximi, recipiat veſtẽ amicitiç & charitatis, quia veſtis de dolore nõ eſt bona in nuptijs. Guloſus dimittat veſtem crapuloſam & humi-

humidam, & recipiat vestem abstinentiæ seu temperantiæ. Iratus dimittat vestem laceratam, & recipiat vestem pacis & bonę voluntatis. Accidiosus dimittat vestem accidiæ & negligentiæ, & recipiat vestē diligentię. Ex quo Christus parauit nobis omnia, parentes nos. Nam dicit Dominus, Media nocte venit sponsus, & quæ paratæ erant intrauerunt cū eo ad nuptias. Mat. 15. Tertia camera est de æquitate rigorosa quę tangitur ibi, Et cœperunt simul omnes excusare, vsque, Iratus paterfamilias dixit, Nemo virorū illorum qui vocati sunt gustabit cœnam meam. Istæ tres excusationes signāt tria peccata mortalia, s. superbiam, auaritiam, & luxuriam, quæ impediūt gustum cœnæ cælestis gloriæ, &c. Primus excusat se dicens, Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam. Rogo te habe me excusatum. Ecce emptio villæ signat peccatum superbiæ, quia vult esse Dominus & habere regimen populi, qualitercunque nominetur superbia est. Quia ab initio Deus fecit hominem bestiarum dominū dicens, Crescite & multiplicamini & replete terram, & subijcite eā, & dominamini piscibus maris & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur super terram. Gene. 1. Sed non dedit sibi dominium hominū, quia per naturam omnes sumus æquales. Ideo velle hominibus dominari superbia est, quę impedit ne superbus veniat ad cœnam paradisi. Nota similitudinē quam ponit Boetius de moribus, quia si vnus se vellet elevare & alijs dominari, vellet ab alijs sibi pedes osculari, & de his homo rideret & truffaret. Ita est de illis qui se ingerunt ad dominiū vel ad curam & regimen cōmunitatis, vel ad prelationē, superbia est & dānatio. Multi sunt qui nescientes regere seipsos, nec domum suam, & volunt regere communitatē, ac si ille qui nescit regere barcā, vellet regere nauem, quale periculum esset. Ideo dicit scriptura, Interdū dominatur homo homini in malum suū. Eccle. 13. Ideo ille excusando se dixit, villam emi, &c. Attendite quam stultus fuit ille negotiator, quia nondū viderat villam & iam solvit pretium. Ex ista ambitione dominandi multi dānantur, quia deberent fugere, & ipsi se ingerunt, &c. Secūdus excusando se dixit, Iuga boum emi quinque, & eo probare illa, rogo te habe me excusatū. Ita erat stultus vt primus emendo quod nō vidit. Emptio boum signat peccatum auaritiæ. Ratio, quia sicut bos arādo rumpit terram, sic & auari tractant terrena. Ideo auari semper loquuntur de terrenis, de nundinis, non solū intra hebdomadam, sed etiam in diebus festiuis quando dicitur missa. No. exemplū de diuite auaro, qui moriendo semper dicebat tres solidos & dimidiū, &c. De istis dicit Dauid in persona Christi, Proijcientes me nunc circundederūt me, scilicet in iudicio, oculos suos statuerūt declinare in terram. Quinque paria boum signant quinque sensus corporales, quę omnia sunt duo oculi, duæ aures, &c. Et auari ista quinque ponunt solū ad terre-

rena, excusant se à cōuiuio, & ex hoc impediuntur. Propter hoc dicebat Christus, Videte & cauete ab omni auaritia, quia non in abundantia cuiusque vita eius ex his quæ possidet. Lucæ duodecimo. Nota, Cauete ab omni auaritia, ergo à rapina. hoc contra dominos ab vsura collocata, contra diuites, à furtis secretis etiam frumenti, à fraudibus emendo & vendendo, hoc tangit mercatores à retentione decimæ salariorum & bonorum, vel legatorum defunctorum. Ecce quare dicit, Cauete ab omni auaritia. Tertius excusando se dixit, Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Duo primi dixerunt excusando se, Rogo te habe me excusatum. Sed ille allegat impossibilitatem dicens, Vxorem duxi, &c. Ducere vxorē non est peccatum si intentio sit recta. Sed hodie tota intentio consequēter vel principalis intentio est ad luxuriam. Sicut equus & mulus quibus non est intellectus. Item quia modò vxores impediunt viros ne possint ire ad conuiuiū paradisi. Ab initio Deus formauit Adam solum sine muliere, deinde dixit Deus, Non est bonum hominem esse solum, faciamus ei adiutorium simile sibi. Genesis secundo. Sed si modò haberet creare vxorem, diceret Deus, Bonum est esse hominem solum. Non faciamus ei destructorium simile sibi. Antiquitùs parum expendebat in nuptijs & in vestimentis, sed consentiebant dotem, &c. Ideo erat adiutorium viro, sed modò destructorium, quia si ipsa portat viro quingentos florenos, amici eius dicunt. Vos habeatis tot vestes, &c. intantum quod illud quod vxor portat & vir habet, totum expenditur. Ideo si vir est aduocatus procurat sibi per falsas aduocationes, notarius per falsas literas, procurator per falsas procurationes, vt possint bene viuere. Item mulier transacto anno statim petit tunicas nouas, nec permittit quiescere virum. Et pauper homo dicit intra se, Quid faciam, non possum viuere cum isto diabolo, facit se furem, ingerit se ad officia communitatis, vt pertractet pecunias ciuitatis, vel communitatis. Ideo posset dicere, Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Nota, de illis duobus iuuenibus, qui dixerunt magistro Vincentio, quod hac de causa nolebant ducere vxores, quia tenebant captiuas, siue concubinas, dicendo eis quod melius erat eis in vno peccato mortali de simplici fornicatione, quàm in multis, quia multa peccata concurrunt aliquādo in matrimonio. Quod patet, Primò de superbia, propter vana ornamenta vxoris, & etiam ipsorum virorum consequenter, Item de auaritia, vt sufficeret ad vanitates. Item de luxuria, quia quando nolunt eis prouidere de vanitatibus, &c. recipiunt amatores alienos, & nolunt viris suis reddere debitum dicendo, O vos estis animis luxuriosus, oportet vos ire ad alias? Item de inuidia dicendo, Nunquam fuistis dignus, quod ego essem vxor vestra, ossa patris mei tristātur. Item de gula, quia multę volunt bibere de mane. [illegible] de ira,

Universidad de Deusto
Biblioteca

de ira, quia aliquoties viri veniunt tristes de consilio vel negotijs, & vxores quæ deberent eos consolari faciunt turbationem, &c. Idē de accidia, quia dicunt, Ego portaui tantum, ideo certè non intrabo coquinam, habeat ancillam vel captiuā. Ex ista ratione quando Christus fuit interrogatus à Iudæis, Si licet homim dimittere vxorē suā quacunque ex caussa. Matt. 19. Respondit quod non, nisi ex fornicatione, quia tunc non debet eam interficere, sed ad domum patris remittere, nisi ipse etiam fregerit fidem, quia ex hoc etiam ipsa potest virum dimittere, vel transeat vnum pro alio. Certè dixerunt discipuli, Si ita est caussa hominis cū vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datū est. Ibidem, Sunt eunuchi qui castrauerunt seipsos propter regnū Dei. Qui potest capere capiat, &c. Matt. 19. Ecce qualiter ista tria peccata impediūt multos, &c. Ideo dixit Ioannes, Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, ecce peccatum luxuriæ, aut concupiscentia oculorum, ecce peccatū auaritiæ, aut superbia vitæ. 1. Io. 2.

Parratio est de vero & vxore in duortio ob fornicationem.

Quarta camera est de pietate copiosa, quæ ædificatur in hoc quod dicitur, Paterfamilias dixit seruo suo, Exi citò, &c. vsque impleatur domus mea. Nota quatuor conditiones miserabilium personarum nominantur, scilicet pauperes, debiles, ceci, & claudi. Et signāt quatuor conditiones gentium quæ leuiter conuertuntur & saluantur, de quibus dicit thema, Domine factum est vt imperasti. Quia de istis impletur domus paradisi. Primi sunt pauperes, qui in hoc mundo non habent magnam substantiam, & cum patiētia transeunt simpliciter, sperantes quod in alio mūdo erunt diuites. Tales quādo vocantur, s. in vna predicatione, statim veniunt, parant se per cōtritionem, confessionē, & sanctificationem, iniuriarū remissionē. Scribit de diuitibus qui habēt hic magnas diuitias, delicias, & honores, tantūm delectantur in prandio huius vitę, quod obliuiscuntur prandij paradisi. Rectè accidit eis vt falconi, qui cùm esurit, statim ad gentem vocationem domini venit, sed si habet stomachum plenū, non curat venire. Ita rectè est de hominibus mundi. Pauperes statim veniunt, sed diuites dicunt, Anno veniēti vadam, vel in quadragesima sequēti, &c. Ideo indignatus dominus mittit ibi lapidem mortis, & proijcitur in sterquilinio inferni. Ecce quare dicit, Voca pauperes. Audite fratres mei. Nonne Deus elegit pauperes in hoc mūdo, diuites in fide & hæredes regni, quod Deꝰ promisit diligētibus se? &c. Item voca debiles, quia tales libenter veniunt ad Deum, sani autem non curant de paradiso, sed de diuitijs, de luxuria, &c. Sed quādo venit infirmitas, vna febris & dolor, cōuertuntur ad Deum & cōfitentur, &c. Item de mulieribus quæ quādo sunt in prosperitate nō curant de Deo. Sed quādo venit vna perla in oculo, vel fractio tibiæ, vel cancer, &c. tūc non curāt de vanitatibus, sed de ecclesia. De hoc Dauid.

Dauid, Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, posteà acceleranerūt, Leuate ad eū. Psal. 15. Item voca cęcos, ignorātes & simplices sine malitia, quia tales vadunt ad paradisum, quia hodie quantò sunt doctiores, tantò sunt magis presumptuosi, quia sciētia inflat, & alios reputant capras. Quando tales veniūt ad sermones, dicūt intra se, Et quid dicit iste frater, & cum spiritu contradictionis ponunt obicē, & claudunt iauuam ne in eis intret radius claritatis diuinæ gratiæ. Simplices autem qui non habēt oculos scientiæ acquisitæ nec presumptionis, sed deuotè accedūt, tales leuiter veniunt ad satisfactionem. Ideo legitur quod Christus curauit vnum cęcum à natiuitate, qui statim fuit conuersus. Pharisæi autem exprobrabant Christo dicendo: Et vnde est huic quod posuit cæcum curare, &c. Quibus dixit Christus, Ego in iudicium in hunc mundum veni, vt qui nō vident videant, & qui vident cæci fiant. Pharisæi autem intelligentes quod hoc diceret de ipsis, dixerunt Christo. Nunquid & nos cæci sumus? Dicit eis Iesus, Si cęci essetis non haberetis peccatum, nunc verò, quia dicitis, videmus, peccatum vestrum manet. Ioan. 9. Quarto vocat claudos. Dicatur quid est claudicare. Rectè incedunt illi, qui ex aliqua iniuria recipiunt tantam indignationem quod nolunt contentari nisi priùs vindicaueriut se, nec alias iniurias remittunt, immo stant erecto collo. Tales non ad paradisum ascendunt, sed ad infernum descendunt. Pater meus cæleſtis tradet vos tortoribus, si non dimiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Matthæ. 18. Claudus autem & si ad modicum & paruum tempus stet rectus & indignatus, tamen statim humiliatur ad remittendum & pacificandum, quādo dicitur ibi, propter Deum remittatis. De istis quatuor conditionibus gentium impletur domus paradisi, Domine factum est vt imperasti. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo III.

Villam emi, & necesse habeo exire & videre illā. Luc. 14. In presenti sermone intendo declarare retributionē quā Deus facit in alio mundo animabus defunctorum de gloria, vel de pœna secundum opera quæ in hoc mundo fecerunt. Credo quod erit materia vtilis, sed priùs salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi iuxta intellectū allegoricum sciendum quod doctrina est in sancta theologia cōmunis & vera, quod Deus in hoc mundo nō dat retributionem de bonis quæ facimus nec punitionem de malis. Quod autem boni non remuneretur in hoc mundo ad oculum patet, quia multi viuunt sancte, quot religiosi, quot clerici, & quot laici faciūt multa bona opera, & sic moriuntur quod in hoc mundo nō habuerūt retributionē? Ratio, quare non retributionem accipiunt in hoc mundo est, quia seruire Deo in bonis operibus est sanctitas. ideo Leuit. 20. Sanctificamini

Universidad de Deusto
Biblioteca

camini & estote sancti, quia ego sanctus sum Domin⁹ Deus vester. Custodite præcepta mea & facite ea, ego Dominus qui sanctifico vos. Bona autē huius mūdi sicut sūnt diuitię, honores, dignitates, finitates, prosperitates, & huiusmodi, sunt vanitates. Hoc determinat sapiens Salomō dicens: Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas & afflictio spiritus. Ecclesiast. 1. Cūm ergo seruitium Dei sit sanctitas, & bona huius mundi vanitas, &c. non cōpetit Deo pro sanctitate dare vanitatem, pro auro dare lutum. Ista est ratio quare Deus non remunerat hic, quia bona huius mundi non sufficiunt ad remunerandum bonos. Itē in hoc mundo non puniuntur mali, immo videtis magnos peccatores, vsurarios, homicidas, luxuriosos, qui non dolent de peccatis, nec cōfitentur, nec cōmunicant, nec habent fidem firmam in corde: & homo videt quod habent multa bona, diuitias, honores, & sic moriuntur quod nullam habuerūt hic punitionem. Ratio est, quia omne peccatum mortale factum contra Deum est infinitę grauitatis verbi gratia. Magnum peccatum esset percutere pauperem rusticum, sed maius esset percutere ciuē, maius militem, maius baronem, maius comitem vel ducem, sed grauius esset percutere regem vel papam: quia malum seu peccatum grauatur secundum dignitatem personę. Cūm ergo Deus sit infinitæ dignitatis & veritatis, quia rex & papa, pater & creator omnium: ideo iniuria quæ fit contra eum est infinitæ grauitatis. Cūm ergo in hoc mūdo nulla sit pœna infinitæ durationis, ideo expectat post hanc vitā in alio mundo punire malos rigorosē. De hoc dicit ipsemet iudex. Filius hominis venturus est, scilicet in iudicio, ad dandū remunerationem in gloria patris sui cum angelis suis, & tunc reddet vnicuique secundū opera eius. Matt. 16. Bonis dabit gloriam æternam, malis pœnam perpetuam. Opera ergo bona vel mala quæ facimus in hoc mundo sunt quasi pretium quibus emitur nostra statio, propter quod quilibet potest dicere thema: Villam emi, scilicet meis operibus, & necesse habeo exire, scilicet de hoc mundo per mortem, & videre possessiuē illam. Patet thema. Tres villas inuenio in alio mundo secundum sanctam scripturam, in conditionibus multum diuersas.

Ratione obiecti.

Prima est superius cælestialis & gloriosa,
Secunda inferius infernalis & tenebrosa,
Tertia est in medio purgatorialis & dolorosa.

Quelibet istarū emitur operibus diuersimodè, vnde emptor dicere potest, villā emi, &c. Quantū ad primā villā, quæ est superius cælestialis, & gloriosa. Ista est in cęlo ita excellēs quod si per impossibile homo posset per fenestrā immittere caput & respicere eius pulchritudinem etiā corporalē, tanta est eius pulchritudo quod etiā si non videret Deū nec sanctos, nollet comedere nec bibere. De qua dicit Apostolus qui eā vidit raptus: Oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ præparauit Deus his qui diligūt illū, nobis autem reuelauit per Spiritū sanctū. 1. ad Corinth 2. Nota. Oculus, scilicet philosophorum nō vidit, Philosophi autem omnia volunt videre oculo intellectus per demonstrationem potissimum. Sed isto modo nunquā potuerunt videre nisi nouē cælos quos ponunt, quia eorum scientia per motum habetur: sed quia cęlum decimum, scilicet empyreum est immobile, ideo ad ipsum non ascēderunt. Nec auris, s. Iudæorum audiuit, quia lex Iudæorum quā audierunt à Moyse, solùm loquitur de isto mundo, promittendo solùm terrena. Sed Christus debuit loqui de alio mundo & promissiones cælestes facere. Nec in cor hominis Agareni ascendit quāta & qualis sit gloria beatorum. Sed bene Machometus posuit in corde Agareni gloriā porcorum & asinorū, scilicet comedere & bibere & luxuriari. Sed nobis Christianis reuelauit Deus incarnatus. De illa villa immo port⁹ ciuitate multa reuelauit Deus Dauid, propter quod dixit, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Psal. 86. Hæc emitur decē florenis. Ideo si vultis esse boni mercatores, paretis vos ad emendū ex quo habetur pro tam bono foro. Decem floreni sunt decē opera pœnitentialia, quia omnes sumus peccatores. Vel si vis dicere quod decem floreni sunt decem præcepta obseruanda, dicas secundum qualitatem auditorum. Iuxta illud, Si vis ad vitam ingredi serua mādata, &c. Matthæi 19. Primum opus pœnitentiæ est peccatorum cognitio quando religiosus vel clericus redit ad se, & cogitat vitam malam quam tenuit & conterens dicit: O miser tot anni sunt quod ego porto habitum & adhuc, &c. Idem dicendum est de clericis & laicis. Talis cognitio est quasi vnus florenus in bursa conscientiæ. Ideo Dauid postquam cognouit peccatum suum dicit: Amplius lauame ab iniquitate mea. Psalmo 50. &c. Secundum opus pœnitentiæ est cordis contritio, sicut puer qui cecidit in luto videns se immundum plorat. Cor contritum & humiliatum Deus nō despicies. Tertium opus pœnitentiæ est propositum emendandi, scilicet proponere magis velle mori quàm redire ad peccata, & propositum recedendi & emendandi à mala societate. De isto dicit Christus: Vade, scilicet cūm bono proposito, & iam amplius noli peccare. Ioannis octauo. Quartum opus pœnitentiæ est oris confessio, quia corruptio nō debet intus remanere, sed debemus eam comprimere vt exeat quod doloroſum est, ita mundatur & curatur anima in confessione. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confitetur & reliquerit ea, misericordiam consequetur, &c. Prouerbiorū vigesimo octauo. Quintum opus pœnitentiæ est corporalis afflictio, castigando carnem quæ toties se facit peccare cū virga pœnitentiæ. Aug. Carnē vestram domate ieiunijs & abstinentia escæ & po

Universidad de Deusto
Biblioteca

tu, quantum valetudo permittit. Sextum opus pœnitentiæ est spiritualis oratio, quia oratio corporalis, scilicet calciãdo se, vel vesticando, modicum valet, etiã mulieres ornando se orãt, sed spiritualis est optima, cogitando quod Christũ videtis iratũ cõtra vos, &c. Oportet semper orare & nõ deficere. Luc. 18. Nota ibi pulchra semper, id est omni mane & sero. Septimum opus pœnitentiæ est debitorum restitutio. Respiciatis domum, taxiam, & bursam, si est ibi aliquid de malè acquisitis bonis & alienis, s. de furto, vsura, rapina, calũnia, de ecclesia, de mortuis, quia regula est iuristarũ & etiam theologorũ quod nõ dimittitur peccatum nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. Si res, nullus se decipiat dicendo, Ego dimittã istam in testamento. O stulte credis quod filius tuus diligat animã tuam plus quàm tu, si tibi non sufficit cor ad restituendũ, quomodo credis quod filius tuus restituat, qui nõ recepit medietatem, forte nihil restituet: si vero faciat restitutionem, liberabit animã suam, sed non tuam de inferno, quia in vita tua non habuisti propositum restituendi. Ideo nõ sinit sine peccato mortali. Octauum opus pœnitentiæ est famæ reformatio, si aliquem diffamastis vel peccatum occultum publicastis, restituatis sibi famã apud illos apud quos diffamastis eum. Quia sicut fur qui furatur bona nõ potest saluari nisi restituat, sic nec qui furatur famam, immo magis furtum facit lingua quàm manus. Melius est nomen bonum quàm diuitiæ multæ Prouer. 22. Ideo August. Nõ pigeat ex ipso ore proferre medicamentum, vnde facta sunt vulnera. Nonum opus pœnitentiæ est iniuriarum remissio. Si habetis inimicos parcatis eis bono corde, nõ queratis vindictã. Nec est melius remedium ad obtinendum remissionem peccatorum apud Deũ quàm remittere. Si remiseritis hominibus peccata eorum, dimittet vobis pater vester cælestis delicta vestra, si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Matth. 6. Decimum opus pœnitentiæ est eucharistiæ communio. Isto modo quando venietis ad portam paradisi portantes istos decem florenos in bursa conscientiæ dicetur à Christo, Intra in gaudium Domini tui. Propter hoc dicebat Christus, Pœnitentiam agite, quæ in his decem consistit. Qui habet ista decem potest dicere, Villã emi, scilicet ciuitatem paradisi. Quantum ad secundam villam quæ est inferius infernalis & tenebrosa. Ista in corde terræ cõsistit, plena est igne, &c. ibi enim cruciantur damnati. In omnibus habet conditiones coõtrarias primæ ciuitati. Si vultis scire omnes eius conditiones & dolores, ecce quid dicit Deus, qui vt bonus & fidelis mercator, nolens aliquem decipere, vt faciũt multi mercatores, qui celãt malas rei venditæ cõditiones, dicit clarè cõditiones illius villę per os Iob, qui dicit illã esse tenebrosam & opertam mortis caligine, terram miserię & tenebrarũ, vbi vmbra mortis & nullus ordo, sed

sed sempiternus horror inhabit, Iob. 10. Septem malas conditiones illius villę enumerat. Prima quod est terra tenebrosa. Si dicatur, Et numquid est ignis ibi? Immo, ergo claritas. Dico quod ille ignis est flamma in qua tamen omnes se vident & cognoscunt. Sed quia ille ignis nõ est clarus, ideo, &c. Secũda cõditio est quod est terra operta mortis caligine. Hoc dicitur pro tanto, quia nõ vident Deum, licèt modò videant beatos, sed tamen ad maiorem pœnã eorum, vt sa melicus videns mensam ornatã & non potest inde comedere, dolet & tristatur, & in eodem augmentatur dolor. Idem de dãnatis, quando vident Paulum qui fuit superbus, dicunt, Et quis est ille, &c. Item de beato Matthæo auaro, & de beata Magdalena quæ fuit luxuriosa. Tertia conditio est, quia dicitur terra miseriæ, quia omne bonum eis deficit, intantum quod nec guttam aquæ possunt habere. Vnde si omnia bona mundi fierent pro eis non haberent aliquod remediũ, immo augmentaretur eis dolor. Nota exemplum de captiuo cui mittatur pretium redemptionis & perditur, quomodo dolet. Quarta cõditio est quod est terra tenebrarum, quia peccata dicuntur tenebræ Apostolus, Abijciamus opera tenebrarum, ad Rom. 13. Damnati autem semper sunt in pœnis & renegant & maledicũt Deum, filius insurgit cõtra patrem dicens: O proditor, quia pro te sum damnatus, & cõtrà, vir cõtra vxorem, &c. Quinta cõditio tangitur cùm dicitur, vbi vmbra mortis. Et hoc quantum ad tormenta. Nam in hoc mundo grauia tormenta occidunt homines, & cõsequenter cessant, sed in inferno licèt grauissima sint tormẽta, nõ dant tamen eis mortẽ, quia immortales sunt. Ideo nõ dicitur mors, sed vmbra mortis. Sexta cõditio est, quod ibi nullus ordo est, sed cõfusio. Argumẽtum in oppositum. Nam dicit Apostolus, Quæ à Deo sunt, ordinata sunt. ad Rom. 13. Cùm ergo infernus sit opus Dei, quomodo dicitur, vbi nullus ordo? Respõdeo quod in inferno quod est, à Deo ordinatũ est, sicut sunt punitiones peccatorũ quę sunt à Deo, sed in operib⁹ dãnatorũ ibi null⁹ ordo est. Immo quãtò amores fuerũt maiores hìc, tãtò maius inter eos ibi est odiũ. Filius nõ est ordinat⁹ erga patrẽ ipsum honorãdo, sed vituperãdo, &c. Septima cõditio tãgitur ibi cùm dicitur, sempitern⁹ horror inhabitat id est æterna pœna de horribili visione demonũ. Nota hìc miraculũ de illo lumine cui apparuit dæmõ in horribili figura, qui cecidit quasi mortuus. Cũ autẽ fuit ad se reuersus, interrogat⁹ quid vidisset, respõdit q⁹ dæmonẽ in tali figura & quod cupius vellet trãsire per furnũ calidũ spatij vnius leucę, q̃ iterũ videre illã figurã. De ista maledicta ciuitate dicit Ioannes, Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis, quoniam vna hora venit iudiciũ tuum. Et negotiatores terræ flebũt & lugebũt super illã. Apoca. 18. Nota væ, quantũ ad animas quæ sunt iã ibi, & væ quantũ ad corpora post iudiciũ. Ciuitas illa Babylonis i confusio-

fusionis. magna, quia magnæ personę in dignitatibus, diuitijs & honoribus vadũt illuc, quia ciuitas cęlestis pauperib⁹ populatur & repletur. Itẽ iterum magna, quia in die iudicij tot erũt damnati, quod cõparatiuè loquendo pauci erũt beati. Iuxta illud, Multi sunt vocati, pauci verò electi. Mat. 22. Ista mala villa emitur septem solidis, id est septem peccatis capitalibus, & multi emunt illam, licet Deus eis dixerit malas cõditiones huius villę. Ideo auisetis vos, ne istud peccatum portetis, &c. Primus solid⁹ quo emitur est superbia siue procaterua, quia nõ vult subijci nec obedire voluntati Dei, vt discipulus magistro, ignorans sapienti. Ex hoc sequitur præsumptio, vana gloria, propter hoc dicit Deus per os Tobiæ, Superbiã vunquã in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initiũ sumpsit omnis perditio. Tob. 3. Secundus est auaritia acquirendo bona terrena iniustè per vsuras, & rapinas, furta, &c. Ideo Christus, Cauete ab omni auaritia. Luc. 12. Tertius est luxuria. In duobus verbis dicam vobis quid est. Vir cum vxore sua si seruat modum non est luxuria, nec faciunt luxuriã, quod sit peccatũ mortale. Sed aliter quomodocunque velis delectationem per illas partes, luxuria est & damnatio. Ideo dicit scriptura. Abstinearis vos à fornicatione vt sciat vnusquisq; vestrũm vas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. 1. ad Thes. 4. Quartus est inuidia, scilicet dolere & tristari de bono alterius. Mala moneta est. Deponentes igitur omnem malitiam & omnem dolum, & simulationes & inuidias & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes. 1. Pet. 2. Quintus est gula, frãgere ieiunia ecclesiæ comedendo & bibendo excessiuè. Ideo dicit Christus. Attendite vobis ne fortè grauẽtur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. Sextus ira, rancor, mala voluntas, de sideriũ vindictæ. Sol nõ occidat super iracundia vestra. ad Ephe. 4. Septimus est accidia, quę nulli nocet nisi vobis dimittendo bona quę teneminì facere, vt orationẽ, missam, cõfessionẽ in quadragesima, & cõmunionem in pascha te. Ex ista mala moneta acquiritur villa inferni ideo dicit scriptura. Ne acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. Quoniã Deus nõ fecit mortẽ, nec lętatur in perditionem viuorũ. Sapi. Qui stat in his peccatis, & nõ vult conuerti nec facere pœnitentiã, potest dicere, villã, scilicet infernalem emi. Quantũ ad tertiam vallam quæ est in medio, purgatorialis & dolorosa est, sed nõ est tenebrosa, quia eius habitatores habent claritatem gratiæ Dei, nec gloriosa, quia nõ vident Deum, sed est dolorosa, quia ibi est ignis, scilicet flamma pura quæ virtute Dei cruciat animas purgandorum. Non sunt ibi dæmones, sed tantus est ibi dolor quod dicunt doctores sancti, quod nulla pœna huius mundi potest comparari pœnæ minimę purgatorij. Iotantum quod si Deus poneret vnam animam de illis

de illis de purgatorio in furno calcis vel vitri igniti reputaret hoc ad gratiam, quia non haberet tantam pœnam. Si dicatur, quæ est ratio quod tanta sit pœna, respondeo, quia ibi est violenta & non voluntaria pœnitentia. Quæ sit in hoc mundo est voluntaria, & de modica pœnitentia in isto mundo Deus contentatur. Sed qui non facit hic voluntariè, faciet in purgatorio coactè. Nota similitudinẽ de patre qui corrigit duos filios, & vnus humiliter & voluntariè venit ad patrẽ, quo facto promittens de cetero emendationem, pater statim dimittit virgam, contentus de humilitate filij. Sed alius filius recalcitrat & contradicit patri, ideo fortiter verberatur. Ita qui in hoc mundo humiliatur ad pœnitentiam, Deus est contentus. Qui autem non vult facere hic pœnitentiã, fortiter post istam vitam punietur in purgatorio. Pœnitentiam soluet clamando & plangendo, dicens: Heu mihi, quia incolatus meus, id est habitatio, prolongatus est, habitaui cum habitantibus Cedar, scilicet in tristitia vel tribulatione, multum incola, id est inhabitata fuit anima mea. Psal. 119. Ista villa emitur non florenis nec solidis, sed tribus denarijs minutis, quia solùm peccatis venialibus emitur. Decedens enim in peccato mortali, descendit ad infernum & damnatus est. Nota tria genera peccatorum venialium. De istis tribus differentijs peccatorum venialium dicit Apostolus, Si quis ædificauerit super fundamentum hoc, scilicet fidei, quia nec Iudæi nec Agareni intrant ibi, ligna, fœnum, stipulam, detrimentum patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 1. ad Corinth. 3. Nota ligna, fœnum, stipulam, hæc tria significant tria peccata venialia prædicta. Lignum quod difficilius comburitur quam fœnum, significat peccata venialia maiora, quia pro talibus multum stant in purgatorio. Fœnũ quod citiùs comburitur significat peccata venialia mediocria. Stipula, id est palea significat peccata venialia minima, de quibus statim purgantur & purificantur transeundo per purgatorium. Respiciatis ergo bursam conscientiæ, & videatis qualem monetam portetis, vt possitis dicere, Villam emi, scilicet paradisi, non inferni nec purgatorij. Auisetis vos, &c. Deo gratias.

Ex hoc loco colligitur, esse purgatorium.

De eadem Dominica. Sermo III.

Fecit cœnam magnã, & vocauit multos. Luc. 14. In isto sermone iuxta materiam quam tangit thema propositũ volo declarare modos quos Deus tenet vocando peccatores ad se & ad bonam vitam, & finaliter ad gloriã. Credo quod erit bona materia Deo acceptabilis & gratiosa, & nobis vtilis & proficua, sed priùs saluetur virgo Maria. Fecit Christus cœnam magnam, & loquitur de gloria cęlesti, & vocauit multos. Sumitur hic multos pro vniuersalitate, quia omnes vocati sumus ex parte Dei. Ideo si non vadamus illuc, defectus

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ex parte nostra. Inueni in sacra scriptura quatuor modos quos tenet Christus vocando peccatores ad se, scilicet,

Per signum certum,
Per verbum viuum,
Per nuncium verum,
Per scriptum clarum.

Omnes qui sunt in paradiso vel erunt, sunt vocati aliquo istorũ modorum. Ideo dicit thema, Fecit cœnam magnã, &c. Dico primò q; Deus vocat multas personas ad gratiam suam & bonã vitã, & finaliter ad æternã gloriã per signum certũ. A simili, sicut quando pulsantur cãpanę hora missę est signũ vt gentes veniant ad missam, vel pulsatio tubę apud magnos dominos est signũ certum vocandi milites & scutiferos ad prandium, vel pulsatio ad ianuam est signum certum suę vocationis. Ita quãdo Deus pulsat ad portã cordis tui vel illius, signũ est quod vocat te vt vadas ad eũ. O dicet aliquis, Nunquã ego audiui ipsum vocãtem, vel pulsantem, immo videtur q; nõ diligit me. Dicatis, nũquid vos sensistis quãdoq; in corde vestro cõpunctiones dicendo, quare non redis ad Deum? tot anni sunt quod viuis in mala vita vel in mala voluntate, nõ fuisti confessus, viuis in luxuria & auaritia: O miser quid erit de te? Respondebitis quod sic. Certè isto modo Deus pulsat ad cor dando commonitiones & compunctiones & remorsum conscientiæ. Cùm sentitis istos ictus, quia isto modo nullus potest tangere cor nisi Deus, est signũ quod vocamini ab eo. Auctoritas. Ecce ego sto ad ostiũ & pulso, si quis audierit vocem meam & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cœnabo cum illo & ipse mecum. Apoc. 3. Nota dicit Christus, Ecce sto ad ostiũ, scilicet cordis, & pulso, scilicet dando compunctiones. Quando dicit peccator: O miser, si modò in tali statu morior, quid erit de anima mea, &c. tunc Christus pulsat. Si quis audierit vocem meam. Eius vox auditur quando in illis compũctionibus homo recipit bonum propositũ confitendi, remittendi, restituendi, & voluntatem firmam de cetero cauẽdi à peccatis. Ianua sibi aperitur in cõfessione, tunc enim mundatur camera cõscientiæ. Et introibo ad illum, scilicet in cõmunione, quia in hostia consecrata est Christus ita verè & realiter vt est in cælo. Et cœnabo cum illo, scilicet per gratiam, & ipse mecum, scilicet in fine per gloriam. De ista vocatione dicebat Esaias, Vocabit Dominus Deus exercituum in die illa, scilicet ecõuersionis peccatores ad cõpunctionem, ad fletum & ad planctum. Esa. 22. Fecit cœnam magnam, &c. Dico secundò quòd vocat per verbum viuum, ac si ego verbo viuo vocarem Petrum, &c. Isto modo Deus vocat nos in prædicatione euangelica, quia verbũ prædicatoris bonã doctrinam prędicãtis, verbũ Dei magis est q; prędicatoris. Sicut sonus fistulę potiũs est sonantis, quàm fistulæ, quæ de se nescit facere sonum. Sic prædicator nõ est nisi fistula quæ à spiritu sancto mouetur. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis, dixit Christus prędicatoribus. Mat. 10. Patet clarè q; verbum prędicatorũ est verbum viuũ Dei, quando ergo prędicator prędicat, tũc Deus vos vocat verbo suo viuo. Seruũ meum vocaui & non respondit mihi, ore proprio deprecabar illũ. Iob 19. ideo quando vos auditis vnã bonam prædicationem in qua prædicatur, monet vos vt dimissis peccatis redeatis ad bonã vitam, statim vos debetis dicere: O Deus vocat me, volo conuerti & ire ad eum. Sed multis accidit vt Samueli puero innocenti, humili, & deoto. Quę Heli, qui erat vt Papa apud nos, faciebat dormire coram arca Dei. Et de nocte Deus vocauit eum dicens Samuel, qui surgens cucurrit ad Heli dicens: Ecce ego, vocasti enim me, &c. Qui dixit eum vocaui te. Reuertere & dormi. 1. Reg. 3. Cùm autem iterum secundò, & tertiò vocaretur à Deo semper ibat ad Heli. Intellexit autẽ Heli quod Dominus vocaret puerum, &c. Nota historiam quãtum facit ad propositum. Ita accidit multis qui vocantur à Deo, & ipsi vadũt ad Heli. Heli enim interpretatur, scilicet fortis, ascendens, Deus meus. Quãdo inuenes vocantur à Deo, ipsi vadũt ad Heli, dicendo: Modò ego sum iuuenis & fortis, sed quando ero senex, tunc ego faciam pœnitentiam. Vos vaditis ad Heli, scilicet ad fortem confidentes de iuuentute, fortitudine, &c. cùm tamẽ non sitis certi an hodie vel cras moriemini. Quando dicitur religioso iuueni. O quare non seruatis regulã & cæremonias, &c. respondet, modò sum iuuenis, sed quando ero senex, &c. quando nõ poterit seruare. Idem de clericis & laicis & mulieribus. Pauci iuuenes sunt qui vadunt ad Deũ, quando vocantur vadũt ad Heli, hoc est ad fortem, quia confidunt de sua iuuentute & fortitudine, & frequenter iuuenes improuisè moriũtur, & sic vadunt ad infernum. Quando sunt infirmi dicunt sui, Non dicatis sibi quod confiteatur, quia posset terreri quod, &c. sed quãdo medicus dicit, factum est faciatis ipsum confiteri, quia mortuus est. Non fiet ita dicit diabolus. Quando venit cõfessor facit ipsum dormire. Et dicũt sui confessori. Pater modò dormit, tamen redeatis in ſero, & tunc diabolus facit ipsum sudare, & dicitur cõfessori, O pater redeatis eras de mane, quia modò sudat. Et in crastinũ quãdo cõfessor venit quęrens de eius statu dicunt, Pater in media nocte mortuus est. Ideo confiteri statim debetis, & non cõfidatis de fortitudine. Ideo Dauid, Fortitudinem meã ad te custodiã, &c. Alij vadũt ad Heli secundũ quod interpretatur ascendens, appetentes ascensum, mundanitatem in honoribus, dignitatibus, diuitijs, &c. Quando vocantur à Deo ipsi vadunt ad Heli. Verbi gratia, Deus vocauit religiosum in statu religionis, sed ipse quid facit, vult ascendere, vadit ad studium vt ascendat ad magisterium, episcopatum, &c. Idem de cle-

clerico qui ponit se in domo magni domini, &c. Idē de illis quī pes vsuram volunt ascendere ad magnas diuitias, omnes vadunt ad Heli, &c. Alij vadunt ad Heli secundum tertiam interpretationem, scilicet Deus meus, vt sunt illi qui stultè confidunt de misericordia Dei, quia sine pœnitentia cōfidere de Dei misericordia, stultitia est, dicendo: Quare Christus fecit tantam pœnitentiam non pro se, sed pro me, & cum ista confidentia vana, vadunt ad infernum. Licitū est confidere de Deo quantumcūque homo sit peccator, ū homo vult pœnitere, sed qui nō vult pœnitere, scilicet nec restituere nec iniurias remittere, talis non debet confidere de Dei misericordia, quia stultitia esset. Ecce quid dicit scrip. Ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximāt. Eccles. 5. De nullo legitur mīi de latrone quod haberet malam vitam & bonum finem. Ideo facamus vt Samuel fecit quarta vice quādo fuit à Deo vocatus dixit, Loquere Domine, quia audit seruus tuus faciendo quod prēcipis. Et ex his potest dicere cum sancto Iob, Vocabis me, & ego respōdebo tibi, non Heli, sed tibi, & operi manuum tuarum porriges dexteram. Iob. 14. Dico tertiò quod Deus vocat per nuntium verum, vt iudex qui non vocat per signum, nec verbo viuo, sed per nuntium, id est prēconem quem mittit, ita iudex noster & rex Christus per nuntios curiæ suæ vocat multos: nuntij sunt infirmitates, dolores, aduersitates, febres, senectus, & huiusmodi. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, scilicet altitudinem gloriæ, & ad mœnia ciuitatis. Prouerb. 9. Sed quare dicit ancillas & non nuntios, quia nullus iudex vocat per ancillas sed per nuntios. Respondeo ad innuendum quod infirmitates sunt ancillę quibus Deus vocat. Qui ergo habet febrem vel aliā infirmitatem, citatus est. Ideo paretis vos, quia nonnulli sic vocati remanent contumaces, ideo trahuntur vehementer condemnandi. Nota exemplum de illo diuite cui præmissi fuerunt tres nuntij per angelum suum ante mortem suā, qui volebat habere malam vitam & bonum finem, &c. Ideo auisetis vos ne ita contingat vobis. De talibus dicit Salomon in persona Christi, Quia vocaui, & renuistis, ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cūm vobis id quod timebatis, aduenerit. Prouerb. 1. Ideo semper debet esse homo paratus. Nullus qui habet quinquaginta, vel septuaginta annos vitę potest allegare, præoccupationem mortis. Dico quartò, quod vocat nos Deus per scripturam clarum. Et non sunt plures modi vocationis. Isto modo quando rex vult facere nuptias de suo primogenito filio, facit vocare per scripturam nobiles suos, & quilibet ornat & parat se. Sic vocat Deus ad nuptias filij sui Iesu Christi. Sponsa est humanitas, quā in hoc mundo desponsauit & in cælo fiunt nuptiæ. Simile est regnū cęlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Matt. 22. Et in-

Et misit bonas literas omnibus nobis, vocando ad dictas nuptias. Istę binæ literæ sunt vetus & nouum testamentum, quod summariē nihil aliud continet nisi vt nos vadamus ad conuiuium nuptiarum filij Dei. Ideo Apostolus, Quæcunque scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt. ad Roma. 15. Omnes glossæ & postillæ tendunt ad hoc, vt paremus nos ad eundum. Vel si dicatur sic, Scripturis vocatur diuinitùs. Ideo beati qui ad cœnā nuptiarum agni vocati sunt. Apoca. 19. Sed falco saturatus non curat venire ad dominum vocantem, licet nutu capitis videatur assentire. Et tandem dominus iratus, lapide vel sagitta interficit eum. Ita multi diuites faciunt, & subitò moriuntur. Ideo Christus, Dico vobis quod nemo virorum illorū, qui vocati sunt, gustabit cœnam meam. Luc. 14. &c. Sed accidit multis vt pullo, quia gallina quæ habet multos pullos quādo videt milvum, statim vocat ad se pullos & cooperit sub alis. Sed aliquando miser pullus non curat venire, sed vagatur per vnam spicam vel granum & venit milvus & tollit eum secum. Ita accidit multis, Christus vocat se gallinam habens pullos. Auctoritas, Quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti. Matthæ. 23. Et loquitur Christus ecclesiæ dicens, quoties, id est multoties volui, &c. Et noluisti, scilicet per malos prælatos vel malos Christianos, qui prohibēt & impediunt bonos, vel malo exemplo vel derisionibus, & eis occupatis circa spicam vanitatis, venit milvus, id est diabolus, & ducit secum animam. Verbi gratia, Quando religiosus occupatur circa spinam honoris vel dignitatis, vt ascendat, non curat venire ad Christum vocantem, & interim venit mors, &c. Idem de clerico. Idem de laico occupato in bonis temporalibus. ideo dicit Christus, Dico vobis quod nemo virorum illorum, &c.

De eadem Dominica. Sermo IIII.

Compelle intrare vt impleatur domus mea. Lucæ decimo quarto. Thema dat mihi motuum declarandi quot sunt modi intraudi paradisum & qui sunt. Materia erit Deo acceptabilis & gratiosa, & nobis vtilis & proficua. Salutetur priùs virgo Maria, &c. Pro huius verbi declaratione & materiæ prædicandæ introductione sciendum quod Deus habet istam magnificentiam & excellentiam inter alios, quod omne opus per eum incœptum ducit ad perfectionem secundum finem quem intendit, & nihil dimittit imperfectum. Triplici enim ratione opus incœptum dimittitur imperfectum ex defectu potentiæ, ex defectu scientiæ, & ex defectu constātię. De primo multi incipiūt ædificare magna ędificia, qui post incœptionē dimittunt opus imperfectū, ex defectu potētię pecunię, &c. quia quādo incœperūt non videbāt periculū vel dānum. Alij dimittūt imperfectum

Universidad de Deusto
Biblioteca

fectum opus non ex defectu potentiæ, sed scientiæ, quia quando inceperūt, nō videbāt periculum vel damnū quod sequitur, sed in prosecutione operis vident mala quę possunt sequi, & dimittūt. Alij autem dimittunt opus imperfectum non ex defecta potentiæ, nec scientiæ, sed cōstantiæ, habent enim intellectū flexibilem ad instar gallinæ super cāpanile. Sed isti in Deo non habēt locum, non est in eo defectus potentiæ, nec scientiæ, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ad Heb. 4. nec constantiæ, quia immutabilis. Ideo habemus dicere quod quidquid Deus incipit etiam perficit. Auctoritas. Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia, &c. Deut 32. Deus à principio mundi incœpit vnam rem mirabilem quando in cęlo creauit tot angelos, quot erāt cathedræ siue gradus gloriæ, vt inhabitarentur à creaturis intellectualibus. Sed magna pars angelorum peccauit Lucifero consentiēdo, qui voluit Deo equiparari, propter quod Deus eiecit eos de cęlo dicens: Non habitabit in medio domus meę qui facit superbiam. Michaël autem ex Dei præcepto fecit executionem, & cathedræ remanserunt vacuæ. Ne ergo opus Dei remaneret imperfectum in cælo: quia si in creaturis corruptibilib⁹ non dimittit aliquid imperfectū, multò minus in incorruptibilibus creaturis, propter hoc creauit genus humanum ad supplendum & complendum & reparandū defectum angelorum. Istam rationem assignat magister sentent. in 2. distinct. 1. Et quia sunt multi qui nolunt ire, licēt non dicant ore, ostendūt & dicūt tamen opere malè viuendo. Ideo quid facit Christus? dicit Michaëli principi ecclesiæ, Compelle intrare vt impleatur domus mea. Videtur ergo quod multi violenter vadunt ad gloriam. Nota tres modos quibus homines vadunt ad cælum.

Aliqui vadunt currendo vigorosè,
Aliqui vadunt ambulando spaciosè,
Aliqui vadunt tracti vigorosè.

De his loquitur thema, Cōpelle intrare, &c. Dico primò quod aliqui vadūt ad paradisum currēdo festināter. Currere enim est magnos passus festināter facere. quod includit duo, s. facere magnos passus, secundò quod fiāt velociter, aliter non esset currens. Currendo igitur vadit ad paradisum, qui facit magna opera, s. magnas orationes, ieiunia, eleemosynas, audit missas, sermones, &c. quantò opera sunt maiora, tantò sunt passus maiores. Oportet non solùm magna opera facere & currere, sed quando bona opera sunt magna & multa, & quādo fiunt cū ardore spiritus & feruore & diligentia, tunc talis currit festināter ad paradisum. Apostolus, Festinemus ergo ingredi in illam requiem. Ad Heb. 4. Currendo ergo & festinanter vadit ad paradisum persona quæ non solùm seruat pœnitentiam sibi iniunctam à confessore, sed adhuc addit, & non solùm in dominica audit

audit missam completā & deuotè cū silentio, sed quolibet die. Non solùm cōfitetur semel in anno, sed quolibet mense. Idem de cōmunione. Non solùm seruat ieiunia ecclesię, sed adhuc plus facit, nō solùm restituit, sed immo de suo dat eleemosynas. Talis potest dicere cum Dauid qui fortiter currebat, Via mādatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum. psal. 118. Quādo talis moritur, anima statim euolat ad cælū, cùm tamē sint tot dictæ. Propter hoc sacra scriptura monens nos ad currendum festināter dicit: Deponētes omne pondus & circūstans nos peccatum, per pœnitentiam curramus ad propositum nobis certamē, aspicientes in auctorem fidei & cōsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē, &c. ad Heb. 12. Nota, hic secreta moralia, deponētes omne pondus. Cursor qui vult brauium siue signū obtinere, deponit omne pondus. Ita ille qui currit ad cælum, si vult lucrari iocale gloriæ, oportet quod deponat pōdus peccatorum quod multū aggrauat animam. Dauid, Quoniā iniquitates meę supergressę sunt, &c. Psal. 37. Secundò & circunstās nos peccatum, scilicet auaritiæ, ante & retro à dextris, & à sinistris. Quod peccatum deponendū est secundum quatuor modos restitutionis ad proximum. Ante debet fieri restitutio, quādo vsura cuiusmis sit generis vel speciei, est notoria & clara. Retro quando est colorata, sicut illa quę sunt retro non bene videntur. Sic quando dicitur diuiti, Mihi tantum præstabitis, & ego quolibet anno reddam vobis tantum census. Ecce hic vsura colorata. Censualia sunt bona cum duabus conditionibus, scilicet quod sit vera & realis emptio & venditio, & quod pretiū sit iustum, potestis habere sine peccato. A dextris est restitutio, quę debet fieri per laboratores, qui fraudulenter complent dietā & iornale, & petūt tantū salarium, quia sicut dominus damnaretur nisi solueret salariū, ita damnatur qui recipit salariū & non facit iornale completum, vadunt tardè, & veniunt ante tempus completū vt dormiant, &c. A sinistris est restitutio quæ debet fieri de fama, &c. si aliquē diffamastis, quia nunquam intrabitis paradisum nisi reuocetis. Ecce quare dicit circunstans nos peccatū tenens fortiter, quia nullus restituit. Tertiò per patientiam curramus, quia talis est hodie mundus, quod homines mundani deridēt illos qui currunt ad paradisum festinanter, aspicientes Iesum qui in cruce habuit infinitam patientiā ad iniurias sibi dictas. Ideo Apostolus. Sic currite vt comprehendatis. 1. Cor. 9. Dico secundò quod aliqui vadunt ad paradisum eūdo spatiosè, sicut sunt personæ mundanę quæ non fecerūt amplius nisi quantum obligantur ex præceptis Dei, quia aliàs nisi seruarent Dei præcepta modò non irent ad paradisum secundum regulam Christi, Si vis ad vitam ingredi serua mādata Dei. Mar. 19. Tales multum tardantur in via, quia nihil amplius faciunt. Verbi gratia, Si dicatur alicui de talibus in aliquo die feriali,

sci-

scilicet vadamus ad missam. Respondet non faciã, quia nõ obligor nisi in die festo. Idẽ de ieiunio in sexta feria, nõ obligor nisi ad ieiunia ecclesię, solùm cõfitentur semel in anno, & cõmunicant, seruant pœnitentiam datã à cõfessore, & nihil plus. soluũt bene decimas & primitias & salarium seruientibus, sed non curãt facere magnas eleemosynas. Tales finaliter ibũt ad paradisum, sed tardabunt in via. Et possunt dicere Christo verbũ quod dixit Iacob Esau fratri suo. Precedat Dominꝰ meus ante seruũ suũ, & ego sequar paulatim vestigia eius. Gen. 33. Nimio cõtabit huiusmodi morositas, quãdo in pœnis purgatorij habebunt diu expectare introitum paradisi. Nos modo nescimus quę pœna est nõ videre Deũ, quia non competit nobis in hac vita ipsum videri. Auctori. Nõ videbit me homo & viuet. Exo. 33. Sed animabus separatis quibus cõpetit videre Deũ, est maxima pœna, quando non vident eum, maior q̃ esset mihi vel tibi, si subito perderemus visum. Itẽ quia illa pœna ignis purgatorij est maior pœna q̃ aliqua pœna huius mundi. Nota, hic de illo homine qui habebat magnos dolores desiderabat mori vt liberaretur ab illis doloribus. Cui apparuit angelus dans sibi optionem, vel quod esset tribus diebus in purgatorio ad purgãdum, vel per tres annos haberet illã infirmitatem, &c. Ideo Apostolus, Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt sapientes redimentes, scilicet per pœnitentiam tempus, quoniã dies mali sunt, scilicet in purgatorio. ad Ephe. 5. Dico tertiò, quod aliqui vadũt ad paradisum tracti rigorosè, hoc non auderem dicere nisi quia Christus dicit Michaeli, Compelle intrare, &c. Non intelligatis quod ista violentia fiat libero arbitrio, quia nõ potest cogi, sed ista violentia fit coepori per infirmitates, dolores, panpertates, & tribulationes, & sic liberum arbitrium mutatur, sed nõ cogitur. Nota, de euãgelio dominicæ occurrentis qualiter inuitati se excusauerunt. Tunc dicit Dominus seruitori, Compelle intrare, &c. Nota, practicè qualiter seruus exit ad vias superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, &c. dicens superbo: Vade ris ad cenam, Dominus parauit & expectat vos, &c. Dicebat verè vos ibitis & percutiebat eum, quia seruus bene erat associatus. Idẽ de quaro luxurioso. Idem de mulieribus quæ omnes ibant flentes, sed quando fuerunt intus, curati fuerunt gaudentes, & dicebant servo, O benedicaris. Ecce quid fecisti mihi, sed curatus sum, modo bene est mihi, principium fuit per vim, sed finaliter gaudent. Ita de nobis. Dominus est Christus, seruus est angelus, & sunt multi qui nõ curant venire ad conuiuium paradisi, licèt sint inuitati, sed Christus dicit Angelo: Compelle intrare. Deus in hoc mundo visibilia per creaturã inuisibilem disponit. vnde Greg. Et Angelus dat infirmitatem, dolorem capitis vel stomachi, perditionem bonorum, filiorũ, & huiusmodi, & tunc homo redit ad Deũ. Verbi gratia. Quot prælati sunt

ti sunt qui in prosperitate & sanitate non curant de Deo, immo dãt se delicijs, sed cõpelluntur ire ad Deũ per infirmitates. Idem de dominis temporalibus & de alijs hominibus tam senibus quàm iuuenibus, qui non curant de Deo, sed venit infirmitas, tribulatio, &c. & sicut asinus lasciuiens reducitur ad viam, ita tales ad Deũ vadunt & ad ecclesiã, orant, confitẽtur, &c. ideo Greg. Mala quę nos hic premisit, ad Deũ ire cõpellunt. De istis dicit Isa. Domine in angustia requisierunt te. Isa. 26. ideo cũ magna patientia homo debet recipere aduersitates, quia ad corruptionem sunt. Beatus homo qui corripitur à Domino. Increpationem ergo domini non reprobes, quia ipse vulnerat & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. Iob 5.

De eadem Dominica. Sermo V.

Vi non diligit, manet in morte. Verbum istud habetur originaliter in prima can. Ioã. c. 3. & in epistola currẽtis dominicę. In præsenti sermone volo declarare mala quę venerunt mundo de defectu boni amoris. Spero quod materia erit vtilis animabus nostris. Sed primo saluetur virgo Maria. Pro introductione & declaratione huius verbi & materiæ pertractandę sciendum quod ille magnus & excellens propheta Moyses inter alias doctrinas dedit talem doctrinam filijs Israël dicens: Testes inuoco hodie cælum & terram quod proposuerim vobis vitã & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitã, vt & tu viuas, & semen tuum, & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas. Ipse enim est vita tua, & longitudo dierum tuorum. Deut. 30. Ex istis verbis si bene ponderentur, possumus extrahere quatuor conclusiones. Prima quod Deus est vita in se, & sua vita est suum esse essentiale & non accidentale vt in nobis, qui possumus vitam perdere. Ista conclusio habetur in hoc quod dicit: Testes inuoco hodie cælum & terram, quod proposuerim vobis vitam, scilicet Deum. Secunda conclusio, quod Deus non solùm est vita in se essentialiter, sed est fons & principium vitæ, dans vitam omnibus ei adhærentibus. Sicut ignis de se est calidus & clarus, & sibi adhærentes calefacit & illuminat, ita Deus. Ista conclusio tangitur ibi, Illi soli adhæreas. Ipse enim est vita tua effectiuè & causaliter. Tertia conclusio quod adhærentia ad Deum est per amorem, super omnia cum amando ex omnibus animæ potentijs, sicut qui diligit ardenter aliquam personam, vult eam respicere, & de ea loqui, & cum ea esse, quia res dilecta trahit ad se cor diligentis. Ideo dicit Dionysius, quod amor est vis vnitiua faciens vnum quid ex amante & amato. Ideo qui super omnia diligit Deum, statim voluit ad eum oculos intellectus contemplando, & voluntas inflammatur in eius amore memoria recordatur de beneficijs, ore loquitur ipsum laudando. Ecce qualiter per amo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

amorẽ homo adhęret Deo. Ista conclusio tangitur ibi, Diliges Dominum Deũ tuum, q.d. diliges nõ aliquid trãsitoriũ, diuitias vel delicias, quia perdi possunt & deficere, &c. Quarta conclusio est quod ille qui non diligit Deum longè est à vita, & manet in morte. Hæc cõclusio habetur cũ subditur, Testes inuoco cęlum & terram, quod proposuerim, s. diligentibus Deum vitã, & morte, s. non diligentibus Deum. Propter hoc dicit thema, Qui non diligit, s. Deum, manet in morte. Patet thema. Inuenio in sacra scriptura quod ex defectu dilectionis ad Deum, quatuor mortes venerunt generi humano, ac genus humanum quadruplici morte est peremptum,

Et prima mors spiritualis quam debemus fugere,
Secunda mors corporalis quam debemus proundere,
Tertia mors gehennalis quam debemus præcauere.
Quarta mors æternalis, quam debemus horrescere.

De qualibet dicit thema, Qui nõ diligit, manet in morte. Dico primò quod ex defectu diuinę dilectionis, quia Eua plus dilexit pomũ ligni vetiti q̃ Deum, & Adam plus dilexit Euam quàm Deũ, quia ne molestaret eam fecit contra Dei mandatum, ex hoc venit mors spiritualis, quia quãdo homo peccat cõtra præceptum Dei, homo perdit gratiam Dei, quæ dat vitã animæ formaliter, sicut anima rationalis dat esse & viuere corpori formaliter. Sed quãdo homo peccat mortaliter, perditur gratia, & anima remanet mortua in corpore. Et ecce quid est mors spiritualis. Et licèt corpus lætetur, comedat, bibat, & ornetur, anima tamẽ iacet intus mortua & corrupta & fœtida sicut corpus tuum in pulchro sepulchro, Ita dicit Christus peccatoribus, Vę vobis qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris apparẽt hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia, sic & nos. Matthę 23. De ista morte spirituali autho. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Ezech. 18. Morietur, scilicet perdendo gratiam Dei, tamen non omne peccatum occidit animam, quia venialia non occidunt animam, licèt sint dispositiones, sed peccatum mortale semper occidit animam. Ideo dicit, Peccatum, scilicet mortale cùm cõsummatum fuerit, generat mortem. Iac. 1. Non loquitur de morte corporis, quia multi peccant mortaliter, qui non moriũtur statim corporaliter, sed in anima: statim moriuntur. Nota peccatum cùm consummatum fuerit, non dicit cùm inchoatum fuerit, vel mediatũ, sed consummatum. Vnde dico, quod peccatum mortale habet initium, medium, & finem. Initium autem peccati mortalis est simplex cogitatio circa vindictã, vsuram, luxuriam, & furtum, & huiusmodi, non desiderando opus fieri, sed cogitat, si talis est simplex cogitatio, solùm est peccatum veniale, non propter hoc moritur anima. Medium verò est quando in tali cogitatione delectatur, sed non desiderat opus, nec etiam facere, hoc etiam

etiam adhuc est peccatum veniale. Sed finis est consensus voluntatis, quando non solum cogitat & delectatur, sed consentit & desiderat opus, etiam si non facit, est peccatum mortale. Ideo dicit, Peccatum cùm consummatum fuerit, &c. Hic potestis cognoscere quomodo sunt multi malè confessi, quia non confitentur de malis cogitationibus, maximè mulieres, quæ ex quo non fecerunt opus, non credunt peccasse cogitando, loquendo, & desiderando, & consentiẽdo in voluntate, tales in conspectu Dei iam reputantur putanę. Multæ personæ reputantur bonæ & honestæ in conspectu hominum, quæ apud Deũ sunt malæ & inhonestæ. Dicunt multi homines, cor meum nunquam cognouit nisi vxorẽ meã. Sed videamus si animus vestra nunquã cogitauit, desiderauit, vel cõcupiuit. Ita pater multorum. Modò dicit Christus, Omnis qui viderit mulierẽ ad concupiscendam eam, tã mœchatus est eam in corde suo. Mat. 5. Et per opposita si de vxore concupiscente virum aliũ. Dico quod istã mortem spiritualem debemus fugere, & citius debemus sustinere omne periculum etiam mortem corporalẽ quã peccemus. De hoc dabo vobis exẽplum & modum fugiẽdi. Cùm Iudæi essent captiui in Babylonia, ibi erat quædã mulier nobilis, pulchra in corpore, pulchrior in anima. Optima societas est pulchritudo corporis & animæ, quia sicut laterna de crystallo esset pulchrior cum lumine quã sine lumine, ita, &c. anima cum gratia Dei est sicut lucerna accensa in laterna corporis. No. breuiter historiã de Susanna, vt habetur Dan. 13. quando Susanna dixit requirentibus eam de peccato, Si hoc egero mors sup. animę mihi est. si autem non egero, non effugiã manus vestras. Sed melius est mihi incidere absq. opere in manus hominum, quã peccare in conspectu Domini. Et ne illi subitò irruerent in eã, exclamauit voce magna Susanna. Dicatur contra mulieres quę nolunt clamare dicendo, Confundam eum & me. Alia dicit, Et quomodo clamarem, cùm fuisset obscura nox? Ecce qualis excusatio. Idem de religiosa grauida cùm redargueretur à prælata sua, quare nõ clamauit, respondit. Ne frangerẽ silentiũ, quia erat post cõpletoriũ. Patet quomodo illa sancta mulier Susanna ostẽdit modum fugiendi mortem spiritualẽ. Multò melius esset sustinere mortem corporalem, quàm peccare. Ideo dicit scriptura, Quasi à facie colubri fuge peccata. Et si accesseris ad illa suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Ecclesiast. 21. Dentes peccati sunt cogitationes, malæ delectationes, desideria & huiusmodi. Dico secundo quod ex defectu dilectionis venit mors corporalis, quia statutum est hominibus semel mori. ad Hebr. 9. Ita mors secũda venit ex primâ, quia nisi fuisset mors animæ ex peccato, nõ fuisset mors corporis, imò posito q̃ gẽtes diu vixissent in paradiso terrestri dixisset Deus Michaẽli, vt collocasset eos in paradiso cęlesti, & sine morte

& sine dolore fuissent in paradiso exlesti collocam. Sed ex morte animæ secura est mors corporis. Hoc dicit Deus Adæ quando dedit sibi licentiam comedendi de omnibus fructibus, nisi de ligno scientiæ boni & mali. Hoc fecit Deus vt Adam cognosceret Dominum supra se, aliàs cecidisset in maiora peccata, non cognoscendo supra se Dominum, dixit sibi Deus, In quacunque die comederis ex eo, morte morieris, Gen. 2. Nota morte, scilicet animæ, morieris, etiam morte corporis. Sed hic est argumentum quomodo est verũ quod Adam illa die fuerit mortuus, cùm tamen post vixit 930. annis. vt patet Gen. 5. Responsio, quod dictum est propter necessitatem moriendi & continuum decursum ad mortem. Dixit enim morte morieris, & non dixit mortuus eris, quia aliud est mori, & aliud esse mortuum. Sicut lapis cadens de alto quando descendit, dicitur, lapis cadit, quando iam est in terra, dicitur, lapis cecidit, quia aliud est lapidem cadere, aliud est lapidem cecidisse. Ita Adam antequam peccasset erat in loco alto in iustitia originali, & poterat non mori, sed post peccatum incepit cadere vt lapis propter necessitatem mortis. Nota ad hoc parabolam de illo sancto Barlaam, qui volens inducere vnum regem ad contemptum mundi, dixit sibi quod quidam viator ibat per quendam altissimum mõtẽ, & quia via erat stricta, ad flatum venti cecidit, & tenuit se ad quandam arborem, & vidit quod vna ratta alba incepit rodere radicem arboris, & illa cessante venit alia nigra, & e contrario. De tali ergo qui non habet alium modum euadendi dici potest. Ille moritur. Ita de genere humano, quod exaltatum fuit multis donis in Adam, sed ad flatum venti tentationis cecidit, & tenuit se ad arborem vitæ temporalis. Ratta alba est dies, quę de vita nostra rodit quolibet die. 12. horas, & ratta nigra est nox quæ etiam rodit alias. 12. horas. Ex necessitate ergo habemus mori, debemus iam nos mortuos reputare. Ideo apostolus, Corpus quidẽ mortuum est, scilicet ex necessitate moriendi, spiritus verò vivit propter iustificationem. ad Rom. 8 Dico quod istam mortem debemus prouidere, quia istam non possumus fugere, quia nõ possumus ad vitam innocentię redire, sed pro tempore prouidere & se præparare. Nunquid scis tu quam vitam tenes? Si bonam & sanctam, perseuera: si malam, recedè ab illa & confitere. Recede à mala secreta, restitue, parce inimicis, & noli expectare thẽ mortis, quia nescis si subitò vel mutus morieris, & tunc difficile est cõteri, nec poteris restituere propter dolores mortis. Ideo dicit scriptura, Non demoreris in errore impiorum, ante mortẽ confitere. A mortuo quasi nihil perit confessio. Confiteberis viuens, viuus, & sanus cõfiteberis, & laudabis Deũ, & gloriaberis in miserationibus eius. Ecclesia. 17. Nota error impiorum est aliquorum dicentium, quando ero senex ego faciam pœnitentiam. Aliorum qui dicunt, non restituã in vita

mea, sed dimittam in testamento, &c. Aliorum dicentium, quando ero infirmus confitebor'. Tertia mors est gehennalis vel infernalis. Ista est in alio mundo, postquam homo iam transiuit alias duas prædictas, & anima impœnitens recedit à corpore, subitò ducitur ad gehennam inferni. Auct. Tenent tympanum & citharam, & gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob vigesimoseptimo. Nota secreta moralia. Tenent tympanum, &c. Ista tria instrumenta signant tria peccata mortalia, scilicet luxuriam, auaritiam, & superbiam. Tympanum etiam significat peccatum luxuriæ. Tunc ex figura circulari. Nã luxuriosus vadit in circuitu ad videndũ dilectã suã, &c. Tum propter picturas. Nam homo vel mulier luxuriosa tota vadit ornata vel picta. Deus custodiat nos ab occasione. Tum quia tympanum habet nolas, sic luxuriosus habet nolas. Sed non oportet fatuo ponere nolas in collo, quia aliàs cognoscitur. Tum quia tangitur, ita luxuriosus tangitur, &c. Ecce quare dicit, tenent tympanum, &c. O quot dãnantur isto peccato. Dicit beatus Remigius super illud Matth. 19. Sinite paruulos venire ad me. Tãta est labes carnalis criminis, quod maior pars saluandorum creditur esse innocentium paruulorum, quia magni omnes vel ferè omnes volunt tangere tympanum. Citara signat peccatum auaritiæ. Ratio, quia est de ligno arido, &c. & habet octo chordas. Sic auarus est quasi lignum aridum sine humiditate & dulcedine charitatis, vacuus à misericordia. Caput reflectitur ad se, quia nihil facit nisi amore reciproco, vt lucretur & diuitias. Octo chordæ sunt octo species auaritiæ, vadunt bini & bini. Rapina dominorum, simonia prælatorum, vsura mutuantium, fraus ementium & vendentium. Item furtum secretum, & sacrilegium, scilicet recipere aliquid de ecclesia. Item occupatio de inuentis sibi retinendo, & detentio de salario, vel testamentum de mortuis, vel de concesso negando. Organum significat peccatũ superbiæ. Et superbia est duplex. Vna est superbia de bonis spiritualibus. Alia superbia de bonis temporalibus, de genere & diuitijs, fortitudine, pulchritudine, &c. Ecce quare dicit, tenẽt tympanum, &c. De ista morte dicit Dauid, Mors peccatorum pessima. Psalmo trigesimoterrio. Mala, quia priuatur vita temporali: peior, quia priuatur vita spirituali: pessima, quia priuatur vita æternali. Dico quod contra istam mortem munire nos debemus, scilicet virtutibus, operibus bonis & meritorijs. Ideo dicit scriptura, Quodcunque facere potest manus tua instanter operare, quia nec opus nec ratio nec sapientia nec scientia erunt apud inferos quò tu properas. Ecclesiastici nono. Quarta est mors æternalis, quę differt à morte gehennali vel infernali, quia illo modo est solũ in anima. Sed ista erit post diem iudicij, & erit in anima & in corpore quando peccatores simul in anima & cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

corpore perpetuò damnabuntur. De ista morte dicit Io. Timidis,& incredulis,& execratis,& homicidis,& fornicatoribus,& veneficis, & idolatris,& omnibus mendacibus,pars illorum erit in stagno igne ardenti & sulphure,quod est secunda mors. Apoc.21. Nota octo conditiones peccatorũ.Prima conditio est timidorum,quæ tãgitur cùm dicit,timidis.Timidi sunt qui timore detrahentium nõ audent bonã vitam incipere.Quot religiosi,quot clerici,& laici vellent tenere bonam vitam, & seruare regulam, & isto timore magis volunt cum alijs ire in infernũ. Sed magis debet timeri Deus. Dauid, Illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, sicut pueri qui timent cultellum,&c.Secunda conditio peccatorum est incredulorum & infidelium. Nam increduli & alij infideles,Iudæi, Agareni,& alij infideles Christiani, præsumptuosi & capitosi præsumunt nimis de suo intellectu, & incipiũt dubitare in fide, cũ tamen sit tot miraculis & disputationibus confirmata.Tertia conditio est execratorũ,id est abominabilium,facientiũ peccata contra naturam, vt est omnis modus luxuriæ per quẽ non potest sequi generatio: tale peccatũ quomodocunq; fiat dicitur cõtra naturã. Quarta cõditio est homicidarum,& non intelligitur de iudicibus & dominis,qui quando faciũt iustitiam de criminosis secundum ius,&c.nõ peccant, immo merentur. Et licèt sint interfectores hominũ,non tamen dicuntur homicidæ: sed intelligitur de illis qui ex malitia vel vindicta, ad cooperiẽdum suum peccatum,occidunt homines iniustè, tales sunt homicidæ,& de illis intelligitur.Quinta conditio est fornicatorum. Et dicatur contra illos qui dicunt, quod peccatum non est simplex fornicatio.Ego sum liber & ipsa,ego nõ decepi,&c. Sexta cõditio est veneficorum,id est venenum facientium aut dantium.Dicatur contra mulieres quæ recipiunt aliquid,vt habeant abortiuum, ad cooperiẽdum partum,& sequitur homicidiũ, & in iudicio interfectus resurget magnus,& petet iustitiam de matre,de apothecario,& de omnibus consentientibus in eius mortem, & si aliquis eorũ est clericus, fit irregularis. Dicatur de illa moniali, quæ quęsiuit à medico regis remedium,ne mulier grauidaretur. Qui respondit quod non deberet coire cum viro. Septima conditio peccatorum est idololatrarũ. Idolum erat in quo habitabat dęmon. Idolatræ sunt diuinatores & sortilegi similes dęmonibus,quia cũ dęmone faciunt opera.Octaua conditio est mentientium,& proximum damnantium,& falsè iurãtium vel promittẽtiũ. Pars omniũ prædictorum erit in stagno igne ardenti & sulphure, quod est secunda mors. Sed quomodo mors eternalis dicitur secunda mors,cùm ego vocem eam quartam mortẽ? Respõsio,prout dixi. Quatuor mortes venerunt humano generi, quarũ duæ sunt in alio mundo, scilicet mors infernalis & mors æternalis,quæ est secunda alterius mundi, & quarta computãdo mortes huius

huius mundi, & alterius etiam. Dico quod istam mortem æternam debemus horrescere,& orando dicere, Libera me Domine de morte æterna in die illa tremen. &c.

De eadem Dominica.

Sermo VI.

*Diligamus opere & veritate.*1.Ioan.3. & recitatiuè in epistola occurrentis dominicæ. Materia erit de dilectione proximi ordinata, & erit materia vtilis. Salutetur virgo Maria,&c. Pro declaratione huius verbi sciẽdum quod dilectio proximi bene ordinata est fundamentũ & complementum totius legis, & talis potest dicere quod complet legem Dei. Ratio, quia quidquid fit in hoc mundo,totum fit amore, siue fiat timore,vel alia ratione,amore fit.verbi gratia. Quare fugis inimicos? O diceres tu,timore,immo potius amore,quia diligis vitam tuam.ideo,&c. Item si tibi datus cibus potionatus,hoc est veneno plenus,illum comedere nõ vis. Et quæ huius est causſa? dices,quod timor mortis.sed dicendum, quod potius est amor vitæ. Si ergo amor est fundamentum & primum omnium bonorum, ergo qui est bene ordinatus in amore proximi, totam legem complet. Propter hoc beatus Ioannes senex,postquam Deus sibi reuelauit quod morerentur,vocauit populum & dicebat, Filioli mei diligite inuicem, & multoties replicabat ista verba nihil addendo.Propter hoc aliqui dixerunt sibi, O pater vos solenniter consueuistis prędicare, estis vos oblitus de illo pulchro sermone quem nobis feciſtis de contẽplatione? R.espondit,quia mandatum Domini est,& in eo omne mãdatum impleri potest.Ideo B.Paulus concordans cum beato Ioanne dicebat,Qui diligit proximum, legem impleuit. Dilectio proximi malum non operatur.Plenitudo ergo legis est dilectio,ad Rom.13. Ideo dicit thema, Diligamus,scilicet ordinatè, opere,& veritate.Patet thema.Inueni in sacra scriptura quod dilectio proximi ordinata debet habere quatuor conditiones.

Quia proximus debet dilgi veraciter sine fictione,
Prudenter sine corruptione,
Temperanter sub diuina dilectione,
Generaliter sine exceptione.

In dilectione proximi in vita sua cõplet homo legẽ Dei. Ideo dicit thema.Diligamus opere & veritate.Dico primò,&c. veraciter sine fictione. Vnde auctoritas,Dilectio,scilicet sit in vobis sine simulatione.Rom.7. Qui has quatuor conditiones seruat, legem implet. Modò videamus quomodo poterit hoc declarari.Hic seruiet philosophia quę dicit de veritate ꝙ veritas est adęquatio siue cõformitas rei ad intellectum:quia tunc propositio est vera, quãdo res ad extra concordat.Ad veritatẽ eius requiruntur hęc,scilicet factũ vel res ad extra, *Quid sit veritas.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

extra, secūdò verbum significatiuum, tertiò significatum intellectus. Sic ad veritatem amoris tria requirūtur, scilicet cor siue bona volūtas, verbum, & opus ad extra. Tunc etiam amor proximi habet fundamētum in corde, quando homo desiderat bonum temporale vel spirituale proximo vt pro se, & gaudet de bono suo, & orat vt cōseruetur in illo, & tristatur de malo proximi, & compatitur sibi. Nisi istud fundamētū sit in corde, nihil valet, dilectio simulata erit. Ideo Dauid contra tales dicit, Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum. Da illis secūdum opera eorum, &c. Psalm. 27. Qui diligunt falsē, cum Iuda māsionem habebūt, qui salutando & osculando tradidit saluatorem. Et requiritur verbum significatiuum. Si dicatur, Diligo proximum in corde, sed nō loquor ei, nō est ibi veritas dilectionis. Ideo oportet sibi loqui, quia verbū est signum illius quod est in mente, ea enim quæ sunt in voce, sunt notæ, id est signa earum quæ sunt in anima passionum, vt dicit philosophus 1. perihermenias. Ideo est magnus defectus maximè mulierum dicētium, Nolo sibi malum, sed non loquor sibi, quia dixit mihi malum. Aliæ dicūt, si ipsa incipit mihi loqui, loquor, nec gratias nec gratias habetis, quia etiā Iudæum salutātem salutabitis. Ideo dicebat Christus, Bonus homo de bono thesauro cordis profert bona, & malus homo de malo thesauro profert mala Matth. 12. Tertio requiritur opus siue res ad extra, quia ab eo quod res est, vel nō est, oratio vera vel falsa dicitur, puta iuuare se mutuo, & in nullo se fraudare, nec dānificare, nec in bonis furando bona, nec fructu, &c. quia ex furto fructus venit omne malum nostrū, & nisi Christus inuenisset nos, &c. omnes eram⁹ damnati, nec ipsum diffamādo directē vel indirectē, dicēdo, Nō sum ego latro vel ebrius, &c. quasi dicat, sum vos. Et quia nō dicūt clarē, non facitūt sibi cōscientiam, sed oportet reuocari si vultis saluari, nec ipsum in persona tangendo, feriendo, vel aliter. Si ergo diligis proximum in corde, & etiam loquendo, oportet quod ipsum diligas etiam opere, non tangendo bonam famam nec personam eius. Immo eius bona cōseruādo, tamen defendendo & personam. Talis amor est verus & sine fictione. Ideo dicebat Ioannes, Filioli mei nō diligamus verbo neque lingua, scilicet tantum, sed opere & veritate. 1. Ioan. 4. Nota, nō diligamus verbo. Verbum est cōceptus mentis, & significat dilectionem quæ est in corde, vel ibi debet esse, neque lingua, id est verbo significatiuo tantum, sed opere & veritate. Dico secundò, &c. prudenter sine propria corruptione. Discretè autem diligēdus est proximus ne in loquēdo aut operando truffando, vel visitādo, vel alia familiaritate sequatur aliqua peccati corruptio: Qui enim nimis igni approximatur, exaustus & combūritur. Ideo Apostolus, Odientes malum, adhærētes bono. Charitatem fraternitatis inuicem diligētes. ad Romanos duodecimo.

decimo. Illa est discreta dilectio quando homo scit extrahere bonum de malo, & econuerso. Quomodo autem hoc debet fieri? ostendit Christus dicens, Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde & proijce eum abs te. Matthæi decimooctauo. proijce, id est procul eice hoc, quod tibi nocet. Ecce doctrinam Christi. Semel Leo Papa sanctus & bonus, intelligens hanc doctrinam ad literam, abscidit sibi manum. Cùm diceret missam mulieres osculatæ sunt sibi manum, ex quo secuta fuit tentatio carnis. Ideo post missam abscidit sibi manum secretè. Cùm autem nō celebraret, omnes mirabantur, quia Papa non celebraret vt consueuerat. Ipse autem cognito suo defectu deuotè cum lacrymis orauit virginem Mariam, quæ sibi manum restituit. Hoc miraculum declarat quod Christus nō ad literam intellexit, sed intellectū verus habetur ex officijs istorum membrorum. Manibus autem operamur & facimus omnia. Ideo dicit Philosophus, quod manus est organū organorum. Ideo sic intelligitur, Si vos habetis aliquem personam quæ facit vestra negotia, & vos diligitis illam, & illa scandalizat vos, quia vobis occasio peccandi est, talis manus abscindatur & proijciatur, id est procul ejiciatur. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Si ergo aliquis vestrum habet in domo vel in amicitia aliquā personam quæ scandalizat vos, & faciat perdere animam, famam, & bona, ejiciatur foras, &c. Ideo rectores cōmunitatis debent prouidere in peccatis notorijs, quia ex peccatis secretis non imminet periculum tantum communitati. Si dicatur, quomodo prouidebitur, dico quod per consilium & statutum generale, &c. Idem de pede. Officium pedis est sustinere personam. Qui ergo sustinet vos dādo vobis necessaria ille dicitur esse pes tuus, & iam scandalizat te, ideo proijce, &c. Verbi gratia de scutiferis qui sustinētur à dominis, domini sunt pedes eorum, sed si scandalizant te, quia faciunt te esse homicidam, furem, vel leonem, proijcias eos foras. Idem de viduis quæ sustentantur ab aliquibus. Sed si scandalizantur ab eis, abscinde. Item officium oculi est ostendere viam, & dirigere in agendis. Oculus tuus est aduocatus, confessor, magister, vel procurator. Si oculus tuus scandalizat te, eruatur & procul ejiciatur citò, & tūc amor est discretus. Taliter ergo se debet homo gubernare, vir cum muliere, mulier cum viro, masculus cum masculo, femina cum femina, quod non sequatur peccatum, nec propria corruptio. Vnde poēta, Quæ nocitura tenes quamuis sint chara relinque. Ergo diligamus, scilicet prudenter, &c. Dico tertiò quod debemus diligere proximum temperanter sub diurnali dilectione, scilicet vt super amorem Dei nullū alium amorē ponamus. Videtis vos in lāpade quomodo oleū natat super aquā, & sic illuminatur lāpas. Ita debet esse in corde hominis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

minis, quod amor Dei debet natare super amoré creaturarū, amor creaturarum debet esse vt aqua frigida: & isto modo cōseruatur ibi lumen gratiæ Dei. Ideo Christus loquens de amore quem debemus habere ad Deum & ad creaturam, dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Hoc est maximum & primum mandatum seu præceptum. De amore autem proximi non dixit, Diliges proximum tuum ex toto corde tuo, &c. Sed dixit, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matt. 22. Nota, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, scilicet fideliter. Iam scitis quod cathedra fidei in corde cōsistit, ideo corde tenemur ipsum diligere fideliter. Contra hoc faciunt qui recurrūt ad diuinos vel ad sortilegos, &c. Tales frāgūt sibi fidē. Sicut infideles qui dimisso rege cui promisit fidem vadit ad regis inimicū, infidelis & proditor est. Ad Christum ergo recurrendum est in omnib' necessitatibus dicendo, Nolo esse infidelis. Ego perdidi hoc, vos scitis quis habet, &c, vel indigeo sanitate pro me vel filio, &c. Prǣbe fili mi cor tuū mihi, oculi tui vias meas custodiant. Prou. 23. Secundò ex tota anima tua, scilicet reuerenter, quia cum reuerentia debemus loqui de Deo. Verbum enim initium habet ab anima. Philosophus dicit, Voces sunt notæ, id est signa earum quæ sunt in anima passionum. Quando nominatur Iesus vel Maria, debemus facere reuerētiam, &c. Contra hoc faciunt iuratores, renegatores, & blasphematores, qui pro nihilo renegant, tales proditores sunt. Cogita qualis damnatio est talibus præparata, cùm proditores in hoc mundo tam grauiter punientur. Ideo esset bonum quod rectores statuerent sub certis pœnis quod nullus juraret, &c. Et propter hoc etiam necessarium & bonum esset amouere ludum, quia ibi est fons & origo iurandi, &c, Custodi ergo temetipsum & animam tuam solicitè. Deut. 4. Tertiò, Diliges Dominum Deum tuum ex tota mente tua, scilicet diligenter. Postquam enim laborasti feria secunda, & tertia, &c. diligenter in mente tua sis memor quod in dominica nullum opus seruile temporale facias, non ire ad ferias vel forum, non aperire laboratoria, non facere vsuram, &c. Memento vt diem sabbati, id est quietis sanctifices. Exo. 20. Ex obseruantia festi venit omne bonū, quia plus proficiunt bona tua tunc, quā ex omnibus laboribus tuis. Et per oppositum, ex fractione festi venit omne malum. Qui bene vult seruare festa debet obseruare quatuor. Primò abstinere ab omni negotio temporali, nō solùm facere, sed etiā nec loqui, nec cogitare. Secundò ire ad missam ieiunum. Multi excusantur à ieiunijs ecclesiæ, sed ab isto ieiunio in audiētia missę nō sic se possunt excusare. Tertiò quod sitis à principio missę vsque ad finē, quādo datur benedictio, omnes debetis esse in cōfessione. Quartò nō loqui in missa, & post missam poteris dicere, O benedictus Deus, modò cōpleui

pleui seruitium Domino meo. Hoc est maximum & primum mandatum. Sed aliqui decipiunt se, qui super amorem creatoris ponunt amorem creaturæ. De quibus dicit Christus, Qui amat patrem aut matrem plusquàm me, non est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Matt. 10. Super Deū diligit quis creaturam, quando pro creatura facit contra Deum. Greg. Probatio dilectionis exhibitio est operis. Dico quartò quod debemus diligere proximum generaliter sine exceptione, quod cor sit ita latum, quod omnes gentes mundi recipiat in sua dilectione. Benedictus qui potest dicere, omnes gentes diligo. Quia si vos dicitis, Diligo omnes gentes nisi talem, qui occidit patrem meum, vel fratrē, &c. iam non diligitis generaliter. Nam sicut Deus diligit generaliter omnes creaturas etiam inimicos suos, non subtrahendo eis beneficia generalia: ita vult etiam quod nos generaliter diligamus omnes gentes. Hanc rationem tangit Ioannes dicēs, Charissimi, si sic Deus dilexit nos, s. generaliter, & nos debemus alterutrū diligere, scilicet generaliter sine exceptione. 1. Ioan. 4. ideo Apostolus orādo dicebat, Deus abundare faciat charitatem vestram in inuicem, & in omnes. 1. Thess. 3. Nota in omnes, tam inimicos quàm amicos, tam viuos quàm mortuos, tam Christianos quàm infideles, & sic tenebimus Christi cōsilium dicentis, Ego dico vobis, Diligite inimicos vestros. Matt. 5.

Dominica III. post festum Trinitatis. Sermo I.

HUmiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet. Verbum istud habetur textualiter 1. can. Pet. 5. & recitatiuè in epistola currentis Dominicę. Pro declaratione huius verbi & introductione materiæ prædicandæ sciendū quod si homo vult comparare vitam huius mundi ad vitam alterius mundi, inueniet homo magnam differentiam & contrarietatem. Nam persona tam regularis quàm sæcularis quæ in hoc mundo vult exaltari in honoribus, officijs, dignitatibus, & superbia, in alio mundo humiliabitur. Qui autem in hoc mundo vult humiliari, in alio exaltabitur. Hoc potest declarari exemplo statere, quia quātò pars sinistra plus exaltabitur, tantò dextera plus humiliabitur, & econuersò. Modo cogitate quod manus Dei, id est eius virtus infinita teneat stateram in manu, quemadmodum Michaël depingitur cū statera in manu sua. Pars sinistra est vita præsens. Pars autē dextra vita futura. Qui ergo in sinistra hui' vitæ exaltatur, in alia humiliatur, & qui humiliatur, in alia exaltatur. Aucto. Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Luc. 18. Nota, omnis vniuersaliter. Ideo dicit thema, Humiliamini, s. in hac vita sinistra, sub potenti manu Dei, qui tenet stateram istam vt vos exaltet, scilicet in dextera gloriæ. Patet thema, In sacra scriptura inueni quinq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſpecies veræ humilitatis, quæ ſunt, ſcilicet,

Humilitas reuerentiæ, quæ oſtenditur in oratione,
Humilitas obedientiæ, quæ oſtenditur in operatione,
Humilitas pœnitentiæ, quæ manifeſtatur in confeſſione,
Humilitas patientiæ, quæ operatur in tribulatione,
Humilitas ſapientiæ, quæ relucet in conuerſatione.

Et de qualibet iſtarum intelligitur thema, Humiliamini ſub potenti manu, &c. Prima reuerẽtiæ ſpecies bonæ & veræ humilitatis eſt humilitas reuerentiæ, quæ maximè oſtenditur in oratione, quæ venit ex cõſideratione illius maieſtatis Dei, incõprehenſibilis & infinitæ potentiæ, reſpectu cuius totus mundus nõ eſt niſi vna fauilla & quaſi nihil, & ex alia parte conſiderando propriam modicitatem, & ſic cor reſtringitur & humiliatur. Sicut canis licèt terribilis, timet & trémit ad præſentiam leonis. Et ruſticus coram Imperatore vel Rege. Ita de nobis, quantumcunque tu ſis terribilis, ſuperbus, & præſumptuoſus, pone te intellectualiter coram leone, ſcilicet Deo vel Imperatore cum poteſtate, & ſic humiliaberis. Ideo quando volueris facere orationem, nõ ſtatim incipias, ſicut ſtultus baliſtarius facit, qui ſine ſigni conſideratione emittit ſagittam. bonus autem baliſtarius reſpicit ad ſignum. Ita qui vult orare, facere debet. Ideo Apoſtolus, Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos. Iac. 4. Nota, Humiliamini in conſpectu Domini. Hoc dicitur ſpecialiter clericis, generaliter autem laicis & clericis. Clerici autem quando faciunt officium, debent humiliari in conſpectu Domini qui eſt ibi præſens, ſecundum quod ipſemet dicit, Vbi ſunt duo vel tres cõgregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorũ. Matthæi decimooctauo. Ideo humiliatur chorus contra chorum, non ſibiinuicem, ſed Chriſto in medio exiſtenti. Ideo profundè eſt humiliandum, vt exaltet vos. Secundò cùm dicit, Humiliamini, &c. tangit omnes generaliter, quia in eleuatione corporis Chriſti omnes debent humiliari & genua flectere, quia in hoſtia eſt Chriſtus verus vt eſt in cælo. No. contra aliquos miſeros, qui nõ flectunt genua, nec amouent caputium. Ecce quare dicit thema, Humiliamini. De hoc propheta Dauid, Exaltate Dominum Deum noſtrum, hoc dicit ſacerdotibus. Et adorate ſcabellum pedum eius, ſcilicet hoſtiam, quoniã ſanctum eſt, hoc dicitur omnibus generaliter. Pſal. 98. quoniam ſanctum eſt corpus Chriſti quod eſt intus. Ergo humiliamini ſub potẽti manu Dei, &c. Secunda ſpecies veræ humilitatis eſt humilitas de obedientia, quę oſtẽditur in operatione, quę venit ex conſideratione ſalarij, ſicut bos humiliatur ad iugum, quia Dominus prouidet ei, & portator ad onus ratione mercedis. Ita de nobis Chriſtus tanquã bonus mercator fecit vnũ fardellum parui ponderis, ſed magni pretij & valeri. Iſtud fardellum eſt obedientia ad decem præcepta. Primũ præceptum

eſt quod in tuis neceſsitatibus non recurras ad diuinos ſed ad Deum. Secundum quod cum honore & reuerentia loquamur de Deo, non iurando nec blaſphemando. Tertium poſtquam laborasti ferta ſecunda & tertia, &c. ſeruias in Dominica ſibi, quia nullus dominus daret prouiſionem ſeruitori niſi faciat ſibi aliquod ſeruitiũ. Quartum honora parentes, non ſolùm ore ſed etiam corde, & opere ſeruiendo, & eos iuuando ſi indigent, quia natura docet. Quintũ ne occidas inimicum, ſed ſicut Chriſtus in cruce remiſit & pepercit, item exemplo eius parce. Sextũ quod ſicut Chriſtus amore noſtri recepit carnẽ, ita amore ſui cuſtodiamus nos à luto luxurię. Vir & vxor ſeruantes modũ non faciunt luxuriã, ſed aliter, &c. Septimũ nec recipias aliquid ab aliquo, ſed labora in tuo officio diligenter, & ſis contentus de parte tibi data à Deo. Quilibet pater vult quod filij ſint contẽti de parte eis data, aliàs pater nõ haberet patientiã quod vnus reciperet partem alterius, ita de Deo. Octauum refręna linguam tuam à diffamationibus & falſis teſtimonijs. Nonum quia ſicut debemus cuſtodire corpora noſtra à luxuria, ita & animam, non cogitare de illa. Decimum cauere à concupiſcentia bonorum temporalium, de qua dicit Apoſtolus, Radix omnium malorum eſt cupiditas. 1. Timot. 6. Ecce hic fardellum decem librarum mercatoris Chriſti, qui dixit cuilibet veſtrum, Porta mihi hoc onus vſque ad portam domus meæ. Porta paradiſi eſt mors. Hęc porta Domini iuſti, non ſolùm peccatores tranſibunt per eam. Et nõ promittit duodecim denarios vel vnum florenum, ſed regnum cæleſte, cui nihil eſt comparabile. Auctoritas Chriſti dicentis, Tollite iugum meum ſuper vos & diſcite à me, quia mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus veſtris. Iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Matthæi vndecimo. Nota, Tollite, vt bos vel portitor, propter lucrum. Si dicatur, Domine & quomodo portabimus? dicit, diſcite à me, quia mitis ſum, &c. Domine quod ſolarium dabitis nobis? Reſpõdet, Inuenietis requiẽ animabus veſtris. Domine, & eſt magni põderis? nõ. Nam iugum meum ſuaue eſt, & onus meũ leue. Tertia ſpecies eſt de pœnitẽtia. & iſta oſtẽditur in cõfeſſione. Iſta venit ex cõſideratione & memoria peccatorũ, & pœnarum ex peccatis debitarum. Quãdo enim homo magnus dominus vel paruus, religioſus vel ſecularis cogitat de peccatis ſuis dicens, O miſer gẽtes honorãt me, & ego ſum talis ribaldus, qui feci hoc & hoc. Et ſic cor humiliatur ad pœnitentiã, & ſic venit ad confeſſorem & flectit genua, quia ita debet fieri, dicens, Pater ego ſum vnus magnus peccator & proditor cõtra Deum, qui fregi ſibi fidem promiſſam in baptiſmo, feci volũtatem diaboli, & cõfeſſor ſtat pro tribunali. Ecce humilitas pœnitẽtię. Nota de hoc ſimilitudinem in natura de pauone ſuperbo, qui ſuperbit quãdo videt plumas ſuas, ſed quando

videt

Universidad de Deusto
Biblioteca

videt suos pedes turpes, humiliatur & deponit caudam eleuatam. Sic est de nobis quando respicimus plumas nostras pulchras, cor superbit, quando homo cogitat genus suum vel corporalem pulchritudinem, vel fortitudinem, vel ornatum vestimentorum sicut mulieres, vel diuitias, & honores. Istæ plumæ dant cordi superbiã, sed respiciatis modicũ pedes corruptos, quot peccata & corruptiones fecistis, quæ si ad lumen veniffent, & fuiffet factus processus, iam fuissetis toties combusti, & sic humiliatur cor ad confitendũ peccata. Ideo dicit scriptura, Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu cõtrito & humiliato seruientes illi dicamus flentes Domino, vt secundum voluntatẽ suã sic faciat nobiscum citò misericordiã suã. Et sicut conturbatum est cor nostrũ in superbia eorũ, ita etiã de nostra humilitate gloriemur. Iudith 8. Nota, humiliemus illi animas nostras, quia humilitas corporis sine humilitate animæ potius est hypocrisis quã humilitas. Et in spiritu cõtrito, ecce contritio cordis, & humiliatio, ecce confessio oris. seruientes illi, s. in pœnitentia, ieiunando, abstinendo, orando, &c. quia melius est corrigere filium, scilicet corpus proprium virga pœnitentiæ, quàm si sagiones inferni, &c. Ideo Christus, Dico vobis quod nisi pœnitentiam egeritis, oẽs simul peribitis. Lu. 13. Ergo humiliamini, &c. Quarta species est humilitas de patientia, quę ostenditur in tribulatione. Ista venit ex cõsideratione impossibilitatis fugiendi manus Dei, quando Deus dat aduersitatem, immittens infirmitatem, paupertatem, & perditionẽ bonorum vel filiorum, non debetis murmurare contra Deum, sed dicere patienter, Domine fit in remissionem peccatorum meorum. Domine ex quo placet vobis, ego recipio patienter, & sic homo facit de necessitate virtutem. Ita fecit ille sanctus Iob, qui in vna die perdidit septem millia ouium, tria millia camelorum, quingenta iuga boum, & quingentas asinas, septem filios, & tres filias, quas Dominus oppressit. Et quando nuntiatum fuit sibi, dixit, Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomẽ Domini benedictum. Iob 1. Ista est humilitas patientiæ. De ista est exemplum in natura de caniculo qui fecit aliquid, & dominus recipit virgam contra eũ, & canis prosternit se in terrã, quasi instinctu naturali cogitaret, quò fugerẽt quis daret mihi vitam? Secùs de magno cane rusticali, qui fugeret ad macellum. Ita de nobis. Deus tenet virgam correctionis cõtra nos, & percutit & ferit te quãdo dat tibi aliquam tribulationem, &c. Ideo humilia te vt caniculus, & sic dulcoratur cor Domini, & proijcit virgam. Sed cauete ne faciatis vt mastinus seu alanus, qui quando datur sibi panis à suo domino, facit sibi ludum de cauda. Sed si dominus recipiat virgam contra eũ, statim monstrat sibi dentes, & non vult redire ad dominũ suũ. Sed tũc dominus dimissa virga cum ense percutit eum. Ideo dicit scriptura,

Omne

Omne quod tibi fuerit applicatum accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe. Eccle. 2. Quinta est humilitas patientiæ quæ ostenditur in conuersatione. Ista venit considerando superbiæ periculum, & humiliationis securitatem. Ideo magna sapientia est viuere humiliter in hoc mundo, & magna stultitia viuere superbè & pomposè. Hoc declarabo per talem casum. Ponatur casus, quod rex vel Papa faciat magnum conuiuiũ in palatio suo, & omnes ciuitati haberent intrare per portam paruulam & bassam, nunquid esset stultus, si aliquis vellet intrare capite erecto, nolens se humiliare? talis enim læderet caput suum. Ita in proposito omnes simul inuitati sumus ad conuiuium regis Christi, & Papæ in palatium paradisi. Dicit enim Christus, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matt. 11. & porta per quã habemus intrare est stricta, vt dicit Christus, Quàm angusta est porta, & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui inueniunt eam. Matt. 7. Ergo si volumus illuc intrare, oportet nos humiliari de pompis, vanitatibus, superfluitatibus, & iniquitatibus, solùm recipiendo necessitates, non delectari debemus nimis in negotijs huius mundi. Ideo dicit scriptura, Quantò maior es, s. in genere, honore, scientia vel dignitate, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Eccle. 4. Nota, humilia te in omnibus.

De eadem Dominica. Sermo II.

Ie peccatores recipit, & manducat cum illis. Lucæ 15. Nota quod euangelium hodiernum ostendit nobis quatuor de Christo. de quo loquitur thema dicens, Hic peccatores recipit, id est Christus in sua cura, vt medicus infirmos,

Primo quod est magister cælestium,
Secundo quod est medicus spiritualis,
Tertiò quod est pastor humanæ creaturæ,
Quartò quod est Dominus totius vniuersi.

Primò igitur ostenditur nobis in sancto euangelio, quod Iesus est, &c. Hoc ostẽditur in prima clausula, cũ dicitur, Erãt appropinquãtes ad Iesum, &c. Publicani sunt publici peccatores. Peccatores sunt qui ventebant ad Deum, sed licet peccatores secretè peccabant, tamen volebant Christum sequi propter suam prædicationẽ, & hoc ostenditur cũ dicitur, vt audirent illũ. Et in hoc dico, qꝺ innuitur de eo qꝺ est magister cęlestis. Tres enim magistri fuerũt, sed Christꝰ fuit magister cęlestis. Primus fuit terrenalis, s. Moyses, qui dicitur terrenꝰ, quia intellectus potest capere quæ docuit, vt cùm dicitur Deutero. 6. Audi Israël, Dominus Deus tuus vnus est. Diliges Dominũ Deũ tuum, &c. omnis enim creatura concedit, quod est vnus. & ideo dicitur terrenus, quia terrena promittebat, & nihil cęleste. vnde Io. 3.

Quid

Qui de terra est, de terra loquitur. Secundus magister fuit cælestis, quia est de eo vt de doctore Parisiensi, vel Colon. Christus in cælo æternus cum patre existens, sed veniens in hunc mundum indutus humanitate, incœpit legere secreta magna, videlicet q̃ ille de quo Deus fuerat locutus Moysi, esset trinus in personis, siue tres personæ, cùm dicit, Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbũ, & Spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. 1. Io. 5. Item Moyses promisit terrena, sed in doctrina Christi nõ inuenietis quod promisit terrena, sed tantummodo cælestia. Et hoc cùm dicit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorũ. Matt. 5. Hic incipit nouũ testamentum. Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorũ. Mat. 7. Itẽ non ordinabat sacrificia terrestre, vt faciebant sacerdotes antiquitùs, sed ipse semetipsum in hostia consecrat. Facta enim consecratione, & verbis cõsecrationis à sacerdote prolatis, est ibi verus Deus & homo. Est enim in sacramento eucharistiæ totus Christus. Nam ibi est corpus Christi, diuinitas Christi, & anima Christi, &c. De quo vide sanctum Tho. 3. part. q 76. ar. 1. Ideo de veteri sacramento siue sacrificio dicit, Non est mihi voluntas in vobis dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra. Malach. 1. Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnũ est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda, quia magnũ est nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum, & vos polluistis illud in eo quod dicitis, Mensa domini contaminata est, & quod supponitur cõtemptibile est cũ igne qui illud deuorat. Ideo dicitur magister cælestis. Ideo dixit illi Nicodemus, Rabbi scimus quia à Deo venisti magister, nemo enim, &c. Io. 3. Tertius fuit magister infernalis, rex super oẽs filios superbiæ. Et iste venit ad cõstituendum Machometo, qui ostendit ei infinita mala, maximè de luxuria, ita quod si non posset habere mulierẽ quod haberet virum. Et ecce magister infernalis. No. historiá de hoc Matt. 22. de secta Saduceorum, qui ex vna parte erant Iudæi, & ideo tenebant sectã Sarracenorum, quamuis adhuc non essent Sarraceni, & accesserunt ad Christum faciendo quæstionem de muliere quæ habuerat septẽ viros. Quibus dicit respondendo, Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei. In resurrectione enim nõ nubent neq; nubẽtur. Ideo poterat dicere, Nemo ascendit in cælum nisi qui descẽdit de cælo. Io. 4. Nemo ascendit in cælum, s. promittendo cælestia, sed terrena. Ideo si terrena dixi vobis & non creditis, &c. & hoc per Moysen. Secundò ostenditur in euãgelio, quod Christus est medicus spiritualis, dando medicinam plagis & vulneribus peccatorũ nostrorũ, quod ostenditur cùm dicitur, Scribę & Pharisæi murmurabãt dicẽtes, quia hic peccatores recipit & manducat cum illis, qui reprehendebant iniustè eum. Medicus enim cum quibus debet habitare, cũ sanis vel cum ęgris? Nulli dubium quin medicus infirmis necessarius est. Vnde August. Magnus ad nos venit de cælo medicus, quia in mũdo vbique iacebat ęgrotus. De hoc dicitur. Hic, scilicet Christus, peccatores recipit. Quemodo iste medicus curat vulnera, quãdo, scilicet recipit in sua cura aliquem. Et de hoc habetur sermo in die cinerum, Cùm ieiunas vnge caput tuum, & faciem tuã laua, &c. Tertiò ostenditur in euangelio quod Christus est pastor humanæ creaturæ, & hoc ostẽditur in solicitudine ouiũ, cùm dicit, Erat quidem habens centum oues, & perdidit vnam, & dimisit nonaginta nouem. Iste pastor est Christus, qui dicit, Ego sum pastor bonus. Ioan. 10. Tunc perditur vna ouis quando vnus homo propter peccata aliquod perditur, vt puta quando vides vnã mulierem quã concupiscis, &c. Vnde maximè sunt duo peccata quę faciunt perdere ouem. Primum est iurare enormiter. Secundum est ludus taxillorum. Per ista duo peccata perduntur quãplures oues, veniunt ex istis mortalitates, & fames. Ideo dicebat Dauid, Errani sicut ouis quæ perijt. & ideo quando ouis redit ad ouile, est magnum gaudium in cælo. Quartò ostẽditur in euãgelio q̃ Christus est Domin' vniuersalis dicens, Quæ mulier, vsque ibi, Pœnitentiam agite. Ista mulier dominica decem drachmarũ est misericordia Christi. Et misericordia Christi vocatur mulier, quia cõmuniter mulieres habent cor pium, & misericordiores sunt viris, & ideo Christus cõparat suam misericordiã mulieri. No. decẽ drachmæ sunt decem creaturæ, in quibus est imago diuinæ bonitatis. Et sunt nouem ordines angelorum, s. angeli, archangeli, &c. & natura humana. Et sicut in drachma est imago regis, sic in istis similiter. Nam Deus non posuit imaginem suam in aqua, nec in terra, nec in aëre, sed in creatura humana. Sed decima drachma fuit perdita, scilicet natura humana, propter peccatũ primi hominis. Nota, sic fuit, sicut si tu haberes captiuũ & captiuam, similiter omnes filij essent captiui. Sic similiter quando Adam & Eua vẽdiderunt se diabolo, & ita omnes eorũ sequaces. Ideo mulier, scilicet misericordia Dei accendit lucernam, scilicet Christum. Nam sicut in candela sunt tria, scilicet cera, filum, & lux, ita in Christo sunt tria, scilicet cera humanitatis, filum animæ sensitiuę, & lux diuinitatis. De ista candela dicit Dauid in psal. Quoniam tu illuminas lucernam meam, domine Deus meus illumina tenebras meas. Ista candela euertit domum in mundo prædicando, ieiunando, ambulando, &c. & inuenit eam in die veneris sancta, ideo dicit vicinis suis, id est angelis, creaturis, &c. Congratulamini mihi, quia inueni ouẽ quam perdideram, &c.

De eadem Dominica.

Sermo III.

Qua

VA mulier habens drachmas decem. Lu. 15. Sermo noster erit de sancto euangelio, quod continet magna secreta sacræ scripturæ, & multas bonas doctrinas notabiles. Sed primo salutetur virgo Maria. Sequitur, Quæ mulier, &c. In isto euangelio ostenditur Christus excellere in quatuor excellentijs siue modis.

Primò ostenditur vt magister cælestialis,
Secundo vt medicus spiritualis,
Tertiò vt pastor virtualis,
Quartò vt Dominus vniuersalis.

De istis excellentijs dicit thema. Quæ mulier habens, &c. Primò ostenditur sicut magister cælestialis vt supra. Si enim Moyses audiendo verba Dei stetit quadraginta diebus, & totidem noctibus, in quibus non manducauit neque bibit, quanto magis stare debent qui ipsum viderunt, & cum ipso comederunt & audierunt, qua erat homo, & erat inter eos loquens & conuersans. Ecce quomodo ostenditur magister cælestis. Et fuit completa prophetia. Isa. 50. Erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiam eum quasi magistrum. Videtur enim, quod ibi sit negatio, & tamen non est, sed ibi est iterum, erigit mane. Et duplicat, cuius ratio est, quia non sufficit audire doctrinam Christi aure corporali, sed etiam cordiali, scilicet ad credendum & ad obediendum. Nota mane, & dicitur in ortu solis, quando mittit radios suos per vniuersam terram: sic Christus qui dicitur sol iustitiæ. Vnde dicitur virgini Mariæ, Ex te ortus est sol iustitiæ, &c. Item Deus pater promittens filium suum dicit, Orietur vobis, id est ad vilitatem vestram, sol iustitiæ, qui exiuit de vtero virginis Mariæ, & expandit radios doctrinæ euangelicæ. Audiam eum quasi magistrum. Moraliter. Magna est cōsolatio Christianorum qui habent talem magistrum in fide, qui non potest mentiri, nec fallere, ideo crede firmiter. Matth. 22. Scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces. Aliæ gentes habuerūt doctrinam à peccatoribus: vt Pharisæi & Iudæi à Moyse, quia licet hæc doctrina sit vera, tamen Moyses peccauit, & propter peccata sua non intrauit terram promissionis: Sed non sic est de Christo qui peccatū non fecit. Et sic patet stultitia præsumptiua eorum qui secū disputant. Quomodo est possibile, q̄ Christus sit in hostia consecrata? Deus enim potest totum mundum comprehendere in grano arenæ. ideo nihil debent dubitare. Nōquid reputaretur fatuus qui ad lumen candelæ vellet præbere nouos florenos ab aliquo sibi datos, quia per tot formellos transierunt, ponamus in bursa, quia talis est stultitia, qui raudeum articuli fidei sunt de auro purificato, qui, scilicet trāsierūt per tot formellos, scilicet Christi & Apostolorum coram Pharisæis disputādo, & ita ad lumen candelæ tui intellectus vis examinare, ponas in bursa cordis tui sciētiæ tuæ. Iode hoc Hieronymus dat consiliū omnibus Christianis, vt quilibet sciat, Credo in Deum, dicēdo illud bis in die, videlicet in sero & in mane, sicut qui facit homagium regi dando fidem genibus flexis. Sed tu posses dicere: Domine nescio, Credo in Deū, culpa tua est, tu bene scis cantilenas, ideo addiscatis, & dicatis vt dicit Dauid qui fuit ante Christum per mille annos, & sciebat in summa istos articulos, & dicebat: Credidi, s. virtutem fidei Christianæ spiritu prophetiæ, propter quod locut' sum. Dauid. Et sequitur, Ego autem humiliatus sum nimis. Nam sicut cādela absconsa, nisi posset respirare, statim extingueretur. Ita est de nobis. Fides enim est vt cādela accensa in corde. Vnde Dauid, Quoniā tu illuminas lucernā meā Domine, ne videlicet sim in tenebris erroris aut fallę opinionis, Credo quod quilibet vestrūm habet istam candelā in corde, sed nisi respiret dicendo: Credo in Deū, mane & sero, extinguitur. Ideo modò sunt multi Christiani in mundo nomine, qui nō sunt de facto fideles, & tamen nō audent cōfiteri nomen Christi. Si cōfessus fuerās in ore tuo Dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, saluus eris. Sequitur, Corde creditur ad iustitiam, ore autē confessio fit ad salutē. Ro. 10. Secundò Christus ostenditur in euāgelio vt medicus spiritualis, qui dat curam & sanitatē plagis nostris, & morbis peccatorū nostrorū, quod ostenditur ibi, Murmurabant Pharisæi, &c. Not. scriba nō dicitur ab arte scribēdi, sed à notitia scripturæ, & idem erat quod doctor. Et murmurabāt cōtra ipsum Christū, ipsum totaliter condemnādo. O magna esset cæcitas condemnare bonum medicum, qui intrat hospitale ad visitandum infirmos, ideo respōdit eis Christus, Non est opus sanis medicus. Matthæ. 9. Ecce quomodo ostenditur medicus ad sanandū plagas & infirmitates ipsorum. Moraliter. Videamus quomodo dat medicinas plagis peccatorum. Dico quod ad similitudinem medici corporalis, qui quādo recipit infirmum, facit sanum. Hoc habetur in sermone in die cinerum. Et tantū de hoc secundo. Dico tertiò quod Christus ostēditur vt pastor virtualis, qui vult seruare oues suas. Quod ostēditur cū dicitur: Quis ex vobis habet centū, &c. Ecce quomodo Christ⁹ ostēdit se esse pastorē virtualē, & concordat prophetia quā dicebat Eze. 34. Ecce ego ipse requirā oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suū in die quādo fuerit in medio ouiū suarū dissipatarū, sic visitabo eas, & liberabo eas de omnibus locis in quib⁹ dispersæ fuerāt in die nubis & caliginis, & educā eas de populis, & cōgregabo eas de terris, & inducā eas in terrā suā, & pascam eas in mōtibus Israel. Moraliter exemplū & doctrinā habent hic Domini tēporales & ecclesiastici, quantā curā debēt habere de ouib⁹ corrigēdis ne pereāt. No. q̄ sunt quatuor peccata mortalia quæ sunt in destructionē ouium. Primū est sustētare diuinos & diuinas, quod est cōtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

reuerentiã Dei, vt habetur primo libro Regũ de Saule, qui ex præcepto Dei omnes diuinos extirpauit, nisi vnã mulierem phitonicã. No. historiã, & sic ipse fuit victus in prælio, & filius eius. Et postea nullus de suo genere regnauit, dicitur 1. Paralı. 10. Mortuus est Saul, &c. Si scitis aliquã, pronũtietis, &c. Ecce lex Dei nõ solũm medicinalis, sed etiã moralis. Diuinus enim nõ solũ nocet sibi, sed etiã toti cõmunitati, quãdiu sustinetur in vna ciuitate, ira Dei est in illa. Secundũ est blasphemia diuinalis, quia cũ honore debemus assumere nomẽ Dei nostri, ita quod nullus debet assuescere falsum iuramentum dicere. Vnde multi nostrũ non solũm iurant falsè, sed etiã enormiter, siue per corpus siue per sanguinẽ. Itẽ renegant: sed renegare Dominũ suum nõ est opus nobilium. Tales tẽpore antichristi sine magna violẽtia, &c. Item blasphemãt cõtra Deũ & cõtra beatã virginem, & cõtra omnes sanctos & sanctas, & eis hoc adhuc nõ sufficit, sed quando sciunt aliquẽ iurantem, instigant eũ vt fortius iuret, & tunc rident & multũ delectantur. Nota illud quod habetur Leuit. 24. Dixit Deus Moysi: Educ blasphemũ extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas supra caput eius, & lapidet eum vniuersus populus. Dico vobis quod omnes debetis clamare cõtra eũ sicut contra lupũ: & iam nullus est qui curat, sed omnes modò ad eũ confugiunt tanquã ad Deũ. Tertiũ est negligentia in festiuitatibus obseruãdis, quia scilicet modò nõ seruãtur, immo aperiũtur operatoria. Omne tẽpus voluitur in septẽ diebꝰ, & Deus qui est Dominꝰ tẽporis dedit nobis sex dies ad operandũ, & vnũ solũ sibi retinuit. Vade habemus tale à Deo præceptũ. Memẽto vt diẽ sabbati sanctifices. Exo. 20. Sabbatũ quasi requies quæ fuit in die resurrectionis, in memoriã eius Christiani debent quiescere ab omni opere seruili. Quartũ est sustinere ludũ taxillorũ, qui est fons blasphemiæ. Ideo extirpetur, quia est destructio totius cõmunitatis. Nota historiam quę habetur in tribꝰ capitulis 4. Reg. 19. de rege Sennacherib, quia pro eius blasphemia occidit eum Deus, sed quare hoc? Quoniã qui talia agunt digni sunt morte. Roma. 1. gl. Aug. Consentientes & facientes pari pœna puniẽdi sunt. Quarto ostẽditur Christus vt Dominus vniuersalis, cũ dicit thema, Ecce mulier, &c. Nota vt in præcedẽti sermone, quare misericordia diuina cõparatur mulieri. Nota quomodo Christus euertit domum in prædicatione, quia nullus curabat de cælo, sed de terra tantũ. Christꝰ enim euertit vt despiciatur terra. Itẽ secundũ leges imperiales solutus & soluta poterant stare simul, sed Christus euertit per matrimoniũ. Itẽ leges imperiales sustinebãt vsuras & fraudes, sed Christus euertit & præcepit q̃ ex mutuo nihil recipiatur. Accẽdit lucernã, i. per incarnationẽ, & euertit domũ, i. per prædicationẽ, & quærit diligẽter in terra per mortẽ, aut in inferno, & venit in domum in ascensionẽ, & vocauit vicinos, id est ordines angelorũ, archangelorũ, principatuum, dominationum, virtutum, thronorũ, potestatũ, Cherubin, atq; Seraphin, & dixit istis vicinis, Congratulamini mihi, quia inueni drachmã quã perdideram, &c.

Dominica IIII. de euangelio. Sermo I.

ESTOTE misericordes sicut & pater vester misericors est. Lu. 6. Hoc præsens euangelium hodiernum est prædicationis verbum, & doctrina Christi, in quo ostendit singulariter sex virtutes nobis necessarias.

Prima est misericordia proximalis,
Secunda amicitia fraternalis,
Tertia patientia virtualis,
Quarta confidentia supernalis,
Quinta sapientia diuinalis,
Sexta prouidentia naturalis.

In istis sex virtutibus vel doctrinis stat totũ euangeliũ hodiernum. De prima autẽ loquitur thema dicens: Estote misericordes sicut pater vester misericors est, q.d. recipiatis exemplũ & doctrinã à patre vestro cælesti. Quia boni filij debent esse similes bonis parentibus in bonis operibus. Item dixit Christus Iudæis, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Io. 8. Dico primò quod Dominus Iesus Christus in sancto euãgelio hodierno ostendit vnã virtutem quę dicitur misericordia proximalis, de qua dicit thema in principio etiãgelij, Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. Misericordia Dei erga nos est ita magna & copiosa, quod quidquid fecit, quidquid habet, quidquid est in cælo & in terra, & in elementis, omnia dat nobis liberaliter etiam seipsum. Primò dat nobis terram ad habitandũ, quia in aqua nõ possemus viuere vel in aëre vt volucres. Dauid, Terram autem dedit filijs hominum. Et nõ dedit illã vacuã, sed plenam arboribus & plantis, animalibus, fontibus, torrentibus, montibus, &c. Et totum dedit nobis, quia pro se nihil eorum indiget. Secundò dedit nobis aquã ad nauigandum, piscandum, mundãdum, &c. Tertiò dedit nobis aërem ad respirandum, quia alias non possemus viuere. Item dedit nobis volucres ad seruitium nostrum. Item dedit nobis nubes in refrigerium solis, & pluuias. Quartò dedit nobis ignem ad cãlefaciendum, & ad præparandum cibaria. Solem ad illuminandum, calefaciendum, & fructificandum. Idem de Luna & planetis, omnes influunt. Quintò dabit nobis cælum empyreum. Dicet enim in iudicio vniuersali bonis, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Matthæi vigesimoquinto. Item dat nobis angelos in custodiã. Item dat nobis semetipsum. Primò dedit animam suam in redemptionem animarũ nostrarum. Dat nobis corpus in hostia consecrata ad communicandũ. Item dat nobis diuinitatem in obiectũ beatificationis.

Nonne videtur ergo vobis quod est magna misericordia eius erga nos? Nunquid diceretur multum misericors dominus, rex, vel papa, qui omnia sua daret ita facit Deus. Ideo Apostolus, Deus qui præstat, id est dat nobis omnia abundè ad fruendum, id est, vtendum, bene agere, diuites fieri in bonis operibus. 1. ad Timoth. 6. Cùm ergo deceat filios bonum patrem imitari, propter hoc dicit Christus nobis qui in baptismo facti sumus filij Dei. Estote misericordes sicut & pater vester misericors est. Si nō damus totum, ad minus faciamus partem indigentibus de bonis tā spiritualibus q̄ temporalibus. Verbi gratia si habetis magnam scientiā, detis partē ignoranti sibi ostendendo qualiter se debet regere. Idem de deuotione ad indeuotū, & de cōsilio ad dubitantē, & sic de alijs. Idem de bonis temporalibus, si habetis panem, vinum, domū, pecunias, vestes, diuidatis cum pauperibus Christi, & tunc eritis similes patri vestro. Ideo dicit scriptura, Estote inuicem benigni, misericordes, donātes inuicem, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Estote imitatores Dei sicut filij Dei charissimi, & ambulate in dilectione sicut & Christus dilexit vos. Ad Ephe. 4. & 5. c. Nota hic de vsuratijs qui nolūt dare nec mutuare nisi ad vsurā. Non sunt filij Dei, quia nō assimilātur patri, &c. Secūdo ostenditur in euangelio hodierno secūda virtus quę est amicitia fraternalis quæ in hoc consistit ne vnus loquatur malè de alio ipsum diffamando vel peccatū eius occultū publicando, cū dicitur: Nolite iudicare & nō iudicabimini. Nolite cōdemnare & nō condēnabimini. Ista verba nō dicūtur iudicibus nec dominis, quia ipsi debent & tenētur iudicare & condēnare iuridicè. Sed loquitur generaliter, ne adminicē faciamus iudicia temeraria, s. facta vel dicta aliorū in sinistrā partē interpretādo, Verbi gratia, si audis aliquid q̄ possit tā in bonum q̄ in malū interpretari, semper interpretandum est in bonū. Item si videtis mulierem loquentem cū clerico, potest interpretari in bonū & malum. ideo in bonū est interpretandū. 11. q. 3. Absit in gl. Sed sunt quædā ita mala de se, quæ non possūnt ad bonū interpretari, vt homicidium, furtum, falsum iuramentū. Ista possumus iudicare, & cōdemnare, quia de peccatis notorijs possumus iudicare & cōdemnare. Vnde dixit Christus. A fructibus eorū cognoscetis eos. Mat. 6. Sed cauete à iudicijs secretis & incertis, quia regnalia Dei partis de his habet iudicare & cōdemnare. Nota in vitis patrum de fratre iudicāte fornicātem secretè. Cui Angelus dixit, volens ipsum corrigere, Quis peccat plus, qui facit contra castitatē an cōtra charitatē? Respondit, quod ille qui facit cōtra charitatē, & bene. Ideo dicit ille, Plus peccas tu q̄ ille. Nota etiā de sancto patre despiciente & iudicāte comedentem in die ieiunij. Ideo Apostol⁹, Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus qui illuminabit abscōdita tenebrarum, & manifestabit cōsilia cordiū. 1. Cor. 4.

Tet-

Tertia est patientia virtualis vnius ad alterum, si fiunt nobis iniuriæ quod remittam⁹ & simus amici, hoc notatur cū dicitur: Dimittite & dimittetur vobis. Date & dabitur vobis. Ira, odiū, & impatientia hominum huius mūdi stant in duobus locis, scilicet in corde, & in ore. In corde enim consistit odium, ira, rancor, & desiderū vindictę. De hoc dicit Christus, Dimittite, s. odium cordis, & dimittetur vobis, s. debitum pœnæ peccatorū. Ratio, quia Deus nō potest vinci nec superari à creatura in bonitate. Si ergo inimicus iniuriā tibi intulit, & tu etiā peccādo iniuriā Deo intulisti, & maiori iniuria indēq̄ irrabiliter Deum offendisti. Si ergo nō habes tantā bonitatē, q̄ parcis inimico tuo, nisi Deus parceret tibi, videtur victus, q̄ abstideo quādo remittis, & ipse remittit tibi. Et iste est melior modus obtinendi remissionem peccatorū, remittere inimicis, quā alij. Ideo Christus in petitione. Dimitte nobis debita nostra. Et assignat rationem, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. In alijs petitionibus nō assignatur, sed solū in ista. Et nō dicit sicut oramus, vel ieiunamus, vel eleemosynā damus, vel hospitalia ædificamus, sed sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si quęratur, si ego remitto inimicis, & sum in aliquo alio peccato mortali, obtineo remissionē quā vos facitis, tātùm placet Deo q̄ impetrabit vobis cōritionem de peccatis, & Deus nō permittet vos mori in peccato, ex quo propter honorē Dei remittitis, nō propter preces dominorū. Alias diceret Christus, Pater meus cælestis tradet vos tortoribus, si nō remittatis vnusquisq, fratri suo de cordibus vestris. Matthę 18. Secundò odium, ira, & impatientia cōsistit in ore. Ideo dicitur, date, s. verbum salutationis, & dabitur vobis verbum salutationis. Not. contra illos, qui dicunt cōfessoribus, Nolo sibi malū, tamen nō loquerer ei. Hoc nihil valet, quia os est signū cordis, Date ergo signum in ore, quod dimisistis odium cordis. Ideo multi moriuntur sine verbo, quia nō possunt cōfiteri, nec facere testamentum, quia auferunt verbū pro amo, nec Christus loquitur eis in porta paradisi, nisi illud, Amen dico vobis, nescio vos. In hoc maximè deficiūt mulieres. Ideo Christus, Si salutaueritis fratres vestros tātum, quid amplius facitis. Nōne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo perfecti sicut pater vester cælestis perfectus est. Matth. 5. Quarta virtus est confidentia supernalis. Debemus enim in hoc mūdo cōfidere de Deo, & nihil nobis deficiet. Hoc notatur cùm dicitur, Mensuram bonam, & cōfertam, & coagitatam, & superefluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe mensura qua mensi fuerimus, scilicet in hoc mundo, seruiendo Deo remetietur vobis, scilicet in alio mūdo. Not. cùm dicit, Eadē mensurā, non dicit æquali mensura, scilicet quod gloria sit equalis bonæ vitæ, sed dicit eadem, quia inter vitam bonam, misericordiam, & opera meritoria, & gloriam æternam non potest inueniri

æqualitas. Nam opera nostra bona quãtumcunque sint magna etiã merita, nihil sunt respectu vnius horæ gloriæ. Sicut ergo nõ potest esse æqualitas inter florenos & denarios, sic nec inter gloriam Dei & opera nostra. Apostolus, Existimo quod non sunt condignæ passiones huius temporis ad futurã gloriam, quę reuelabitur in nobis, ad Rom. 8. Inter opera nostra & gloriã Dei non est æqualitas quantitatis, sed proportionabilitatis: quia qui plus facit de bono, plus habet de gloria. Ecce quare dixit, Eadem quippe mensura, &c. Nota quod pro bonis operibus Deus dat quatuor retributiones, duas in hac vita, & duas in alia vita, & omnes ponuntur ibi, Mensuram bonam, & confertam, &c. Prima est retributio bonorum temporalium in hoc mundo, cùm dicitur, Mensuram bonam, &c. Deus enim prouidet suis seruitoribus de omnibus necessarijs. Nõ dicat religiosus, vnde habebo vestes, &c. nec clericus dicat, oportet me vendere missas & sacraméta, sed seruias diligenter deo, quia prouidebit. Et quamodo tã male seruimus Deo, mirum est quod inuenimus aquam in puteis. Idem de laicis, qui dicunt, faciam vsuram vt possim viuere. Idem de mulieribus quę volũt habere speciales, vt prouideãtur, &c. Si bene seruiretis Deo quilibet in suo statu, Deus prouideret vobis. Auctoritas. Timete Dominum omnes sancti eius, quoniã non est inopia timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. Psal. 33. Timetur Deus quando nulla caussã fit cõtra eius honorem. Secunda retributio est etiã in hoc mundo, scilicet bonorum spiritualium, cùm dicitur: Mensurã cõfertam dabunt in sinũ vestrũ. Confertam, id est plenã, à confero, cõfers, & hæc est abundantia bonorum spiritualiũ in anima. Nam qui bene seruit Deo, nõ solùm remuneratur hic in bonis temporalibus, sed etiã in spiritualibus: dat Deus in anima gratiã suam, consolationes multas, & illuminationes, virtutes, & reuelationes, &c. Requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animã tuam. Esa. 58. Tertia retributio significatur cùm dicitur, Mensurã coagitatã, id est cõpressam. Ista retributio datur à Deo in alio mundo statim quando anima recedit à corpore, tũc enim videt diuinã essentiam, trinitatẽ personarũ, & humanitatem, virginem Mariam, angelos, & sanctos. De ista dicit scriptura, Iustorum animæ in manu Dei sunt, & nõ tanget illos tormentum malitiæ. Visi sunt oculis insipientium mori, illi autem sunt in pace. Sap. 3. Quarta retributio tangitur cùm dicitur: Mensuram superefluẽtem, &c. id est superius effluentẽ. Ista retributio erit in generali iudicio, quando gloria animę redũdabit in corpus, sicut modò esse substantiale animæ cõmunicatur corpori: & simul faciunt vnã entitatem, quæ dicitur humanitas. Ita tunc anima cõmunicabit corpori gloriã suam, quia non erunt diuersæ gloriæ animæ, & corporis, sed vna.

vna. Sicut lucerna accensa cõmunicat lumẽ laternæ, ita anima cõmunicat gloriã corpori. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionẽ. 1. Cor. 15. Quanta est sapientia diuinalis quæ ostenditur ibi, Nũquid potest cæcus cæcũ ducere. Nonne enim ambo in foueam cadunt: Non est discipulus supra magistrum, perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Sapientia diuinalis consistit in hoc, quod in secretis fidei & sacræ scripturę eligendus est magister, videns per approbatã scientiã, & ducens, & ostendens viã per sanctã vitã. In secretis autẽ fidei quilibet viator est cæcus, quia nullus scivit vnquã aliquid nisi quantũ Christus voluit reuelare, qui ab instanti suæ cõceptionis vidit omnia secreta Dei. Hic patet error Iudæorũ qui recipiunt ductorẽ cæcum, s. Moysen, qui nunquã in hoc mundo vidit Deũ nisi in raptu, immo dicit sibi Deus quando petijt prò gratia quod posset eũ videre, Non videbit me homo & viuet. Exo. 33. Itẽ patet error Agarenorũ qui sequũtur cæcũ Machometũ. Nunquid potest cæcus cæcũ ducere? Ratio, quia discipulus nõ est maior magistro, quia si magister cadit, etiã & discipulus qui eum sequitur. Solus ergo Christus est magister cui debet credi, & ductor qui nunquã errauit in via paradisi. Ipsum ergo debent omnes gentes eligere in magistrũ & ductorem. Deum nemo vidit vnquam nisi vnigenit⁹ filius, qui est in sinu patris: ipse enarrauit, sup. secreta fidei. Io. 1. Quæ cõtinentur in Credo in Deum, in quo sunt 12. articuli. dicatur moraliter. Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Sunt aliqui quando debent confiteri, scienter eligũt cõfessorem cæcũ, sicut sunt vsurarij, cõcubinarij, vindicatiui, latrones, & similes dicendo, si ego cõfiterer tali, qui est multum intelligens, nõ absolueret me, & scientes vadunt ad bestiam ignorãtem, nõ cognoscentem peccata, & condẽnat se, & venientes ad se, quia nescit quid debeat eis iniungere, ex quo, &c. Ideo ambo in foueã cadunt. Cùm tamen Christus auisando vos dicat, Sinite illos, s. cõfessores ignorantes, cæci sunt & duces cæcorum, &c. Mat. 15. Nota exemplũ de illo homine in omni genere capitaneo armorum, qui infirmus ex verecundia vocauit scutiferum vt vocaret sibi bonum confessorem sicut fecit, quo refutato vocauit alium, &c. Ecce quare dixit, Nunquid potest cæcus cæcum ducere, &c. scilicet quando fit electiuè. Sed quando vos creditis quod confessor est bonus & sufficiens, & est præsumendum quod est sufficiens, quia est in veritate magister, vel lector, vel prior, & est oppositum, ipse solus damnatur, & vos estis excusati. Sexta virtus est prouidentia humanalis, scilicet qualiter homo se debet gubernare in hoc mundo contra peccata, maximè cùm dicitur: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem quæ in oculo tuo est non vides, vsque in finem. Trabs magna est peccatum mortale magnum, vt homicidium, furtum, sacrilegium, adulterium,

& huiusmodi. Dicatur de quolibet istorū quid est. Itē simonia, usura, falsa iuramēta, blasphemię. Festuca autem est peccatū venale, vt plus comedere ex bonitate panis vel bibere, nō tamē inebriari, quia tunc esset mortale, nimis ridere vel dormire, & sunt multi qui volūt corrigere ista peccata venialia aliorū, & nolūt corrigere sua peccata mortalia. Ideo dicit Christus: Quid autem vides festucā in, &c. Hoc maximè dicitur malis iudicibus, dominis, prælatis, & rectoribus populorum, siue cōmunitatibus magnis peccatoribus, volentibus corrigere venialia aliorum, & non mortalia suorum. Nota de pirata, cui Alexander dedit sententiam mortis. Qui dixit, Ego qui tā modico nauigio vitam perquiro, latro vocor. Tu qui cum magna classe mundum vastas, diceris Imperator. Ita est de multis iudicibus qui condemnant paruos latrones qui parua receperunt. Et ipsi qui plus furantur vel per vsurā, rapinam, calumniam, & simoniam, dicuntur iudices & domini. Ideo tali domino dicit Christus: Hypocrita eice primùm trabem de oculo tuo, &c. Quia ordo naturalis prouidentię est primò prouidere sibi, & cōsequenter alijs. Attēde tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc etenim faciēs, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt. 1. ad Timo. 4. Debet cogitare iudex quando condēnat aliquem intra se dicens: O miser ego condemno istum in tali specie, ego feci peiora, quia si fuissem scitum ego fuissem cōbustus, tot anni sunt. Ideo confitebor primò, & post dabo sententiā contra illum, aliàs grauiter peccaret iudex condemnādo alium in peccato. Ideo Apostolus prælatis, dominis, & iudicibus, Attendite vobis & vniuerso gregi in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quā acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniā intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. & ex vobisipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt adducāt discipulos post se, propterea vigilate, &c. Act. 20. cap.

De eadem Dominica. Sermo II.

PAter vester misericors est. Luc. 6. Thema dat mihi mouium declarandi vobis gradus diuinæ misericordiæ, quos Deus ostendit nobis. Materia erit vtilis, &c. Ideo dicetur virgo Maria, &c. Cogitaui quomodo possem vobis bene declarare gradus diuinæ misericordiæ erga peccatores. Et inueni q̄ Dauid posuit sex grad⁹ diuinę misericordię in duob⁹ versib⁹ psalterij dicēs: Miserator & misericors Dominus, patiēs & multū misericors. Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Psal. 144. Ecce quare dicit thema, Pater vester misericors est, &c. Sūt ergo sex grad⁹ misericordię Dei,

Primus est retardatio æternæ damnationis, ibi, miserator,

Secundus est ex parte continuè temporalium donationis, ibi, & misericors,

Tertius est supportatio criminalis grauationis, ibi, patiens,

Quartus est remissio culpæ ex parte veræ contritionis, hic, multum misericors,

Quintus est relaxatio pœnæ ex parte deuotæ orationis, hic suauis,

Sextus est donatio gratiæ ex parte humilis petitionis, hic cum dicit, miserationes eius, &c.

Primus gradus tangitur ibi, miserator Dominus, id est misericordię factor, quia nō statim infert dānationem peccatori, magna misericordia est ista. Nā postquàm iudex fecit processum cōtra aliquē & dedit sententiā contra eum, statim fit executio sine misericordia. Non sic facit Deus, sed misericorditer expectat, processus peccatorū nostrorum etiā factus est, & omnia peccata nostra sunt iā scripta in libro scientiæ Dei, statim quando homo facit peccatū, siue corde malè cogitando, siue ore malè loquēdo, siue opere malè operādo, opus transiit & remanet peccatū scriptū in libro Dei. Auctoritas, Dicebat Dauid, imperfectū meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes, supple defectus mei, scribentur, dies formabuntur, & nemo in eis. Psal. 138. Itē sententia est iā data. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, s. morte æterna. Ezec. 18. Sed ecce diuina misericordia, quia cùm processus sit factus, & sententia data contra peccatorem, non tamē statim fit executio, immo expectat diem vnum, mensem vnum, annos tres & quatuor & decem. 20. &c. ad pœnitentiā, quia si vis conuerti, totum reuocabit. Ecce quanta est eius misericordia, per quot annos expectauit te religiosum, quot anni sunt quod tu incœpisti peccare. Idē de clericis, &c. O si cogitaueritis quomodo est magna misericordia ista: Vultis eā cognoscere? Dicunt sancti doctores q̄ à principio mundi Deus creauit innumerabiles angelos, sanctos & bonos omnes, & maior eorum Lucifer voluit Deo æquari, & reuelauit hoc alijs, & multi de quolibet ordine tanquā adulatores consenserunt sibi. Ecce peccata eorū. Michaël autem non cōsensit sibi, immo contradixit & Gabriel, Raphaël, & alij boni. Quot annis credidistis quod Deus expectauit angelos peccantes? Reuera nō per annum, nec per mensem, nec per hebdomadam, nec per diem, nec per horā, nec momentum, sed statim & subitò eiecit eos de cælo, & dānauit æternaliter, intantum quod nec incarnatio filij Dei, nec eius passio aliquid profuit eis: quia irreuocabiliter sunt damnati in æternum. Modò cogita hic quanta est misericordia Dei, quia tam nobiles creaturas & spirituales non expectauit ad pœnitentiam. Et modò expectat te superbum, vanum, & pomposum per multos annos ad pœnitentiam. Idem dicendum est de auaro, vsurario, & luxurioso, &c. Ecce quare dicitur miserator Dominus, id est misericordiæ factor, & concordat Hierem. di. Misericordiæ Domini, quia non sumus consumpti, quia nō defecerunt miserationes eius. Thre. 3. Se-

cundus gradus tangitur ibi, & misericors Dominus. Differentia est inter miseratorem & misericordem, quia miserator dicitur eo, quia nō statim infert damnationem, sed expectat ad pœnitentiam. Et dicitur misericors, quia peccatoribus non aufert prouisionem & vitā, quia omnibus tam iustis quàm peccatoribus prouidet, quia æqualiter omnibus mittit claritatem solis, pluuiā, & rorem. Ita dat bladum in campo peccatoris vt in campo iusti, sed non aufert peccatoribus vinum, pecunias, nec domum, cùm statim post peccatum omnia deberent perdere. Cogitate quāta est ista Dei misericordia, quia si miles vel scutifer qui recipit prouisionem, & multa bona à rege, facit aliquā prodītionem vel inobedientiam cōtra regem, statim aufert sibi quittationem & prouisionem, & abijcit eum à domo sua. Non sic facit Deus nobis inobediētibus: certū est quod omnes sumus in domo sua, si in hoc mundo, & camera & palatia sunt superius in cælo, vbi est Deus cum amicis suis. Et cùm tot peccata, & grauia faciamus contra Deum, tamen tu vides quod non statim expellit nos de domo sua, non aufert prouisionem, panem, vinum, bona & pecunias, immo dat & cōseruat data. Ideo dicit scriptura: Ipsi superbè egerunt, & nō audierunt mandata tua, & in iudicijs tuis peccauerunt. Et dederunt humerū recedentē, & ceruicē suam indurauerunt, nec audierunt, in misericordijs autē tuis plurimis nō fecisti eos in cōsumptionē, nec dereliquisti eos, quoniā Deus miserationū tu es. Et paulò antè. Ipsi verò & patres nostri superbè egerunt, & indurauerunt ceruices suas, & nō audierunt mādata tua, & noluerunt audire, & nō sunt recordati mirabilium tuorū quæ feceras eis, &c. Tu autē Deus propitius, clemēs, & misericors. Neemię 9. Nota, ipsi superbè egerunt, &c. Nunquid esset magna superbia discipuli, si insurgeret cōtra magistrum, & faceret oppositum omnium illorū quæ sibi dicuntur à magistro? Tales sumus nos. Dominus & magister Iesus Christus ostendit nobis & præcipit quod simus humiles, & nos sumus superbi, pomposi, &c. Præcipit quod simus misericordes, dando liberaliter amore sui, vel mutuando sine vsura, & nos sumus fures, &c. Præcipit quod simus casti, quia nullꝰ vellet quod in tunica sua caderet lutum, &c. Quare ergo vis in persona tua lutum luxuriæ? Et nos facimus oppositum, &c. Quot luxurię & corruptiones fiunt in mundo, cognatę cum cognatis, &c. Idē de alijs peccatis. Ecce quare dicit, Ipsi superbè, &c. Tertius gradus diuinę misericordię tāgitur ibi, patiens Dominus, quia supportat criminū grauationē. Quantū credetis vos quod sit pōdus vnius peccati mortalis, vnius libræ vel vnciæ, &c. Dico quod si esset possibile quod vna mōtanea ligaretur ad collū vnius animę beatę in cælo, nō sentiret pōdus, sicut nec vos sentiretis pōdus alicuius margaritę, sed si anima vna in cælo haberet vnū peccatū mortale, tantum est pōdus qꝫ cælū nō posset eam sustinere, immo

immo statim caderet in infernum. Plus pōderat ergō peccatum mortale q̄ mōtanea. Ideo dicebat Dauid postquàm peccauit, Iniquitates meæ supergressę sunt caput meum, & sicut onus graue grauatæ sunt super me. Psal. 37. Quomodo ergo potest Deus quod vnus peccator qui habet tot peccata mortalia grauissima, magna, & turpia potest ea portare, si cælū non potest vnum peccatū mortale sustinere? Dico quod nec cælū, nec terra, nec peccator posset sustinere pōdus vnius peccati mortalis, nisi quia tanta est Dei misericordia & eius infinita patientia, quod ipse manu sua portat & sustinet omnia peccata nostra mortalia vel venialia. Ideo plangendō dicit, Peccata vestra facta sunt mihi molesta, laborauī sustinens. Esa. 1. Ecce quanta est Dei patientia. Esset magna patiētia regis vel papæ qui portaret puerum in brachijs suis, qui daret sibi alapas, nec propter hoc dimitteret ipsum cadere. Maior est Dei patientia, qui portat nos omnes in manu sua, & quotidie damus sibi alapas peccando, & non dimittit nos cadere, sed in die iudicij Deus retrahet manum suā, & tunc omnes peccatores subitò cadent in infernum in corpore & anima pondere peccatorum. Ideo dicit Propheta, Conuertimini ad Dominum Deum vestrū, quia benignus, & misericors est, patiēs & multæ misericordiæ. Ioel. 2. Quilibet scit qualē vitā tenet, & in quibꝰ peccatis viuit, &c. Quartus gradus tāgitur ibi, Multū misericors Dominus, quia pœnitenti dimittit culpas in instāti. Cùm enim homo petit veniam cū dolore de peccatis, & proposito nō redeūdi, statim parcit, & remittit culpas, & recipit eū in gratia sua, & anima remanet purior sole, sic enim in ipso exorta luce solis tenebræ expelluntur. Derelinquat impius viā suam, & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad Dominū, & miserebitur eius, & ad Deū nostrū, quoniā multus est ad ignoscendum. Esa. 55. Si aliquis in præsentia regis occidisset reginā, & filius regis, & peccasset cū filijs regis, deinde veniret ad petendū veniā regi, vtrum esset rex in mūdo qui parceret tali & remitteret? Credo quod non, nisi Christus. Nam si aliquis interfecisset omnes Apostolos, & peccasset cum omnibus mulieribus, & crucifixisset Christū, si post cū dolore cordis veniret ad Christū, & peteret veniā, statim parceret sibi, & reciperet eū in gratia sua. Si Iudas qui vēdidit Christum petiuisset veniā sicut desperauit, statim pepercisset sibi bono corde. Patet sua magna misericordia. In quacunque ingemuerit peccator, nullius iniustitiæ eius recordabor. Ezechi. 18. secundū 70. Quintus gradus tangitur ibi, Suauis Dominus vniuersis, quia non solùm dimittit pœnitenti culpas, immo rogāti relaxat pœnas. Dicunt sancti docto. theologi, qꝫ pro quilibet peccato mortali tenetur homo facere 7. annos pœnitentiā in hoc mūdo. Ratio, quia in quolibet peccato mortali homo facit cōtra septē dona spiritꝰ sancti, aliàs restat pœna in purgatorio, per gra. Si tu recurristi ad di. &c.

licèt

Universidad de Deusto
Biblioteca

licèt de hoc sis confessus & absolutus, tamen oportet te septem annos facere pœnitentiã in hoc mundo pro qualibet vice qua recurristi. Item pro quolibet iuramento falso, enormi, vel blasphemia. Itẽ qui nõ audit missam completã in die dominica, mortaliter peccat. Item qui frãgit festa. Item qui non honorat parentes, &c. Pro qualibet vice tenetur ad septem annos de pœnitentia. Est forte hic aliquis qui tenetur mille annis de pœnitentia & plus, & tandiu nõ viuet bene, nec mũdus fortè tantũ durabit. Sed ecce misericordia Dei quanta est, quia in oratione quã facitis quolibet mane, & serò, cogitãdo quomodo debet fieri, scilicet quod videtis Christum in cathedra iratũ contra vos, &c. debetis dicere, Pater noster. Idem de Ave Maria ad virginem Mariã. Si deuotè vos oratis, dicit Deus, de illis mille annis pœnitentiç, ego dimitto tibi decem, vel centum, vel totum. Hoc ostenditur manifestè Matthæ. 18. de seruo debente decem millia talentorum, cui dixit dominus eius, Serue nequã omne debitum dimisi tibi quoniam rogasti me. Ergo videte quoniã suauis est Dominus, beatus vir qui sperat in eo. psal. 33. Pater vester misericors est. Sextus gradus tãgitur ibi, & miserationes eius super omnia opera eius, quia petẽti cõfert gratias, nõ solùm autem petenti remittit culpas, & roganti relaxat pœnas, immo & petenti omnia cõfert, nia animæ sint nociua. Quia sicut vos filio febricitãti vestro fructus petenti non daretis sibi, licèt cum lacrymis peteret, quia nocerẽt sibi, sed dabitis sibi meliora & vtiliora, s. zuccharũ rosatũ, vel alia bona, ita Deus filijs suis dat eis quod est magis vtile & proficuum. Multi petunt pecunias, & non dantur eis, quia scit Deus quod essent eis damnosę. Idem de infirmo qui petit sanitatẽ, &c. sed si gratia quam petũt sit eis bona & proficua, statim Deus concedit. Ecce quanta est eius misericordia. Declaretur ista misericordia per similitudinem talem. Si aliquis suis criminibus esset sententiatus ad furcam, & ille peteret vemã à rege, Rex si parceret, magnam misericordiam ei faceret, sed si ille homo vltra hoc peteret aliquã gratiam à rege, equũ, vel castrum, vel alia, & daret sibi, maiorem gratiam sibi ostenderet, quia multi reges de hoc indignarentur. Sic etiam Deus misericorditer parcit peccatori ad furcam inferni sententiato, quando humiliter petit sibi indulgeri, deinde cõcedit sibi gratias et vtiles & proficuas, nec indignatur ei petenti, nec improperat peccata. Deus dat omnibus affluenter, & non improperat, scilicet peccata præterita Iaco. 3. Nota non improperat. Iam scitis de beata Magdalena quale fuit, & Christus sibi omnia remisit. Et quãdo Magda petijt pro gratia quod esset socia virginis matris suæ, cõcessit sibi, nec improperauit peccata dicendo: Et nunquid feci tibi satis? &c. itẽ q̃ esset apostola, & concessit sibi. Item quod posset viuere in contemplatione sine cibo & potu in deserto, & concessit sibi 33. annos. Item quod

ab Angelis eleuaretur, & concessit sibi. Idem de Paulo Apostolo, cui remisit omnia peccata, & post petijt vt ostenderet sibi cæsum & gloriam eius, & fecit, non improperauit. Ita facit de peccatoribus. Ideo Isaias, Miserationum Domini recordabor, laudẽ Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domus Israël quæ largitus est eis secundum indulgentiam suam, & secundum multitudinem misericordiarum suarũ. Es. 63. Ergo pater vester misericors est.

De eadem Dominica. Sermo III.

Estote misericordes. Luc. 6. In isto sermone intendo declarare quomodo debemus misericordiã habere de animabus nostris. Sed primò salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi & introductione materiæ prædicandæ sciendum est, quod post Deũ plus obligatur homo animæ suæ quàm alicui creaturę. Et ecce quomodo sancti doctores declarantes modum charitatis & dilectionis, in primo loco ponunt Deum, quem super omnia creata tenetur homo diligere. Secundò animã, tertiò proximum, quartò corpus propriũ, quintò bona temporalia. Primò ergo ponunt Deum, quia amor Dei in corde debet esse vt oleum in lampade, quod eminet & supernatat super omnem alium liquorem. In secundo loco ponunt animã quã post Deum debemus diligere super omnia alia, quia licèt debeatis diligere patrem, & matrem, filios & amicos, non tamẽ tantùm quod amore eorum faciatis aliquid contra animam vestram. Corpus autẽ & bona potestis ponere pro eis, sed animam non. Caueatis ibi. In tertio loco ponitur amor proximorum, & quantò sunt proximiores, tantò magis debetis eos diligere, scilicet filius patrem & econuersò, vxor virum & econuersò, frater fratrem & econuersò, & sic de alijs. In quarto loco ponitur corpus proprium. Quilibet debet diligere corpus proprium, sed magis proximum. Quinto diligenda sunt bona temporalia, vt diuitiæ, dignitates, honores, beneficia, & officia, &c. Tamen hodie videmus, quod plus diligũtur bona tẽporalia quàm corpus proprium, & q̃ proximus plusquàm anima & Deus. Ecce qualiter ordo charitatis est inordinatus? De prædicta ordinatione charitatis auẽto. Introduxit me rex in cellã vinariam, ordinauit in me charitatem. Can. 2. Cellam vinariam vocat statum deuotionis, quando Deus de mala vita vocat aliquem ad bonam vitã & ad deuotionem, talis potest dicere, Introduxit me rex in cellam vinariam, & inebriatur in amore Dei, & ordinauit in me charitatem in prædictis quinque gradibus, vt dicunt ibi glossæ & postillæ. Si ergo ex ordinatione diuina debemus habere misericordiam erga proximum, multò magis erga animam. Ideo dicit them. Estote misericordes, non solùm proximis, sed etiam animabus vestris. Nullus

potest

potest verè misericors esse proximo, nisi primò sit misericors animæ suæ. Benefacit animæ suæ vir misericors. Qui autem crudelis est, etiã propinquos abijcit. Prou. 11. Nota propinquos, id est quinq; sensus corporales abijcit, scilicet quantum ad actum, quia non curat bene videre, nec bene audire, sed ea quæ debet videre & audire, & sic de alijs. Patet thema. Misericordia quã debemus habere nos erga animas nostras, potest declarari per septem opera misericordiæ, quem erga corpora debemus habere, quæ ponuntur à Christo,

Septem opera misericordiæ corporalia.

Primum est cibare esurientem,
Secundum potare sitientem,
Tertium colligere peregrinum,
Quartum vestire nudum,
Quintum visitare infirmum,
Sextum redimere captivum,
Septimum sepelire mortuum.

Istud opus ponitur Tob. 4. Ista septem opera misericordiæ sunt exercenda spiritualiter circa animã nostrã. Primum opus misericordiæ est, quod debemus animã nostram cibare, scilicet cibo scripturæ. De quo Christus, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Matt. 4. No. de ore Dei, non dicit de ore Virgilij vel Terentij, &c. sed Dei. Iste cibus datur animæ legendo verba Dei. Liber apertus est mensa, ibi comedit anima legendo & contẽplando. Si dicat aliquis, ego nescio legere. Ideo, &c. Solatur. Ideo detis sibi cibũ audiendo, scilicet missam deuotè. Cuius primum opium est confessio in qua debetis esse, sicut si aliquis dominus inuitaret vos, nunquid venietis vos in medio prandij? nequaquã sed in principio venietis in ablutione manuum & benedictione mensæ. Sic Christus inuitat nos in quolibet festo ad prandiũ missæ. Et sicut sacerdos cõmunicat sacramentaliter, ita & vos communicare debetis spiritualiter. Ideo iã debetis esse in principio, & audire cũ silentio, & audita missa anima est satiata intantũ, quod per totã hebdomadã sibi valet. Item audiẽdo sermones anima cibatur. Prædicator est coquus, & seruitor ministrans vobis quæ parauit in coquina Spiritus sancti. Item quilibet mane, & sero cibare animam debetis deuote orando genibus flexis. Primò signando vos, deinde dicatis. Credo in Deum. Pater noster, & Aue Maria. Nam sicut bis vel ter datis cibum corpori fœtido, & corruptibili, ita bis in die mane, & sero debetis cibum animæ. Ecce quare dicit, Estote misericordes. Patet quod peccamus est illorũ qui non cibãt animã suam. Secundum opus misericordiæ erga corpus est potare sitientẽ. Istud opus debemus erga animã exercere. Potus animæ sunt lacrymæ compunctionis peccatorum, & deuotionis spiritualis, & affectionis cælestialis. Dauid. Potum dabis nobis in lacrymis in mensura. psal. 79. In prandio spiritali bibit homo vinum triplex. Primò in principio bibit homo vinum album, secundò rubeum, tertiò clarũ. Ita lacrymæ sunt in tribus differentia. Primo sunt lacrymę quę veniunt ex punctione pœ tentiali. Item in principio tanquã vinum album. Verbi gra. Quãdo religiosus intra se cõpunctus dicit, O miser, quid erit de me, &c. & ploret, tunc anima potatur vino albo. Idẽ de clerico & laico. Ecce quare dicit, potum dabis nobis, &c. Nota quare dicit in mẽsura, quia quãtò peccata sunt maiora, & grauiora, tãto plus & lacrymæ debẽt abundare. Secundò lacrymę sunt deuotiones ex cõpassione passionis Christi. Istæ sunt vt vinum rubeum, Istæ lacrymæ non veniunt quãdiu homo est in peccato, sed postquã homo habuit contritionẽ de peccatis, veniunt istæ lacrymę deuotionis. In mensura, quia quãto homo plus elongatur à negotijs mundi, & cõtemplatur Christi passionem, tanto magis abundant lacrymæ deuotionis spiritualis. Tertiò lacrymæ sunt affectiones cælestiales tanquam claretum, quę inebriãt animam ex desiderio paradisi & essendi cum Deo. In mẽsura, quãtò plus despiciuntur honores, diuitiæ, officia, & dignitates mundi huius, tãto plus abundant lacrymæ affectionis cęlestis. Ergo ebrio, &c. Tertium opus misericordiæ est colligere peregrinũ, quia nõ potest secũ portare domũ. Ita erga animã nostrã exercere debemus, quæ est peregrina dupliciter. Primo negatiuè, quãdo nõ facit opera meritoria. Secũdò affirmatiuè, discurrẽdo ad sæcularia negotia. Ideo est magna misericordia ipsum colligere operando meritorie, & recolligere eã ne se distrahat in negotijs mundanis & tẽporalibus quo nõ curat de anima de qua debemus curare. Ideo dicit scriptura, Miserere animæ tuæ placens Deo, & cõtine & congrega cor tuũ in sanctitate eius, & tristitiã lõgè expelle à te Eccle. 30. Quartũ opus misericordiæ est vestire nudum. Idẽ circa animã nostrã faciendum est. Vestes animæ sunt virtutes. Camisia animæ est virtus castitatis, quę carnẽ tangit vt camisia. Secunda tunica est humilitas, quia castitas sine humilitate nõ placet Deo. Virgo autẽ Maria nõ placuisset Deo ex sola virginitate. Ideo dicit ipsa. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. Quid valet persona casta & præsumptuosa, quæ despicit & dedignatur de persona luxuriosa di. Non sum ego talis. Non sic virgo Maria despexit Mariã Magdalenã. Hoc nihil valet. Tertia tunica sine pellicij est cõpassio Christi. Mantellũ autem est charitas. 1. Pet. 4. Charitas operit multitudinẽ peccatorũ. Ideo Apostolus, Induite vos sicut electi Dei, & sancti & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiam, patientiã, supportãtes inuicẽ, &c. ad Col. 3. Hic habetis responsionẽ ad vnã quæstionẽ quã aliqui faciunt, virum in alio sæculo erimus nudi, vel induti. Dico q̃ de bonis nullus erit nudus, quia nihil turpius quàm videre animã nudã. Et sicut si modò veniret aliqua persona nuda, omnes indignarentur.

guarentur cõtra eam. Sic sancti indignantur cõtra animã mudã clamãtes ad infernũ ad inferoũ, in quo inferno omnes animę sunt mudæ. Ideo Io. dicit: Beatus qui vigilat, id est diligens, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Apoc. Quintum est vilitare infirmũ, & consolari eũ, quod multum placet Deo. Idem de anima quæ infirmatur quolibet die, quia nullus est ita sanctus & perfectus, quin peccet. Septies in die cadit iustus. Prouer. 24. ad minus venialiter peccando ex aliquibus excessibus vitæ, vel superfluitatibus. Ideo visitanda est tali modo. In sero postquã homo fecit orationem, debet se examinare qualiter expendit diem. Si est religiosus vel clericus, debet cogitare qualiter dixit officium, missam, si defecit in aliquo, si errauit in aliquo, scilicet comedendo, bibendo, loquendo, isto modo visitatur infirmus. Isto modo ille sanctus Iob visitabat spiritũ suum. Ideo dicebat: Vitã & misericordiã tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritũ meũ. Iob 10. Et sicut quilibet tenetur visitare animã suam, ita rectores tenentur visitare non solùm animã propriã, sed etiã villã eis cõmissam, si sit in ea aliquid contra Deum, vel contra proximũ, vel contra bonum publicũ, aliàs in malo puncto reperientur rectores, nisi corrigant peccata nocturna, tecùs de occultis. Visitans speciẽ tuã non peccabis. Et sicut quæque quoniã multiplex erit semen tuum, & progenies tua, quasi herba terræ. Ingredieris in abundantia, i. virtutum, sepulchrum tuum, &c. Iob. 5. Contra Deum sunt blasphemi, contra proximum latrones, contra bonum publicum meretrices, &c. Sextum opus misericordiæ est redimere captiuos. Magna misericordia & maxima quando sunt in periculo abnegandi. Ita circa animam quæ multis debetur est obligata in hoc mundo, & hoc pro suis culpis & peccatis preteritis. Secundum doctrinam sanctorum doctorum pro quolibet peccato mortali obligatur in hoc mundo in septem annis de pœnitentia. Ratio, quia in quolibet peccato mortali facit iniuriam septem donis Spiritus sancti. Et si in præsenti quis perfectè nõ satisfecerit, necessariò in purgatorio, si in gratia decedat, soluere habebit. Opera pœnitentialia sunt quæ restant, vt ieiunia, orationes, & huiusmodi. Et sic redimitur spiritus. Est qui multa redimat modico pretio, & est restituens ea in septuplũ. Eccle. 20. No. est qui multa, &c. nõ dicit qui sunt, quia pauci sunt qui faciũt pœnitentiã, omnes dant ista latijs. Sed in quolibet loco, vel collegio, est aliquis qui facit pœnitentiam, propter quẽ Deus sustinet alios, quia aliàs forte statim destruerentur. Nota, modico pretio, quia non sunt cõdignę passiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis, &c. ad Ro. 8. Nota, restituẽs ea in septuplum. Conclusio est hic theologica, quod nullum opus pœnitentiale sãtisfacit nisi fiat in gratia. Oportet enim quod opus sit meritorium ad hoc quod sit satisfactorium, ita

quod opera pœnitentialia facta in gratia sunt simul meritoria, & satisfactoria. Ideo dicit, Restituens in septuplum, propter septẽ dona spiritus sancti, quæ per pœnitentiam sibi restituuntur, & propter septem peccata mortalia, quæ sibi remittuntur. Ergo estote misericordes, &c. Septimum opus misericordiæ est sepelire mortuos. Et isto opere Tobias multum placuit Deo. Istud opus exercendum est circa animam nostram. Nobilissima sepulchra animarum sunt vulnera Christi tam manuum quàm pedum, quam etiam lateris. Sepeli ter in eis anima meditatione & contemplatione, cogitando illa sanctissima vulnera quæ aperuerunt paradisum. De isto sepulchro alleuiatè dicit Esaias, Excidisti tibi hic sepulchrum, excidisti in excelso memoriale, diligenter in petra tabernaculum tibi. Esa. 22. Nota, excidisti tibi sepulchrum, scilicet opere intellectus contemplando. Memoriale, quia sicut sepulchrum dicitur monumentum, id est mouens mentem. In petra, de qua Apostolus, Petra autẽ erat Christus. 1. Cor. 10. Ergo estote misericordes, &c. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo IIII.

Creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Verbum istud habetur textualiter ad Rom. 8. & in epistola currentis dominicæ. Thema dat mihi motiuũ de libero arbitrio prædicãdi. Materia erit bona, &c. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi & materiæ prædicandæ introductione sciendum quod inter omnes creaturas corporales à Deo in hoc mudo creatas, singulare priuilegium est nobis, scilicet liberum habere arbitrium. Quædam enim creaturæ sunt, quæ nullum habent arbitrium, nec liberum, nec coactum, vt illæ creaturæ quæ nullam habent cognitionẽ. Quædã autẽ habent arbitrium, sed non liberũ, sed quasi coactum & necessarium, vt animalia irrationabilia. Solus autem homo habet liberum arbitrium. Primus gradus creaturarum corporalium est earum quæ nullam cognitionem habent, immo sine proprio iudicio mouentur iuxta qualitates eis à Deo datas ab initio. Verbi gratia de lapide qui non habet cognitionem, sed naturaliter descendit, & de igne qui naturaliter ascendit sursum. Idem de arboribus producentibus fructus secundum suas qualitates sine aliquo arbitrio, sed faciunt sua opera sicut sagitta missa à sagittario. Secundus gradus est creaturarum corporalium, quæ habent arbitrium, sed non liberum, sed coactum vel necessarium, sicut sunt creaturæ quæ habent cognitionem & iudicium, sed non est liberũ, quia non habent rationem. Verbi gratia de pullo, quando videt milũ, statim arbitratur & iudicat quod est contrarius ei, & fugit, Deus de oue & de agno respectu lupi. Homini autẽ Deus dedit arbitrium & iudicium. Quia si iudicat aliquid esse sibi bonũ, sed esset

Universidad de Deusto
Biblioteca

in damnum proximi, non facit. Verbi gratia, si aliquis homo desiderat aliquod bonum delectabile, puta vnum magnū solatium, ecce arbitrium, & nō vult recipere illud solatium, quia esset contra Deū, tunc arbitrium est liberū & nō coactū. Ideo soli homini imputatur meritum, si facit bona, vel demeritum, si facit mala, ex libertate arbitrij. Aucto. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilij sui, glos. id est libertate arbitrij. Adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris mandata conseruare, conseruabunt te. Apposuit tibi aquam & ignem, ad quod volueris porrige manum tuā. Ante hominem, vita & mors, bonum & malum, quod placuerit ei dabitur illi. Eccle. 15. No. Adiecit mandata & præcepta. Differentia est inter mandata & præcepta strictè loquendo. Quia mandata sunt præcepta affirmatiua, quę inducunt ad virtutes, & obligant semper, sed non pro semper, quia in casu non sunt seruanda, quia in magna necessitate possunt festa frangi. Item in casu non tenetur homo honorare parentes si abnegant fidem, &c. Præcepta autem sunt mandata negatiua, quæ prohibent vitia, & sunt affirmatiuis fortiora, quia nullo casu possunt frangi: quia in nullo casu adorandi sunt dij extranei, nullo casu est periurandum, & sic de alijs negatiuis, quæ obligant semper & pro semper. Patet ergo conclusio quod super omnes creaturas corporales solus homo habet liberum arbitrium. No. quatuor gradus ligationis liberi arbitrij.

Hoc interest inter affirmatiua & negatiua præcepta, quod illa semper, ista verò, etiā pro semper obligāt.

Primus est per gehennam,
Secundus per culpam,
Tertius per gratiam,
Quartus per gloriam.

Primum est ligatum durabiliter. Secundum est infirmum debiliter. Tertium est sanatum veraciter. Quartum est eleuatum sublimiter, & de quarto loquitur the. di. In libertatem gloriæ filiorum Dei. Dicit primò q̄ primus gradus liberi arbitrij est ligati durabiliter, & ille gradus liberi arbitrij est in damnatis, qui habēt liberum arbitrium, sed ligatum totaliter. Non credatis quod liberum arbitrium sit aliqua vel habitus, seu qualitas accidentalis acquisita, imò est essentialis ipsius animæ, & nullo modo deperditur: sed in damnatis ligatur totaliter intantum q̄ ab intra non possunt velle aliquod bonum, nec ad extra facere, semper cupiunt & desiderāt mala si volunt aliquod bonum, tamen hoc velle est malum propter malum finem, sicut patet de illo diuite petente quod Deus mitteret aliquē ex mortuis fratribus suis vt facerent pœnitentiam ne damnarentur. Dico enim quod istud desiderium erat malum propter malum finem, quia sciebat q̄ ex eorum damnatione sibi augmentaretur pœna, sicut quādo titione ni adduntur ligna magis cōburitur. Quia ergo ipse merebatur pœnā cum alijs cum quibus peccauit, desiderabat quod illuc nō veniret, & iustitia

& iustitia Dei impediretur, ecce malus finis. De hoc vide 5. Tho. in 4. dist. 50. Patet ergo quod damnati habent liberum arbitrium, sed ligatum totaliter. Sunt enim sicut captiuus vel miles captus, ligatus & catenatus qui liberum arbitrium habet, sed ligatum, quia non potest facere quod vult. Idem de damnatis. De hoc aucto. Ligatis manibus & pedibus eius mittite eum in tenebras exteriores. Matt. 22. No. in tenebras exteriores. In hoc mundo peccatores sunt in tenebris interioribus: quia peccata sunt in anima intus, sed in inferno erunt in tenebris exterioribus, quia licèt ibi sit ignis, parum clarescit ad instar ignis sulphuris. Not. ligatis pedibus, affectionis, quia ea quæ facimus, omnia facimus affectione & amore, quia si homo timet infirmitatem, vel vitat pericula, & mortem, totum facit amore & affectione ad cor proprium. Sed in damnatis amor & affectio ligata sunt. Item ligatis manibus, operatione, quia damnati nullum bonum operari possunt. De hoc dicit Hiere. Ecce ego prædico libertatem, ait Dominus, ad gladium, & famem, & ad pestem, & dabo vos in commotionem cūctis regnis terræ. Hiere. 34. Nota hic quatuor, qualiter liberum arbitrium damnatorum est ligatum totaliter, & non potest in bonum aliquod exire. Primò dicit, ad gladium. Iste gladius est sententia Christi damnatis dicentis. Discedite à me maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Mat. 25. De isto gladio dicit Ioannes. De ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Apo. 19. Secundò, ad famem, quia tanta fames, carestia, & paupertas est in inferno, q̄ non possunt guttā aquæ obtinere, vt patet de diuite epulone. Tertiò, ad pestem, scilicet pœnarum, laborum, & miseriarum, & omnium malorum abundantiam. Quartò, & dabo vos in commotionem cūctis regnis terræ, quia non solùm dæmones ad inuicem habent guerrā, sed etiam damnati, quia pater contra filium, & econuersò, vir contra vxorem, &c. Secundus gradus liberi arbitrij est liberi arbitrij ligatis per culpam, quod est infirmum debiliter. Iste gradus est in peccatoribus, qui possunt de peccatis pœnitere & nolunt. Ideo habent liberum arbitrium infirmum debiliter. Sic enim infirmus debiliter mouetur ad illa quę sunt sibi vtilia, tamen diligenter mouetur ad ea quæ sunt sibi cōtraria & nociua, vt febricitans ad vinum & fructus, & similia. Sic etiam est de peccatore qui habet libertatem exeundi & dimittendi peccata, & nō curat, non cōfitetur, nec cōmunicat, nec audit sermones, nec orat. Ideo Apostolus, Cùm serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. ad Rom. 6. Ideo valde cauendum est à peccato mortali. Quando sentitur quod persona consueuit dulciter & delectabiliter orare, orat cum tædio. Idē de missā audiēda. Idē de sermone, & cōfessione, & cōmunione, malum signū est, sed quando prędicta fiunt delectabiliter & cum feruore spiritus & diligēter, bonum

Universidad de Deusto
Biblioteca

signum est. De hac materia dicit scriptura, Liberati à peccati, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum. ad Ro.6. Sicut enim fructus comeduntur delectabiliter, ita qui est in gratia delectabiliter operatur ea quæ Dei sunt. Propter hoc Dauid post quã peccauit dixit, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, sana me Domine, quoniã cõturbata sunt ossa mea. Psal. 6. Nõ loquebatur de infirmitate corporis, quia nõ legitur tũc fuisse infirmus, sed loquebatur de infirmitate animæ. No. cũ dicit, ossa mea. Sicut ossa sustinẽt corpus, ita virtutes acquisitiuè sustinẽt animã. Nã peccãdo conturbantur non solũ virtutes, immo etiã & potentiæ animæ, memoria, intellectus, & voluntas, & sentimenta omnia conturbantur per peccatũ, quia nõ delectãtur in his quæ Dei sunt. Tertius gradꝰ liberi arbitrij est illius qui est sanatus veraciter. Iste gradus liberi arbitrij est in illis qui sunt in statu gratiæ, viuũt iustè & sanctè secundũ suũ statũ & conditionem. Tales autem habẽt liberũ arbitrium sanatũ veraciter. Auctoritas Christi. Amen amen dico vobis, quia si filius vos liberauerit, verè liberi eritis. Io.8. No. si filiꝰ vos liberauerit Quare Christus appropriauit sibi liberationẽ peccatorũ, quare nõ dixit, si pater vel Spiritus sanctus vos liberauerit, cũ vna virtus & potestas sit trium personarũ? quia à principio mundi vsque ad finẽ nullus homo fuit liberatꝰ nisi virtute Christi & crucis eiꝰ. Si dicatur, quomodo Adã & alij ante incarnationẽ Christi existentes fuerunt liberati à peccato?

Fides implicita & explicita.

Dico Adam & multi patriarchę, & prophetæ fuerunt liberati à peccato ex credentia Christi venturi, & populus simplex implicitè hoc credens etiam liberabatur à peccatis. Ecce quare dicit, si filius vos liberauerit. Hoc fuit figuratũ Nu.20. in serpẽte æneo. No. histo. Figurabatur clarè per serpẽtẽ æneũ, qꝰ si aliquis esset venenatus à serpentibus inferni per superbiã, vel auaritiam, & sic de alijs, quod virtute passionis Christi liberaretur si esset credens & obediens, quia aliàs non. Quartus gradus liberi arbitrij est illius qui est eleuatus sublimiter. Iste gradus est in beatis in paradiso, quia sicut dãnati nõ perdunt liberum arbitrium, multominus sancti, sed habẽt ipsum eleuatum sublimiter à miseriis, nec possunt peccare. De quo vide 5. Tho. 1. par. q. 62. ar. 8. Diceret aliquis, Liberum arbitrium est, posse peccare, vel nõ? sed hoc non possunt sancti, quia sunt impeccabiles, quomodo habent ergo liberũ arbitriũ? Respondeo & do vobis similitudinem de duobus nautis habentibus duas naues quæ vadũt per mare. Vna est barca quę potest capi & captiuari ab Agarenis, & vna galiota ita leuis quod nullo modo potest capi nec captiuari. Modò licèt barca & galiota habeãt liberũ arbitriũ ex parte gubernatorum & nautarũ, tamen galiota est magis alta & firma q̃ barca. Ita in proposito, quilibet nostrum nauigat ad cælũ cum barca etiã discooperta & perforata per sentimentũ, id est punct. ones tentationum cum peri-

periculo captiuandi. Patronus est spiritus siue anima, quę est motor corporis, & est in corpore sicut nauta in naui. Sancti autem nauigãt cũ galiota impeccabilitatis, & sine periculo. Ipsi ergo propriè sunt liberi, ita quod libertas arbitrij non consistit in hoc quod est posse facere bonũ & malum, sed cõsistit in hoc quod homo potest eligere hoc & illud bonum seruato ordine finis. velle enim malũ non est libertas, nec pars libertatis. De hoc vide Sanct. Tho. 1. par. q. 62. ar. 8. Alias, nec Deus, nec angeli beati haberent liberũ arbitriũ, quia non possunt peccare, quia posse peccare est liberi arbitrij. Ideo apostolus, ipsa creatura, scilicet humana liberabitur à seruitute corruptionis huius, scilicet possibilitatis peccandi in libertatem gloriæ filiorum, quod est thema. Deo gratias.

De eadem Dominica.

Sermo v.

NVnc viri misericordiæ, quorũ pietates non defuerunt. Verbũ istud habetur textualiter in lib. Eccle. 44. & officiatur in epistola hodierna. Hoc verbũ loquitur de personis sanctis & perfectis in vita dicens, quod personæ perfectę nõ solùm abundãt in operibus misericordię, sed etiam in operibus pietatis. Sunt viri, &c. Est hic vna breuis quæstio. Quæ est differentia inter opera misericordiæ, & opera pietatis? quia nisi esset differẽtia, videretur nugatio, cùm dixit, Sunt viri misericordię & pietatis. Dico quod licet vulgariter misericordia & pietas pro eodem sumantur, tamẽ strictè loquendo differunt. Quia misericordia est vna virtus quę prouocat cor ad faciẽdum bonũ proximo de his quæ tangunt corpus. Sed pietas est virtus quę prouocat creaturã ad faciendum bonum proximo de his quæ pertinent ad animã. Verbi gratia. Dare cibum vel potũ, vestire nudum & huiusmodi, ista sunt opera misericordię. Sed dare scientiã ignoranti instruendo, vel corrigere errantẽ, vel consolando tristẽ, dubitantẽ cõsilãdo, ista sunt opera pietatis, quę sunt meliora quàm opera misericordiæ, quia sicut anima valet plus quàm corpus. Caro nõ prodest quidquã. Ioan. 6. Quantò anima est melior corpore tãtò bona quę fiunt erga animam sunt meliora, & illa dicũtur opera pietatis. Ex hoc sequitur quod prædicatores plus dant vobis quã accipiant, quia dant vobis opera pietatis, & vos datis opera misericordiæ. Ideo dicebat apostolus, Si nos vobis spiritualia seminamus, nõ magnũ est si nos carnalia vestra metamus, q.d non. 1. Cor 9. Ideo scribens ad Timotheũ exhortando ad opera pietatis dicebat, Exerce teipsum ad pietatẽ. Nam corporalis exercitatio quæ fit per opera misericordię, ad modicum vtilis est. Pietas autem ad omnia vtilis est, 1. Tim 4. Patet ergo differẽtia inter opera misericordię & pietatis. Ideo dicit thema, Sunt viri misericordię quorum pietates non defuerunt. Patet thema. Quæ si-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ui amore vestri opera misericordię & pietatis, in quo numero possunt cõprehẽdi, & inueni q; vtraq; possunt cõprehendi quadrupliciter. Quatuor enim sunt opera misericordię, quę respiciũt corp⁹, & totidẽ sũt pietatis circa animã, Opera misericordię corporalia sunt.

Primum dare liberè,
Secundum præstare purè,
Tertium reddere plenè,
Quartum seruire humillimè.
Opera autem pietatis animæ sunt.
Primum orare copiosè
Secundum loqui perfectiosè,
Tertium parcere ex corde,
Quartum supportare gratiosè.

De his qui habent ista, scilicet opera dicit thema. Sunt viri misericordiæ, &c. Primum opus misericordię quod respicit corpus est dare liberaliter petenti eleemosynam. Sunt multi qui dũ faciunt expectare pauperem, deinde dicunt sibi, vadas, & pauper propter necessitatem iterum petit, & dicunt sibi, vadas in mala hora, ex tædio dant sibi aliquid, illud non est eleemosyna, quia non datur liberaliter, nec bono corde, immo iam pauper emit illud ex verecundia & petitionibus. Sen. Nihil carius emitur quàm quod precibus obtinetur. Idẽ est quãdo vir & vxor sunt in mẽsa, & pauper querit ad portam, & nullus respondet sibi, aliquid dando, vel remittendo eum dulciter, magnus defectus est Christianorum, quia ad minus debẽt dicere, vadatis. Multi enim finaliter petitionibus pauperis attẽdiũt, dant sibi frustum panis, ac si cani daretur. Nota de illo qui cum vno pane voluit percutere pauperem, sed pauper sciuit ludere ad pilã, & sciuit ipsum recipere dicẽs, amore Dei sit, sed illa eleemosyna nihil valet danti, quia nõ dedit liberè, nec bono corde. Aucł. Qui parcè, id est modicum seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet: vnusquisq; prout destinavit in corde suo nõ ex tristitia aut necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. 2. Cor. 9. Et sequitur, Potens est autẽ Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes abũdetis. Nõ qui parcè seminat, debet cogitare quod manus pauperis sit terra fructifera. Nota, vnusquisque prout voluit destinare in corde suo. Nota hic bonum modum faciendi eleemosynã. Debet cogitare, modò est Dominica, & volo ire ad ecclesiam ad petendum eleemosynam à Deo. Ideo volo amore sui dare tot denarios, & portantur iam in manu ad vitandum tædiũ aperiendi bursam, & vanã gloriã, &c. Secundum opus est præstare pure. Melius est in casu maior misericordia est quã dare. Verbi gratia, Si pauper venit ad diuitem petens auxiliũ ab eo, & diues dat sibi 12. vel 18. denarios,

duplici iure Christus est Dominus noster, s. creatione, & redẽptione. Creatione, quia sicut aliquis de suo proprio facit domum, vel facit domum dicitur dõminus. Ita Deus de suo proprio, scilicet potentia sua creauit omnia. Ideo dominus est. Ecce primum domini. Secundò est redemptor, quia sicut ille qui emit captiuos dicitur dominus eorum. Ita Christus emit nos pretioso sanguine suo. Ideo ecce secundum domini. Tertiò exitus mortis, id est peccati mortalis, quia s. Deus exit ab homine per effectum gratię habitualis, hoc est, operatur meritoriè cùm per Deum iustificatur à morte culpæ peccator & resuscitatur, aliàs enim esset mortuus, & non faciens fructũ meritorium, quia sine me, id gratia Dei nihil potestis facere, s. meritoriè. Ioan. 15. Dubium si diceretur ab aliquo, Ergo ex quo sum in peccato mortali, dimittam opera bona, quia non sunt mihi meritoria. Respondeo quod non, imò tunc sunt magis necessaria. Ratio, quia persona talis est in infinitis periculis corporis, animę, & bonorum, quia mirum est quomodo diabolus non statim destruit totum, & ideo bona non sunt dimittenda, sed multiplicanda, quia valent ad omnia alia præterquã ad gloriam, Quod sic intelligitur, quando anima venit ad portam paradisi vt recipiat salarium, Christus dat sibi præmium de factis in gratia solũ, &c. Si anima vellet dicere, Domine de tali opere quod ego feci in peccato nihil dabitis mihi? Responderet Christus, Non recipio in computũ, quia iam satis feci tibi pro illis in alio mundo, in quo dedi tibi vitam, & custodiui te à diabolo, & dedi tibi cõtritionẽ, &c. Verbi gratia, de Paulo, de Matheo, Dauid, & Magdalena, qui fuerũt peccatores, qui tamẽ in peccato multa bona fecerũt, & Deus nõ tradidit oblioni. Sed si Paulus vel Matthæus de illis petiuissent præmiũ, respõdisset Christus, Non darẽ tibi aliquid, quia iã satisfeci tibi. De isto exitu aucto. Ibi, Ex tali exitu, abscondita est fortitudo eius, s. gratia. Ante faciẽ eius ibit mors, s. peccati mortalis. Patet primum, quare dicit thema, & potest dicere peccator, Exi à me Domine per operationem gratiæ habitualis, hoc est, nõ operor iam per gratiã, sed exi à me, hoc est, fac me operari per gratiam habitualem. Dico secundò q⁹ exitus Dei est in creatura per diligentiã virtualem, dicatur quomodo nõ sunt multæ personæ in hoc mũdo quæ habent gratiã habitualem, sed de illa operantur ita diligenter, vt possunt. Cõtenti enim sunt seruare præcepta Dei, & ecclesiæ solũ. Verbi gratia, Si diceretur eis quare nõ ieiunatis bis vel ter in septimana? Responderent, Ad hoc non teneor. Sufficit mihi seruare ieiunia ecclesiæ, Idẽ de missa audiẽda quolibet die dicerẽt, non obligor nisi in Dominica. Idẽ operibus pœnitẽtialibus dicũt, sufficit mihi semel in anno. Patet q⁹ illa gratia habitualis nõ exit in tot bonis operibus spiritualibus sicut posset, Tales habent gratiã habitualiter, ex quo seruant præcepta ecclesiæ, & Dei,

nihil

nihil addunt. De istis dicit Christus, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum. Et ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Io. 14. Ideo petit thema, Exi à me domine, s. tu domine qui es in me per gratiã habitualiter, exi à me, scilicet per diligentiam effectualem, quia peccator sum, ad minus venialiter peccaui, quia non sum ita diligens in operibus spiritualibus vt oporteret. De hoc aucto. Zacha 9. Dominus Deus super eos videbit, scilicet propter virtutem operum cælestium quę sunt desuper. & exibit vt fulgur iaculum, id est verbũ eius. Fulgur facit tria, illuminat, inflammat, & timorem inducit. Ita gratia Dei habitualis exiens per opera spiritualia inflammat affectionem, scilicet ad faciendum opera spiritualia cum feruore spiritus. Illuminat intellectũ ad cognoscendum. Terret incutiendo terrorem pœnarũ inferni. Ideo dicit scriptura, Quotcunque potest facere manus, id est virtus tua, instanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapiẽtia erunt apud inferos quò tu properas. Eccl. 9. No. in dicta auctoritate quatuor opera, quæ multum placent Deo: sed ex quo anima est in inferno, nihil prosunt. Primum est opus, scilicet cõstruere capellas, ecclesias, pontes, hospitalia, & huiusmodi. Sed si tu præcepisti in testamento tuo ista fieri, vadis ad infernum. Ista opera nõ poterunt te iuuare, etiam si fiant. Secundum est ratio, id est restituuo, respicere domum, taxiam, seu bursam, & in hac vita restituas, aliàs nihil valebit pro liberando te ab inferno. Tertium scientia, & hoc in eleemosynis dandis, respicit quod dentur in locis pijs & necessarijs. Quartũ sapientia, scilicet sapida scientia, quæ consistit dicendo, vel faciẽdo, dicere missas, & orationes. Qui in istis non sentit saporẽ, negligẽs est. Nec valent multæ missæ ad liberandũ vnam animã de inferno. Ideo dicit, Quodcunque potest manus tua, &c. Ideo ille qui habet gratiam habitualẽ, petit in themate, Exi à me, &c. ac si diceret, Domine tu in me es per gratiã habitualem, ideo exi à me per effectum diligẽtiæ in operibus spiritualibus. Dico tertiò, q; est exitus Dei in creatura per vtilitatẽ proximalem. Sunt enim aliqui in quibus Deus habitat primo, & secundo modo superius dictis, sed non curant de saluatione proximi, seu de alia vtilitate, de quibus dicit Hieron. ad Paulinũ in prologo Bibli e. cap. 4. Sancta quippe rusticitas solũ sibi prodest, quia non curant de alijs, cùm tamẽ Deus mãdauit vt quilibet curet de proximo, vt de se. Eccle 17. Deus mandauit vnicuique de proximo suo. Ideo talis petit in themate dicens, Exi à me domine, id est per vtilitatem proximalem, vt proximis meis possim proficere. Auct. In tempore exitus tui distribue hæreditatẽ tuam. Eccl. 33. scilicet diuidendo eum proximis indigentibus, nec timeas depauperari propter eleemosynas, imò magis abundabis. Prædicatio enim est magna eleemosyna, quando fit pro Deo, & nunquã prædicatori

narios, misericordiam facit sibi, sed maior misericordia sit sibi ab aliquo diuite, qui nihil dat sibi, sed mutuat ei 12. florenos, cum quibus poterit seminare, colligere: & prouidere domui suæ & filijs, &c. Iocũdus, sup. potest esse homo qui miseretur, & cõmodat, disponit sermones suos in iudicio quando Christus dicet, Quid feci sti pro me. Ecce ego quid feci pro te, ostendens vulnera. Respondere poterit, Domine amore vestri mutuaui pauperi. Et sequitur, quia in æternũ non cõmouebitur. Et dico q; ista mutuatio debet fieri purè, s. sine vsura. Multi mutuant, sed non purè, præstant autem 10. florenos pro 12. &c. Alij dicunt nolo facere vsurã, sed ponunt pecunias in possessione Iudæorum, putantes q; Iudei possent facere vsurã. Sed dico q; nec Iudæi possunt facere vsurã, quia quando Moyses dixit eis, Non fœnerabis fratri tuo, &c. Hoc dicit ad euitandũ maius peccatum, nõ quod eis cõcederet licentiã faciendi vsurã. Tales faciunt peccatum Pilati, qui dixit se nõ occidere Christũ, immo lauit manus. Et Iudei, Nos legem habemus, &c. Et Pilatus, Crucifigite eum vos, non excusatur Pilatus. Item de illis qui dicunt, Non facerẽ ego vsurã, sed vos Iudæi facitis. Cum ipsis ibitis ad infernum. Item idem dicẽdum est de illis qui faciunt operari captiuos vel seruos in die festo. Digni sunt morte, nõ solũ qui ea faciunt, sed etiã qui cõsentiunt faciẽtib⁹, ad Ro. 1. Si dicatur, ergo de quo viuã ego, &c. Dico q; si vis mutuare purè sine vsura, Deus dabit tibi vsurã, omnia bona multiplicãdo & conseruando, dando tibi gratiam in hoc mundo & gloriã in alio. Ideo quisquis vos, nolite recipere vsurã nisi à Deo. Tertium opus misericordiæ est reddere plenè, s. restituendo plenè, non solũ illa quæ recepit, sed etiam dãnum quod intulit. Si recipistis bona, pecunias, & fructus, oportet reddere. Si damnificastis aliquem ad idem. Reddite omnibus debita. Nemini quidquam debeatis nisi vt inuicẽ diligatis. Ro. 13. Benedictus qui potest dicere cum veritate, Benedict⁹ Deus, quia parũ habeo, tamẽ nihil est tibi de vsura, furto, rapina, &c. Magis durabunt bona istius qui non habet nisi 20. vel 30. florenos, sed de bono iusto, quã illius qui habet mille vel duo millia de vsura, furtis, &c. Verbi gratia. Si vultis conseruare poma, putrida separare necesse est, aliàs, &c. Quartũ opus est seruire humiliter. Magna misericordia est seruire, & habet magnã vtilitatem. Ideo Christus dedit exemplum seruiẽdi. Voluit enim seruire & lauare pedes discipulis. Filius hominis nõ venit ministrari, sed ministrare. Sed dico quod illud seruitium debet fieri dulciter, maximè infirmis qui grauantur infirmitate, & magnum meritum est. No. hic miraculum quod legitur in histo. sancti Iacobi de quinque vel sex socijs eũtibus ad sanctũ Iacobum, & in via vnus fuit infirm⁹, &c. Ideo Apostolus, Vos in libertatẽ vocati estis fratres, tamen ne libertatẽ in occasionẽ detis carnis, s. per charitatẽ spiritus, seruite inuicẽ. ad Gal. 5. Ista sunt qua-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tuor opera misericordiæ, quæ respiciũt corpus, dare liberaliter, præstare purè, &c. Quintum opus est orare copiosè. Et est primũ opus pietatis orare pro omnibus generaliter. Si oratis solùm pro vobis, vt Deus det vobis sanitatem si estis infirmus, vel superabundantiam si estis pauper, vel remissionem peccatorum, bona oratio est. Sed esset melior si fieret pro omnibus infirmis, vel pauperibus, vel peccatoribus, & plus obtineretis orando pro omnibus quã solùm pro vobis. Ideo Christus apostolis petentibus, doce nos orare, dixit, Sic orabitis, Pater noster, &c. & non dixit mi, sed in plurali, Pater noster ad ostendendũ quod pro omnibus est orandũ: pro illis qui sunt in gratia, vt in ea conseruentur, qui sunt in peccato vt cõuertantur, pro amicis & inimicis vt veniant ad pœnitentiã, pro infidelibus vt illuminẽtur, pro defunctis vt liberẽtur à purgatorio. Ista est pietas quæ valet plus quã misericordia, quia respicit animã & vtilitatem, quia non solùm animæ valet, sed etiam corpori, vitæ, & bonis, & maiorẽ communitatem, quia nõ solùm pro vno, sed pro omnibus generaliter. Ideo dicit scriptura, Obsecro primũ omniũ fieri obsecrationes, orationes, & postulationes, gratiarũactiones, pro omnibus hominibus. 1 ad Tim. 2. Sextũ opus est loqui profectuosè. Et est secundum opus pietatis. Maiorem eleemosynã facit lingua quã manus instruẽdo ignorantem qui nescit se signare, nec orare, nec Pater, nec Aue Maria, nec cõfiteri. Magna pietas est talem instruere. Item corrigere errantem, consolari tristẽ & huiusmodi. Ideo dicit scriptura, Omnis sermo malus ex ore vestro nõ procedat, sed si quis bonus est ad ædificationem vt det gratiam audientibus. ad Ephe. 4. Magnã eleemosynam facit qui dat ad comedendũ centum pauperibus, sed maiorem eleemosynã facit prædicator, qui dat ad comedendum quingẽtis vel mille hominibus de cibo quẽ parauit in coquina Spiritus sancti. Septimum opus est parcere ex corde. Et est tertiũ opus pietatis remittere ex corde offensas & iniurias. Non tãtũ est pietas offendenti, sed etiã ipsi offenso, quia venenũ iracundiæ mortiferũ ex visceribus suæ animæ euomit. ideo Ioan. Nos scimus quoniã translati sumus de morte ad vitã, quoniã diligimus fratres. Qui verò non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum homicida est, & suipsius. Et scitis quoniam omnis homicida nõ habet vitam æternam. 1. Io. 3. Octauum opus est supportare gratiosè. Scire supportare tædiosos est pietas maior, quã misericordia. Verbi gratia. Erunt vir & vxor, & vir erit bonus & gratus & morigeratus, & mulier erit vitabiosa & cõtentiosa, ideo debet vir supportare eã. Et econuerso si vir est vagus & ribaldus, & mulier proba & honesta, ipsa supportare debet eum. pater filium debet supportare, & econuerso socius socium supportare debet, & quilibet gratiosè defectus aliorũ. Ratio, quia nunquã aliquis fuit in hoc mũdo nisi Christus & virgo Maria sine de-

fine defectu. Si tu vis vxorem sine defectu, non inuenies, si mulier vult virum, non inueniet. Ideo oportet quod supportet vir vxorem, socius socium, alias nunquam haberent pacem. Nota exemplum de vitis patrum de illo sancto eremita qui pro nihilo irascebatur, & semel intra se dixit, O miser, quidquid boni facio perdo ex ista impatientia. Cogitauit ire ad desertum ne haberet occasionem irascendi, & sic fecit. Et cùm semel comederet panẽ & aquã prouocat⁹ est ira, quia fregit situlam, & ad se reuersus dixit, O miser oportet supportare. Magna virtus est. Ideo Apostolus. Cum omni humilitate & mã suetudine, cum patientia supportãtes inuicem in charitate. ad Eph. 4. Modo scitis quæ sunt opera misericordiæ, & quæ pietatis, de quibus dicit thema, Sunt viri misericordiæ, &c.

Dominica v. post festum Trinitatis. Sermo I.

EXi à me Domine, quia homo peccator sum ego. Lu. 5. Materia quã nunc volo prædicare erit subtilis & intricata, quia thema ita requirit, s. de modis quibus Deus habitat in creaturis, &c. Sed primò salutetur virgo Maria, &c. Verbũ thematis habet difficultatẽ magnã volenti ipsum stricte recipere. Fuit enim verbum B. Petri ad Christum viso miraculo de captura piscium, quia dixit Christo, Exi à me Domine, &c. O B. Petre medico dicitis vt recedat ab infirmo, cùm deberetis sibi potius dicere, Mane mecum Domine medice, &c. maximè cũ Christus dicat, Non est opus valentibus medico, sed malè habentibus. Mat. 19. Si medicus ergo curans animas peccatoribus est necessarius, quomodo Petrus dixit verbum positum, Exi à me. De quo verbo Petrus tamen laudatur. Respontio est ista, quia B. Petrus dixit hoc verbum pro magna reuerentia quam portabat Christo & exhibebat. Sicut diceret infirmus pauper & rusticus medico nobilissimo reuerẽtialiter, Exi à me, quia ego sum pauper, &c. Isto modo loquebatur B. Petrus considerans Christi maiestatem, & suã paruitatem & modicitatem. Sicut Centurio qui dedit repulsam Christo ex reuerentia inestimabili di. Domine nõ sum dignus vt intres sub tectum meum inam, &c. Matt. 13. Patet the. Nota quod inuenimus in sacra scriptura triplicẽ bonum & optabilẽ exitum Dei ab homine,

Primus exitus est per gratiam habitualem,
Secundus per dilegentiam virtualem,
Tertius per vtilitatem proximalem.

Dico primò q⁹ est exitus Dei in creatura per gratiã habitualẽ. Doctrina est cõmunis quod Deus stat in qualibet creatura per potẽtiã, essentiã, & presentiã, siue sit bona creatura, siue sit mala. De ista materia vide S. Tho. 1 p. q. 8. ar. 3. Per potentiã dicitur stare, sicut rex dicitur esse in toto suo regno, & in qualibet eius parte, quia vbiq; extẽditur sua potẽtia. Sic potẽtia Dei extẽditur vbiq;, ad omnẽ locũ, ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

infernum, ad purgatorium, terram, cœlum, &c. ad generandum, corrumpendum, puniendum, præmiandum, &c. Auctor. Domine Deus rex omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israël. Tu fecisti cælum & terrã, & quidquid cæli ambitu cõtinetur, dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ. Cuncta nosti & scis, quia non ex superbia, & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc. Hester 13. Secundò Deus est vbique per præsentiam. Rex licèt per potentiã sit in toto suo regno, non tamen vbique per præsentiã, quia non omnia videt, nec ei sunt omnia præsentia, immo oportet eum inuestigare per cõmissarias literas, processus & huiusmodi. Sed Deus sicut est vbique per potentiam, ita est vbique per præsentiam, quia omnia sunt præsentia suæ scientiæ, & omnia scit. Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad Heb. 4. Tertiò Deus est vbique per essentiã. Quia cælum & terra & quælibet creatura existens est plena sua deitate. Quemadmodum videmus quod in meridie aër est plenus claritate solis, ita quælibet creatura est plena diuina essentia. Nunquid non cælum & terram ego implebo, dicit Dominus, Hiere. 23. Sicut enim anima hominis implet totum hominem & quãlibet eius partem, ita diuina essentia implet totum mundum & quãlibet eius partẽ. Sed sicut anima ostendit in capite suas potentias, virtutes, & perfectiones, ita Deus qui licèt ita bene sit in terra sicut in cælo, ostendit suam essentiam beatis facie ad faciem. Si ergo aliquis est peccator, peccatum non tollit quin sit Dei creatura: & ideo in eo est Deus per potentiam, essentiam, & præsentiam, sed non est in eo per gratiam habitualem. Est ergo Deus in creatura primo modo essendi, s. per potentiam, essentiam, & præsentiam, sed non est in eo per gratiam habitualem, propter hoc dixit Moyses Iudæis peccatoribus, Nolite ascendere. Non enim est Deus vobiscum, ne corruatis coram inimicis vestris. Num. 14. Non intelligebat quod non esset cum eis Deus per potentiam, essentiam & præsentiam, sed intelligebat quòd non erat cum eis per gratiam habitualem. Ideo per Salomonẽ dixit, Longè est Deus ab impijs. Prou. 25. Potest ergo dicere peccator orationem thematis, Exi à me Domine, s. per effectum gratiæ habitualis. De isto textu dicit Dauid in Psal. 66. s. Exurgat Deus. Deus noster Deus saluos faciendi, & Domini Domini exitus mortis. Not. Deus noster, s. per incarnationem. Gen. 36. Frater enim & caro nostra est. Ideo dicitur, Deus saluos faciendi, quia ante incarnationem nullum hominem saluum fecit, solùm autem saluos fecit, angelos. Homines quantumcunque sanctos mittebat ad infernum, s. ad limbum patrum. Ioannes enim de quo Christus dixit, Inter natos mulierum, &c. ad limbum descendit. Sed ex quo Deus noster per incarnationem saluat homines. Secundò dicitur, Domini Domini, Ratio, quia duplici

timori deficiet materia. Ita etiam est de diuitijs, quia Deus dat abunde inter illis qui libenter dant eleemosynas, quia Deus nõ potest vincj à creatura per misericordiam. Dicatur de operibus misericordiæ erga pauperes, & talibus dicet Christus in iudicio generali, Venite benedicti patris mei, &c.

Dominica v. secundum sensum allegoricum de animabus. Sermo secundus.

Concluserunt piscium multitudinem copiosam, Lu. 5. ad literam Sed ego iuxta intellectum allegoricum, vel spiritualem volens nunc declarare hoc verbum de animabus purgatorij pono tres cõclusiones. Prima quod purgatorium est sicut carcer in quo claudũtur homines debitis obligati, cùm dicitur concluserunt. Secunda quod ad purgatorium nõ vadunt nisi christiani baptizati, cũ dicitur, piscium. Tertia quod qui vadunt ad purgatorium non stabunt soli, sed sunt bene socij, cum dicitur, multitudinẽ copiosam. Prima ergo conclusio est quod purgatorium est sicut carcer, in quo clauduntur homines debitis obligati. Sicut in carcere ciuitatis clauduntur aliquoties aliqui ex debitis quousque satisfecerint, vel alij pro eis. Ita est de purgatorio, quod est in corde terræ, de igne & de flamma pura, quæ superna iuxta liter virtute diuina affligit animas, quę pro debitis soluendis ibi claduntur, qui stabunt ibi quousque soluerint ipsi, vel amici eorũ. Ideo dixit, Concluserunt, sup. angeli ministri, & executores diuinæ iustitiæ. De ista conclusione dicit Hieremias in persona animę existentis in purgatorio, Concluſit vias meas lapidibus quadris, & semitas meas subuertit. Threnorum 3. Nota lapidibus quadris. Quando hortus, vel vinea clauditur lapidibus rotundis, paries diruitur, sed si clausura fiat ex lapidibus quadris, non ita diruitur, quia fortis clausura est. Et signat pœnã purgatorij fortem & duram, de qua nõ possunt exire, nisi cõpleãt pœnitẽtiã, vel satisfiat ab amicis pro eis. No. semitas meas subuertit, scilicet contritionẽ, bonũ propositum, confessionem, restitutionem, remissionem, ieiunia, & eleemosynas. Istæ sunt semitæ strictæ, per quas vadimus in hoc mũdo, sed in alio mundo in purgatorio nõ potest anima ire per semitas istas, quia nõ potest facere pœnitentiã meritoriã. De isto carcere purgatorij dat consilium cuilibet nostrum Christus dicit, Esto consentiens aduersario tuo dum es cum eo in via, ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem. Mat. 5. No. nouissimum quadrantẽ, id est obolum, signat animã culpam soluentem. Nota. Esto cõsentiens aduersario tuo. Aduersarius est sermo diuinus, qui, scilicet aduersatur sensualitati nostrę, non tamen rationi, quia

quia iudicat quod præceptum Dei est bonum & congruum, sed sensualitas ad malum inclinatur ad superbiam, auaritiam, luxuriam, &c. Ideo apostolus, Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Ro. 7. Nota, citò dum es in via. Ratio, quia in alio mundo nō est remedium. Ne aduersarius, s. verbum Dei te accuset. Quia sicut abbas, vel prior, corrigit fratrem delinquētem. Ita Christus in iudicio. Et dicit, quis es tu? Respondebit, Domine ego sum christianus, clericus, vel religiosus. Et Christus, Ecce legem quam dedi tibi, &c. & secundum illam iudicaberis. Auct. Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum. Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Io. 12. No. Qui spernit me, &c. Despicitur rex, quando suæ ordinationes, vel præconizationes non seruantur. Ita de Christo. Ideo dicit, qui spernit me, &c. Ecce aduersarius sermo Dei. Et iudex, s. Christus tradet te ministro. Et quæstio. Quis est iste minister qui portat animam ad purgatorium? Aliqui dixerunt quod ille minister est diabolus, qui fecit eam peccare, sed non est verum. Ratio, quam assignat sanctus Tho. est, quia anima vadens ad purgatorium in gratia Dei, egreditur de campo, & cum victoria non est ergo rationabile quod diabolus qui est victus recipiat animam victricem, Ideo ab angelo bono portatur ad purgatorium. Dicatur practica. Et dicet sibi angelus, Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Secunda conclusio est, quod ad purgatorium non vadunt nisi christiani baptizati. Non vadunt illuc Iudæi, nec Agareni, nec infideles, & hoc ostenditur cū dicitur, pisces. Pisces nascuntur, & conuersantur in aqua. Ita christiani renascūtur in aqua baptismatis, & conuersantur in aqua lachrymarum per pœnitentiā. Ideo Dauid vocauit christianos pisces, dicens, Pisces maris qui perambulant semitas maris. psal. 8. No pisces maris. Ab amaritudine passionis Christi aqua baptismatis habet virtutem & efficaciam lauandi animas. Ideo Apostolus, Quicunque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. ad Ro. 6. No. qui perambulant semitas maris, quantū ad conuersationē, per amaritudinem pœnitentiæ, & lacrymarum. Notādæ sunt hic duæ quæstiones. Prima quā multi faciunt est ista, Frater q̄ dicitis in conclusione, quod soli christiani ad purgatoriū vadunt, & infideles ad infernū, hoc nō videtur verum. Ratio, quia multi infideles sunt, qui reciperent baptismum, si scirent tantum valere, sed numquā audiuerunt. Nunquid excusantur? Responsum est per quæstionem quam facit sanctus Tho 2.2.q.10. vbi quærit vtrū infidelitas sit pœna, an culpa, qui dicit quod in illis qui dubitant, & vellent scire veritatē, & si viderent miracula crederent in talibus, dicit sanctus Tho quod infidelitas potius est pœna quā culpa. Si dicatur, quare ergo damnantur? Dico quod ex peccato originali, quod non remittitur nisi per fidem propriā, vel ecclesię. Item ex peccatis actualibus quę fiebāt. Ideo apostolus, Sine fide impossibile est placere Deo. ad Hebræ. Secunda responsio est, quod tanta est connaturalitas fidei catholicæ ad intellectum nostrum, quod nisi ex peccatis ponatur obstaculum, homo credat statim. Aucto. Si quis voluerit voluntatem Dei facere, supp. moraliter viuendo, cognoscet de doctrina mea an sit Deo. Ioan. 7. Verbi gratia. Quando aliquis quantumcunque rudis videt magnum palatium, statim cogitat quod magnus dominus illud fecit. Ita de palatio huius mundi, &c. Itē ratio dictat, q̄ de domino suo loquatur homo cum reuerentia. Item quod quilibet dominus vult aliquod seruitium de suis seruitoribus, & sic de alijs præceptis, &c. Et quia infideles non faciunt Dei voluntatem, ideo imputatur eis sic ebrius qui occidit patrem suum, nescius quid facit, tamen sibi imputatur, & debet puniri, quia nō est sine culpa, quia non debuit inebriari. Ita est de infidelibus, qui inebriantur malitijs, & vitijs, sicut ille qui claudit sibi oculos cum manu, & cadit in puteū, nunquid damnabitur? dico q̄ sic, quia non debuit sibi claudere oculos. Ita est de infidelibus, quia manu malitię cōtra Christū claudunt sibi oculos. Ideo non excusantur. Patet responsio ad primam quæstionem. Et concordat prophetia, Nónne verba mea bona sunt cum eo qui graditur rectè? Michææ 2. Idē de malis Christianis, diu de peccatis viuentibus, qui perdunt fidem, & sic damnantur. Aucto. Bonā cōscientiā quidā repellentes, circa fidē naufragauerunt. 1. ad Tim. 1. Ergo solum pisces saluantur. Secunda quæstio est, vtrum saluantur omnes christiani. Dico quod non, sed illi, qui perambulant semitas maris, s. facientes pœnitentiam de peccatis post baptismum factis. Sed est hic argumentum in oppositum, quod facitis vos cōmittere dicendo, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Mar. vlt. Si dominus largus, cur dispensator auarus? Vos fratres nimis vitam restringitis, dicendo quod oportet & nos facere pœnitentiam, conteri de peccatis, confiteri, &c. Dicendum quod qui credidit, & baptizatus fuerit, habens fidem formatam, saluus erit. Sed si talis postea in peccatum lapsus fuerit, eget pœnitētia, quæ est secunda tabula post naufragium. Pro declaratione huius nota parabolam de rege, qui parauit magnum conuiuiū, & fecit prœconizari, q̄ quilibet sibi fidelis, qui haberet manus mundas, comederet in conuiuio. Dicatur de hortulano, qui mane lauit manus, & postea maculauit. Ex fuerat fugatus à conuiuio, propter immunditiem manuum. Sic est hic, nisi manus immūdas lauerit à cōuiuio fugabitur. Oportet ergo ambulare semitas maris, per opera pœnitētialia, quia modò vos nō estis baptizati, id est mūdi, sed fuistis hora primę, sed nōdū erat hora prandij. Ideo Isa. Lauamini, & mundi estote, &c. Isaiæ. 1

Tertia

Tertia conclusio, quod illi in purgatorio sunt bene associati cū dicitur, multitudinem copiosam. Si tamen comparentur ad illos qui sunt in inferno, dicitur quod multitudo defectuosa, quia p vna anima quæ vadit ad purgatoriū, vadunt mille ad infernū. Dum & præsumptuosi difficile corrigūtur. Talū infinitus est numerus. Eccle. 1. Si autē cōparētur ad illas de paradiso, dicetur tūc multitudo copiosa, quia pauci sunt qui sine purgatorio vadunt ad paradisum. Apostoli quæ fierūt à Christo dicētes, Domine si pauci sunt qui saluātur Luc. 13. Christus autē suspirans noluit dicere quod pauci, sed dixit, Contendite intrare per angustā portā, quia dico vobis multi quærēt intrare, & non poterūt, &c. Nota, contendite primo cum carne ad malum inclinātē, &c. quia hodie est talis cōditio mundi, quod qui vult ire ad paradisum, multa habet impedimēta, sed qui vult ire ad infernum, omnes faciunt ūbi locum, nec impeditur ab aliquo, &c.

De eadem Dominica.

Sermo III.

Docebat de nauicula turbas. Habetur verbū istud ternali ter Lu. 5. & officiatur in euāgelio hodierno. Sermo noster erit de euāgelio, &c. Salutetur virgo Maria, In presenti sermone intendo tenere modū ædificatoris domorum, qui primò ponit fundamentū firmū & forte, deinde superædificat cameras ad habitandum. Ita intēdo facere. Primò ponam fundamentum fortius cælo, & terra, s. verba sancti euangelij. De quibus Christus, Cælum & terra trāsibunt, verba autē mea non trānsibunt. Luc. 21. Deinde ædificabo cameras, id est doctrinas morales. Nota hic historiam euangelij. Cùm semel Christus esset iuxta stagnū, vel mare Tyberiadis, seu Genezareth, magna multitudo populi venit ad eū, vt audirent verbum Dei, secundū quod prophetauerat Isa. di. Fluent ad eum oēs gentes, & ibunt populi multi. Isa. 2. Christus autem videns tantā multitudinē, de qua dixit textus. Cùm turbæ irruerēt in eum, quia omnes volebant eū tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Lucæ 6. dixit primo quod mitterent barcam in mari. Erant autem ibi duæ naues stantes secus stagnum. Piscatores autem descendebant & lauabant retia. Et ascendens in vnā nauim, quæ erat Simonis, rogauit eū à terra ducere pusillum, & de barca prædicauit populo qui erat in littore. Prædicabat eis de articulis fidei, de gaudijs paradisi, & de præceptis seruādis, peccatis vitandis, de tribulationibus sustinendis, de iniurijs remittēdis, de pœnis inferni. Fecit eis pulchrum sermonem, & de hoc loquitur thema, docebat de nauicula turbas. Post sermonē data benedictione populo volens soluere Petro qui accommodauit sibi barcam dixit, Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Respōdit ei Petrus, Præceptor per totam noctē laborātes nihil cœpimus. q. d. de nocte nihil

nihil cœpimus, quomodo de die capiemus, &c. Et Christus, fac vt dico. Et Petrus, In verbo tuo laxabo rete. Et cùm hoc fecissent, concluserunt piscium multitudinē copiosam, &c. Nota hic literaliter. Petrus cū socijs suis laborauerāt per totā noctē, & nihil cœperāt, & pro modico seruitio quod fecerunt Christo mutuando sibi barcā, Dominus retribuit sibi magnum salariū. Hic habemus exemplum quod nullus confidat quod ex suo labore acquirat bona temporalia, sed pro modico seruitio quod facit Christo Deo, s. seruando dominicā, magis proficiunt bona tua, cāpus, vinea, grex, oliueta, quàm ex tuo labore totius anni. Multi laborant qui nihil colligunt, quia male seruant festa. Ecce fundamentum positū. De quo Apostolus, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positū est. Glo. Fides Iesu Christi. 1. Cor. 3. Modò ædificādæ sunt camerę tres, s. virtutes necessariæ, secundum quod Christus de nauicula docebat, tres lectiones inter alias nobis necessarias ad saluationem. Prima de obedientia generali. Secunda de pœnitentia sacramentali, tertia de perseuerantia finali. Istas lectiones docebat Christus non solùm verbo vt multi prædicatores, sed etiam facto. Cœpit Iesus facere & docere. Nota facere primò, deinde docere. Ideo thema, Docebat de nauicula turbas. Prima ergo virtus seu lectio quā Christus ostendit est de obedientia generali, scilicet quod omnis tā religiosus q̄ clericus, q̄ homo q̄ mulier obediat decem præceptis. Hoc Christus ostēdit primo facto, quia voluit humiliari per obedientiam patris, vsque ad mortem. Qui cùm in forma Dei esset, &c. Ad Philip. 2. Ecce qualiter ostendit facto lectionem obedientiæ in re tam dura & aspera. Ipse ostendit verbo dicens: Si vis ad vitā ingredi, serua mandata. Mat. 19. Nota si tu, s. Dominus vel vasallus, si tu diues, vel pauper, si tu regularis vis ad vitā, s. æternā ingredi, serua mādata. Noli viuere secūdum tuā voluntatē, sed secundū Dei æquitatē, nō secundū tuam inclinationē, sed secundū Dei ordinationē, nō secundū tuum sensum, sed secundum Dei mādata. Seruus volēs obtinere salarium, oportet quod faciat voluntatē domini sui. Omnes sumus serui Domini Iesu Christi, & captiui. Si ergo volumus salariū glorię, faciamus eius voluntatem, nec debemus pro vllare facere contra eius mādata. Ista est obedientia generalis ad omnia mandata Dei. ex hoc acquirit homo regnum cęleste. Ratio, nā clausura cōtrarios motus habet, quod vno eorū claditur, alio aperitur. Modò videamus ianuam paradisi, quo motu clausa fuit, motu inobedientiæ Adæ: quia de dextera Dei semotum vsq; ad sinistrā proprię volūtatis, nō obediendo Deo, ergo si porta paradisi debet nobis aperiri, per motū contrariū habet aperiri, scilicet de sinistra propriæ voluntatis, ad dexterā diuinæ voluntatis, facere enim debemus Dei voluntatē magis quàm propriā. Verbi gratia, dicēdo: Ego sum inclinatus ad superbiam, sed vos Do-

mine vultis, & præcipitis humilitatem. Ideo Domine vólo humiliari. Idem de alijs peccatis. Non credatis quod gloria paradiſi obtineatur, genere, dignitate, dominio, ſcientia, pulchritudine, & fortitudine, immo ſi dicat anima Chriſto in iudicio particulari, Domine ego ſum de magno genere, vel fui magnus dominus in alio mundo. Ideo etiam fac me dominum in iſto. Dicet Chriſtus, Verum eſt quod ego te feci magnum dominum, ſed malè vſus fuiſti faciendo iniuſtitias, & ſic de alijs. Ideo Chriſtus dixit, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Iſta eſt obedientia generalis. Secundò docuit Chriſtus de pœnitẽtia ſacramẽtali. Primò opere, quia tota vita Chriſti fuit pœnitẽtia, ſemper ieiunabat, quia niſi ſemel in die comedebat, nec legitur comediſſe carnes vnquã, niſi de agno paſchali. Secũdò docuit verbo, di. Pœnitẽtiam agite, appropinquauit enim, &c. Mat. 4. Ité niſi pœnitentiã egeritis, omnes ſimul peribitis. Luc. 13. Sacramẽtalis pœnitẽtia conſiſtit in quatuor. Primò in cordis contritione, ſecundò in propoſiti emẽdatione, tertiò in oris confeſſione, quartò in operis ſatisfactione. Si perdidimus regnum Dei per inobedientiã, iſto modo poſſum' ipſum recuperare per pœnitentiã ſacramentalem. Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. vbi dicit glo. quod fructus digni pœnitẽtiæ ſunt, quando pœnitentia correſpondet peccatis, ſicut medici faciunt medicinas ſecundum infirmitates. Verbi gra. Si peccaſti corde per mala deſideria, percutias cor quinq; digitis, quia ex quinq; ſenſibus quaſi quinq; inſtrumẽtis corde peccamus. Item ſi peccaſti ore mentiendo, diffamando, te laudando, vel alias cõtra Deum loquẽdo, digna pœnitẽtia eſt orare, percutere os, cõfiteri ore, quaſi te diffamãdo, idem de alijs partibus corporis. Ecce quare dicit, Facite fructus, &c. Tertiò docuit nos Chriſtus de perſeuerãtia finali opere: Primò, quia ſemper perſeuerauit etiã in cruce, licèt detraherẽt ſibi, &c. Etiam docuit nos perſeuerantiã verbo, dicens: Qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit, &c. Matt. 10. modicum valeret obedientia generalis, & pœnitẽtia ſacramẽtalis, niſi eſſet perſeuerãtia finalis. Multi incipiunt bene, & feruenter, ſed accidit eis vt aquæ calidæ, quæ paulatim frigeſcit. quantumcunque eſſet calida, ſi ab igne amoueatur. Ideo Chriſtus, Nemo mittẽs manum ad aratrũ, & aſpiciãs retrò aptus eſt regno Dei. Luc. 9. Aratrum eſt pœnitentia, quæ arat terrã corporis, vt faciat fructũ meritorum, & virtutum, cui apponitur manus quando homo incipit. Ideo non debet quis reſpicere retrò, ſcilicet dimittẽdo quod incepit, ſed augmẽtare nõ ſolùm opera, ſed etiã feruorẽ ſpiritus, ſed multi decipiũtur quorũ perſeuerantia impeditur, cogitando ſimul totã eorum vitã futuram, & ſic venit eis tædium. Ideo non debet ſic incipi, ſed per partes quolibet die cogitare, videamus hodie qualiter me habui, & dicere, O video quod in multis defeci, ſed cras volo incipere ad ſeruiendum

viendum Deo, & etiam eras veſperi inuenietis vos defeciſſe. Et ſic antiquitùs ſancti patres perſeuerabant, quaſi faciendo computum quod non debebant viuere niſi vna die. Dicit Dauid de ſe, Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopabã ſpiritum meum. Et dixit, nunc cœpi. Pſalm. 71. Ideo quidam ſanctus pater volens aliquos inducere ad pœnitentiam dixit, quod fuit quidam homo habens campum plenum ſpinis, ad quem mittebat filium, vt purgaret campum, qui videns campum tam magnum, quaſi deſperatus comedebat, & poſuit ſe ad dormiendum. Ita de vita noſtra, quæ eſt vt campus magnus, plenus ſpinis, &c. Ecce quare dicit, Nemo mittens manum, &c. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo IIII.

Per totam noctem Laborantes nihil cœpimus. Habetur verbum iſtud originaliter Luc. 5. & recitatiuè in euãgelio currentis dominicæ. verbum oppoſitum dat mihi occaſionem, & motiuum prędicãdi, & declarandi mala, & defectus quos habet perſona, quæ exiſtit in peccato mortali, vt ab eis recedatis, & ad bonã vitam redeatis. Sed vt gratia Dei ſit nobiſcum, ſine qua nihil faceremus, ſalutetur virgo Maria. Ad literam hoc eſt verbum piſcatorũ, qui laborauerunt per totã noctem, & nihil cœperunt. Ideo dixerunt, Per totam noctem laborãtes, ſcilicet piſcando, nihil cœpimus. Sed ego volo pertractare hoc verbum ſecundum intellectum allegoricum, & ſpiritualem, ita quod thema ſit verbum peccatorum in peccatis decedentium, qui quando ſunt in alio mundo, recognoſcentes ſe, dicunt, Per totam noctem laborãtes, &c. Pro cuius declaratione ſciendum quod quãdo perſona eſt in peccatis, in mala vita, non cognoſcit ſuos defectus, nec mala nec pericula in quibus eſt, quia non vult corrigere ſe: ſed lætè comedẽdo, bibendo, ſaltãdo, ridẽdo, tranſit. Rectè talis accidit, vt homicidis, & latronibus, qui lętantur, & appretiant ſe de malo quod faciunt. De quibus dicit ſcriptura? Lætantur cùm malefecerint, & exultant in rebus peſsimis. Prouer. 2. Sed quando ſunt capti, & catenati, & ad furcam ſententiati, tunc cognoſcunt mala, & peccata quæ fecerunt, & petunt confeſſorem, remittunt iniurias, ſatisfaciunt, &c. quando habent pœnam cognoſcunt culpam. Ideo Gregorius. Oculos quos culpa claudit, pœna aperit. Ita rectè eſt de peccatoribus, quamdiu viuunt in hoc mũdo, delectãtur de ſolatio in ſolatiũ, ſed quãdo moriũtur, & videt infernũ eis paratũ, vident quòd perdiderit omnia bona, diuitias, honores, & dignitates, & videt quod nõ habebunt gloriã, ſed pœnam æternam. Tunc dicũt, Per totã noctẽ, ſtultitiæ vitæ, laborantes nihil cœpimus. Ideo hoc verbum eſt planum peccatorum, qui in morte pauperes ſe inueniunt. Patet thema. Si volumus prædicta verba bene cogitare, in dictis verbis oſtenduntur

Universidad de Deusto
Biblioteca

duntur nobis de vita peccatorum tres conditiones malę. Vita enim peccatorum habet tria incommoda.

Vita inquam peccatorum est primò crudeliter tenebrosa, ibi, per totā noctem,

Secundò pœnaliter dolorosa, ibi, laborantes,

Tertiò finaliter infructuosa, ibi, nihil capiemus.

Dico primò ꝙ vita peccatorū est crudeliter tenebrosa, cùm dicitur, per totā nocte, sine lumine charitatis, & gratię sunt peccatores. Hoc declaratur sic. Quinq; defectus accidūt personis in noctis tenebrosa ambulātibus. Primò ꝙ nō cognoscūt se ad inuicē, immo dicunt, quis estis vos. Secūdò ꝙ leuiter impingūt, quādo non habēt claritatē. Tertiò, quia si terra sit lutosa, leuiter maculantur. Quartò, quia leuiter vnus perdit alium, quia non vidēt. Quintò tunc homo vadit dubitādo, & palpando. Istos quinq; defectus inuenietis in persona quæ cōsistit, & viuit in peccatis mortalibus, quia primò perdit cognitionē personarū per superbiā. Erāt duo magni socij. Et vnus ascendit in honores, & dignitates, altero remanēte in paupertate, qui quādo venit ad aliū, nō cognouit eū. Frater germanus fratrē germanū, amicus amicū, filius patrē nō cognoscit propter superbiam, immo abnegabit eū, quia in tenebris ambulāt. Peccatū est nō honorare parētes, nec eis subuenire. Ecce prima cōditio peccatorū. De his scripsit, Qui dicit patri suo, & matri suæ, nescio vos, & fratribus suis, ignoro illos. Deut. 33. Sopho. 1. Ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerūt. Secūda cōditio est, quia peccator impingit, maximè per auaritiā in lapidē frigidum, & durū, sine compassione proximi. Ideo de auaro dicitur, Cor eius indurabitur quasi lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Iob 41. O quot impingūt hic, quando dicitur eis à confessore, facitis vsurā? Respōdent, nō pater. Et cōfessor, Qualiter mutuatis? Pater 10. florenos pro 12. Et cōfessor, Et nunquid hoc est vsura? Nō pater, quia de mea pecunia cū qua possem lucrari accipio lucrum, &c. Ecce nox obscura & tenebrosa. Ideo faciā vobis hīmē. Dicatis vos vsurarie. Estis vos domin⁹ pecuniæ, vel panis, vini, &c. Certū est ꝙ nō, quia thesaurarius regis nō est dominus pecuniæ regis, sed dispensator, & si malè dispēsat pecuniā regis, suspenditur à rege. Idē de diuitibus, non sunt domini pecuniæ, quia domini est terra, & plenitudo eius, &c. Vos domini solū estis thesaurarij, & dispēsatores, & de omnibus tenemini dare cōputū Deo, de pecunijs, pane, vino, oleo, lana, & frumēto, &c. qualiter acquisiuistis, & expendistis. Dispēsator regis potest sibi retinere necessitatē, sed nō ad vanitatē, sed debet dare alijs prouisionē. Ita debetis vos facere, sed multi miseri frāgunt sibi collū per vsuras, furta, rapinas, retentiones, de soluēdis decimis, oblationibus, &c. Ideo dicit scrip. In via ruinæ nō eas, & nō offendes in lapides, nec credas te viæ laborioſę. Sauarius ne ponas animæ tuæ scādalum. Eccle. 32. Tertia conditio, ꝙ leuiter maculātur, sic peccatores leuiter maculātur per lutū luxuriæ, nō vident viā, nec cognoscūt peccatū, immo dicūt, Et quod peccatū est? ego nō habeo vxorē, nec ipsa virū, &c. Dico ꝙ est respōsio, & excusatio fruola. Nunquid si cū filia regis fornicationē cōmitteres, regi placeret? Si autē rex tradit eā tibi in vxorem, habeas solatia cū illa. Et si de istis est tā magnū peccatū, quid dicemus de maritatis, cōsanguineis, cōmatrib⁹, tales ad profundū inferni descendūt. De talibus dicit Dauid, Ipsi obligati sunt, respiciēdo mulieres, & ęciderūt. Psal. 59. Greg. Nō licet intueri quod nō licet cōcupiscī. Et ęciderunt in laqueū luxuriæ. Quarta cōditio est, ꝙ de nocte leuiter vnus lædit aliū. Sic etiam in peccatoribus accidit ex peccato ire, leuiter offendūt se inuicē, quia in nocte tenebrosa homo non videt alium. O dices tu, semper videbo eū. Probo quod nō. Nam si corā te vidisses imaginē Christi, vel virginis, nō percussisses eam, nisi essēs infidelis. Modò propria imago Dei est homo. Ad imaginē quippe Dei factus est homo. Gen. 9. Ideo si vidisses hāc imaginē, nō percussisses eā propter honorē Dei. Quinta cōditio est, quia in nocte homo vadit hinc inde palpādo, & dubitādo. Ita qui est in peccato, quia parua bona opera facit, & cū tædio facit ea quæ Dei sunt. Ecce defectus qui sunt in vita peccatoris, ad instar illi⁹ qui vadit de nocte. Ideo Dauid, Posuisti tenebras, ſ. peccatorū, & culpārū in vita tua, & facta est nox, ſ. tenebrosa & obscura, in ipsa pertransibūt omnes bestię syluę, i. peccatores, qui vt bestię regūtur sensualitate. Psal. 103. Dico secūdo quod vita peccatorū est pœnaliter dolorosa, ibi, laborātes. Hoc declaratur sic. Quodlibet peccatū mortale, quia est cōtra rationē, & intellectū, affert peccāti pœnā, & dolorē, etiā in hoc mundo, secundū Aug. lib. cōfessionū. Sicut si aliquid fit in domo tua cōtra tuā voluntatē, illud affert tibi dolorē: ita quādo fit peccatū mortale, quia fit cōtra rationis, & intellectus, qui est dominus domus conscientiæ, ideo conturbatur. Nā licēt ad extra rideāt, & delectētur peccatores, tamē ad intra tristātur ex remorsu cōscientiæ, qui remorsus est dolor, & pœna, quia ancilla, ſ. caro, cōtra voluntatem suā facit illud. Nonne esset tibi pœna, ꝙ ancilla tua faceret aliquid in domo tua cōtra voluntatē tuā? Ecce qualiter vita peccatorū est pœnaliter dolorosa. Ideo Augustinus dicit Domine, & ita est, vt omnis animus inordinatus, pœna sit sibi. Per oppositū virtutes afferūt delectationē, etiā secundum philosophū, quia tūc sit in domo conscientiæ secūdum voluntatē domini, ſ. intellectus, & etiā secundū volūtatē domini, ſ. rationis. Magna delectatio est domino, & dominę dom⁹, quādo filij serui, ancillę, vel filij faciūt aliquid nisi iuxta voluntatē eorū. Ita de nobis, quorum filij sunt sensus, filiæ potentiæ animæ, vel cogitationes, seruus corpus, ancilla est caro. Magna delectatio est homini quādo omnes isti

obediunt domino. i. intellectui, & dominę. i. rationi. Ideo dicit philosoph⁹, Signū autē generati habitus est delectabiliter operari. Vel bi gratia. Si ꝓ honore Dei placet tibi ieiunū, signū est ꝙ virtus abstinētię est intra te. Si oratio, signū est ꝙ in te est virtus deuotionis. Si separatio mulierū, signū est ꝙ virt⁹ castitatis est intra te. Si cilicium, vel alia corporis afflictio, signū est ꝙ in te est virt⁹ pœnitētię, & fe de alijs. Eris quasi hort⁹ irriguus, & sicut fōs aquarū cui⁹ nō deficient aquę, & ædificabūtur in te deserta seculorū. Esa. 62. Fons gratię quę est in qualibet persona bona, & virtuosa rigat sensus, & omnes potē tias. Oppositū est de peccatorib⁹, quia si ridēt ad extra, tamē ad intra anima tristatur, conscientia remordet. Sed modò nō cognoscunt, sed cognoscēt, quādo crūt in inferno, & cruciabūtur, tūc enim elevatis oculis videbūt gloriā bonorum, nō ad delectationē, sed ad augmentationē pœnæ, vt de famelico videte mēsam paratam escis plenā, & non potest habere, cruciatur magis. Videtes gloriā, s. bonorum, turbabuntur timore horribili, & morabūtur in subitatione insperatę lutis, gemētes præ angustia spiritus, &c. Sapi. 5. Ecce laborātes. Ideo sancta scriptura dat remediū dicēs: Nec credas te viæ laborioſę, Eccle. 32. Gloss. peccatorum, quia peccata cū magno labore fiunt & cū furta, opera autē misericordię fiūt delectabiliter. Itē de luxuria, & terium cū magno labore, timore, & periculo fit. Casus autem delectabiliter viuit, & sic de alijs. Ideo dicit, Nec credas te viæ laborioſę, ne ponas animę tuę scādalum. Eccle. 32. Ideo Apostolus: In laboribus plurimis. 2. Cor. 11. Dico ꝙ tertia mala conditio quā habet vita peccatorum est, quod est finaliter infructuosa. Ideo dicitur, nihil cōpimus, quia peccatores in alia vita nihil reportāt præmij aut mercedis ex operibus quæ fecerunt, quia quandiu persona est in peccato mortali, etiam si faceret omnia bona opera mundi, ieiunia, magnas orationes, largas eleemosynas, &c. nihil sibi proficiūt pro alio mō do. Licēt enim Deus pro quolibet bono opere det solutionē, tamē peccatoribus soluit in hoc mundo de his quæ faciunt, dat eis diuitias, honores, dignitates, officia, & beneficia, facē, sanitatem, filios, longā vitam, amorē dominorum, & quod est maius, bona opera ex genere: quia illis bonis operibus extrahūtur de peccato nōnunquā peccatores. Ideo bona opera nō sunt dimittēda quādo sentis te esse in peccato mortali, quia tunc sunt magis necessaria, vt illis mediantibus exeas peccatum. Sed pro his operibus nihil dabitur tibi in alio mundo. Ratio, vos scitis ꝙ ramus arboris nullā virtutē habet nisi à radice, & nō facit fructum nisi quandiu est in arbore. Si verō scindatur ab arbore, non facit fructum, quia remota causā, remouetur effectus. Ita in proposito, radix siue truncus arboris, vbi est tota virtus, est Christus saluator noster. Nos autem sumus rami siue palmites, & quādiu manemus in radice per veram credentiā, & promptam obe-

dientiam, & per gratiā, facimus fructum meritorium, quia tunc quidquid facimus est meritorium. Si autem ramus aliquis abscinda tur à truncо, id est Christo, factū est, iam nō potest facere fructum meritū, sed Deus est adeò pius peccatori, ita quod si facit aliqua bona opera, satis facit sibi hic. Ecce ratio, quare dico ꝙ peccatorū vita est finaliter infructuosa. Aucto clara, Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me mānetis. Ego sum vitis, & vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere, s. meritorię. Io. 15. Qualis dolor est peccatori quando moritur, & nihil inuenit ibi. Sicut mercator diues qui omnia posuit in naui, & perijt, solū remanet persona sua, quando est vltra mare, & nihil habet, qualis dolor, & desperatio? Ita de peccatore, qui in hoc mundo est diues, & omnes nauigamus ad alium mundum quando anima est in portu, & in ripa, & nihil inuenit de bonis, qualis desperatio est sibi, quando dicitur sibi à Christo, Et vbi sunt bona quæ dedi tibi? Respōdet, Totū est perditum: & quia ibi nō possunt aliquid lucrari, remittuntur ad hospitale miserorum ad infernum. Sed quando rami sunt arbori Christo coniuncti per fidem, & obedientiam, ita quod mallent citius mori quàm consentire, tunc congregant magnum thesaurum, quando est ibi, inuenit magnum thesaurum, de quo viuet æternaliter. Ideo dicit Christus, Operamini nō cibum qui perit vt sunt opera mundana, sed qui remanet in vita æterna, quem filius hominis dabit vobis. Ioā. 6. Nota, piscatores quamuis in rete suo cœperint cōchas, & multa talia, & immunda, tamen quando non receperunt finalem fructum, dicunt dolētes, Nihil cœpimus. sic de peccatorib⁹. Ideo dicit scriptura, Vacua est spes illorum, scilicet peccatorum, & labores eorum sine fructu, & inutilia opera eorum. Sap. 3.

De eadem Dominica. De Epistola. Sermo V.

Benedictionem hæreditate possideatis. Habetur verbū istud textualiter prima can. Pet. c. 3. & recitatiuè in epistola currētis Dominicę. Hoc verbum est vna breuis, & deuota oratio beati Apostoli, quam facit pro nobis, desiderans nostram saluationem, dicens: Rogo Deum, vt benedictionem, scilicet cęlestem hęreditatem possideatis. Hoc verbum, benedictionem, indiget declaratione. Pro quo sciendum est, quod gloria cælestis dicitur benedictio. Ratio, Quando Deus facit aliquid, non credatis vos quod illud faciat laborando manibus, nec ambulando pedibus, nec se mouendo quemadmodum vos, sed sua operatio est sua locutio, suum dicere, est suum facere. Verbi Gratia. Quando fecit lucem non laborauit, sed solùm dixit, fiat lux, & facta fuit, quia suum dicere est suum facere. Idem de cælo, de stellis,

stellis, &c. Non facit vt magister operis, qui quando facit aream, ponit fundamentum, &c. Sed dixit, hat firmamentum, & factum fuit. Ideo Dauid, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Nota similitudinem de magnis dominis qui mandando operantur. Si volunt capere criminosum, non oportet regem se mouere, nec ipsum capere, nec suspendere criminosum, sed mandare quod capiatur, &c. Idem de opere misericordiæ, nõ oportet regem aperire bursam, &c. sed præcipere thesaurario. Quantò ergo magis Deus, cui omnia sunt, & subsunt, & obediũt? Ideo dicit scriptura, Omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestatis plen⁹ est. Ecclesiast. 8. Omnipotens sermo tuus Domine, non oportet ipsum nisi loqui. Ex ista declaratione quando Deus extrahit animam de hoc mundo, & collocat eam in paradiso, & imponit sibi diadema, quomodo credatis quod faciat non laborando, sed præcipiendo dicit Michaeli, Talis religiosus, clericus, vel laicus seruiuit mihi diligenter & sanctè, ideo collocetur, &c. Et factum est. Etiam in iudicio generali quando dabit gloriam bonis, ipsa donatio gloriæ seu operatio Dei in dando gloriam dicitur benedictio, id est bona dictio, siue bona locutio, quando dicet, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. Matth. 25. Ecce qualiter gloria cælestis dicitur benedictio, de ista dicit the. Patet the. Modò videamus quæ sunt personæ, quæ istam benedictionem hæreditate consequentur. Amore vestri ego quæsiui, & inueni in Psal. Domini est terra, in duobus versibus, vbi dicit Dauid, Innocẽs manibus, & mũdo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionem a Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Vbi ponũtur quatuor conditiones personarum, quæ benedictionem hæreditate possidebunt.

Primò pueri omnino innocentes,
Secundò peccatores verè pœnitentes,
Tertiò personæ bonæ bene obedientes,
Quartò tribulati, & patientes.

Quilibet istorũ habebit benedictionẽ gloriæ cælestis, quia de eis dicit the. Benedictionẽ hæreditate possideatis. Dico primò q̃ habebunt benedictionẽ gloriæ, scilicet pueri innocentes, qui nunquã peccauerũt. Innocẽtes sunt in corde, quia nunquã peccauerunt, nec habuerũt malas cogitationes. In ore, quia nũquã dixerũt malũ verbũ, nec mẽtiendo, nec iurãdo. Innocentes in oculis, auribus, in gustu, manibus, & pedibus, & in toto corpore, quia nunquã peccauerunt. Isti sunt totaliter innocẽtes, quando moriuntur statim habent benedictionẽ cælestis gloriæ. Ideo Dauid, Gratiã, & gloriam dabit Dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulãt in innocentia. Sed diceret aliquis, Frater quomodo vocatis vos illos pueros totaliter inno-

nocẽtes, & nunquid persona quæ parentibus suis dat tribulationes, & infert malũ, & tristitias, & pericula, & tædia, quia nõ permittit eos dormire, sed plorat, &c. nõnne nocẽs est & peccat? Respõsio, Dico quod sunt totaliter innocẽtes, nec de prædictis habent culpã, nec peccatum, quia dolor partus prouenit mulieribus ex peccato Euæ, quia ex fructu arboris peccauit, & fecit cõtra Deũ, ideo Deus fecit cõtra eã, & omnes filios suos, vt in fructu ventris puniretur, cũ labore portaret, & cum dolore pareret, & cum tædio nutriret. Ideo patet error dicẽtium, quod creatura nouiter baptizata si moritur, trã sit purgatoriũ ex dolore matris. Hoc est erroneũ, quia ludeus baptizatus si moritur antequã peccet, sine purgatorio euolat. De istis dicit Iob, Saluabitur innocens, saluabitur autẽ munditia manuũ suarũ. Iob 22. Nota mũditia manuũ suarũ. Diceret hic aliquis, Si pueri innocẽtes saluãtur, ergo etiam illi qui moriuntur ante baptismum saluãntur eadẽ ratione, quia nunquã peccauerunt, nec corde cogitãdo, nec ore, nec manib⁹, &c. Huic quæstioni tacitè iã respõdet Iob, cùm dicit, Saluabitur autẽ munditia manuũ suarum. Ecce baptismus, qui mundat ab immunditia sua quam recedit ab illa generatione. Nota, imago quæ cadit in luto nõ poneretur in altari nisi prius lauaretur. Sic est de homine, in quo est imago Dei, quantum ad animã quã fecit Deus, vt ponatur in tẽplo paradisi. Sed veniens in hunc mundũ, cadit in luto, in illa vili, & bruta generatione carnali. Quia si aliter veniret, nõ haberet originale. Ideo ibi recipit illã maculã. Ideo non potest intrare paradisum, quousq; est mundata aqua baptismi. Ideo dicit Christus: Amẽ amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ Dei. Io. 3. No. hic, quãdo anima nõ baptizati venit ad paradisum, vel ad portam paradisi, quid dicitur sibi à Christo? Ecce quare dicit Iob, Saluabitur innocẽs, saluabitur autẽ munditia manuum suarum. Sicut habemus duas manus, ita habemus duas substãtias, animã, & corpus, ideo dicit: Saluabitur munditia, id est per munditiam manuum suarum, tam corporis, quàm animæ, quia peccatum originale non solùm tangit animam, sed etiam corpus, totum est infectum, tam sensus corporis, q̃ potentiæ animæ, sed per baptismum mundãtur. Ideo Christus Psal. 34. Innocentes, & recti adhæserunt mihi, scilicet in gloria, quia sustinui te, scilicet passionem, quam tu pater ordinasti, cuius virtute saluantur. De quolibet istorum dicitur, hic accipiet benedictionẽ à Domino. Nota quando isti pueri sunt in extremis, dæmones veniunt explorantes si possent animam recipere. Sed Christus de cælo dat eis benedictionem, & dæmones fugiunt. Nota & misericordiam à Deo salutari suo, quia tunc pueri misericorditer liberantur à tribus miseriis quas habent. Prima est ignorantia, à qua liberantur tunc, quia statim aperitur eis liber, & sciunt omnia, & cognoscunt

se, & parentes. Secunda est modicitas, vel paruitas, sed statim anima separata à corpore habet tantam magnitudinem, vt gigas. Tertia est impotentia, quia nesciunt ire, nec se mouere, sed statim quãdo sunt in cælo, habent tantã potentiã, quod nec gigas, nec leo habent tantam potentiã. Ecce misericordiam quam accipiẽt. In istis ergo completur oratio Petri dicentis: Benedictionem hæreditate possideatis. Dico secundò, quod obtinebunt benedictionẽ, &c. peccatores verè pœnitentes. Hoc tangit nos, quia licèt fuerimus innocẽtes, & mundati per baptismũ, tamẽ extunc amisimus millies illam innocẽtiam ex peccatis quæ fecimus contra Deum, contra virginẽ Mariam, & sanctos, contra animã, & proximos. Ideo iam nõ possumus per viã innocentiæ paradisum intrare, propter hoc Deus ordinauit viã pœnitentiæ, scilicet dolere, & conteri de peccatis, cum proposito non redeũdi, confiteri, & satisfacere. Isto modo possumus habere benedictionem glorię. Hoc tangit Dauid cùm dicit, Mundo corde, scilicet per pœnitentiã, hic accipiet benedictionem à Domino. Sed est hic argumentum. Diceret aliquis. Frater quomodo ex mũditia cordis intelligitur pœnitẽtia? quia pœnitentia non solùm mundat cor, sed etiam omnes vires animæ, scilicet intellectum ab errore fidei, & falsis opinionibus, & malis suspicionibus de proximis, & voluntatem de malis desiderijs, & odijs, & rancoribus, & memoriã nõ recordando de receptis iniurijs. Item vera pœnitentia mundat os à mendacijs, diffamationibus, & blasphemijs, oculos à malis aspectibus, aures, nares, guttur, manus, pedes, & totum corpus à luxurijs. Cùm ergo pœnitentia vera mundet animã à potentijs, & corpus cũ sentimentis, quare ergo recipitis pœnitentiam solùm pro munditia cordis? Dico q; verum est, quod vera pœnitentia totum purificat, vt dictum est. Sed munditia cordis dicitur pœnitentia duplici ratione. Prima est, quia cor est vt fons, à quo multi riui procedunt, scilicet potentiarum, & sensuum. Et si aqua fontis sit munda, & pura, etiam aqua riuorum erit munda, & pura. Si immũda, ad idẽ. Et quia omnia opera bona, vel mala procedũt à corde, de corde exeũt cogitationes malę, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Mat. 15. Ecce qualiter aqua immũda procedit à fonte cordis, quia cor dicit: O ille interfecit patrẽ tuum, &c. ideo occidas eũ, & sic de alijs. Ideo si cor sit mundum, etiã omnia sentimẽta corporis erunt munda. Ideo Prouer. 4. Omni custodia serua cor tuũ, quia ex ipso vita procedit. Ita si sit immundũ, procedit mors ab eo. Ecce prima ratio, quare dicit, & mundo corde, quia munditia cordis est mũditia totius corporis. Secũda ratio, quare mũditia cordis dicitur pœnitentia, est, quia licèt multa sint opera pœnitentiæ, tamẽ radix, & initium pœnitentiæ est cordis cõtritio, ab ista enim procedit fructus omnium aliorum operum. Ideo dicebat Christus, Beati mũdo corde,

corde, quoniã ipsi Deũ videbũt. Mat. 5. De quolibet tali dicitur, Hic accipiet benedictionẽ à Domino. Quia quãdo talis moritur, & anima venit ad iudiciũ, & accusatur à dæmonib⁹, dicit Christus animæ, Audis quãtum te accusant? Dicit anima, Verum est, quia illa feci, nõ possum negare, sed vsus fui medicinis vestris quas vos ordinastis cõtra peccata. Si habui malas cogitationes, habui etiã cõtritionem. Si peccaui ore, orau, & confessus fui. Si oculis peccaui, fleui, & sic de alijs. Feci iudicium, & iustitiã, non tradas me calumniantibus me. Psal. 118. Christus est contẽtus, & dat sibi benedictionem, & misericordiã, quando collocatur in gloria. Dico tertiò, quod obtinebunt benedictionem gloriæ personæ bonæ & obedientes, quę habẽt dicere, vel facere, respiciunt Dei voluntate & ordinem. Religiosus obediens nõ faceret cõtra regulam, nec cõstitutiones, nec clericus, nec laicus cõtra Dei mandata, ordinat suã vitam secundum Dei voluntatem, & nõ secundum eorum sensualitatẽ, secundum Dei ordinationem, & non secundum propriã inclinationẽ. De quolibet tali dicit, Qui non accepit in vano animam suam, hic accipiet benedictionem à Domino. Nota, quod accipere animã suam in vanum potest intelligi dupliciter, scilicet essentialiter, & effectualiter. In vanum dicitur accipere animam suam ille, qui non facit illa ad quæ ordinatur. Quia si rex dat alicui militi equum, & arma, & nunquam seruit sibi, in vanum dicitur accepisse. Ita dedit nobis animam rationalem cũ memoria, vt memoremur de beneficijs à Deo nobis datis, quia non fecit nos asinum, non equum, &c. sed ad imaginem, & similitudinẽ suam. Item redemit nos, &c. Cum intellectu, vt eum cognoscamus, & ei gratias agamus. Cum voluntate, vt eum desideremus, &c. Si autem de istis non seruis sibi, in vanum recepisti animam tuam. Item dedit tibi corpus, quare? vt viuas ex eo. Sicut enim pater dat patrimonium filio tempore nuptiarum, vt ex eo viuat. Item de terra corporis debemus facere fructus per pœnitentiam, de quibus viuamus, si autem non facis, in vanum recepisti, vel accepisti, & possumus dicere talibus, Vanum est vobis ante lucem surgere, scilicet ad opera temporalia, qui non curatis de operibus spiritualibus. Surgite, scilicet aliqua hora ad opus spirituale, postquàm sederitis, qui manducatis panem doloris. Psalmo centesimo vigesimosexto. Nota, qui manducatis panem doloris. Pater qui mittit filium ad campum, vt laboret, qui non curat de labore, sed comedit, & bibit, & dormit, in sero quando venit ad domum, habet malam cœnam, & verberatur, &c. Ita Deus pater noster misit nos in campo huius mundi ad laborandum in operibus meritorijs. Qui autem non curat de labore, sed comedit, & bibit, & delectatur, in mortis punietur. Nam in sero mortis videbitis quomodo manducabitis panem doloris, quando dæmones cruciabunt vos, &c. Secundò

dicitur

dicitur aliquis accepisse animã in vanũ effectualiter. Vita enim præsens est effectus animæ, & ita sumitur. Io. 12. cùm dicitur: Qui amat animã suam, id est vitam corporalẽ, tantũ quod pro Christo nõ vult eam exponere in arduis, etiam perdet eam. Et qui odit animã suam in hoc mundo, in vitam æternã custodit eã. Qui ergo vixit otiosus, in vanum accepit vitam istam. Sicut ille qui vadit ad feriam, vbi stat 15. diebus, & nihil facit, nec lucratur aliquid, dicitur in vanum iuisse ad feriã. Ita de nobis, qui venimus in feria huius mundi ad lucrandum, ideo si nõ habemus merita, in vanum accipimus istam vitam. Ideo laborare debem⁹ in bonis operib⁹. propter hoc dicebat Apostolus, Hortamur vos ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto, scilicet in hoc mundo, exaudiui te, quia in alia nõ audit. Et in die salutis audiui te. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. 2. Cor. 6. Obedientes autem non accipiunt in vanum animam suã, siue vitam suam. Ideo de quolibet obediente dicitur, Non accepit in vano animam suã. Hic accipiet, &c. Dico quartò quod obtinent benedictionẽ gloriæ tribulati, & patientes, quando in infirmitatibus, plagis, vulneribus, doloribus, paupertatibus, & persecutionibus, non murmurant contra Deum, immo patienter sustinent, sperantes quod in alio mundo erunt sine infirmitate, plaga, dolore, &c. De quolibet tali dicit, Nec iurauit in dolo proximo suo. Proximus iste est Christus per excellentiã, quia licèt inquantum Deus sit creator, tamen inquantum homo est proximus, vt ipsemet declarauit Lucæ 10. Quis tibi videtur proximus fuisse, &c. Huic proximo facimus iuramentum in baptismo, quando dicitur à sacerdote? Quid petis, & dicitur à patrinis, fidem Christi. Et sacerdos. Et fides Christi quid dabit tibi. Respondet, vitam durabilem. Ergo abrenuntia Satanæ. Dicit abrenuntio, hoc est quasi iuramentum, & ita dicitur à Dauid dicente in persona Christiani, Iurauí, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Psalm. 117. Iudicia iustitiæ Dei sunt, vt in hoc mundo habeamus labores, miserias, tribulationes, &c. vt per patientiam mereamur habere gloriam. Ideo ad Heb. 10. Patientia vobis necessaria est, vt voluntatem Dei facientes reportetis promissionem, &c. Qui non iurauit in dolo proximo suo, hic accipiet benedictionem à Domino, &c.

De eadem Dominica. Sermo VI.

Omnes vnanimes in oratione estote. Verbum istud habetur prima can. Petr. c. 3. & recitatiuè in epistola currentis dominicę. Pro breui huius verbi declaratione, & materiæ introductione, sciendum quod inter omnia opera quę possumus in hoc mũdo facere, necessaria est deuota oratio ad Deũ. Ratio, quia certum est quod omnia bona tam temporalia, quàm corporalia, quã etiam spiritualia habemus à Deo. De bonis

bonis temporalibus patet. Vnde est quod terra dat triticũ? ex semine, terra autem potest corrumpere semen, sed non potest ipsum frustificare, &c. O diceret aliquis, hoc est à natura & à constellationibus. Verum est instrumentaliter, sed est à Deo principaliter. Ipse enim est actor principalis. Idẽ de vino in vineis, quia nullus potest aquã in vinum cõuertere, nisi Deus. Nam cõuersio aquæ in vinum fuit de primis Christi miraculis. Io. 2. Idẽ de pecunijs, rapis, &c. Omnia ista habemus à Deo. O dices tu, ego habeo in his laborare, quia aliàs nihil haberem. Solutio. Verum est, quia instrumentum es, sed Deus habet tibi dare: quia multi laborant qui nihil lucrãtur, nõ credas ex tuis laboribus prædicta acquirere. Idem de bonis corporalibus dicendũ est, quæ etiã de Deo habemus, puta sanitatem, pulchritudinem, fortitudinem membrorum, rectitudinem & huiusmodi. Idẽ de bonis spiritualibus dicendum est, quod à Deo habemus cõtritionem, scilicet de peccatis, bonum propositum confiteri, & faciẽdi pœnitentiã, ne in inferno damnemur. Idem de remissione iniuriarum, & de restitutione ablatorum. Deus habet dare cor ista faciendi. Ideo dicit scriptura, Omne datum optimum, & bonorum tẽporalium, & corporalium, & omne donum perfectum. Glo. bonorũ spiritualium de sursum est descendens à patre luminum, id est angelorum. Iaco. 1. Si ergo vis rigare hortum tuũ de alto fonte, oportet ponere canale per quod aqua veniat ad hortum. Ita etiã si vultis quod aqua gratiarum Dei veniat ad vestrum campum, hortum, vineam, domum, corpus, & animam, de fonte ab alto spiritus sapientię verbum Dei in excelsis. Eccle. 1. Ponatis canale, scilicet orationẽ deuotam, mediante ista veniunt ad vos bona temporalia, corporalia, & spiritualia. Patet ergo quod inter alia bona opera, quæ in hoc mundo possunt à nobis fieri, est oratio deuota nobis necessaria. Auctoritas. Dauid, Benedictus Deus, qui non amouit orationem meam & misericordiã suam à me. Psal. 65. Gloss. August. Nunquam ergo à te moueatur oratio tua, & nunquam amouebitur à te misericordia diuina. Quia ergo oratio est nobis ita necessaria, dicit thema, Omnes vnanimes in oratione estote. Amore vestri ego quæsiui quas conditiones debet habere oratio, & quot sunt, & inueni quod deuota oratio debet habere sex conditiones. Oratio debet fieri,

Primò pacificè concordando,
Secundò attentè cogitando,
Tertiò humiliter supplicando,
Quartò cõfidenter sperando,
Quintò ordine petendo,
Sextò perseueranter continuando.

Qui istos sex modos seruabit in oratione sua, absidabit in omnibus bonis. Dico primò quod debet fieri pacificè concordando, cùm vis orare,

orare, respicias si in corde habes venenum odij, & malæ voluntatis, si sic, nō audieris. Oportet enim cōcordare cum omnibus pacifice, & tunc oratio ascēdit rectè ad Deum. Nota hic de collegijs, seu cōuentibus diuitis, quod modicum calorem habent, sed quando sunt vniti & pacifici, oratio eorum multum placet Deo. Ideo congregamur in solennitatibus vel processionibus, vt ab inuicē inflāmemur, & oratio ascendat ad Deum. Ideo Dauid, Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Psal. 140. Nota sacrificium vespertini. Deus præcepit in veteri lege offerri sibi duo sacrificia, scilicet duos agnos, vnū de mane, alium de sero, sed differenter, quia sacrificium de mane alliciabatur enim multis alijs, sacrificium verò de sero sine aliorum societate offerebatur. Sacrificium matutinum figurabat sacrificium laudæorū, quod erat diuersārū rerū. Sacrificium autē vespertinum figurabat Christum, qui solus fuit sacrificatus in cruce eleuatis manib⁹, parcens omnibus. Ideo dicebat Dauid, Dirigatur oratio mea ad te. Pater ergo quod oratio debet fieri pacificè cōcordando. Benedictus qui potest dicere cum veritate, Nullam odium habeo in corde meo cōtra aliquem, sed omnes diligo. Ergo, Omnes vnanimes estote, &c. Dico secundò, quod secunda cōditio est, quod debet fieri attentē cogitādo, ita quod cor cogitet quod profertur ab ore, ne solū os loquatur, dicēdo verba orationis, & cor cogitet de negotijs tēporalibus, de coquina, vel lupanari. Si dicatur, ego non intelligo latinū. Ideo cogitetis in Deū, vel in petitionē quam facitis. Ideo Augustin. Psalmis & hymnis cùm oratis Deū, hoc versetur in corde quod profertur in ore. Aliàs oratio vocalis sine attentione cogitationis est parui valoris. Ideo Iacob⁹, Tristatur aliquis vestrûm, oret æquo animo & psallat. Iaco. 5. Nota æquo animo, s. vt cor concordet cū lingua, & habebit cōsolationē. Ecce qualiter orationes sunt medicinalia. Sed quando cor non cogitat ea quæ dicuntur ore, fit enecœnium Deo de ouis vacuis, & sanctis. Ideo Deus reputat se delusum, & sancti. Modicum valet talis oratio. Ideo Apostolus, Si orē lingua mea, supple tantùm, mens mea sine fructu est. subdit, Quid ergo? Orabo spiritu, orabo & mente, Psallam spiritu, psallam & mente. 1. Cor. 14. Licèt omnes debeant attentè cogitare ea quæ dicūt, maximè tamen religiosi, qui quolibet die habent persoluere horas canonicas. Attendant hi ne vanè soluant. Ideo debent cauere ne dicantur in plateis, hortis, & fenestris. Ideo dicit Christus sacerdotibus veteris legis, qui soluebant Deo vacuè. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum lōgè est à me. Sine caussa, id est sine vtilitate, sine fructu meriti colunt me. Matth. 15. Tertiò oratio debet fieri humiliter supplicādo. Quia oratio non est nisi quædam supplicatio, quæ præsentatur Deo. Quando infirmus orat, petens sanitatem, supplicatur Deo,

Deo, pauper orat petens prouisionem. Idem quando tribulatus petit requiem, peccator peccatorum remissionem. Modò nullus est qui cunq, rudis, qui quādo præsentat Papæ, vel regi supplicationē, quin humilietur, capite discooperto, & genibus flexis sibi præsentet, nec oportet quod doceatur hoc facere, quia ratio naturalis dictat faciendum, quātò magis ergo Papæ Iesu, & regi Christo humiliter debemus supplicationem præsentare. Hæc aliqui minus decenter agunt, qui quando induunt se, dicunt orationes, cingentes se, & nodos aptātes, & mulieres quādo se pingunt. Cogitate ergo quādo oratis cum quo loquamini, quando dicitis, Pater noster, vel Aue Maria, & humiliate vos, quia quātò humilius orabitis, tātò plus oratio ascendet. Sicut ille qui saltādo vult ascendere, quātò plus se deprimit, tātò plus ascendit, & saltat. Ita est de oratione. Auctor. Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec appropinquat non cōsolabitur, & non discedet donec altissimus aspiciat. Eccle. 35. Humiliū, & mānsuetorū semper tibi placuit deprecatio. Iudith 9. Ideo Dauid, Respexit inquit in orationem humilium, & nō spreuit preces eorū, Psal. 101. quādo autem fit sine humilitate, Deus claudit sibi oculos. Quartò, si oratio debet esse acceptabilis, debet fieri confidenter sperando. Vult Deus quod in omnibus necessitatibus nostris recurramus ad Deum, & confidamus de eo, aliàs indignatur, quemadmodum indignatur pater contra filios de eo nō confidētes, vel procurator, vel iudex, quādo homo non confidit de eis. Ita de Deo patre nostro procuratore, & iudice, qui vult quod confidamus de eo di. Quæcunque orantes petitis, credite, quia accipietis, & euenient vobis. Marc. 11. Nota, quæcunque, scilicet licita orantes, quia aliter nō accipietis, sicut puer febricitans si petit vinum, non datur sibi, sed pius pater dat sibi meliora, scilicet zuccharum rosatum, &c. Et sicut filius nullam solicitudinem habet de aliqua re. Quia si dicatis vos puero. Quid comedes hodie? dicet, nescio, pater meus, & mater mea curant. Idem de vestibus, sotularibus, & alijs necessitatibus. Sufficit filio, quòd sit humilis & obediens patri. Ita vult Deus de nobis, quòd in omnibus necessitatibus confidamus de eo, & faciamus quod tenemur facere, quia non deficiet nobis. Verbi gratia. Si dicatur laboratori: Vos seminastis, &c. Habetis bladum. Estis certus quòd habebitis? Vos debetis dicere, Ego feci quod in me est, de reliquis confido in Deo. Item de vino in vinea, & de oleo, Nihil solicita sitis, sed in omni oratione, & obseruatione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. ad Philippens. 4. Nota, Nihil soliciti sitis, non dicit quòd dimittamus labores, sed solicitudines. Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi est cura de nobis. 1. Pet. quinto. Sed nos magis confidimus de vno Iudæo, quam de Deo. Probatur, quia si Iudæus tene-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenetur vobis ad 50. florenos annuales de reditibus, de quibus habetis bonũ instrumentum, vos cõfiditis, &c. Sed nõ confiditis Deo, qui promisit etiam cum instrumento publico vobis dare necessaria omnia, si facitis quod debetis facere, vt bonus filius. Notarius fuit beatus Matthæus. Nolite soliciti esse dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hęc omnia enim gentes, & ple infideles inquirunt. Scit enim Pater vester quod his omnibus indigetis. Mat. 6. Quintò, oratio debet fieri ordinatè petẽdo. In nostris petitionibus debemus seruare tres ordines. Primò quod petamus primò illa quæ sunt nobis magis necessaria, vtiliora, & principaliora. Ideo primò debemus petere gloriam. Secũdò bonam vitã, quæ est via ad gloriã. Tertiò bona temporalia. Ideo Christus dicit. Quęrite primũ regnum Dei, & iustitiã eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Matt. 6. Secũdò quod illa sint de se bona, quæ nõ possunt habere malũ exitum, petamus audacter. Illa autẽ quæ sunt dubia, & possunt habere malũ exitum aut finem, petãtur cũ conditione. Verbi gratia. Humilitas indubitanter est bonũ. Ideo audacter superbus potest petere humilitatẽ, ruarus liberalitatẽ, luxuriosus castitatem, peccator peccatorũ remissionem, &c. Alia sunt dubia, de quibus nescit homo an habebunt bonum exitũ vel malũ. Ideo conditionaliter sunt petenda, vt infirmus sanitatẽ quæ potest esse animæ, vel bona, vel mala. Idẽ de diuitijs, officijs, & dignitatibus, & quia multi petunt sine ordine, & sine cõditione, ideo nõ accipiunt. Petitis, & non accipietis, eò quod malè petatis. Iaco. 4. Tertiò debet esse ordo in persona petente, vt purificet se, quia si quis promisit dare alteri optimum vinum album, requiritur quod cum vase mundo recipiat, aliàs non daret. Ideo Isa. 1. Lauamini, scilicet per cõtritionem, confessionem, & satisfactionẽ, mundi estote. Quę autem à Deo sunt, ordinata sunt. ad Roma 13. Sextò, oratio debet fieri perseueranter continuando. Multi incipiunt, & quia statim non obtinent quod petunt, orationem dimittunt, nihil valet. Grego. Virtus boni operis perseuerantia est. Patet in naturalibus, quia arbor paulatim augmentatur, nec videtur eius augmentum quando actu fit, etiã si semper aspiciatur. Idem in artificialibus, quia domus paulatim fit. Primò ponitur fundamentum. Deinde fiunt parietes, &c. Idem etiam in spiritualibus, paulatim homo augmentantur coram Deo in gratia, virtutibus, & meritis. Ideo necessaria est perseuerantia, quia quandiu viuimus, est nobis necessaria aqua gratiæ Dei de fonte excelso. Nota hic miraculum de illo nobili milite Normanno, qui quandiu fuit in peregrinatione, quolibet die, mane, & sero orauit, quousque venit ad castrum suũ. In die enim qua debuit castrum intrare dimisit orationem, & illa die castrum suum fuit combustum. Ideo Christus, Oportet semper orare, & non deficere. Lucæ 18. Semper, id est in omni die, mane, & sero. Ergo sine intermissione orate, mane, & sero. 1. ad Thessal. 5.

Dominica VI. post festum Trinitatis. Sermo I.

VEniens offeres munus tuum. Matt. 5. Sermo erit de sancto euangelio istius dominicæ, & habebimus multas bonas moralitates, &c. Salutetur virgo Maria. Et resume thema. In sancto euãgelio hodierno, quod totum est doctrina, & verbum Christi, docet nos tria quæ debemus habere, valde necessaria ad nostram saluationem.

Primum est intentio cælestialis,
Secundum est delectio vniuersalis,
Tertium est deuotio spiritualis.

Et nunquam sine his tribus potuit aliquis intrare paradisum. Et de tertio, & vltimo loquitur thema, Veniens, scilicet ad Deum, offeres munus tuum. Dico primò quod Christus docet nos habere intentionem cælestem, scilicet quod in omnibus operibus nostris, siue loquendo, siue operando, intentio sit cælestis, scilicet ad Deum, quod non fiat ratione hypocrisis, vanæ gloriæ, seu bonorum temporaliũ acquisitionis. Ratio, nam in omnibus operib⁹ principalitas stat mo ialiter in intentione agentis, tam in bonis operibus quàm in malis. Intantum quod intentio hominis agentis dat actui speciem, naturã, & nomen. Verbi gratia. In bonis operibus, vt si iudex volens facere iustitiã in aliqua quęstione, & propter hoc dat eleemosynã pauperi, & notario, & sagiom, vt sint sibi fauorabiles in dicta iustitia faciendo. Talis actus eleemosynæ magis dicendus est actus iustitiæ, quàm misericordiæ. Idem de malis operibus seu peccatis. Verbi gratia, de aliquo qui vult committere luxuriam cum aliqua, sed illa non vult consentire nisi pro pecunijs, ratione cuius ille committit furtum, vt possit dare mulieri, illud furtum potius debet dici luxuria quàm furtum. Item per oppositum, si aliquis peccat cum aliqua muliere, vt postea in nocte posset eam deprædari. Talis luxuria dicetur potius furtum, quàm luxuria. De hoc vide sanct. Tho. in quolibet. 3. art. 19. Patet regula, quod in omnibus operibus principalitas stat moraliter in intentione agentis. Hoc sciens Christus voluit ordinare nostram intentionem. Hoc ostendit in prima parte euangelij, dicens, Nisi abundauerit iustitia vestra pluſquam Scribarum, & Phariſeorũ, non intrabitis in regnum cælorum. Scribæ, & Pharisæi omnia opera sua faciunt vt videantur ab hominibus. Matt. 23. Dicatur quid est Pharisæus, & scriba. Scriba dicebatur, scilicet à notitia scripturarũ. Isti Pharisæi, & Scribę faciebant multa bona opera, & magnas eleemosynas, ieiunia, & orationes, sed nõ habebant intentionẽ cælestẽ, forma deficiebat eis. Dicatur quomodo quando volebant facere eleemosynas, preco cum tuba ibat ante eos, dicens, Si quis vult eleemosy-

Intẽtio illa est qua actũ specificat, seu ei speciem confert.

mosynam, veniat ad domum talis, &c. & totaliter fundabāt se in ista vana gloria. Auctoritas. Cùm facis eleemosynam noli ante te tuba canere, & orare, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Ecce intētio. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Matt. 6. Ideo dicit Christus, Nisi iustitia vestra abundet plus intentione, quod sit cælestis, non intrabitis in regnum cælorum. Si dicatur ab aliquo simplici, quomodo in eleemosyna facienda habetur intentio cælestis? Respondeo quod quatuor modis potest haberi, scilicet cogitando creationem, gubernationē, redemptionem, & glorificationem. Primus modus sit quando vides pauperem, cogita quod Deus ita bene creauit illum sicut te. Illum pauperem, vt per patientiam acquirat paradisum, & te diuitem, vt per misericordiam saluetis. Secundò cogitando gubernationem, quomodo Deus gubernat totum mundum, qui est pater omnium. Ideo amore tanti patris dabo isti eleemosynam. Tertiò cogitando redemptionem, quomodo Christus aperuit bursam siue cophinum sui corporis, dans nobis in eleemosynam totum suum sanguinem, per caput, manus, pedes, & latus, &c. Ideo amore sui da eleemosynā. Quartò cogitando glorificationem, quando pauper pulsat ad ianuam tuam petens eleemosynam, tu debes cogitare, sic anima mea veniet ad portam paradisi pulsans. Matthæi 25. Domine Domine aperi nobis, & petens eleemosynam, vt tunc Deus mihi faciat eleemosynam, nunc faciam eleemosynam huic pauperi. Aliquo istorum modorum in eleemosynis faciendis intētio debet ad Deum ordinari, & tunc erit cælestis. Vnde dicit Christus, Nisi abundauerit iustitia, &c. Item illi Scribę & Pharisæi abundabāt in orationibus, orantes cum magna reuerentia, & genibus flexis. Opus erat bonum, sed intentio erat mala, quia vt viderentur ab hominibus. Dicatur modus, quem seruabant in suis orationibus. Ibant enim ad loca vbi gentes congregabantur, & ibi orabant suspirando, percutiendo pectus, vt viderentur, & dicerent gentes, O quàm deuoti sunt isti. Auctoritas. Cùm oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearum stantes, orare vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Matthęi sexto. Ideo in nostris orationibus ordinemus intentionem ad Deum. Si dicatur, quomodo ordinatur, respondeo, dando modum clericis, & religiosis, quem in septem horis canonicis, quas tenentur dicere, obseruare debent. Alias Deus recipiet sibi tempus in commissum. Nec debent ordinare suam intentionem ad Deum, cogitādo in qualibet hora canonica quare fuit instituta. In matutinis, quia tali hora surrexit captus, & sic de alijs horis, sic ordinatur intentio ad Deum. Secūdò in laicis ordinatur intentio isto modo, antequam orationem suā incipiant, debent se signare. Ostende eis, & postea cogitando quod vi-

dent Christum in cathedra, & incipient Pater noster. Idem de Aue Maria. Vnde dicit Christus, Nisi abūdauerit iustitia vestra, s. orādo, plusquam Scribarum & Pharisæorum, nō intrabitis in regnum cælorum. Itē Scribæ & Pharisæi abūdabant in ieiunijs, sed nō recta intentione. Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritę tristes, extermināt enim facies suas, vt appareant hominibus ieiunātes. Amē dico vobis receperūt mercedē suā. Si quæratur, quomodo in ieiunijs est intentio ordinanda & in alijs abstinētijs. Nā omnis afflictio corporalis includitur ieiunio, quia affligendo se homo ieiunat à delectationibus. Intentio ordinatur sic, cogitādo propter peccata multa & magna quæ fecit cōtra Deū, dando corpori & carni delectationes, castigādo ieiunijs, & altis afflictionib⁹, & carnē meā, ne in inferno cruciget, &c. vt possim dicere Christo in die iudicij. Feci iudicium & iustitiā, nō tradas me calūniātibus me. Psa. 118. Patet ergo quō intentio cælestis, &c. Ideo dicit, Nisi abundauerit iustitia vestra, &c. De hoc dabo vobis similitudinē pulchrā naturalē. Dicunt naturales phil. q⁹ aquila habet visum acutissimū & fortē, ita quod in meridie sine tædio respicit rotā solis, & masculus zelotypus de femella, volens probare pullos an sint filij sui, extrahit pullos de nido, & si non respiciūt solem, interficit eos, & proijcit. Si autem respiciunt solem, reponit ipsos intra nidum, & palcit tanquā proprios filios. Istā conditionē habet Christus. Ipse enim in omnibus operibus quæ fecit in hoc mundo, respexit solem, s. omnia faciens ad gloriā patris. Ego gloriā meā nō quæro, sed glorifico patrē meū, qui in cælis est. Io. 8. In hoc cognoscit pullos suos, s. Christianos, quādo exeunt de nido huius mundi, s. per mortem, quibus dicit Christus. Videamus quid fecisti vt debeas habere paradisum. qui respondet? Dedi eleemosynas, oraui, ieiunaui, & sic de alijs. Ad quē Christus, Modò videamus si respexisti retrò, scilicet illa faciens aliqua sinistra, aut mūdana intentione, & si ita est, proijcit eum in inferno. Si verò respicit rectè, scilicet quod omnia fecit bona, & sancta intentione, reponit ipsum in nido paradisi. Ideo dicit Christus ipse quasi tangendo quod est prædictum. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam, totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est tenebræ sunt, ipsæ tenebræ quantæ erunt? Saluator noster Iesus Christus dicit notanter simplex, & non triplex. Nota oculus. dicit glad est intentio, totum corpus tuum lucidum erit. glo. id est tota congeries operū tuorum lucida erit. Mat. 6. Dico secūdò quod ostendit nobis dilectionē vniuersalē, s. quod homo amet Deū super omnia, & proximū, quod solū ore, sed corde, & opere. Hoc ostēdit cū dicit, Audistis, quia dictū est antiquis, nō occides. Qui aūt occiderit, reꝰ erit iudicio. Ego aūt dico vobis, qa omnis qui irascitur fratri suo, reꝰ erit iudicio. Qui autē di-

Significatio vocabuli huius, Racha.

xerit fratri suo racha, reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. No. racha nihil significat, sed est interiectio Hebraica, & sonat derisionem, sicut nos dicimus deridendo aliquem, vah. In isto textu Christus ostendit nobis dilectionem vniuersalem in opere, non damnificando proximum in persona nec in bonis. De hoc dicit scriptura. Filioli mei non diligamus verbo, neque lingua, sup. tantùm, sed opere, & veritate. 1. Ioan. 3. Secundo debemus eum diligere in corde. Ideo dicit, ne irascamur cũ proximo, quia quandiu homo portat iram, odium, & rancorem in corde contra proximum, est in peccato. Auct. Omnis qui odit fratrem suum, est homicida, s. suijpsius. 1. Ioan. 3. & nisi remittat de corde, damnabitur. Aucto. Pater meus cælestis tradet vos tortoribus, nisi remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Matth. 18. Tertiò est etiam diligendus ore, non iudicando, nec diffamando proximum, nec ipsum vituperando, dicendo, stulte, vel despicièdo, dicendo, racha. Dicatur contra illos qui in consilijs despiciunt voces aliorum, dicendo, vah, &c. Item dicatur contra mulieres, dicentes cõfessori, parcam, sed non loquar cum ea. Nam dixit mihi quod essem rixosa mulier, oportet loqui & remittere. Exemplum habemus in virgine Maria, quæ maximam iniustitiã recepit ab inimicis Christi de morte filij sui, tamen loquebantur eis dicend. amici. Quare ergo vos nõ remittitis? videtur quod nisi remiseritis, quod non vultis lucrari coronam paradisi, & quantò iniuria est maior quæ remittitur, tantò meritum est maius. Ideo remittatis. Virtus arboris est in fundamento, scilicet radicibus. Et si arbor sit viua in frondibus, apparet & in fructibus. Sic vos si habetis fundamẽtum, seu radicem dilectionis, ostendite in frondibus, id est bonis loquutionibus, & in fructibus, id est operibus vtilibus. Dico tertiò quod ostendit nobis deuotionem spiritualem, scilicet vt in nostro spiritu simus deuoti erga Deũ. Hoc ostenditur cùm dicitur, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum, relinque ibi munus ante altare, & vade prius recõciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Est hic quæstio, cur in prædictis verbis dixit Christus clarè, quod si aliquis offendit Deum & proximum, quod prius reconcilietur proximo quàm Deo. Hoc est valde mirabile. Nam si aliquis offendit regem & rusticũ, & à sapiente quæreret, cui prius deberet reconciliari, diceretur sibi q; regi. Christus dicit oppositũ. Vade prius reconciliari fratri tuo. Respondeo ad quæstionem, quod hoc est rationabile. Nam in qualibet materia dispositio præcedit formã principalẽ, vt patet in ligno comburendo oportet quod prius siccetur & calefiat antequam ignis introducat formam. Idem de anima quæ est forma substantialis hominis, si habet informare corpus vel debent, oportet quod primò membra vniantur,

tur, non propter maiorem dignitatem membrorum corporis, sed propter necessitatem dispositionis prçuiæ. Ita in anima forma principalis ipsius est deuotio spiritualis, dispotio præcedens istam formam est reconciliatio seu concordia membrorum, id est proximorũ. Ideo oportet si forma deuotionis debeat anima introduci, quod præcedat dispositio reconciliationi. Hoc sciens Christus dixit. Vade prius, &c. Non prius hoc fit, vt Deus velit dare maiorem honorẽ hominis quàm sibi. Sed denotando quod nemo potest pacificari seu cum Deo reconciliari, nisi prius fuerit reconciliatus proximo. Et si opportunitatem non habet, quod fit intentio bona, & propositum firmum faciendi cùm opportunitas fuerit, aliàs non poteris intrare paradisum donec remiseris. Dicatur exẽplum de illo fratre Valen. qui mortuus habuit redire. Hic redijt petens veniam & reconciliãdo se cum viuo, vt posset intrare paradisum. Patet ergo quod dicit, Vade prius, &c. Et concordat auctoritas Christi dicentis, Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Matt. 22. vbi primò ponit Cæsarem quàm Deum, nõ ex maiori dignitate, sed quia proximo prius fienda est reconciliatio. Sicut dico hoc de vna persona, ita dico de vna villa seu communitate, & prius debet disponi per bonam ordinationem cõtra peccata notoria. Dicantur illa quæ currũt, & postea Deus inhabitabit per gratiam.

De eadem Dominica sexta.

Sermo II.

FRater tuus habet aliquid aduersum te. Habetur verbum istud textualiter Matthæi quinto, & recitatiuè in euãgelio currentis dominicæ. In præsenti sermone cogitaui vobis dare cognitionẽ de aliquibus magnis peccatis, quæ fiunt contra Deum, vt corrigantur. Sed primò saluetur virgo Maria. Pro breui declaratione huius verbi, & introductione materiæ sciẽdum quod Dominus Iesus Christus saluator & redemptor noster secundum multas & diuersas excellentias quas habet diuersis nominib⁹ nominatur in sacra scriptura. Si enim volumus ipsum considerare secundum suam æternam diuinitatem, in qua cũ patre & spiritu sancto omnes creaturæ creauit ex nihilo, sic dicitur De⁹ creator, & ita nominatur à populo Christiano. Creator omnium rerũ Deus, qui me de limo terræ formasti. Si autẽ consideretur secundum suam infinitam maiestatem & dominationẽ, cui omnes creaturæ mundi subijciuntur, quia sicut omnes de regno subijciuntur regi, ita omnes creaturæ mundi subijciuntur Christo, & secundũ hoc nominatur rex & imperator. Domine rex omnipotẽs in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ. Hester 13. Si verò secundum suam prouidentiã, qua prouidet bestijs terræ, piscibus maris, auib⁹ cœli, & angelis, sic nominatur

pater, quia sicut paterfamilias prouidet, &c. ita Christus, & sic nominatur ab Esaia. Tu enim Pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israël ignorauit nos. Esaiæ 63. Si autem consideretur secundum aliam excellentiam & proprietatem, scilicet suam infinitam charitatem & amorem, quia voluit suspendi in cruce, ne sibi credentes & obedientes suspenderentur in furca inferni, secundum hoc dicitur redemptor. Tu domine pater noster, & redemptor noster, à seculo nomen tuum. Esaiæ 63. Si autem consideretur secundum suam copiosam largitatem, quia non solùm sibi credentes & obedientes iustificat, eis peccata remittendo, imò etiam & sanctificat hic per gratiam, & in futuro gloriam largiendo, secundum hoc dicitur ab Esaia saluator. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël saluator, Esaiæ 45. Nota absconditus, quia vt anima in corpore absconditur, ita deitas in humanitate Christi erat abscondita. Si verò secundum suam profundissimam humilitatem consideretur, quia voluit induere sacra nostræ carnis ad adiuuandum nos, & seruiendum nobis, secundum hoc nominatur frater noster. Frater enim & caro nostra est. Genes. 37. Et sic vocatur in themate à beato Matthæo, dirigens verbum populo Christiano, & communi, vel alicui personæ in particulari dicēte, Frater tuus, scilicet Iesus Christus habet aliquid aduersum te, scilicet indignationem ex peccatis quæ contra eū fecisti. Patet thema iuxta intellectum quem volo pertractare modò, licèt multa & grauia sint peccata in populo Christiano, ex quibus Christus frater noster indignatur, tamen in præsenti solùm loquar de tribus peccatis, scilicet,

Primum est spiritualis indeuotio,
Secundum intellectualis præsumptio,
Tertium vniuersalis corruptio.

Ecce tria peccata, propter quę dicit thema, Frater tuus habet aliquid aduersum te. Dico primò quod primum peccatum de quo nunc intendo loqui, est spiritualis indeuotio. Antiquitùs autem populus Christianus habebat magnā deuotionem ad Deum. Secundò ad ecclesiā. Tertiò ad proximum ex feruore charitatis. Antiquitùs enim erant ita deuoti erga Deum, quod quando surgebant de mane postquam erant induti, antequam ponerent se in negotijs, orabant cum magna deuotione & reuerētia. Vir in vno angulo, & vxor in alio, & filij in alijs. Idē de sero. Et modò qualiter orant vestiendo se, cingendo, & exuendo, nesciunt enim flectere genua, sed si habent loqui regi vel prælato, cū magna reuerentia loquuntur, & tamen Deo nihil reuerentiæ impēdunt. Itē quolibet die in aurora audiebāt vnā missam deuotè, & cū silentio, & Deus erat cū eis in omnibus negotijs. Modò nec in Dominica volunt audire missam, nec timēt præcepta pœnalia ecclesiæ, vel veniunt tardè, nō ieiuni, & quando sunt in missa, nō faciunt nisi loqui de rebus inutilibus, &c. vel respiciūt mulieres. Item confitebantur, & communicabant omni die Dominica, bini & bini processionaliter veniebant ad communicandum, & postea dabant sibi pacem. Modò autem nec semèl in anno. Non confitentur in quadragesima nonnulli, nec cōmunicant in paschate, cùm tamen sint præcepta pœnalia. Iam verū est illud Dauid, Omnē escam abominata est anima eorum, & appropinquauerunt vsque ad portas mortis. Psal. 106. Antiquitùs, Christiani erant deuoti, non solùm ad regē Christum, sed ad reguam ecclesiā, de qua Christus generat filios, quia si aliquid esset necessariam ecclesiæ, erat pia contētio inter clericos & laicos, quia quilibet volebat illud facere. Modò autem totum oppositum est. Iam non est deuotio in mūdo. Antiquitùs si ecclesia præcepit aliquid ore prelatorum, quo ipsa loquitur ex communicando omnes timebant, &c. modò autem tantū non timent sententias excommunicationis, immo dicunt, ego non comedo minus, vel, ita bene sapit mihi prandium quando sum excommunicatus sicut antè. Item antiquitùs quando intrabant ecclesiam cum timore intrabant, modò autem tripudiant in ecclesia, & ibi tractantur matrimonia & alia negotia. Dicebat Dauid, quādo intrabat domum Dei, Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Psal. 5. Tertiò erga proximum. Antiquitùs si in aliqua villa vel ciuitate aliqua actione simistra miles, ciuis, vel mercator dānificabetur, amici omnes de illo statu subueniebant ei, & subleuabant eum, quilibet dabat tantum vel tantum. Ecce deuotio. Modò autem si vnus alteri posset eruere oculum, faceret, non est deuotio. Item si aliquis homo erat captus vel captiuus, dicebat aliquis vxori, Vbi est vir vester? diu est quod non vidi eum. Et vxor, Domine captus est, vel captiuus ex debitis, liberabat eum soluens pro eo secretè. Modò Christiani renegant nomen Dei in barbaria, &c. Item quando videbant aliquam iuuenem vel puellam pauperculam, statim vocabant parentes dicebant, quare non datis sibi virum? Respondebant, Domine multi vellent eam, quia bona iuuenis est, sed nō habet dotē. Secretè dabant sibi, &c. Modò autem si diues videt viduam vel puellam pauperem, statim nititur eam seducere cum vna mala ruffiana, &c. Idem de mercatoribus emendo & vendendo, canebant à mendacijs, & decepiationibus, modò si illud quod valet tres florenos possunt habere pro 12. denarijs, nullam sibi formant conscientiam. Item vicinus remittebat emptorem vicino dicens, Ego rem illā vendidi hodie, & ille habet ita bonas res vt ego, ad illum accede. Sed modò nō est nisi inuidia & malitia inter eos de eodem officio. Item antiquitùs nō tenebatur curia iudicialis nisi semel in mense, & portæ curiæ erant plenæ telis aranearum. Sed modò est tanta malitia quod non

sufficiunt curiæ, nec audiētia regis, nec aduocati, nec procuratores, &c. Animalia bruta sciunt viuere in nemoribus in pace sine contradictionibus, & homines non. Finaliter iam completum est verbum Christi dicētis, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorū, tunc veniet consummatio. Mat. 24. Ecce primum peccatū, de quo frater noster Christus indignatur & conqueritur dicens. Habeo aduersū te pauca, s. numero, sed magna sunt grauitate, quia charitatem tuam primā, id est antiquam, s. feruorem, & deuotionem spiritus, quas habebas in principio Christianitatis reliquisti. Quid ergo est faciendum? Memor esto vnde excideris, scilicet de quo gradu deuotionis, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Apo. 2. Nota prima opera fac, s. erga Deum, ecclesiam, & proximum, alias mutatur Deus dicēs, Sin autem venio tibi, & mouebo candelabrum tuū, id est statum, in quo stas de loco suo nisi pœnitentiam egeris. Ibidē secundum peccatum quod est in mundo, contra quod Christus frater noster indignatur, est intellectualis præsumptio. Homines sunt præsumentes de proprio intellectu circa fidem, dicendo quomodo vnus Deus est, tres personæ, de incarnatione verbi, de sacramento altaris. Item contra diuinas ordinationes. Deus enim ordinauit q̄ spiritualiter spiritualia tractētur dicens, Gratis accepistis, gratis date. Matt. 10. Sed præsumptio intellectus totum corrumpit, quia iam sacramenta venduntur, totum reducitur ad simoniam. Si vultis communicare dicit, tantum debetis offerre, non dicitur, tantum dabitis, quia nimis esset discoopertum. Item si vultis confiteri. Nota hic de illo paupere homine, qui non inuenit confessorem quousque portauit florenum in manu. Item si dant extremam vnctionem, petunt linteamina, & vnde hoc? Idem de sepulturis dicitur, quam crucem vultis, maiorem? tantum debetis dare, &c. Ecce præsumptio intellectus, quomodo corrumpit illa quæ Deus gratis præcepit dare, &c. Idē de missis sancti Amatoris, quę de se sunt bonę, quia nō sunt alię missæ nisi quæ per ecclesiā sunt ordinatæ, tamen præsumptio intellectus destruit & corrūpit totum, & damnat sacerdotem, & eum qui eas facit celebrare, propter sex defectus & errores quæ fiunt ibi ex præsumptione intellectus. Primò quia dicūt quod illæ missæ debet celebrari sine interuallo in illis 30. diebus, ex quo sequitur quod sacerdos etiam malè paratus celebrat. Vbi inuenies tu sacerdotē semper paratum, &c. & sic sibi occasionem præstare videtur, vt indispositus existēs celebret. Secūdus defectus est, quod oporter dimittere missam per ecclesiam iam ordinatam quolibet die. Ita poterit euenire quod in die natiuitatis vel resurrectionis sacerdos habebit celebrare requiem. Tertius quia sacerdos eo quòd triginta diebus cōtinuus habet celebrare, petit plus, &c. Quartus error siue defectus, quia dicūt quod sacerdos in illis triginta diebus nō debet exire ecclesiam

ecclesiam, ex quo sequuntur multa mala, & quia non est spiritualis, tenebut ibi ludum, &c. Quintus quia cùm dicitur missa de trinitate, dicit sacerdos, faciatis quod sicut ego dico ore, vos repręsentetis in facto, & offeratis tres candelas cum tribus denarijs in qualibet. Idē de septem gaudijs virginis Mariæ. Idem de septē donis spiritus sancti. Idem de 12. apostolis. Sextus error siue defectus est, quia dicunt quod illæ missæ extrahunt vnam animam de purgatorio, scilicet illam quam homo vult, hoc est falsum, licèt enim triginta missa sancti Amatoris extraxerint animam matris sancti Amatoris de purgatorio, non sequitur propter hoc quod extrahent animā matris tuæ, vel patris tui, qui fortè fuit vsurarius vel homicida, quia iste sacerdos non est ita sanctus sicut sanctus Amator, nec qualitas peccati est eadem cum peccatis matris sancti Amatoris. No. hic de illo rustico qui credens quod medicina quæ curauit eum de malo tibię, curaret etiam de omnibus malis, & fecit se medicum, &c. Medicina sua erat cœpa rubea, &c. Nō debet fieri pactum in missis, sed eligatis vnum bonum sacerdotem, cui si parum datis, non debet dicere, parum datis mihi, si multum, non debet dicere, nimis datis, quia valet plus. Sed si parum datis, parum habebitis, si multum, plus. Si quæratis a me de bona ratione, quantum debetis dare sacerdoti. Dico quod ex quo sacerdos dat vobis totū officiū vnius diei, quod detis sibi prouisionem diei competentem. Ista est mala præsumptio intellectus, vadit & cessabit, ne dicatur cum Iuda, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? Secunda præsumptio intellectus est circa iudicium hominum, quando per proprium intellectum iudicant illud quod nesciunt, vel id quod potest in bonum interpretari, & ipsi interpretantur in malum. De quo multum indignatur Christus frater noster. No. de illo sancto eremita, qui iudicauit comedentē de mane in die ieiunij, quem angelus voluit percutere ense. Item de illo sancto homine, qui iudicauit aliū sanctū hominē, qui intrauit lupanar, &c. Ideo auisetis vos, ne iudicetis facta vel dicta aliorum, quæ possunt bono animo fieri. Ideo Apostolus, Nolite ante tēpus iudicare, quoadusq; veniat Dominus qui & illuminabit abscōdita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium. primæ Corinthiorum 4. Tertia præsumptio intellectus est mulierum. Nunquid esset magna præsumptio mea, si ego qui nescio depingere, vellē corrigere & emendare imaginē ab optimo pictore depictā? Talis est præsumptio illarum mulierū, quæ depingūt se. Deus optimus magister & pictor depinxit eas ad imaginē & ad similitudinē suam, & ipse dicūt, Istud vnguentum valet ad supercilia componenda. Dicit alia, Ego sum pallida, ego faciam me rubeam. Idem de capillis, de manicis, de caudis, vero autē incedunt sicut vulpes. Ideo Apocalypsis decimooctauo. Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis. quoniam

Universidad de Deusto
Biblioteca

vna hora veniet iudicium eius, inquit Ioannes. Ecce quare dicit thema, Frater tuus habet aliquid aduersum te. Habeo aduersus te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, quia docuit Balach mittere scandalum coram filijs Israël. Pœnitẽtiam age, si quominus veniam tibi citò, & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Apoca. 2. Mittitur scandalum vedẽdo sacramẽta, missas sancti Amatoris, & faciendo indicia temeraria, gladius oris Dei erit sententia iudicialis. Discedite à me maledicti, &c. Matt. 25. Tertiũ peccatum est vniuersalis corruptio. Nota tres corruptiones, quæ corrumpunt totũ mundum, Prima enim est blasphemiarum contra Deum. blasphemia est magnum peccatum. Nota historiam. 4. Regum 19. de Sennacherib rege, qui venit contra Ierusalem, de isto peccato conquerntur Deus dicens, Dominatores populi mei, &c. Esa. 52. Secunda corruptio est de lusoribus taxillorum, quia vltra blasphemiam quæ ibi fit, est ibi rapina, quia nihil potest ibi lucrari, corrumpitur ille qui incipit primò. Secundò illi qui consentiunt. Tertiò illi qui respiciunt. Quartò qui ponunt taxillos. Quintò qui concedunt pecunias. Sextò qui concedunt domum. Septimò domini & rectores hoc sustinentes. Tertia corruptio est de luxuria, quæ intantum inualuit, quod planctus Dauid impletur, Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis, non est qui faciat bonũ, non est vsque ad vnum, s. de adultis. Psal. 52. Dicatur contra meretrices de hospitijs, & de secretis, quæ sunt in laqueum & non in remedium. De isto peccato eõ queritur Deus dicens. Habeo aduersum te, &c. Nota cùm dicitur, pauca, cùm tot sint corruptiones, quia permittis mulierem Iesabel, quæ se dicit prophetam docere, & seducere seruos meos fornicari, vt habetur Apoc. 2. Nota Iesabel, id est fimus. Ecce fœtorem de luxuria. Deo gratias.

De eadem Dominica VI. Sermo III. de Epistola.

VItra non seruiamus peccato. Ad Rom. 6. Materia nostri sermonis erit quomodo poterimus exire seruitutem peccati. Sed primò salutetur virgo Maria, & resumatur thema. De ista materia pro nunc volo declarare vobis tres conclusiones.

Prima conclusio est ista, quod status peccati mortalis est captiuitas, & seruitus veraciter.

Secunda conclusio est quod ista captiuitas seu seruitus est multum periculosa generaliter,

Tertia cõclusio est quod de ista captiuitate seu seruitute debemus nos redimere celeriter.

Ideo dicit the. Vltra non seruiamus peccato. Dico primò quod status, &c. ita quod quãdiu homo stat in peccato mortali non credatio quod

quod sit liber, sed captiuus & seruus veraciter. Ante peccatum est liber, quia nec per omnes dæmones inferni posset cogi ad peccandum, sed postquam cecidit in peccatum mortale, factus est captiuus & ligatus, iam nõ habet pristinam libertatem. Ideo Apostolus talibus captiuis dicit, Resipiscant, id est se soluant, vt liberentur à diabo li laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem. 2. ad Timothęum secũdo. Patet ergo quod status peccati mortalis est captiuitas veraciter. Sed est hic argumentum in oppositum. Diceret aliquis, Nunquid homo existens in peccato mortali habet liberum arbitrium? certum est quod sic, quia essentiale est animæ, ergo quomodo est captiuus? Respõsio est ista, & est sancti Thomæ qui dicit, quod si volumus loqui de libero arbitrio quantum ad electionem voluntatis, vel clarius quãtum ad desideria voluntatis, peccator habet liberum arbitrium, sed si volumus loqui quantum ad executionem, ligatus est & captiuus. Verbi gratia, Peccator potest ex libero arbitrio eligere siue desiderare quod sit ita deuot⁹ vt talis, vel quod oret, vel quod confiteatur, & sic de alijs. Sed quantum ad executionem prædictorum ligatus est & infirmus. Nec posset talia delectabiliter exercere. De omnibus istis auctoritas. Cor hominis disponit viam suam. Ecce desideria bona, sed domini est dirigere gressus eius quãtum ad executionẽ. Prouerbiorum 16. Item alia auctoritas Hieremiæ 10. Scio Domine, quia non est hominis via eius, id est executio, nec viri est vt ambulet & dirigat gressus suos. Sed sicut homo captus in carcere & ligatus potest desiderare dicens, O si essem liber, audirẽ missã, sermones, orationes, &c. Desiderare potest, exercere ipsum retineat ne talia desideria veniant ad executionẽ. Ita est de illis qui sunt in peccato mortali, desiderãt, sed exequi nõ possunt, &c. Si quæratur quomodo homo cadit in istam seruitutem seu captiuitatem, solutio, hoc ostẽdit beatus Petrus dicẽs, A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. 2. Pet. 2. Sicut quãdo duo milites in campo clauso intrant duellum, oportet quod aliquis princeps vel dominus teneat cãpum securum, ne ab aliqua parte fiat violẽtia, & amici duellãtium expectãt, & quando vnus est victus dicẽs, Ego me reddo, amici illius tristes fugiunt, & amici victoris lętãtur in cãticis & tubis, & victus efficitur captiuus victoris. Ideo dicit Apostolus, A quo enim quis superatus est, &c. s. in duello, hui⁹ & seruus est. Idem de nobis debetis cogitare, quod iste mũdus sit vnus cãpus paratus ad duellãdum, de quo nõ possumus nisi per mortẽ exire. Ideo Iob 7. Militia est vita hominis super terram. & sicut dies mercenarij dies eius. Mercenarius si bene operatur, meretur mercedẽ, aliàs nõ. Idem de nobis, si bene & ardenter militamus, meremur coronam. Nõ enim coronabitur nisi qui legitimè certauerit 3. ad Tim. 2. Aliter puniemur in inferno. Rex qui tenet campum securum est Deus habi-

habitãs in curia æternitatis. Nullus diabolus potest facere vim cuiquam nostrum. Dum fit istud duellum parentes nostri, s. patriarchæ, prophetæ, apostoli, martyres, &c. & amici nostri, s. angeli & archangeli stant aspicientes, quilibet eorum respicit per suam fenestram, id est scientiam. Tres personæ diuinæ, quæ per eandem fenestram, id est vnam scientiam vident. Ex alia parte stant dæmones expectantes duellum, & diabolus debellando primò percutit gladio, quando tentat de auaritia, di. si faceres hoc, &c. posses lucrari tantum, &c. sed homo resistit sibi dicendo, Modicũ lucratur qui perdit animam, &c. Secundò percutit cum ense vanitatis dicens, Nunquid portasti tu tantũ viro tuo dotis, sicut illa illi, & illa fuit tam bis inducta à viro suo, &c. resistit dicendo, Ego sum bene inducta, ego nolo esse nec debeo esse vana & curiosa. Nam beatissima virgo Maria simpliciter ibat induta, &c. Item quãdo tentat de vexillis, cortinis, & scutiferis, &c. restituit dicendo, Totũ hoc est vanitas, Itẽ percutit diga subitò, s. quando tentat de luxuria, dicendo, si posses loqui cũ tali muliere, &c. resistitur, dicẽdo, O miser pro tam breui solatio tantam pœnam oporteret me semper pati in inferno, &c. Isto modo te sistitur diabolo, per humilitatem contra superbiam, per liberalitatẽ contra auaritiam, per castitatem contra luxuriam. Tunc diabolus est victus. Et per parentes & amicos nostros fit magna lætitia in cælo. Aucto. Gaudium est angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Lucæ 15. Tunc dæmones victi tristes recedunt. Hoc petebat Dauid dicens, Fac mecum signum, s. victoriæ, in bonum, vt videant qui me oderunt & confundantur, quoniam tu adiuuisti me, & consolatus es me. Tunc diabolus victus est captiuus illius, qui tantum timet eum quod decetero non venit ad eum tentando. Sed si homo fortè vincitur à diabolo, quando tentatur sibi consentiendo, homo est victus, & statim parentes & amici nostri faciunt magnum planctum tristitiæ. Auctoritas. Ecce videntes clamabunt foris. Angeli pacis amarè flebunt. Isa. 33. Angeli pacis, non loquitur de malis angelis, quia illi dicuntur angeli guerræ. Nota amarè flebunt. Et nunquid in paradiso potest esse fletus vel tristitia? Dicunt hic glossæ & doctores, quod in cælo non est tristitia, dolor, vel fletus, sed quod illa detestatio dicitur fletus. O si à nobis posset videri quando anima victi tenetur ligata à dæmonibus, sed caro impedit, ne hoc videatur, tunc dæmones faciunt magnum festum. Aucto. Si præstas animæ tuæ concupiscentias eius faciet te in gaudium inimicis tuis. Eccl. 18. Patet prima conclusio, quod status peccati est captiuitas, seu seruitus veraciter. Aucto. Peccauimus in conspectu tuo, & ideireo tradidisti nos in manũ inimicorum nostrorũ. Iustus es domine, & nunc nõ ei sufficit quod durissima nos opprimunt seruitute. Hester 14. Ecce hic conclusio formaliter in ista auctoritate. Dico secundò

cundò quod ista captiuitas est multum periculosa generaliter tã diuitibus quàm pauperibus, tam hominibus quàm mulieribus, iuuenibus & senibus, clericis & religiosis. Hoc potest declarari per quãdam similitudinem datam à sancto Barlaam dicente, quod erat quidã homo ambulans per altissimam montaneam, per viam strictissimam, & impegit & cecidit, & tamen Deus fecit sibi gratiam quod arripuit vnum ramum, & ibi tenuit se. Et respiciens in altum non poterat ascendere per se sine adiutorio. Respiciens deorsum erat profunditas vsque ad abyssum. Dũ sic staret, venit vna ratta alba rodens arborem, siue radicem rami, nec poterat illam repellere, deinde post illam venit alia ratta nigra. Ideo dicebat, O miser, &c. Cogitate in quanta miseria & periculo erat ille pauper homo. In tali periculo est quilibet existens in peccato mortali, persona enim existes in gratia Dei ambulat per montaneam altissimam, & per viam strictam pœnitentiæ, quia arcta est via quę ducit ad vitam. Mat. 7. Qui tenet bonam vitam, restringit se à nimio cibo, potu, &c. vnde scribitur, Delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ. Isa. 8. Et talis delectatio signum est qꝙ est in gratia Dei, quando delecta biliter facit opera Dei, seu opera pœnitentialia, orationes & contẽplationes. Et possũt dicere tales cũ apostolo, nostra cõuersatio in cęlis est. ad Philip. 3. Si dicatur, quomodo potest fieri. Cantat ecclesia, Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione & auditate in illa æterna patria conuersatus est. Ecce quomodo ambulatur altè & per strictam viam, s. pœnitentiæ. Sed impingit homo aliquoties, quando s. persona deuota recreari vult cum aliqua creatura, in qua ponit suum amorem quem ad Deum debet habere. Quod deuoti, religiosi, & clerici, & eremitæ ambulãt in altum. &c. sed impingunt in aliqua familiaritate. Incipiunt à Credo in Deum, & post modicum veniunt ad carnis tẽtationem, &c. Item dicatur de multis mulieribus, monialibus, viduis, & maritatis, quę bona intentione, & sancta, recipiunt aliquam bonã familiaritatem alicuius deuoti, religiosi, seu clerici, qui aliquoties malo fine terminatur. Ideo cum nulla creatura recipere debetis nimiam familiaritatem, nec loqui in confessione præcisè, nec visitare debetis frequenter, alias poterimus dicere, ô fortis, scilicet deuotus, impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt. Hie. 46. Ideo dicit apostolus 1. Cor. 10. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio nõ vos apprehendat nisi humana, &c. Ideo Hier. dicit, mulierem quam bene cõuersantem noueris, mente dilige, non corporali frequentatione. Postquam verò persona cecidit, apprehendit ramum flexibilem, scilicet vitę corporalis, quia perdita per peccatũ vita spirilitali nõ restat nisi corporalis. Ideo cantat ecclesia, media vita in morte, &c. No. media vita, vita cõpleta est spiritualis & corporalis, sed vita spirituali perdita so-

lùm

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum remanet corporalis vita debilis,& flexibilis. Quæ est vita vestra? vapor ad modicum pertinens. Iac.4. Et duo mures,albus,scilicet dies,& niger,scilicet nox, continuè rodunt vitam vestram,licèt debilis sit. Deorsum respicitur infernus. Videtur ergo vobis paruũ periculum,in quo peccator consistit. Sed si illud cogitaremus, nollemus comedere,nec bibere,sed clamaremus,adiuua adiuua,quousque essemus extra peccatum. Patet ergo conclusio,quod talis captiuitas peccati est multum periculosa generaliter. Istam cõclusionem intelligens Dauid, post peccatum dixit, Circundiderunt me dolores mortis,& pericula inferni inuenerunt me. Nota circundiderũt, non dicit cooperuerũt. Ratio,quia nullo modo nec ab ante per bona opera facta,nec retro per bona opera fienda, nec à dextris per amicos,nec à sinistris per inimicos,à dictis periculis liberari potest. Sed per sursum à Deo, quod fit quando homo cõfitetur peccata sua Deo qui ei mittit chordam de sursum, trahens eum per absolutionem. Patet conclusio secunda. Dico tertiò,quod talis peccati captiuitas, seu seruitus, debet à nobis vitari apertè, & de illa captiuitate debemus nos redimere celeriter. Amore vestri quæsiui modũ exeũdi captiuitatem peccati in biblia. Et inueni per figuram filiorũ Israël exeuntium de Aegypto, quinque, qui fuerunt figura, quomodo nos debemus exire de captiuitate peccati,quinque faciendo, Ideo dicit apostolus ad Ro. 15. Quæcunque scripta sunt,ad nostram doctrinam scripta sunt. Primò in exitu filiorum Israël de Aegypto, dicit Dominus Moysi,Ista nocte populus exibit, sed recipiatis agnũ, & coquatur in veru, & comedatur cum succo de lactucis agrestib⁹, &c. Secundò præcepit quilibet exire de domo sua,dicẽs, Foris,foris. Tertiò venerunt ad mare rubrũ,vt transirẽt,& dixerunt, O Domine,& quomodo trãsibimus sine nauib⁹? dixit, Ego diuidã mare, & transibitis. Quartò venerũt ad desertũ asperum,& siccũ. Quintò prouidit eis de manna,&c. Si volumus exire seruitutem peccati,isto modo oportet nos facere. Primum quod faciendum est,coquatur agnus. Ecce contritio, per quã agnus,id est spiritus coquitur in igne doloris,& contritionis, & comeditur cum succo amaro lacrymarũ. De hoc auctoritas. Sacrificium Deo spiritus contribulatus,cor contritum. Secũdò ab Aegypto extra domum. Ecce recessus à mala societate. Multi in sermonibus recipiunt bonum propositũ,sed quando habent in domo malam societatem, perdita deuotione, peccant propter occasionẽ. Ideo foris recedere debetis à mala societate. Ideo dicit Christus, Si manus tua, vel pes tuus scãdalizat te,abscinde eũ, & proijce abs te. Matt.18. Ideo foris exire debetis. Et tunc poterit dicere, In exitu Israël de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro,facta est Iudæa sanctificatio eius. Tertiò trãsierunt mare rubrũ. Ecce confessio,quę potest dici mare amarum, quia quasi homo dis-

famat se,&c. Dicitur rubrum, quia virtutem habet à sanguine passionis Christi. Istud mare aperitur peccatori cũ virga, id est cruce, quæ fit à confessore in absolutione. Quartò oportet venire ad desertum,scilicet pœnitentiæ,castigando filium, scilicet corpus,seu filiam,id est carnem, ne à dæmonibus in inferno castigetur. Dicitur siccum per ieiunia,&c.& solitarium per orationem. Ideo Dauid in persona pœnitẽtis dicit, In terra deserta,inuia,& inaquosa. Quintò dabatur manna, s. communio corporis Christi, postquam homo fecit quatuor prædicta. Ideo dicit Moyses,Iste est panis,quẽ dedit vobis Dominus ad vescendum. Exo.16. Dicitur panis manna,quia præfigurabat sacramentũ altaris. Ideo dicit Christus,Non Moyses dedit vobis panem de cælo verum,sed pater meus dat vobis panẽ de cælo verum. Panis enim verus est qui de cælo descendit,& dat mũdo vitam. Ioannis sexto. Ecce quomodo poteris exire seruitutem peccati. Ideo dicit apostolus Roma. 6. Cùm serui essetis peccati,liberi,id est separati à iustitia, fuistis iustitiæ. vsque, finem verò vitam æternam. Patet tertia conclusio.

Dominica sexta post festum Trinitatis, de epistola, de virtutis exercitio.

Sermo IIII.

Os *in nouitate vitæ ambulemus*. ad Ro.6.ca. Materia quã nunc volo prædicare erit quomodo,& in quibus virtutibus debemus nos exercitare. Si Deo placet erit materia pro reformatione vitæ,& consolatione animarum. Salutetur prius virgo Maria,&c. Pro declaratione huius verbi & materiæ introductione sciẽdum quod anima nostra inter alias excellentias quas habet plus quã corpus est,quod anima potest renouari,& corpus non potest renouari. Ratio est ista. Nam antiquitas corporis venit ex necessitate & cursu naturali,quia tempus & ætas portant suam senectutem. Ideo nulla potentia creaturę corporis posset renouari,nisi à sola Dei potẽtia, quia non legitur vnquã fuisse factum. Senectus autẽ & antiquitas animæ non euenit ex necessitate,seu cursu naturali,quare anima hominis centum annorum est ita iuuenis,hoc est ita recens,vt anima pueri vnius diei. Nam solùm corporalia & carnalia corruptibilia senescunt & antiquantur, vt domus,arbor,homo,equus,& similia. Quod antiquatur & senescit prope interitum est. ad Hebræos octauo. Sed res spiritua-
non antiquantur nec corrumpuntur. Nam Michaël est ita iu-
is, hoc est ita fortis modò sicut in die creationis suæ. Idem de
ngelis. Idem de rebus corporalibus incorruptibilius, vt de
na, & stellis, & quæ non senescunt nec antiquantur. Pa-
quod senectus proueniens ex necessitate, & cursu natura-
t in rebus corporalibus corruptibilius, quæ non possunt
renouari

renouari nisi à Deo immediatè, quia talis antiquitas venit per defectum naturalem. Sed anima antiquatur non per necessitatem, sed per voluntatem criminalem, s. ex mala volũtate, & mala inclinatione ad peccata. Et sicut senectus & antiquitas corporis aufert eius virtutem, & facit ipsum canum, & rugat & restringit pellem, & facit ipsum ire curuum, ingrossat visum, aufert saporem, & appetitum comedendi. Ita senectus animæ facit animam canam per præsumptionem intellectus, rugat per peccatum, & sic de alijs. Auct. Psal. 17. Filij, s. per baptismum de sponsa sua geniti, alieni, supple effecti, inueterati sunt, s. per voluntatem criminalem, sed anima potest renouari, & non corpus, vt dictum est ex voluntate hominis mediante Dei gratia. Auctoritas de corpore & anima. Licèt is qui fortis est, noster homo corrumpatur, tamẽ is qui intus est renouatur de die in diem. 2. Corin. 4. Si ergo aliquis nostrum est antiquus in peccatis non debet desperare, quia virtutibus possumus in anima renouari. Ideo dicit thema, Nos in nouitate vitę ambulemus. Patet thema, Modò videamus per quas virtutes, & quibus modis possumus renouari in anima & in vita.

Prima est vera humilitas,
Secunda pia largitas,
Tertia pura caritas.

Ergo in nouitate vitę, &c. Dico primò q̃ homo potest renouari per veram humilitatem. Sciendũ est quod omne peccatum mortale deliberatè factum includit superbiam. Ratio, quia per superbiã homo non vult humiliter subijci diuinis mandatis, nec ecclesię ordinationibus. Quare tu recipis viudictã? nunquid ex superbia, quia non vis humiliari præcepto Dei dicentis, Mihi vindictam, & ego retribuã, dicit Dominus. ad Ro. 12. Idem de furto, cũ Deus præcipiat, Non furaberis. Exo. 20. Idem de vsura, cũ dicit Deus, Non fœneraberis fratri tuo ad vsuram. Deute. 23. Item idem patet de hoc quod est nolle ieiunare ieiunia ecclesiæ. Patet ergo quod omne peccatum mortale deliberatum venit per superbiã. Quare hodie sunt tot mali religiosi in mundo, quia nolunt humiliari ad seruandũ regulã, cõstitutiones, & cęremonias. Nolunt subijci regulę. Idẽ de malis clericis. Idem de malis laicis. Patet ergo quod omnis inordinatio vitæ & peccatum venit per superbiã. Auct. Initiũ omnis peccati est superbia, qui tenuerit illã implebitur maledictis, & subuertet eũ in finẽ. Eccl. 10. et ego omnis inordinatio malę vitæ & abundãtia peccatorũ venit ex superbia. Si ergo vis renouari in anima, per oppositũ humilia te, subiciẽdo te mãdatis Dei, dicẽdo, Decetero volo viuere iuxta mandata Dei & ordinationẽ ecclesię, dicendo, Ego sum religiosus, debeo viuere iuxta regulã volo viuere. Idẽ de clericis & sęcularib⁹. Et quilibet persona proponit sic viuere. Ex tali cordis humilitate cõplet

tionibus. Auctoritas. Dauid in Psal. 102. benedicite primo. Qui replet in bonis desiderium tuum, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Super hoc versu tangunt glosę conditionem aquilæ, dicentes quod aquilæ ex senectute induratur rostrum, & incuruatur in tantũ, quod non potest sumere cibum, & tunc ipsa fit macilenta, & crescunt sibi plumæ. Sed naturali instinctu ipsa perquirit vnum lapidem, & ibi fricat de rostro, & finaliter comedit & renouatur. Ita vt dicit Dauid, renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Aquila antiqua est anima peccatrix, rostrum est intellectus acut⁹ reuersus ad semetipsum per cõsideratione proprię excellẽtiæ, quãdo cogitat se esse de genere regio, vel diuorũ alijs, seu fortiorem, vel apiorem. Idem de mulieribus quãdo cogitant se pulchriores, vel melius indutas, & sic de alijs, tam in bonis naturæ q̃ gratiæ, talis consideratio generat superbiam in homine. Sicut cõsideratio excellentiæ alterius generat humilitatẽ in corde cogitantis. Verbi gratia. Quando homo cogitat excellẽtias alterius, quia est deuotus, vel magnus clericus, vel in magna dignitate, &c. talis consideratio est causſa humilitatis considerãti, qui sic dixit: O miser, nõ sum talis, &c. Contra istã consideratiõnẽ proprię excellentiæ dicebat Apostolus. Sed in humilitate mentis superiores sibinuicem arbitrãtes, nõ quæ sua sunt, supple excellẽtię, singuli cõsiderantes, sed ea quæ aliorum. ad Philip. 2. Si cõsideras bona tua, & mala proximi, superbia inflans. Ecce superbia Pharisæi. De quo Luc. 18. Gratias ago tibi Domine, quia nõ sum sicut ceteri hominũ. Quando verò anima vt aquila habet rostrum durũ & retortũ, nõ potest recipere escas spirituales, & sic maceratur, quia nõ inuenit illas delectationem nec saporẽ in aliquo cibo spirituali. August. impius, id est superbus nõ sentit dulcedinem Dei, quia de febre iniquitatis palatum amisit. De istis superbis dicit Dauid, Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit. Psal 106. Sed abundat in pluribus, vt aquila in vanitatibus ornamentorũ, caudarum, & mulieres in capite abundant. Ideo Ecclesiast. 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. dicit Eccl. Ratio quare ista fiunt, est quia anima nescit esse sine aliqua delectatione spirituali, quã perdita recurrit & perquirit delectationes & cõsolationes temporales, mũdanas, & vanas. Remedium ergo habemus, quod, vt aquila, ad renouandum debemus petere rostrum in lapide illo, de quo Apostol⁹, Petra autẽ erat Christus. 1. Corint. 10. Percutitur enim cogitando vitã quã Christus voluit tenere in hoc mundo. Verbi gratia. Si venit tentatio vt faciatis vanitatem in vestimentis, Cogitate quomodo Christus fuit indut⁹, qui triginta annis portauit eandem tunicam, quam virgo Maria sibi fecit, cùm esset puer. Percutiatis hic rostrum, dicendo: O miser, rex mundi 30. annis portauit eandem tunicam, seu vestem, & ego facio quotidie istum excessum. Item quãdo mulier tentatur de bonis or-

Universidad de Deusto
Biblioteca

namentis, cogitet de virgine Maria regina cæli, quæ nunquam ornauit se nec depinxit. Dicatur quomodo lauabat faciem suam cum lacrymis, &c. Quando beata Anna mater sua faciebat sibi pulchra vestimenta, nolebat portare nisi intra domum, &c. Ideo quando homo tentatur de multis scutiferis, de equis, de vexillis aureis, & similibus, cogitet quomodo ibat Iesus sine equis eundo pedibus humiliter, &c. Per tales enim cogitationes frangitur rostrum superbiæ, & sic anima incipit habere appetitum, tam sapiunt sibi verba Dei, scilicet locutiones, prædicationes, missæ, &c. Ecce quare dicit David, Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Ergo nos in nouitate vitæ ambulemus. Dico secundò quod possumus renouari per piam largitatem, scilicet in dãdis eleemosynis de bonis à Deo datis. Audite declarationem bonam. Sicut peccatum superbiæ est initiũ omnis mali & peccati. Iuxta illud, Initium omnis peccati est superbia. Ita etiã cupiditas seu auaritia est initiũ omnis peccati. 1. Timot. 6. Radix omniũ malorum est cupiditas. Dubium est hic quomodo possint duo prima principia peccatorum assignari. Responsio quod bene diuersimodè. Nam in quolibet peccato mortali sunt duo secundũ Aug. scilicet auersio à bono incommutabili, & conuersio ad bonum commutabile. Auaritia verò seu cupiditas est initium omnis peccati, &c. respectu conuersionis ad bonum commutabile. Verbi gratia. Vnde sunt in mundo tot mala in dominis, iudicibus, aduocatis, seu procuratoribus? quia non habent oculum ad iustitiam, sed expectant quis magis eis dabit ex cupiditate & auaritia. Vnde in ecclesia tot simoniæ, quia omnia venduntur ex auaritia seu cupiditate. Vnde in mundo tot vsuræ, & tot furta, & deceptiones, & fraudes, emendo, & vendendo? Vnde tot guerræ & mortes ex cupiditate, quia tu vis hoc, & illud volo ego. Idem dicit in Genesim, quòd si ista duo pronomina, meum & tuum, possent auferri, totum esset pax. Vnde tot negligentiæ circa defunctos, quod non complentur testamenta? nõne ex cupiditate? Quare retinentur mercedes laborum pauperum? nõne ex cupiditate? Vnde quod amicus interficit amicum in via? nõne ex auaritia? Patet ergo quod radix omnium malorum est cupiditas, & hoc quãtum ad conuersionem ad commutabile bonum. Qui ergo renouari cupit, expellat à se istam cupiditatem seu auaritiam, & habeat copiosam largitatem & misericordiam, & tunc tenebit consilium scripturę dicentis: Nolite conformari huic sęculo, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, beneplacens, & perfecta, ad Romanos 12. Nota cùm dicit, bona, beneplacens, & perfecta. In his tribus vocabulis ponit tria opera misericordiæ. Primùm cùm dicit voluntas Dei bona, quantum ad opera misericordiæ corporalia, bene placens, quantum ad opera misericordiæ spiritualia, & perfecta, quantum ad remissionem iniu-

iuriarum. De ista materiã datur exemplum in natura de serpente, de quo dicunt philosophi naturales, quod vadit retortus torquendo se, sed quando est antiquus, induratur intantum quod vix potest incedere. Tunc ipse ex naturali instinctu vel industria ieiunat, & post aliqua ieiunia vadit ad arctum foramen, & ibi deponit pellem veterem, & sic renouatur. Persona auara est serpens incedens tortuosè propter fallacias, & falsitates, & falsã iuramenta, quæ facit ex cupiditate. Dicatur quando pauper venit ad mutuandum decem florenos. Placet mihi dicit vsurarius. Sed dicetis notario, & ita iurabitis quod mutuauit vobis xij florenos, &c. Et si recipit pignus, seruit sibi de pignoribus, vel de campis recipit fructus, vadit retortus, & in confessione excusat se dicendo quod recepit quod debet, &c. Ecce auaritia. Ideo de auaro dicit Iob: Cor eius indurabitur tãquam lapis, & stringitur quasi malleatoris incus. Iob 41. Nota, Indurabitur quasi lapis, quando pauper petit eleemosynam ab eo, nõ solùm non dat sibi, sed lapidat eum dicendo, vade, fodias, & similia verba. Secundò stringitur quasi malleatoris incus, quem licèt semper faber percutiat, tamen non emollitur, sic nec auarus, licèt percutiatur & admoneatur Christi passione, dicente paupere qui non potest sibi soluere vsuram, O domine, amore passionis Christi agite mecum misericorditer. Illo non obstante infelix vsurarius persequitur eum crudeliter. Ecce quomodo est durus & iniquus. Ideo si vis saluari fac vt serpens. Primò ieiuna, scilicet abstinendo ab illicitis contractibus, post hoc, quia hoc non sufficit, sed oportet transire per arctum foramen, vade per arctum foramẽ restitutionis vsque ad vltimum obolum, sic enim deponitur pellis dura auaritiæ. Si dicatur, si ego restituam, vxor mea & filij mei quid facerent, &c. si vxor sit bona, & vult saluari, debet dicere viro: Domine restituatis, quia ego laborabo. Dicatur de illa vxore de qua dicit Vincentius de Longobardia, cui vir voluit facere vnam tunicam quingentorum florenorum in quodam festo. Quæ respondit, Domine ego sum bene induta, sed amore Dei restituatis, &c. Ad quam vir, Si omnia haberem restituere, oporteret me mendicare, quia omnia quæ habeo sunt de vsuris. Et ipsã dixit, Domine ego faciam vobis partem de dote mea, quæ non est de vsuris. Dabo vobis quinque millia florenorum, & quinque millia pro me restantia ad victum nostrum ordino, his vivere poterimus. Ista erat bona vxor. Sed modò oportet quod viri faciant vsuras vt satisfaciant vanitatibus vxorum. Ideo exemplo serpentis, qui cum labore deponit pellem, renouamini. Hoc dicit scriptura. Expoliantes vos veterem hominem, cum actibus suis, & indutentes nouum, eum qui renouatur in agnitionem Dei, secundam imaginem eius qui creauit eum, ad Colloss. 3. tertio. Dico tertiò quod debemus renouari per puram castitatem propter fationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

prædictas, similiter carnalitas est aliquo modo initium omniū malorum, quantum ad delectationem carnis inclinādo ad concupiscētias. Sicut superbia quantum ad auersionem, & auaritia quantum ad conuersionem. Ita luxuria quantum ad delectationem est initium peccatorum. Ideo Apostolus, Condelector enim legi Dei secundū interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. ad Rom. 7. Et loquitur Apostolus in persona cuiuslibet nostrūm, Ergo de carne procedunt peccata quantum ad delectationem. Si ergo volumus renouari, recipiamus castitatem purā. Hoc nobis ostendit terra, quę in hyeme est tota lutosa, aquosa, & sine fructu, sed in vere renouatur, siccatur, & tandem fa cit fructum. Ita debet facere quilibet nostrum. Si aliquis primò erat lutosus per luxuriam, exiccetur per castitatem. Similiter si aliquis peccauerit aquosus per gulā, siccetur per abstinētiam, & infructuosus faciat fructum meritorum & bonorum operū. Proh dolor, multorum vita modò est infructuosa & aquosa. Et sicut tempore diluuij, quando Noë emisit columbam, quia non inuenit vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad arcam. Ita est modò de Spiritu sancto, quia tota terra est lutosa per luxuriam, non requiescit in talibus lutosis. Ideo nos exiccare debemus per castitatem. Ideo orauit Dauid dicens: Emitte spiritum tuum, & creabuntur, scilicet virtutes infusę. Non dicit formabuntur. Nam aliquæ sunt virtutes quæ exeunt de potentia materiæ, scilicet per multiplicationem actuum, & dicuntur virtutes vsuales. Aliæ sunt quæ solùm dantur ex infusione, & istæ creantur in anima, vt virtutes theologicales, septem dona Spiritus sancti, & etiam virtutes morales infusę, & dicūtur infusę quia creantur. Et istas petebat Dauid, Emitte spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ, scilicet carnis. Ecce quare dicit thema, Nos in nouitate vitæ ambulemus. Deo gratias.

Virtutes acquisitæ & infusæ.

Dominica VI. *post* Trinitatem. Sermo V.

De modo ambulandi ad paradisum.

NOs *in nouitate vitæ ambulemus.* Habetur verbū istud textualiter ad Ro. 6. & in epistola curretis dominicæ officiatur. De præsenti themate intendo declarare in hoc sermone omnes modos quos Deus ordinauit ad eundum ad paradisum, quia dat mihi motiuū. Credo quod materia sit bona & vtilis pro peccatorum correctione, & animarum nostrarum cōsolatione, sed saluetur virgo Maria. In hoc verbo loquitur Apostolus personis quæ diu vixerunt in peccato mortali & mala vita, vt renouentur vt arbores, quę in hyeme videntur mortuę, sine foliis, floribus, fructibus, sed in vere renouātur, emittunt flores & folia, & similiter faciunt fructum. Ita debet esse de nobis. Persona quæ

quæ viuit in peccatis est in hyeme frigiditatis sine amore Dei & proximi, sine fructu operis meritorij & virtutum. Ideo renouetur emittendo flores redolentes lacrymarum, compunctionum gemitum, & suspiriorum in peccatis. Nullus ramus florum tantū redolet apud Deum. Tales possunt dicere verbum sapientis, Flores apparuerunt in terra nostra, &c. Cantic. 2. Deinde vt arbor debet facere folia viridia. Ecce verba cōfessionis accusantia, quādo dicitur. Pater ego feci sic & sic, & hoc & hoc, & cōfitetur omnia peccata. Ista sunt folia recentia, quæ refrigerant animam. Apoc. vl. Folia ligni, scilicet hominis, ad sanitatem gentium. Deinde debet facere fructus, scilicet opera pœnitētialia, orationes, eleemosynas, ieiunia, vigilias, audite missas, sermones, & huiusmodi. De istis fructibus dicit Christus: Facite fructus dignos pœnitentiæ. Luc. 3. Aliàs modicum valeret arbor quæ faceret flores & folia, & non fructus. Ecce qualiter debemus renouari ad instar arboris in æstate floribus & fructibus, scilicet deuotionis & amoris Dei, tunc de talibus verificatur verbū illud Marc. Video homines velut arbores ambulantes. Marc. 8. Ambulare dicuntur arbores quādo faciunt flores. Ecce prima die ra. Secunda quando faciunt folia. Tertia quando faciunt fructus. Ideo dicit Apostolus in themate. Nos, sup. peccatores, quia nullus potest peccatis excusari, in nouitate vitæ ambulemus. Patet thema. Quæsumus amore vestri in sacra scriptura modos eundi ad paradisum, postquàm homo est renatus in nouitate vitæ. Et inuenimus quinque modos ambulandi per bonam viam ad cælum. Ambulant enim

Quidam equitando honorabiliter,
Quidam vadunt pedites ambulando humiliter,
Quidam nauigando delectabiliter,
Quidam natando periculosè
Quidam volando virtuosè.

Non inueni plures modos eundi ad paradisum. Pro quolibet istorū dicit thema. Nos in noui. &c. Dico primò quod quidā ad gloriā vadunt equitando honorabiliter, vt personæ virgines homines & mulieres, qui nunquā ceciderūt in luto luxuriæ per aliquā immunditiā voluntariā, qui si somniādo cōtra voluntatē, &c. non ex hoc perditur virginitas. Itē si mulier violatur, ipsa contradicente quātum potest, nō ex hoc perditur virginitas, nec amittit coronā virginitatis, nisi voluntariè cōsentiat. Ideo custodiatur voluntas, nec consentiat. Tales enim personæ virgines vadunt ad cælum equitādo honorabiliter. Corpus est equus, spiritus est miles, equi eorum, scilicet hominum, caro & non spiritus. Esa. 31. Rectè sicut equus regitur à milite freno & calcaribus, ita personę virgines gubernant equum corporis freno temperantiæ. Qui autem vult cōseruare virginitatem vel castitatem, debet gubernare corpus freno temperantię, quia quātum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunque equus sit malus & rebellis, si sibi auferatur auena, fit simplex & bonus. Idē de corpore nostro, si abstinemus à nimio cibo & potu & delicijs, efficitur simplex. Aliter enim persona gulosa erit semper luxuriosa. Ideo sunt in mundo tot mali clerici & religiosi, quia equitant malum equum, & sine freno temperantiæ. Ideo cadunt in lutum luxuriæ & corruptionis. Ideo dicebat beatus Iacobus de se, & de illis qui freno temperantiæ regunt equum corporis, & ait, Equis frena in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus. Iaco. 3. Item etiam sunt necessaria calcaria in dextro pede & sinistro, quę sunt amor paradisi, & timor inferni. Istis duobus calcaribus gubernatur corpus, scilicet amore salutionis, & timore damnationis. Si autem equus corporis sit piger in bonis faciendis, percutiatur calcari dextero per talem considerationem. Labora modò, quia ex isto modico labore acquires requiem perpetuam, vel cum sinistro dicendo, Labora modò ribalde, quia nisi modò labores, in inferno continuè laborabis sine requie. Nisi modò ieiunes, in inferno ieiunabis sine fructu. Idem de cilicio, disciplinis, & alijs afflictionibus corporis. De istis calcaribus auctoritas, Qui timetis Dominum. Ecce de pede sinistro. Diligite illum. Ecce de dextro. Et illuminabuntur corda vestra, scilicet ad bene operandum. Ecclesiast. secundo. Tales vadunt ad paradisum, equitando honorabiliter, vitando omnes occasiones & opportunitates illius peccati. Tales vadunt equitando cum Christo, & virgine Maria, & beatis Apostolis, Paulo, & Ioanne, &c. De istis dicit Christus Ioanni Euangelistæ, Habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua, & ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt. Apocalyps. 3. Nota habes pauca nomina, id est personas dignas nomine, in Sardis, quæ secundum interpretationem Hebraicam interpretatur, principatus pulchritudo. Tres sunt gradus castitatis, scilicet,

Castitas coniugalis,
Castitas vidualis,
Castitas virginalis.

Tertius gradus tenet principatum. Castitas cōiugalis est quādo vir & vxor seruant fidelitatem sibi, & modum, &c. Secundus gradus est melior vidualis, illorū qui ex matrimonio vel alias perdiderunt virginitatem, sed de cetero custodierunt se. Cauent ab opportunitatibus, nō vagantur in aperto, quia dicitur quod femina & gallina citò perduntur vagādo. Vt Dina filia Iacob, quæ cū expressa fuisset vt videret mulieres illius regionis, eamque vidisset Sichen filius Emor rex princeps terrę illius, adamauit eam, & rapuit, & dormiuit cū illa, vi opprimens virginem. Et cōglutinata est anima, &c. vt habetur Gene. 34. Tertius gradus est optimus, s. castitas virginalis. Vnde venerabilis Beda, Bona est castitas coniugalis, melior est continentia vidualis, sed optima virginalis. Ecce quare dicit, Habes pauca nomina in Sardis, id est in principatus pulchritudine, quia solùm pueros & puellas innocentes, quibus ætas aufert posse, &c. quia statim quando sunt quindecim vel citra annorum, perquirunt lupanaria, &c. Solùm ergo pueri paruuli vadunt equitando honorabiliter ad paradisum, & possunt dicere, Nos in nouitate vitæ ambulemus. Dominus Iesus non habuit exercitum equitum. Secundus modus est aliquorum, qui vadunt pedites humiliter, sicut sunt illi qui nesciunt gubernare equum corporis freno temperantiæ, & calcaribus amoris & timoris, & perdiderunt virginitatem, illos oportet ire pedites. Isti sunt continentes emendati. Si dicatur, Nunquid possunt redire ad equos? Dico quod non. Milites vel scutiferi si cadunt de equo possunt iterum ascendere, & rex vel dominus potest eis dare alium equum. Sed qui perdidit virginitatem, non potest iterum recuperare, immo dico fortiùs, quod Deus non posset. Ego nō auderem hoc dicere, nisi haberem doctorem authenticum hoc dicentem, scilicet Hieron. Audenter loquar, quia cùm omnia possit Deus, non potest tamen de corrupta facere incorruptam. Quia dicunt doctores quod includeret contradictionem. Quid est esse virginem? non scilicet gustasse, &c. Si ergo gustasti, non potes non gustasse. Sed si facis pœnitentiam, saluaberis, sed non coronaberis, nec habebis coronam virginitatis. De hoc vide sanctum Thomam 1. parte, quæst. 25. articulo tertio. Omnes vadimus pedites, quia mala premunt hic. Ideo cum labore suspirando, & gemendo, sudando ascendimus pedites ad montem. Sudores animæ sunt lacrymæ contritionis dicendo: O miser si saluabor. Secūs de illis qui vadunt equitando, quia lætè & cantando ambulant. Sed habemus tres consolationes, quas Deus dat peditantibus, sicut fit in his qui vadunt pedites peregrinādo, scilicet de vmbra. Secunda de tabernis. Tertia de bona societate, loquendo bonos sermones, & sic transeunt viam, ita de nobis. Debemus habere consolationem ad vmbram arboris crucis Christi, & vitę eius laboriosę, & ibi quiescatis memorando quod legitur de Christo quod aliquoties fatigatus ex itinere super fontem sedens quieuit, vt habetur Ioannis quarto. Ipse qui portat & sustinet totum modum voluit sustinere & ostendere illos labores, vt nobis daret exemplum. Item cogitando labores passionis in cruce, quando dixit, sitio, & non dederunt sibi aquam, nec bonum vinum, sed acetum. De ista consolatione dicit scriptura, Sub vmbra illius quam desiderabant sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Cantico. 2. Secundum remedium confortatiuum sine consolatio est, quod sunt tabernæ de vno milliari in aliud. Ita etiam Christus parauit nobis tabernam, scilicet eccle-

siam,

siam, vt comedamus & bibamus communicando. In illa hostia cõsecrata, est cibus & potus corporis & sanguinis Domini. Ideo in huius figurã dixit Angelus Eliæ itinerãti pedibus. Surge, comede, quia dis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius vsque ad mõtem Dei Oreb. 3. Reg. 19. Figura fuit. Angelus sacerdos est qui debet tenere vitã angelicam, castã, & honestã, qui dat nobis cibum & potum in communione, & sic anima cõfortatur, vt possit ire vsq; ad montẽ Dei. Tertium confortatiuum est de bona societate, vnus portat aliũ loquendo. Ita in via paradisi habere debemus societatem cum bonis, audire bona verba, sermones, missas, & sic lætè trãsibimus viam. Factũ est mihi verbũ tuum in gaudium, & in lætitiã cordis mei. Hiere. 15. Vnde dicit Apostolus, Obsecro vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportãtes inuicẽ in charitate. ad Ephe 4. Tertiò vadunt quidã nauigando delectabiliter. In naui enim bona cantando solatiosè homo vadit. Isto modo personę religiosę in magna & firma naui religionis approbatæ hoc mare magnum huius sæculi faciliter trãseunt vsque ad portã paradisi, si seruãt religionem, alias ad infernum descendunt. Religio enim est magna nauis trium coopertarum, quia religio essentialiter in tribus votis cõsistit. Prima coopertura est paupertas apostolicalis, cui obligamur per votũm solenne. Solum debemus tenere necessaria strictè & cum licentia. Secunda est castitas angelicalis. Sicut enim in secunda coopertura nauis stant merces & pretiosa, ita etiam castitatis votum est thesaurus pretiosus. Tertia est obedientia generalis. Per tertiam cooperturam discurrũt marinarij iuxta imperiũ patroni, & statim obediunt dicẽtes: factum est Domine. Ita etiã religiosi mouentur secundum obedientiam ad mandatum prælati. Ideo de religione dicitur, Facta est quasi nauis institoris, de longo portans panem suum. Prouerb. vlt. Ideo personæ religiosę delectabiliter possunt transire. Secùs de vobis, quia cum magnis laboribus trãsitis, religiosum autem cantando missas, non oportet eum curare quid comedet seu bibet, & sic nauis facit suã viam. Sunt ibi merces cæremoniarum. Iam est totum scriptum quid habet facere religiosus, sed quando aliquis apostatat dimittẽdo habitum, nihil aliud est quàm de naui proijcere se in mare. Et potest dicere si euadat, Profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulaui. Ecclesiast. 24. Quartò vadunt quidam nauigando periculosè, sicut sunt homines mundani, actuosi, & negotijs mundanis implicati, qui in negotijs inuoluti vt natãtes capite supra eleuato, cum magna vi trãseunt vndas temporalitatũ periculosè. Ideo Dauid orabat, dicens: Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, &c. Psalm. 68. vbi ponit tria pericula. Pri-

Primum ibi, Quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam, quia quando aquæ auaritiæ intrãt vsque ad animam, submersi estis, quia quando ex auaritia facitis vsuram, rapinam, furtum, vel retinetis rem alienam inuentam solidatam, &c. factum est, vos estis perditi. Secundum est ibi, Infixus sum in limbo profundi, scilicet peccati luxuriæ. O quot submergũtur hic, tot sunt occasiones, &c. Tertium est ibi, Veni in altitudinem maris, scilicet dignitatis, officij, prælationis, vel dominij, & non curant iustitiam nec de correctione peccatorum publicorum. Ideo sequitur, tempestas demersit me. Remediũ quod habet natans est quod tenear caput eleuatum extra aquas, ita e nobis est. Ideo attendatis quod in aquis negotiorum vestrorum caput, scilicet intentio sit eleuata in altum ad Deum, quod in nullo negotio faciatis aliquid contra Deum. Ideo Christus, Leuate capita vestra. Luc. 21. De isto modo ambulandi dicit Apostolus: Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, nõ quasi insipientes, sed vt sapientes redimentes tempus, quoniã dies mali sunt. ad Ephe. 5. Sicutẽ natat qui mittit caput sub aquis, sapienter qui eleuat caput. Quartò vadunt quidam volando virtuosè. Isti sunt contemplatiui eleuati, qui duabus alis, scilicet orationis & contemplationis, vel lectionis, & auditionis, sublimiter volant in cælum, non tangẽtes terram. De istis dicit Esaias propheta: Qui sperant in Domino mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilę, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Esa. 40. Nota, mutabunt fortitudinem, quia licèt sint debiles corpore, sunt tamen fortes in animus, assument pennas, scilicet orationis & lectionis. Sed dices fortè, Non omnes sciũt legere. Nota hic modum quomodo omnes scientes legere. Nota, quod erat quædam mulier, quæ nescibat legere, solũm sciebat Pater noster, & Aue Maria, & Credo in Deum. Et quando ibat ad ecclesiam, semper portabat secum vnum librum, & legẽdo in illo plorabat acriter. Qui autem cognoscebant eã, scientes quod nescibat legere, mirabantur. Quidam deuotus quæsiuit ab ea, quid legeret in dicto libro, & quod ostenderet sibi librum petiuit. Respondit illa, Vos nescietis legere in libro meo, sicut nec ego in vestris. Tandem diu rogata, ostendit sibi librum, in quo erãt solũm quatuor chartæ. Prima erat tota alba. O dixit ille, non sunt hic literæ, ego nescirem hic legere. Dicatur quomodo mulier dixit, quod in illa charta ipsa legebat puritatem Christi, & virginis Mariæ, & propter hoc ploro, quod ego sum ita impura, & turpis ex peccatis meis. Secunda charta erat tota rubea, in qua dixit se legere Christi passionẽ dolorosam in die Veneris sancta peractam, in qua totum corpus erat sanguineum ex flagellationibus, & caput ex coronã, & sic de alijs. Tertia charta erat nigra, in qua legebat tenebras inferni, & eius pœnas & dolores. Quarta charta erat deaurata, in qua lege-

Universidad de Deusto
Biblioteca

legebat gloriam paradisi resplendentem. Ecce qualiter spiritus sanctus docuit illam mulierem legere. Ita potestis vos omnes legere pari modo. Itē cōtemplādo illa quæ audis in sermonibus. Tales vadūt volando. De quibus dicit Esa. Qui sunt isti, qui vt nubes volāt, & quasi columbæ ad fenestras suas? Esa. 60. Contemplatiui autē vt nubes eleuantur à terra, & emittunt pluuiam lacrymarum ad fructificandum, quasi columbę simplices, non nocent alicui cum vngulis per rapinam, furtum, vel alias. Nec cum rostro diffamando, nec mētiendo. Ecce quare dicit thema. Nos in nouitate vitæ ambulemus.

Dominica VII. post festum Trinitatis de Euangelio. *Sermo I.*

Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinet me. Mat. 8. Noster sermo secundum quod requirit Dominica, erit de sancto euangelio, &c. Salutetur virgo Maria, &c. & resumatur thema, Euangelium hodiernum declarat nobis de Christo Iesu tres excellentias & virtutes. Et sunt istæ,

Prima est clementia paternalis,
Secunda potentia diuinalis,
Tertia est prouidentia virtualis.

Prima ostenditur in principio euangelij, secunda in medio, tertia in fine. Et in his tribus erit noster sermo. Dico primò quod ostenditur de Christo in euangelio clementia paternalis, quia sicut pater erga filios mouetur clementia paternali, ad prouidendum filijs de omnibus necessarijs, etiam si non petant. ita & Christus. Istam clementiā ostendit Christus pater noster, de qua clemētia loquitur thema dicens, Misereor super turbam, &c. Et vt melius istam clementiam intelligatis, dicit principium euangelij hodierni, Cùm turba multa esset cū Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis ait illis, Misereor super turbā, vsque, de longe venerunt. Dicit super hoc ille deuotus doctor Beda, quod gentes sequebantur Christum quatuor rationibus. Aliqui ex charitate & deuotione, quam habebant ad eum, & ad verba Dei incarnati. O qualem consolationem dabant auribus audientium. Quidā sequebantur ex necessitate, vt infirmi, cæci, vt reciperent visum, surdi auditū, muti loquelam, & sic de aliis. Quidam sequebantur ex curiositate solùm & vanitate, vt miracula viderent, dicendo: videam si faciat aliquod miraculum. Quidam ex malignitate, si possent eum reprehendere in aliquo verbo, vt possent eum accusare dicendo: Iste Iesus filius illius fabri lignarij Ioseph nunquam studuit, non potest esse quin erret. O illi fatui, nescibant quod in studio trinitatis studuerat. Istis quatuor rationibus gentes sequebantur eum, in tantum quod dicit euangelium, quod quatuor millia hominum fuerunt cum eo in deserto, extra parvulos & mulieres, vt patet Matt. 14. Parvuli, vt dicit glo. viginti annorum,

rū, & infrà. vt patet Num. 1. c. Alia vice inuenit se cum quinque millibus hominū, exceptis paruulis & mulieribus. Ideo dicit, Cùm turba multa esset cum Iesu, &c. quia ibi erant quatuor millia hominū, & fortè totidem mulieres, & tot etiam paruuli. Ita quod fortè erant 12. vel 14. millia, & prima die qua venerunt ad Iesum, comedebant medietatem illorum quæ portauerant, in secunda die aliam medietatem, tertia die nihil habebant ad comedendum, sed habebant magnā deuotionem ad Christum. Et ipse Iesus pius pater postquam in prædicatione dederat eis cibum spiritualem, voluit etiam post prædicationem dare eis cibum corporalem. Et vocatis Apostolis tanquam consiliarijs dixit eis, Misereor super turbā, &c. Apostoli vt rudes responderunt, Vnde illos poterit quis hic saturare panibus in solitudine, & nos qui non habemus denariū, nec quinquaginta denarij argētei sufficerēt. quasi dicerēt, nō est remediū nisi vt pereant. O grossi, deberetis dicere talia Christo? &c. Hic dico q̄ ostenditur in Christo clemētia paternalis, quia nō reperio q̄ illę gētes aliquid peterēt à Christo ad comedēdum, tamē ipse habebat de eis compassionē, & paternalē clemētiam. Nam pater qui habet filios, nō expectat quod filij petant necessaria, sed ipse prouidet. Sic fecit Christ⁹, cuius viscera paterna mota sunt ex cōpassione. Et fuit cōpleta illa prophetia Dauid in Psal. 102. Benedic anima mea Domino, Quomodo miseretur pater filiorū, misert⁹ est Domin⁹ timētibus se, quoniā ipse cognouit figmētum nostrū. No. figmētum nostrū, s. naturale & morale. Figmētū naturale est corp⁹. Figulus siue magister fuit De⁹. Figmētū corpus nostrū, de argilla formatū. Figmētū morale est cōsuetudo filiorū ad patrē, quia licēt nō petāt, quasi dicēdo: Ego sum bonus puer, nō peto aliquid, ideo dicit figmentū, quia fingūt se nō quærere, tamē in corde illud petūt & desiderāt, talis fictio bona est. Nota hic secretū cū dicit, Misereor super turbā O Domine quare habetis cōpassionē? Respondet, quia ecce iā triduo sustinēt me. Ista ratio, iā triduo sustinēt me, est sufficiēs mouere viscera suæ misericordię ad dandū nobis necessaria, quia aliter si nō fuisset sufficiēs, nō eā Christus assignasset. Ideo dico q̄ quilibet cuiuscūq; sit stat⁹ poterit habere abundāter & ꝓuisionē de omnib⁹ sibi necessarijs, si triduo sustinet Christū. Hoc potest ꝓbari in quolibet statu, qui sunt, scilicet,

Primus status est dominorum temporalium,
Secundus prælatorum,
Tertius religiosorum,
Quartus clericorum,
Quintus coniugatorum,
Sextus viduarum,
Septimus virginum.

Primus status mundi est dominorum temporalium, qui si triduo sustinent

stinent Christum, non oportet dubitare quin habeant in hoc mundo abundãtiam, & in alio gloriam. Tres dies sunt tres virtutes quas debent habere.

Primus dies est iustitia generalis,
Secundus est modestia personalis,
Tertius est reuerentia diuinalis.

Quantum ad primum. Prima virtus est iustitia generalis, quia pauperi sicut dimti debent ministrare iustitiam. Item nec pecunijs nec amore, nec fauore, seu odio corrumpere iustitiam, non attendere compatrem, &c. Quantum ad secundum, modestia personalis est quod domini temporales honestè sint sociati, vt viuant secundùm redditus quos habent, non facere pompas & superfluitates, nõ magis expendere quàm redditus possunt portare, non ditare aliquos, & depauperare alios, sed tribuere vnicuique secundum suum laborem, non facere extorsiones in populo, &c. Quantum ad tertium, quia secundùm quod sunt Deo magis similes in dominio, maiorem debent Deo reuerentiam exhibere, & non debent aliquid recipere de ecclesia, nec occupare decimas seu primitias, nec aliquid recipere de bonis ecclesiç nec intromittere se de ecclesiastica iurisdictione, honorare prælatos, nõn loqui in missa. Si istud triduum habeant domini & rectores populorum, dicit Christus de eis. Misereor super turbam, scilicet dominorum, quia ecce iam triduo sustinent me. Secundum triduum est prælatorum, & deberent habere tria, scilicet,

Præsidentiam spiritualem,
Prouidentiam pastoralem,
Sanctimoniam personalem.

De primo, vt scilicet videat prælatus si intrauit per portam, nõ precibus dominorum nobilium, non per potentiam armorum, nec per munera, vt per simoniam, vel aliàs iniustè, nisi per puram electionem vel prouisionem Papæ, ipso pœnitus non procurãte, quia aliàs non intrat per portam, sed saltat per parietes, iuxta illud: Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Ioann. 10. De secundo debent habere prouidentiam pastoralem, quia nominantur pastores, & non domini. Ideo antiquitùs non dicebantur domini, sed patres vel pastores, & non domini, ideo portant baculum vt pascant oues doctrina sancta, & exemplo vitæ. De tertio debent prælati habere sanctimoniam personalem, videlicet quod prælatus sit laudabilis vitæ, conuersationis honestæ. Et tunc dicit Christus, Misereor super turbam, scilicet prælatorum. Tertium triduum est religiosorum, in quo habent sustinere Deum, & tria habent debere, quæ sunt scilicet,

Paupertas apostolicalis, *Castitas*

Castitas angelicalis,
Obedientia vniuersalis.

De primo, quia non debent habere iocalia, nec aliquid vt proprium possidere. Item secundò debent habere oculos castos in aspiciendo, aures in audiendo, manus in tangendo, &c. totum corpus debet esse castum in conuersando. Item tertiò debent habere obedientiam vniuersalem, vt sint obedientes non solùm ad præcepta & vota, sed etiam ad cęremonias, in cibo, vestitu, ieiunijs, & in alijs cęremonijs. Et si religiosus fuerit sic obediens, Deus infallibiliter prouidebit tali religioso de cappa, scapulari, &c. Et Christus dicet: Misereor super turbam, scilicet religiosorum. Quartum triduum est clericorum, scilicet,

Diligenter officiare,
Deuotè celebrare,
Honestè conuersari.

De primo, scilicet distinctè & attentè dicere officium diuinum. De secundo, non pro pecunijs nec vana gloria celebrare. De tertio, honesta conuersatio est ne sit concubinarius, nec ioculator, nec lusor, nec bibulus, &c. Et dicet Christus, Misereor super turbam, scilicet clericorum. Quintum triduum est coniugatorum, scilicet,

Amor cordialis,
Fides coniugalis,
Sedulitas doctrinalis.

De primo, quod amor nuptialis duret semper, nõ despiciat vnus alterum, sed vnus supportet alium in defectu suo. De secundo, quod nec maritus nec vxor corpus suum tradat alteri, immo citiùs mori eligere debet. De tertio, quod si habent filios vel filias, instruãt eos in bonis operibus & doctrinis, non solùm pater tenetur prouidere filijs in cibo, & potu, sed etiã in doctrina, ne urent, ne mentiantur, ne furentur, ne sibi iniurientur, & si sibi iniuriantur, quod petãt veniam. Item dicatur contra illam consuetudinem de puellis remanentibus in domo in festis, nec vadunt ad missam, sed bene vadunt ad vanitates, ad tripudia, &c. & si ista fuerint in statu coniugatorum, dicet Christus, Misereor super turbam, scilicet coniugatorum. Sextum triduum est viduarum, scilicet,

Deuotio spiritualis,
Afflictio corporalis,
Miseratio fraternalis.

De primo, vidua debet facere computum cum Christo, audire missas, sermones, orare: quia quando sunt in matrimonio, non possunt illa facere ita liberaliter, &c. Quantũ ad secundũ scilicet ieiunãdo, portãdo cilicia, quia libera est, & potest affligere corp' sine preiudicio alicuius. Secùs de illis de matrimonio. Quantum ad tertium, est libe-

libera, & potest facere eleemosynas, nec potest dicere, nō placet vro. Et si ita faciāt, dicet Christus, Misereor super turbā, s. videlicet.

Septimum triduum est virginum, scilicet,

Verecundia in facie,
Silentium in voce,
Obedientia ad parentes in opere.

Istis tribus indiget virgo, quod habeat verecundiam in facie, non respiciat hincinde, nec per fenestras, non habeat oculos sicut accipitris ad rapinam, sed columbinos. De quibus dixit Spiritus sanctus virgini Mariæ, Oculi tui columbarum. Cant. 4. Secundò quod non loquatur nisi pro necessitate. Malum signum est mulierem, maximè virginem, esse loquacem. Tertiò obediētia parentalis eis inesse debet, & debet virgo obedire parētibus. Nam si aliquis vult eam in vxorem recipere, non faciat sēcretè, sed dicat, si vultis habere me in vxorem, dicatis patri meo, &c. & fiat publicè, &c. Et dicet Christus, Misereor super turbā, scilicet virginum. Patet secretiū, & prima excellentia Christi. Dico secundò quod ostenditur in Euangelio de Christo potentia diuinalis, quando ostendit quod erat verus Deus per miraculum quod fecit. Postquàm enim dicit Apostolis, Misereor super turbam, quia ecce iam triduo sustinet me. Apostoli respōderunt, Vnde possumus habere panē vt comedant, &c. Dixit Christus, Inquiratis vos quot panes possetis habere. Credatis quod aliquis clamauit, si habebat aliquis panem, &c. Totum hoc fecit Christ⁹, vt appareret miraculum propter panis defectum, & inter omnes solùm inuenerunt septē panes, & pisciculos paucos, in quantitate & etiam in qualitate. Et dicitur Marc. 6. quod Christus præcepit vt discumbere facerent omnes secundùm contubernia, discubuerunt secundum partes in centenos & quadragenos. Erat inter eos ordo sessionum, vt Apostoli seruiendo possent transire. Sedebant enim centum in longum, & quadraginta per transuersum, ita quod centum quadraginta sunt quatuor millia hominum ad vnā partē. Mulieres cum pueris ad aliam. Voluit Christus vt ita essent ordinati, vt honestiùs comederent. Nam quæ à Deo sunt, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit, ad Roma 13. Moraliter habemus exēplum, quantum placet Deo seruare ordinationem, tenere regulam certam, quilibet secundum suum statum. Religiosus quod teneat ordinationem & regulam sui ordinis, nec oportet amplius addere. Clericus etiā bene ordinatus est, qui surgit æquali hora, debet surgere ad matutinas, dicere missam, &c. Dicatur contra illos qui nullum ordinem seruant, modò surgunt ad matutinas, modò non, nec dicunt missas nisi pro pecunijs. Istud non est ordo sed cōfusio. Idem hic de sæcularibus, qui certo tēpore, scilicet mane & sero genibus flexis faciant suam orationem, nec dimittant. Istud est ordo.

ordo. Dicatur contra illos qui aliquoties orant, aliquoties nō, nullū ordinē seruant. Ecce qualiter Christus voluit vt essent ordinati antequam eis daret ad comedendum. Ideo Apostolus, Omnia honestè & secundum ordinem fiant in vobis. 1. ad Corint. 14. Postquàm enim fuerunt ordinati, dixerunt Discipuli siue Apostoli Christo, Domine iā sunt ordinati, homines seorsum, & mulieres cum pueris seorsum. Modò dixit Christus, Date mihi panes & pisces, & elevatis oculis in cælum, benedixit. Hīc dedit nobis Christus exemplum vt antequam comedamus, benedicamus cibum. Ratio, quia serpens infernus in radice venenauit omnē cibum, ideo ostendit Christus vt sumamus theriacā benedictionis, scilicet præmittere debemus aliquam orationem ante cibum. Ideo Apostolus, Cibos creauit Deus ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, &c. 1. Tim. 4. Itē omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendū, quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. 1 ad Timo. 4. Deinde vocatis Apostolis vt distribuerent de illis septem panibus, & duobus piscibus, satiauit totam illam multitudinem. Si diceret aliquis, Quomodo est possibile quod de septem panibus fieret tantam multitudinē? dicatur quomodo illi panes & pisces fuerunt triplicitèr multiplicati. Primò in manibus Christi diuinitatis. Secundò in manibus & sinu Apostolorum seruientiū. Tertiò in ore comedentium. Et sic dicit, ꝙ comederunt & saturati sunt. Ecce hic potētia diuinalis. Nam sicut creatio à sola Dei potētia, sic etiā subita multiplicatio. Sed hic est vna quæstio. Euangelium facit mentionē de cibo, sed non de potu. Iam scitis, quod prandium sine potu modicū valet, immo comedere, & non bibere afflictio est, maximè illis qui stant ad solē in campis, nec legitur quod habuerunt vinum nec aquam. Ex tribus possumus habere responsionem.

Primò per practicam vsualem,
Secundò per auctoritatem scripturalem,
Tertiò per figuram allegoricalem.

Pro primò. Nā Deus præcepit Moysi vt percuteret petrā, vt biberet populꝰ sitibundus, &c. Moyses percussit cū virga, & exibat viua aqua, & bibit populꝰ, & aqua secuta est eos in deserto. Num. 20. Si ergo de supe exiuit aqua viua, ita possumus cogitare, ꝙ de illo panē & pisce exibat liquor miraculosè, & rigabat guttura, & sic erat fiēdū ꝓpter necessitatē & vtilitatē, quia aliàs cōuiuiū nō fuisset perfectū. Pro secūdo. Dicit enim scrip. Date magnificētiā Deo nostro, Dei perfecta sunt opera. Deu. 32. Ergo cōuiuiū fuit perfectū dicendū ꝙ Christus prouidit de dicto liquore. De tertio, s. per figurā allegoricalē. Nā ille cibꝰ fuit figura corporis Christi in cōmunione. De quo dicūt aliqui simplices, O isti presbyteri decipiūt nos, dādo nobis in cōmunione corpus Christi, & nō dādo sanguinē, tamē ipsi totum sumūt.

Dica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicatur quod ista quæstio venit ex ignorantia. Nam in hostia cõsecrata est tantũ de sanguine, sicut in calice. Nam ibi est corpus Christi viuum, corpus viuum non est sine sanguine, ideo ibi est sanguis. Ideo qui sumit corpus, sumit & sanguinem. Ita quod hostia cõsecrata est cibus & potus, aliter esset periculũ. Quia dicit Christus, Amẽ amen dico vobis, nisi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nõ habebitis vitã in vobis. Qui mãducat meã carnem, & bibit meum sanguinẽ, habet vitã æternam. Ioan. 6. Dico tertiò quod ostenditur prouidentia virtualis. Iam scitis quod communiter in principio mensę seruatur silentium, & quilibet curat de comestione. Sed postquã iã biberũt bis vel ter, tunc loquitur vnus ad alium per transuersum mensę. Sic fuit de illis, quando fuerunt latiati, incœperunt loqui ad inuicem. Dicebat vnus, Ego fui in magnis conuiuijs, sed nunquam gustaui tã sapidum cibum, nec ego, dicebat alter. O quale prandium habuimus. Ratio, quia dicunt doctores quod opera quę Deus miraculo facit, sunt meliora & perfectiora, q̃ illa quæ fiunt per naturã vel per artẽ, vt patet de vino Architrichini, idem de cæcis illuminatis. Sic igitur patet quod illi panes & pisces fuerunt optimi. Ideo quilibet volebat reseruare. Dicebat vir, Istud reseruabo pro vxore mea, & per oppositũ. Et mulier dicebat, Istud reseruabo pro filijs meis, vna in sinu, alio in sacco, &c. Et Christus præcepit Apostolis vt colligerent. Parcatis mihi sanctę pater, quia si ego fuissem ibi, ego impleuissem sinum meum. Moraliter hic sunt duo secreta, literale, & morale. Literale est, quod illud quod superest in mensa, scilicet frustum, debemus dare pauperibus Christi, iuxta Christi consilium, Quod supereſt, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Luc. 11. Not. omnia, scilicet locationes, & aliquæ superfluitates factæ in mensa, munda sunt vel fiunt per eleemosynã. Secretum morale, quia nos nõ fuimus digni vt essemus in illo conuiuio, faciamus ergo nos vt rapaces, qui post prãdium dominorũ perquirũt fragmenta in sportis, quia dicitur quòd collegerũt septem sportas. Septem sportæ nobis diuisę, sunt septem opera pœnitentialia, de quibus satiari debemus in hoc mundo. Prima sporta est contritio cordialis, frusta sunt dolores cuiuslibet peccati, &c. Secunda cõfessio oris, quãtumcunq; sint verecunda operã frigenda sunt & aperienda in confessione. Tertia est afflictio corporis, vt ieiunia, cilicij. Quarta est oratio spiritus, non solùm oris, sed & spiritu orandum est. Quinta est restitutio de iniusto. Sexta est remissio iniuriarũ, quia castra tua fortia nõ valẽt tibi pro salute animæ. Septima est cõmunio, &c. Et post illud prandium veniemus ad prandiũ paradisi in mẽsa Christi, vbi erit refectio sine defectu. Ideo Christus, Vos estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnũ, vt edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo. Luc. 12. Vel si vis potest dicere, quod istæ septem sportę sunt septem dona spiritus sancti. de quibus Esa. 11. Spiritus Domini, Spiritus sapientię, & intellectus, Spiritus consilij, & fortitudinis, Spiritus scientię & pietatis, Spiritus timoris domini. Spiritus sapiẽtiæ, ecce hic vnus panis ad cognoscendum Deum, & potentiam, & sapientiam, & elementiam, &c. Spiritus intellectus, ecce alius panis ad intelligendũ secreta diuinę scripturę. Spiritus cõsilij, ad intelligendum bona, & extirpandum mala. Spiritus fortitudinis, panis ad corroborandum cõtra diabolicas tentationes. Spiritus scientiæ, ad discernendum bonum à malo. Spiritus pietatis, ad subueniendũ pauperibus, & personis mirabilibus. Spiritus timoris Domini vt quilibet sciat se preseruare à peccato & diabolicis tẽtationibus. Ecce hic septem panes, vel septem sportę, & septem dona Spiritus sancti.

Officia septẽ donorũ Spiritus sancti.

De eadem Dominica septima.

De effectu gratiæ dei. Sermo 11.

RAtia Dei vita æterna. ad Rom. 6. c. originaliter, recitatiuè verò in epistola currẽtis dominicæ scribitur. Verbum istud dat mihi motiuum prædicandi de necessitate habendi gratiam Dei, & de vtilitate quam facit in personis. Materia est subtilis & intricata, habebimus speculationes theologicales, & materias morales. Salutetur virgo Maria, deinde resumatur them. Quæstio subtilis est in theologia, de gratia Dei, & est ista, Vtrum aliqua persona humana in hoc mũdo ex bonis operibus, quæ facit seruiendo Deo & proximo, si ex illis operibus potest consequi gloriam æternam. Huic quæstioni respõdetur per distinctionem, sic, Quia talia bona opera possunt dupliciter considerari, secundum quod procedunt à principio creato; vel à principio creatore: si verò considerentur secundum quod procedunt à principio creato, scilicet ab homine vel à libero arbitrio, quando homo ex intellectu iudicat talia bona opera facienda, & libero arbitrio eligit illa, & placent sibi, operatur ea, tunc dicitur quod inquantum à tali principio procedunt, vtunt sufficiunt aliqua bona opera ad habendũ gloriam eternam. Ratio, quia tanta est dignitas & excellẽtia glorię, quod posse creaturæ nõ sufficit ad producendum illam, nec ad dandum illam, sicut equus nõ potest generare hominem, nec homo angelum, nec angelus cælum, quia est vltra suam speciem & virtutem. Ita nec homo per suũ liberum arbitrium operando bona opera potest cõsequi vitam æternã, considerando illa opera vt dictum est, scilicet inquantum procedũt ex libero arbitrio, & quo ad eorum substantiam, tamen homo per liberum arbitrium operando producit alios magnos effectus siue proportionatos, sicut claritatem intellectus ad intelligendum & scien-

Opponitur vitæ æternæ donum, potest considerari quantum ad propriam substantiam, vel quatenus gratia informatur, & in ea fit.

Sciendum, licèt persona quę viuit in peccatis, intellectum habet obscurum & tenebrosum, per mala desideria, & infirmitatē memoriæ, quia qui dat se luxuriæ & peccatis, memoriam habet debilem, & debilem voluntatem ad bonas inclinationes, & bene operandum. Ideo homo sine gratia potest facere opera ad consequendum sanitatem in corpore, quia ita sunt opera proportionata libero arbitrio. De hoc vide sanctū Tho. prima secundæ. q. 109. ar. 1. & 2. Itē potest ex bonis operib⁹ lætitiam habere in anima: quia sicut sanitas corporis lætificat, ita sanitas animæ, vt est gratia, lætificat animam. Item potest consequi bonam famam, & multa alia bona, quæ sunt effectus proportionati talium bonorum operum, sed non ad vitam æternam habendam, quia non est proportionata talibus operibus. Iuxta intellectum hunc loquitur scriptura, Non sunt condignę passiones huius tēporis ad futuram gloriā quę reuelabitur in nobis ad Roma. 8. Si verò volumus loqui de illis operibus, inquantum opera bona & virtuosa procedunt à principio creatore, scilicet Deo, qui sciens illuminat supernaturaliter voluntatem & memoriam ad bona opera operanda, sic sufficiunt ad vitam æternam habēdā, quia principium est Deus, per gratiam operans in homine. De hoc vide sanctum Tho. 1. 2. q. 114. arti. 3. Hoc declaratur per exemplum de fonte ab alto descendente. Si quæratur an illa aqua possit ascēdere, oportet per distinctionem respondere, quia si volumus loqui de aqua inquantum est elementum ponderosum, per se non potest ascendere quantum descendit. Si verò loquamur de aqua inquantum procedit de alto loco, dico quod potest ascendere, quia naturaliter aqua ascendit quantum descendit. Ita si de operibus quæ fiunt in hoc mundo volumus loqui respectu principij creati, scilicet hominis per quem fiunt, non possunt talem effectum producere, vt scilicet gloria beatur, quia non sufficit virtus naturæ. Si verò loquamur inquantum procedunt ab alto, scilicet à principio creatore, sic sufficiunt ad vitam æternam habendam. Et iuxta istum intellectum dicebat Christ⁹, Aqua, id est gratia, quę refrigerat & purificat à peccatis, quia ego dabo ei, scilicet homini, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Ioan. 4. Patet quæstio. Ideo dicit thema, Gratia Dei, id est per gratiā Dei, vita æterna, supple habetur. De hoc etiā vide. sanct. Thom. 1. par. q. 12. artic. 4. ex gratia Dei multi effectus & vtilitates sequuntur in homine, sed solùm loquar modò de tribus principalibus. Quia gratia Dei.

Exponitur locus quidā epistolæ ad Romanos insignis in hac materia.

Egregia metaphora.

Primò facit hominem exire de peccato mortali.

Secundò gratia Dei conseruat hominem in vita spirituali.

Tertiò gratia Dei facit venire in gloriam cælestialem.

De tertio loquitur thema. Gratia Dei, &c. Dico primò quod gratia Dei facit hominē exire de peccato mortali. Volo dicere quod nullus potest

potest exire peccatum mortale nisi per gratiam Dei, quia licèt quælibet persona per suum liberum arbitrium possit cadere in peccatum mortale per suam naturalem potentiam, tamen de peccato suo non potest exire nisi per gratiam Dei. Ratio. Naturaliter quælibet res redit ad suum principium naturale, vnde formata est, sicut de lapide, quem tenerem in manu, si eum dimitterem, naturaliter descēderet, sed non potest per suam naturalem potentiam ascendere. Idē de animalibus formatis de terra, ad terram reuertuntur naturaliter. Cuncta subiacent vanitati, & omnia pergunt ad vnum locum. De terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Ecclesiastic. 3. Modò videamus. Homo de quo est factus quantum ad corpus? de terra, vt dicitur Gene. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ. Ideo ad terram habet reuerti. Gene. 3. Reuerteris in terram de qua sumptus es, quia puluis es, & in puluerem reuerteris. Quantum verò ad animam, in qua stat gratia Dei vel peccatū, non possumus dicere quod sit creata de aliquo elemento, nec de materia cæli, sed de nihilo. Ergo naturaliter ad nihilum redit, scilicet ad deficiendū, errādum, seu peccandum per se, nec indiget magistro. Sed postquàm errauit seu peccauit, per se redire nō potest, quia nō est de natura sua seu conditione. Sed si fuisset creata de gratia, per se rediret ad gratiā, si de materia cæli, per se rediret ad cælū, sed quia creata est de nihilo, per se redit ad nihilum. Authoritas. Perditio tua ex te Israel tantum, modò ex me auxilium tuum. Oseę. 13. Israel, id est homo videns Deum, Israel, id est homo. ra. id est videns. hel, id est Deum. Iste est Christianus, qui per fidem videt Deum, quia Iudeus cæcus est, quia nec oculo dextro animæ videt Christi diuinitatem, nec sinistro Christi humanitatem. Est hic quæstio ad clarificandum aliquos in hoc dubitātes. Quid est primū in anima? remissio peccatorū, an gratia Dei? Sed dicatis quod gratia præcedat remissionem peccatorum, ergo simul stat gratia cū peccatis. Si dicatur quod remissio peccatorū præcedat aduentum gratię, ergo sine gratia iam est remissio peccatorum, & sic gratia non erit causa remissionis peccatorum. Respondetur per distinctionem. Nam esse priùs vel posterius potest capi dupliciter vel secundum ordinem temporis seu durationis, vel secūdum ordinem causalitatis & dispositionis. Primo modo simul sunt in eodē instāti, gratię infusio, & peccatorum remissio, vel secundum ordinem causalitatis, & infusio gratię præcedit remissionem peccatorum, secundū verò ordinem dispositionis, remissio peccatorum præcedit infusionem gratiæ. Detur exemplum ad oculum. Si tu mittas in cameram tenebrosam cæreum accensum, quid erit priùs, illuminatio camere vel cærei accensi immissio? Si loquamur de ordine durationis & tēporis, simul sunt illuminatio cameræ & tenebrarū expulsio secundum ordinem durationis, sed secundū ordinē causalitatis illumina

Habes hic expositionem illius sententiæ. Spiritus vadens, & non rediens. In iustificatione impii simul tempore fit gratia infusa, & peccatorum remissio. At ordine causæ. gratia præcedit remissionem peccatorum quæ ordine dispositionis ad gratiā eam præcedit.

minatio præcedit tenebrarum expulsionem, quia lux est causa qua fugantur tenebræ. Patet ergo quare dicit, Perditio tua, &c. De hoc vide Sanct. Th. prima secundæ. q. 113 vbi agit de impij iustificatione, in qua dixit, q̃ in instanti sit impij iustificatio, in qua quatuor cõcurrunt. s. mot⁹ liberi arbitrij in Deũ, mot⁹ liberi arbitrij in peccatum, infusio gratiæ, & culpæ remissio. Ibi etiã ostendit qualiter inter ista etiã est ordo naturę quamuis simul fiant in eodem instanti. Dicatur pulchra similitudo ad intelligendũ istã materiã. Si hic esset magnus puteus & profundus, quilibet vestrum posset se in illum proijcere, sed inde non potest exire sine adiutorio alicuius cum chorda vel cui scala, &c. In abyssum & puteum peccati quilibet per suum liberũ arbitrium potest se proijcere, sed ad exeundum inde oportet quod Deus submittat scalã gratię suæ, quam mittit, quando persona qui iacet in abyssо peccati clamat, Domine adiuua me. & dicit, miser quid erit de me, &c. ego sum, &c. Tunc Deus mittit scalam suę gratię habentem. 21. gradus. Primus est peccatorum cognitio. Secundus cordis cõtritio. Tertius propositum nõ redire. Quartus recedere à mala societate. Quintus oris confessio. Sextus corporis afflictio. Septimus spiritualis oratio. Octauus eleemosynarum largitio. Nonus ablatorum restitutio. Decimus iniuriarum remissio. Vndecimus fame reparatio. Duodecimus eucharistiæ cõmunio. Ecce scala, qui vult exire de puteo profundo peccatorum ea vratur. Ex ista ratione apostolus qui ceciderat in puteũ infidelitatis, de quo exiuit per gratiam Dei, dicebat, Persecutus sum ecclesiam Dei. O in quo puteo iacebat gratia autẽ Dei sum id quod sum. 1. Corinth. 15. Dico secundò, quod per gratiã Dei cõseruat se homo in vita spirituali, quia licet per gratiam Dei homo exierit peccatum, & redierit ad bonam vitam, tamẽ non posset homo se in bona vita cõseruare, nisi per gratiã Dei. Et est ratio, quia tanta est fragilitas, & tot sunt carnis inclinationes, mũdi occasiones, diaboli tentationes, quod mirum est quod aliquis possit tenere bonam vitam, intantum quod Dauid in gratia Dei & bona vita existens, dicebat. Quis consurgat mihi aduersus malignantes scilicet carnis, id est malas & ignitas inclinationes, aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem, scilicet occasiones mundi, & tẽtationes diaboli. Nisi quia dominus aduuit me. paulominus, id est post modicum, habitasset in inferno anima mea. in Psal. 93. Periculum illius qui tenet bonam vitam potest probari post similitudinẽ amphorę vitreę in alta columma positę, posito tali casu quod sit amphora plena prunis ignis, secundo vt magno impetu venti impellatur, tertio quod ab omnibus in eam lapides proiiciãtur, talis amphora esset in magno periculo, imò esset mirum si non caderet & contereretur, considerata sua fragilitate, & considerata cõmotione eius per ventum & lapides. Ita in proposito cogitate quod persona

sona quæ est in gratia Dei & bona vita, est vt amphora in alta columna posita, sed est de vitro, immo vitro debilior. Quod sic probat Augustin. quia amphora vel cantharus si reponatur in armario vel aliquo tuto loco, conseruabitur. 50. vel. 100. annis, vel mille. Custodiamus nos, non possumus diu conseruari. Hoc patet de regibus & prælatis, qui optimè custodiunt se, & habẽt suos medicos, tamẽ ita citò moriuntur sicut ceteri. Sumus sicut aqua defluẽs. 2. Regũ decimoquarto. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ nõ reuertitur, propter continuũ fluxum ad mortẽ. Secũdò in homine inclinationes aphius carnis. Ecce prunæ ignitæ. Nam secundum doctores inclinationes dicuntur fomes, igniculus, concupiscibilitas, peccatum originale, quæ ante baptismum sunt culpa & pœna, sed baptismus lauat culpam vel peccatum, sed relinquit pœnam, quia adhuc post baptismum remanẽt fomes, igniculus, & concupiscibilitas, quæ idem sunt, & talis igniculus in nullo homine in hac vita fuit vnquam extinctus, nisi in Christo & virgine Maria, nõ in Ioanne Baptista seu euangelista, nec in alijs, &c. Ista pruna inflammat, quando homo tentatur de luxuria, & in signum huius gena rubescit. Et sicut ad flatum foliis accenditur pruna, sic aspectu mulieris homo inflammatur non nunquam. Mirum est quomodo persona non statim corrumpitur per peccatum. Ergo necessariũ est quod gratia Dei personam conseruet. Ideo dicit sapiens, Ecclesiastic. 51. Liberasti à pressura flammę, quę circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. Tertiò venti impellentes sunt tentationes diaboli, & magnę & fortes, quæ diruunt turres & castra, quales erant Adam & Eua in statu innocentiæ, & tamen vento tentationes diaboli diruptæ sunt. Qualis turris fuit Samson, & modica tentatione diruta est. Quales turres fuerunt Dauid & Salomon, & tamen vento tentationis diruæ sunt. O vos miseri, quid faciet vitrum fragile ad tantum impetum venti tentationũ? De quo dicit scriptura, Ecce dominus transit. & grandis spiritus. sumitur hic spiritus pro vento, & fortis, subuertens, & conterens petras ante dominũ. 3. Regum 19. Item proijciuntur lapides. Verbi gratia, Religiosus qui vult viuere secũdum regulam & constitutiones quas vouit, est vt amphora, & in columna posita, statim alij qui nihil seruant, sicut vadunt ad infernum, volunt quod omnes cadant cum eis, & proijciunt lapides, scilicet derisiones. O dicit ei vnus, Talis hypocrita singularis hoc facit, vt habeat missas sancti Amatoris. O quam pulchrum, &c. lapidetur. Sed de religioso qui est totus ribaldus, ruffianus, nullus dicit sibi aliquid, nec curant de Deo. Imo vos commendatis tales dicendo, cognoscitis talem fratrem? O gratissimus homo est, inuitauit me ad cellam suam, ornata est, dedit mihi vinum album, &c. Idem de clerico qui vult stare super columnam bo-

næ vitæ, & surgit de nocte ad matutinas, dicit missam suam & officium deuotè, vitat locutiones mulierum, & occasiones peccatorum, talis deridetur. Idem de laicis dicendum est. Si aliquis miles vel ciuis vel alius non vult iurare nisi per aduerbia certe, non curat de vanitatibus aliorum, vadit ad ecclesiam, &c. statim per alios deridetur, etiam si non habet vxorem, non inueniet volentem eum recipere. Idem de aliqua muliere si vult dimittere vanitates, statim aliæ derident eam, etiam sorores carnales, O Domina beguina, vult deuorare sanctos, &c. Immo aliqui viri derident vxores, quando vident eas orantes, cùm tamen deberent gaudere, quia mulieres melius custodiuntur deuotione quàm timore. Et per oppositum aliquæ vxores derident viros deuotos. Ideo dicit apostolus, Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. secundæ ad Thimotheum tertio. Sed animis est debilis qui propter talia dimittit bonam viam, vel non audet eam incipere. Isti malè pugnabunt tempore antichristi. Ideo apostolus quando fuit in gratia, cui dicebantur multæ iniuriæ, Vnus dicebat. Verè non est apostolus, quia non fuit cum Christo in societate. Alius dicebat, Verè malus homo est, &c. Dixit, gratia Dei in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboraui. 1. Corinth. 15. Dico tertiò, quod gratia Dei facit hominem venire ad gloriam æternam. Ex quo per gratiam Dei homo exiuit peccatū mortale, & se in bona vita conseruauit. Modò videamus quando anima exit corpus per quam potentiam potest venire ad gloriam paradisi, & ad vitam æternam. ad hoc dicatur similitudo quæ habetur Lucæ decimoseptimo. Si quis de propriis pecuniis emit vnum captiuum, qui seruit diligenter domino suo, conseruat bona domini & lucratur. Cùm dominus facit testamentum & dimittit hæreditatem filio suo, dimittit captiuum liberum. Si captiuus vellet dicere domino, O domine, & nunquid ego seruiui vobis bene. Ideo dimittatis etiam mihi partem hæreditatis cum filio vestro. Responderet dominus, Si mihi seruiuisti, bene feci, quia debuisti, &c. Qua ergo ratione petis partem hæreditatis? Si talis dominus dimittit partem captiuo dictæ hæreditatis, hoc erit ex magna liberalitate, & gratia ipsius domini, quia de iure non tenetur sibi. Ita est de nobis. Omnes sumus captiui & serui Dei, sanguine Christi pretiosissimo empti. Et si bene seruimus Deo, facimus quod tenemur, alias ipse scit bene punire, quando anima exit de corpore, & anima licèt sit sancta & bona, venit ad iudicium Dei. Ad quam dicit Deus pater, Quid vis? Domine, quod detis mihi partem hæreditatis filij vestri Iesu Christi, quia ego seruiui vobis diligenter, feci hæc, & etiam si martyrium sustinuisset, dicit Deus, Fecisti quod debuisti, quia seruus & captiuus meus, aliàs si non bene seruisses, damnassem te. Tunc

te. Tunc anima Domine ego nō peto rigore iustitię, quia non mereor, sed per gratiam vestram & liberalitem, & quia hæreditas filij vestis omnibus sufficit. Hæredes quidē dei, cohæredes autem Christi. ad Romanos 8. Tunc dicit Deus, Hoc est aliud, & introducit eam in hæreditatem, &c. De hoc Luc. 17. Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? puto quod non, sic & vos cùm omnia bene feceritis, dicite, quia serui inutiles sumus, quia quod debuimus facere, fecimus. Vide ibi pulchram parabolam, serui inutiles sumus, ideo humiliemur, cogitantes quod captiui fuimus empti à Christo, & gloriam suam habebimus per gratiam, & nulla alia ratione.

Dominica 8. Sermo I.

Attendite à falsis prophetis. Istud verbum habetur originaliter Matth. 7. & recitatiuè in euangelio præsentis Dominicæ. Noster sermo erit de præsenti Dominica, scilicet de sancto euangelio, in quo tanguntur bonæ doctrinæ speculatiuè ad illuminationē intellectus, & morales ad instructionem vitæ. Sed quia nulla doctrina habet efficaciam nisi mediante diuina gratia, ideo saluetur virgo Maria. Et resumatur thema in sancto euangelio huius Dominicæ præsentis, quod est totum verbum & doctrina Christi. Et hic nobis ostendit tres virtutes necessarias, ad gubernationem nostræ vitæ.

Prima est prudentia ad vitandum pericula humana,
Secunda est diligentia ad cumulandum bona spiritualia,
Tertia est obedientia ad lucrandum præmia celestia.

In his tribus virtutibus stat totum euāgeliū. Et de prima proposuit thema. Attēdite à falsis prophetis. Dico primò quod Christus docet & præcipit nobis habere prudētiam & discretionem. Ratio quia in hoc mūdo siue vita tot sunt pericula animæ & corporis, de quib⁹ dicit Apostolus secundę Corinthiorum vndecimo. Periculis latronū, periculis fluminū, &c. Ideo necessarium est auisamentum de prudētia. Hoc ostendit cùm dicit, Attēdite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Si aliquis dixisset, Domine, quomodo cognoscemus eos? Respondit, A fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Ecce quomodo Christus auisabat apostolos & discipulos suos dicens, Attendite à falsis prophetis. Bene scitis quod de mala arbore non colligitur bonus fructus, hoc innuit cùm dicit, Nunquid colligunt de spinis, &c. Ista verba declarabo per duos intellectus. Primò per intellectum literalem. Secundò per intellectum moralem. Intellectus literalis est iste, quia apostoli erant simplices, & nunquam studuerant, immo pro maio-

ri parte fuerunt piscatores, & ne per doctores legis subtiles decipe-
rentur venientes in simplicitate ad similitudinem deuotarum perso-
natũ, ad eos dixit, Attendite, &c, quia lupi sunt rapaces, & cognos-
cetis eos in fructibus, quia de spinis, id est de malis personis non
colliguntur vuæ, id est boni fructus, &c. Est hic quæstio. Qui sunt
fructus in quibus cognoscitur de aliquo an sit bonus vel falsus pro-
pheta. quia diceret aliquis, fructus qui ostẽdũt personam bonã, sunt
orationes, ieiunia, despectus mũdi, paupertas, & humilis gestus, &c.
Dico quod ista nõ sunt fructus, sed folia vel vestis ouina, quia lupi, id
est mali, aliquãdo istis vestibus induuntur, quia multi fuerunt, sunt,
& erunt in breui tempore antichristi, qui cũ talibus vestibus decipiẽt & decipiunt gentes, ieiunando, orando, cũ modestia incedẽdo,
magnam patientiã ostendendo ad extra, quam non habent in corde.
Quales debeãt esse vestes vestrę, Apostolus dicit, Induite vos sicut
electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, hu-
militatem, modestiam, patientiam, ad Col. 3. Dico quod fructus in
quibus homines cognoscuntur ne decipiantur sunt opera principa-
lia quę Deus vult. Sicut vltimum & finale quod expectatur de arbo-
re non sunt flores, nec folia, sed fructus. Ita Deus de homine vltimũ
quod quærit est gloria, & honor Dei, & saluatio animarum. Si ergo
tu vides vnum religiosum prędicantem in honorem Dei, & gloriã,
ad conuersionẽ animarũ, vt dimittant peccata, & homo videt quòd
gentes conuertuntur. Talis est bonus propheta, & nũtius Dei. Tale
opus non dicitur vestis, sed fructus. Authoritas, Liberati à peccato,
Ecce saluatio animarum. Serui autem facti Deo, scilicet propter glo
riam & honorem Dei, & fidei confirmationem habetis fructũ ve-
strum in sanctificationem. ad Roma. 6. Per oppositum quando ali-
quis religiosus, clericus, seu eremita, qui quantumcumque ad extra
sit bene indutus veste ouina, ieiunando, orando, vigilando, &c. si in
suis parlamentis publicè prædicando vel occultè consiliando dicat
seu affirmat aliquid contra fidem catholicam, & eius articulos, seu
contra determinationem ecclesię, talis falsus propheta est. Illum vi-
ta & fuge clamando, Moriatur, &c. Item si in suis prædicationibus
vel secretis locutionibus inducit seu laxat gentes ad peccata, dicen-
do, Verè bene potestis hoc facere, qui non ita magnum peccatũ est,
&c. Lupus est, caue. De talibus dicit Christus, A fructibus eorũ cog
noscetis eos. & subtilius, Nunquid colligunt de spinis vuas? Falsi
prophetę dicuntur spinæ quãdo contra fidem catholicã & ecclesiæ
determinationẽ per sophisticas rationes incipiunt docere contra fi-
dem Christianam, dicendo, Et quomodo potestis credere hoc vel
hoc? Dicas de articulis prout videbitur. Item dicuntur tribuli, qui
habent spinas transuersas, & trahunt ad se. Dico quod tales falsi
prophetæ trahunt ad se & retinent multos dicendo, Quod oportet fa-

cere pœnitẽtiam, quia Deus est misericors, vel quod oportet
parcere inimicis, &c. Tribuli sunt, nec possunt colligi boni fructus.
Caue, &c. Modò patet quid est vestis ouina, & quid fructus. De is-
to olim magister Vincentius inuenit experientiam in multis locis,
qui in vallibus hæreticorum voluit scire quos modos tenerent ma-
gistri illi hæreticorum ad decipiendum, quia antè erant boni Chri-
stiani, & sciuit & percepit quod illi magistri veniebant in veste oui-
na, quia nolebant comedere nisi panem & aquam, &c. Postea verò
dum illi magistri hęretici fuerunt reputati sancti, quęrebant hęreti-
ci si gentes illius patrię cõfitebantur. Respondebatur quod sic. Iterũ
quærebant, Et cui Respõdebatur quod clericis & religiosis, Et illi di
cebant, Quare plus illis quàm alius: & persuadebant quod nõ opor-
teret sacerdotibus cõfiteri, quia Christus & apostoli nõ restrinxerũt
solum ad illos, imò dixit Iacobus, Confitemini alterutrum peccata
vestra, & orate pro inuicem vt saluemini. Iacob. 5. Nũquid esset me
ius confiteri bono sęculari quàm malo clerico, quia ligatus non po-
test soluere, &c. Ecce hęreticorum fructus. O proditor, nunt dicit &
affirmat contra fidem catholicam, & ecclesię determinationem. Nã
Christus ore proprio dixit, clericis solùm esse confitendum, quia so
lum ipsis commisit potestatem absoluendi dicens, Quorum remi-
seritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retẽta sunt,
&c. Ioannis 20. & Lucę 17, Dixit leprosis peccatores figurantibus, Ite
ostendite vos sacerdotibus, quia licèt sint mali, solũ ipsi habent cla
ues. Item dicebant quod non debebant ire ad ecclesiam vbi sunt i-
dola, id est imagines, nec ibi potius orandum esse quàm in alio, cũ
vbique sit Deus. Imo melius esset orare in campis, &c. Item dicebãt
quod non deberent ire ad missam, &c. Ita erit tempore ãtichristi, quã
do venient nuntij sui. Et primi erunt dęmones in veste ouium, vt pa
tet de illo qui in forma eremitæ venit ad magistrum Vincentium,
qui dicebat sabbatum colendum & non dominicam, &c. Quare
Christus dicit, A fructibus eorum, &c. Propter hoc Ioannes euan-
gelista, qui intelligebat verba Christi, Charissimi nolite credere om
ni spiritui, sed probate spiritus si ex Deo sint. Quoniam multi pseu-
doprophetæ exierunt in mundum. In hoc cognoscitur spiritus Dei.
Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex
Deo est, & hic est, & omnis spiritus qui soluit Iesum ex Deo non
est antichristus, de quo audistis, quoniam venit & nunc in mũdo est.
primæ Ioannis 4. &c. Nota, soluit Iesum, &c. Quando vult gẽtes e-
ligare à fide vel à bona vita. Itẽ alia authorias, Si quis venit ad vos,
& hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum, nec a
ue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius
malignis. Ecce prædixi vobis, vt in die Domini nostri Iesu Chri-
sti non confundamini, secundæ Ioannis c. vnico. Dico secundò

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod Christus docet nos debere habere diligentiam, vt simus diligentes in bonis operibus, sicut homines qui volunt ditari, laborant de die & nocte per terram & per mare. Ita debemus nos laborare in operibus spiritualibus, de quibus perpetuò habemus vigere. Hoc ostendit Christus cùm dicit: Omnis arbor bona, fructus bonos facit. Mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor mala fructus bonos facere, in sensu composito, nec arbor bona fructus malos facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Modò videte, quælibet persona Christiana est arbor plantata in viridario Christi, scilicet Christianitatis, in quo plantatur & rigatur quando baptizatur, & vult Deus quod faciamus fructus, scilicet vt acquiramus merita spiritualia. Et sicut arbor bona iam certo tempore facit flores, folia, & fructus. Ita vult Deus quod homines faciant fructum, quilibet in suo tempore. Primò quod pueri faciant fructum, Deus vult quando sunt quatuor vel quinque annorum quod orent de mane & sero. De hoc debent curare matres principaliter, cum quibus tunc maximè morantur. Quando pueri de mane petunt panem, quod dicat mater, Modò fili flectas genua, scias quod in cælo est vna regina, &c. & faciat sibi dicere, Aue maria, ponendo verba in ore, & postea ei panem. Idem in sero, dicendo, O fili de nocte volant dæmones, & sic puer timore orabit. Informetur insuper quod signet se. Et sic pueri addiscunt Pater noster, Aue Maria, & Credo in Deum. Item informandi sunt pueri quod confiteantur. Item quando erunt 12. annorum quod communicent. Bonum est viro cùm portauerit iugum ab adolescentia sua. Threno. 3. Sed proh dolor, nunc vos parentes ostenditis eis fructus inferni, vt quod potent, &c. Item quod iurent. Idem de mulieribus quæ ostendunt filiabus vt pingant, & ornent se. Item mulieres informant filias quomodo est impudiandum. Non oportet ostendere vanitates, quia quilibet per se addiscit satis. Ideo scriptura dicit, Sensus enim & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua. Gene. 8. Secundò de iuuenibus 20. vel 30. annorum, vult Deus maiores fructus, quia illi iam sunt pleni peccatis. Ideo vult Deus quod tales semel vel bis ieiunent in qualibet hebdomada, quolibet die de mane & de sero orent, quod portent cilicium, vel disciplinis vapulent, &c. In talibus enim tales fructus vult Deus duplici ratione. Primo propter peccata præterita, vt remittantur. Secundò contra futura vt caueantur, quia talis est virtus pœnitentiæ, quod mundat à præteritis, & cauet à futuris, & præseruat: quia quantumcunque equus sit malus, si abstrahitur sibi cibus, domatur. Ita de corpore hominis. Ideo Christus ait, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Matthæi quarto. Tertiò de seruibus vult Deus fructum,

In sensu composito, id est quatenus mala arbor, aut manente mala arbore.

fructum, quia iam illi non possunt ieiunare, nec cilicium portare, nec disciplinam, &c. Sed fructus eorum est orare, eleemosynas dare, remittere iniurias, satis facere de vsuris, audire missas & sermones, &c. De hoc figura Christi, Luc. decimotertio, Arborem fici habebat quidam in vinea sua plantatam, & venit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea, & non inuenio. Succide ergo illam, vt quid etiam terram occupat? Vinea Christi est ecclesia, Esaiæ quinto. Vinea Domini exercituum domus Israël est, id est hominis videntis Deum. Arbor fici in vinea plantata est quælibet persona Christiana. Primus annus in quo dominus vult fructus, est queritia, & vult fructus puerorum quos dixi, sed non inuenit modò nisi folia, quia iam ostenditis eis vt vadant cum meretricis, &c. Secundus annus in quo Dominus vult fructus meritorum est iuuentus, & modò non inuenit nisi vanitates, corruptiones, & peccata. Tertius annus est senectus, & non inuenit fructus nisi suspiciones, malitias, & diffamationes, &c. & ideo dicit Christus, Succide eam, vt quid etiam terram occupat? Sed cultor, scilicet angelus orat Iesum Christum vt expectet, & ipse fodiet in circuitu, scilicet cordis, dando compunctiones vt dimittat peccata, vt confiteatur, &c. Ponit stercus, quando reducit peccata ad memoriam, rigat, quia procurat lacrymas per contritionem, & facit fructum non excidit eam. Ecce quare dicit. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ideo Matthæi tertio, Iam securis ad radicem arboris posita est. Dicens tertiò quod ostendit, &c. Ratio, quia sicut nos peccatores per inobedientiam perdidimus paradisum terrestrem. Ita per obedientiam nos omnes acquirimus paradisum cælestem. Hoc ostendit cùm dicit, Non omnis qui dicit mi. &c. vsque, regnum cælorum. Hoc est magnum secretum in hoc quod dicit, Domine Domine, & non ter vel solùm semel, sed quia esset prolixius, non dicam homine, sed cras. Sed in hoc quod dicit, Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum, Dico quod maxima gratia est quod Deus dicit nobis captiuis suis. Qui facit voluntatem patris. &c. Cùm tamen ex debito sine aliqua promissione teneamur sibi seruire. Ac si dominꝰ diceret captiuo suo. Seruias mihi bene, & ego dabo tibi hæreditatē. nunquid sufficisset dicere. facias te liberum? Sed ex magna gratia dominus promittit hæreditatem. Ita Deus nobis captiuis suis. primę Ioannis quinto. Hęc est charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mādata eius grauia nō sunt. Item quilibet debet dicere in suo statu, & religiosus, & clericus, &c. Domine quid vultis de me, qui sum religiosus, ego faciam, &c. & sic de aliis. Amen.

Dicē-

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eadem Dominica. Sermo II.

ATtendite à falsis prophetis. Matthei 7. de ista materia prædicaui heri intellectum literalem. Modò autē prædicabo materiam moralem, & totus sermo erit moralis. Salutetur virgo Maria, &c. Pro introductione & tali prosecutione huius verbi recipio fundamentum à quadā authoritate Hieremiæ prophetæ, in qua ostēdūtur tres differentiæ falsorum prophetarū. Ecce ego ad prophetas, dicit dominus noster Iesus Christus saluator mundi, qui furantur verba mea vnusquisq; à proximo suo. Ecce ego ad prophetas, dicit dominus, qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit dominus. Ecce ego, dicit dominus, ad prophetas somniantes mendacium, qui narrauerunt ea & seduxerunt populum meum in mendacio suo, & in miraculis suis, ego nō misissem eos, nec mādassem eis. Hier. 32. Pro intellectu huius authoritatis sciendū est secundum gloss. & doctores postillātes quando sancti & veri prophetæ, vt Isaias, & Hieremias, & alij, habebant à Deo aliquam reuelationem de aliquibus magnis factis futuris, prosperitatis vel aduersitatis, ponebant illam in scriptis vt suo tempore eam reuelarēt populo. Et aliqui falsi prophetæ obseruātes, furabantur eis illas scripturas, & ipsi vt reputarentur prophetę publicabant antequam veri prophetæ. Et contra istos dicit Deus, Ecce ego ad prophetas, qui furantur verba mea. Secunda differētia falsorum prophetarum fuit, qui non furabantur vt Primi, sed quicquid somniabant, vel illudebantur à dæmonibus, dicebāt esse reuelationes diuinas. Et ipsi decepti decipiebant populum. Et de istis dicit Deus, Ecce ego ad prophetas, dicit dominus, somniantes, &c. Tertia differentia falsorum prophetarū est, qui non furabantur, nec somniabant, sed ex sua superbia secūdū suas imaginationes loquebātur ad voluntatem suam, & decipiebant populum. Et istis dicit Deus. Ecce ego ad prophetas, q assūmunt linguas suas, & aiunt, Dicit dominus. Ex istis tribus differentiis falsorum prophetarum notauit ego tres differentias falsorum prophetarum, qui hodie decipiunt totum mundum. Primus propheta est qui ingenio, vel intellectu est presumptuosus. Secūdus est qui proximo est iniurioſus. Tertius est diabolus totus mendosus. Isti tres hodie totum mundū decipiūt. Dico primò, &c. Iste propheta malus multos damnat, & cadit in prima differentia illorum qui furabantur verba Dei, & sibi appropriabant. Ita faciunt præsumptuosi, qui verba Dei submittunt, & subijciūt suis rationibus, argumentis, & intellectui, non curātes quid dicit Deus, vel si est contra Deum, & determinationē ecclesię. De quibus dicit Hiero. ad Paulinum. 106. prologi bibliæ, Nec scire dignātur quid prophetæ, quid apostoli senserint. Sed ad sensum suum incōgrua apportant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimū dicendi genus depra-

depranare sententias, & ad voluntatem suam sacram scripturam habere repugnantem. Iste falsus propheta multos damnat. Vnde est hoc in mundo, quod multi credunt, quod vsūra non sit peccatum. Et licet nō dicant ore propter timorem, quia ecclesia condemnat vsuram, tamen volunt vsuris interesse, & intellectus talium facit istam sententiam. Quare si vna persona vel communitas tenet pecunias mei & cū illis lucratur, non recipiam ego aliquid, &c. Nec cogitat si est contra Deū vel ecclesiæ determinationē. Nam talis ratio cōtinet errores. Primus quando dicunt pecunias esse suas, falsum dicūt, quia dominus non tenetur computum reddere alteri, sed quilibet habet reddere cōputum Deo, qui est dominus omnium. Domini est terra, &c. Qualem iniuriam faceret regi thesaurarius vel dispensator, si diceret, De pecuniis regis vt de meis pecuniis ego faciam, &c. Omnes diuites sunt thesaurarij vel dispensatores Dei. Quia sicut rex constituit suos dispensatores, ita Deus in qualibet villa vel ciuitate suos dispensatores, scilicet diuites, vt dispensent. Primò in suis necessitatibus & domus suæ, & nō in vanitatibus. Secundò in domesticis, dantes quietationem, scilicet pauperibus, amicis regis Christi. Regula quā dominus dedit suis dispensatoribus est ista, Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram, pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem. Deut. 23. Non facies ergo contra Dei voluntatem. Si dicatur, Ergo nihil lucrabor, &c. Immo recipietis vsurā à Deo, qui multiplicabit omnia bona vestra, &c. Qui dicit, Cētuplū accipietis, scilicet in hac vita, & vitam æternā possidebitis. Matth. 19. Sed confiditis de vno dialogo, si obligatur vobis cum instrumento, & nō confiditis de Deo, qui promittit etiam cum instrumento centuplum, &c. Secūda ratio quam faciunt, quia clerici qui dicunt hoc vitandū, faciunt idem, &c. & creditis quod clerici & prælati non dānentur? imo, &c. Ideo submitte intellectum tuum verbis diuinis, & determinationibus ecclesiæ. Item vnde in mundo tāta fit corruptio de luxuria, nisi quia prę- Interdicatur tur pōti ficio me dicis, cō fulerent fornicētur agrotātes, ad sanitatē obtinēdam.
sumptuosi dicunt simplicem fornicationē non esse peccatum, quod pertinaciter asserere est hęresis, quia contra sanctam scripturam, imo contra Deum. Cuius est iniuria? Non mulieri, nec mihi, &c. Caue ergo ab isto falso propheta. Propter hoc de ista materia dicebat apostolus, Noli te errare, neque fornicarii, neque idolis seruientes neque adulteri, neque molles, regnum Dei possidebunt. 1. Cor. 6. Item sancta mater ecclesia in cōsilio vniuersali fecit decretalem, in qua strictissimè prę cepit medicis, quod nulli dent consilium faciendi illud opus, etiam si deberet mori. Alia sunt remedia, vt balneare, trahere sanguinem. Ideo submitte intellectum tuū determinationi ecclesię. Ideo apostolus, Destruentes omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum obsequium Christi. 2. ad Cor. 10. Dico consequēter, quod secundus propheta

pheta est qui proximo est iniuriosus, & iste cadit in secunda differentia de somniatoribus. Ratio, sicut ille qui accipit somnium pro reuelatione decipitur, quia recipit similitudinem pro veritate. Ita Christianus, qui ostendit proximo amorem & dilectionem, & non est, ita decipit eum, ostendens similitudinem amoris pro veritate. De quibus Dauid, Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum, &c. Psalmo 27. Dicatur de hominibus ostendentibus mulieribus amorem luptimum, &c. Et per oppositum de mulieribus, ostendendo amorem hominum viris, vt habeant ab eis, &c. Item de falsis hæreticis, qui decipiunt gentes diuinando mala quæ habuerunt sic. Ideo Hieronymus 9. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam, quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem nō loquentur. Terius propheta est diabolus mendosus. Iste cadit in tertia differentia prophetarum falsorum, qui per superbiam mentiuntur. De quo dicit Christus, Ille in veritate non stetit, quia non est veritas in eo. Cùm loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Ioannis octauo. Iste multos decipit. Primò somniando, apparendo alicui, qui facit orare pro aliquo defuncto dicens, Regnator vobis, quia precibus vestris modò vado ad paradisum, hoc facit vt ille dimittat facere illa bona opera. Secundò apparet in forma alicuius religiosi vel clerici, qui fuit pessimæ vitæ, dicendo quod est saluus in paradiso, quia magna est Dei misericordia Ratio vt vigor dicat, O si ille est saluus qui fuit maximus peccator, ita similiter potero saluari, & non curabit de pœnitentia. Tertiò per oppositum apparebit, dicens se esse talem sanctæ vitæ, & quod est damnatus, vt inducat gentes ad desperationem. Item apparebit alicui in forma virginis Mariæ, vel Christi, vel alicuius sancti, vt decipiat illum per superbiam, propter vanam gloriam, vt damnetur, cùm tamen deberet cogitare, Et quis sum ego, quod Christus vel virgo Maria apparet mihi, qui sum peccator? Ideo apostolus, Ipse Satanas transfigurat se in angelum lucis. 2. Corint. 11. Dicatur hic miraculū quod habetur in vitis patrum de illo sancto eremita à dæmone deceptus, qui recepit circuncisionem, & Iudæus voluit mori, &c. Hic debuisset recordari illius dicti apostoli, Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini, Christus nihil proderit vobis. ad Galatas quinto. Patet ergo moraliter, quare dicit Christus, Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem, &c. Deo gratias.

De eadem Dominica.

Sermo III.

NOn omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cælorum. Matthæi septimo. Istud verbum continet septem secreta, ex quibus extirpantur septem errores falsarum personarum contra fidem catholicam.

Primum secretum est sanctæ trinitatis,
Secundum est incarnationis filij Dei,
Tertium est de instructione intellectuali,
Quartum est de redemptione humanali,
Quintum est de saluatione humanali,
Sextum est de conuersione cordiali,
Septimum est de conuersatione mundiali.

Primum secretum est sanctæ trinitatis, quod tangitur, &c. Nam vera fides trinitatis est credere vnum Deum in essentia, & trinum in personis, scilicet patrem perfectum dominum, & filium perfectum dominum, & Spiritum sanctum perfectum dominum. Quę tres per se non sunt tres dij, nec tres domini, sed vnus dominus, & vnus Deus. Tamen hoc nomen Deus ter aliquando ponitur, vt patet in Psalmo 66. vbi dicitur, Benedicat nos Deus, Deus noster, &c. Dicit igitur, pater est dominus, filius est dominus, Spiritus sanctus est dominus. Et licèt hoc sit clarum in nouo testamento, tamen etiam inuenitur in veteri testamento. Numer. 6. Locutus est dominus ad Moysen di. Loquere Aaron & filijs eius, Sic benedicetis filijs Israel & dicetis eis, Benedicat tibi dominus, & custodiat te. Ostendat dominus faciē suam tibi, & misereatur tui. Conuertat dominus vultum suum ad te, & det tibi pacē, &c. Hic in dicta autho. ter ponitur dominus, vbi innuitur trinitas personarum diuinarum. Et sicut modò datur benedictio populo in nomine trinitatis, ita tunc in nomine domini, in hoc quod dicit, Inuocabūt nomē meū super filios Israel, non dicit nomina mea, quia nō est nisi vnus dominus, sicut nō est nisi vnus Deus, licèt pater sit Deꝰ, filius Deus, & Spiritꝰ sanctus sit Deus. Ideo qui vult intrare, nō sufficit ei dicere, Domine domine bis, s. patri & filio, sed oportet addere tertiū domine, ꝓ Spiritu sancto. Ecce quare dicitur, Nō omnis q, &c. Hic extirpatur error Macedonium, à magistro sic dictus, qui dixerunt quod pater erat Deus creator, & filius Deus creator, sed dicebant Spiritum sanctū esse creaturā, & eorū seruitorē. Isti tantū dicebāt bis domine, s. pro patre & filio. Ideo tales nūquam intrabunt paradisum, nisi addāt tertiū dominę pro Spiritu sancto. Ideo cōtra istū errorem in Credo maiori dicitur, & in Spūm sanctū, sup. credo. Et licèt pater sit dominus & filius, & Spūs sanctus, tamē nō sunt nisi vnus dominus. Ideo quādo Deus reuelauit gloriā paradisi. Isaiæ, Isaias audiuit angel. laudantes dominum, & dicentes, Sctūs, pro patre, Sctūs, pro filio, Sctūs, pro Spiritu

sancto,

sancto, dominus Deus exercituum, Plena est omnis terra gloria ei-
us. Non dicit domini, dij. Isa. 6. Secundò secretū quod ista ver. Non
omnis, &c. includunt esse benedictæ incarnationis filij Dei, cuius
veritas in hoc consistit, vt credamus in ipso tres substātias, licet nō
sit nisi vna persona. Nō credatis quod Christꝰ inquātū Deus sit vna
persona, & inquantū homo sit alia, quia deitas Christi & humanitas
non faciunt nisi vnam personam, & sunt in ea tres substantiæ. Pri-
ma substantia est corpus, simile nobis, de genere Dauid ex parte ma
tris, & ad eum pertinebat regnū Dauid de iure, & quia quilibet ter
est dominus, ideo est in Christo primum domine ex parte corporis.
Autho. Ecce dies veniunt, dicit dominus, & suscitabo Dauid germi-
iustum, & regnabit rex, & sapiens erit, &c. Hie. 23. Secunda sub-
stantia quę est in Christo est anima rationalis, quia non solùm rece-
pit corpus, sed & animā rationalem, & secundū debet dici dominus
rationalis. Nam dicit philosophus quod homines intellectu & sapi-
entia vigentes, naturaliter sunt aliorum domini & rectores. Cùm er-
go anima Christi viguerit intellectu & sapientia, ideo, &c. Tertia
substantia est diuinitas ęternalis, ex qua est dominus ęternus vniuer
sorum. Autho. Tu fecisti cælum & terram, & quicquid cæli ambitus
continetur, dominus omnium tu es, Hester. 13. Extirpatur hic error
dicentium, quod Christus habet corpus & animam, qui dicunt domi
ne pro corpore, & domine pro anima, sed negant diuinitatē in Chri-
sto, Ideo dicit them. Non omnis qui dicit, &c. sed oportet addere ter
tium domine pro diuinitate. Tertium secretum est de institutione
intellectuali, cuius veritas cōsistit in tribus gradibus. Nā Deus in ho
minis creatione instruxit eius intellectū, quia naturaliter in eius in-
tellectu sūt impressa seu signata 10. precepta Dei, vt naturaliter sciat
quid sit faciendum, quid credendum, &c. Ideo Dauid in psal. 4 vbi
dicitur, Multi dicunt, quis ostendit nobis bona, scilicet operanda,
credenda, & sperandaꝰ Respōdit ipsemet, Signatū est super nos lumē
vultus tui domine. Nota, signatū est, quia sicut sigillū impressum in
cęra dimittit signū suę imaginis. Ita Deus in anima dimisit signū sāc
tæ trinitatis, scilicet intellectū, memoriā & voluntatē. & hoc dicit
psal. cùm ait, supra nos, non dicit infra nos. Sēsualitas est infra nos,
sed anima est supra nos. De hoc vide, &c. Secūdo tēpore Moysi de-
dit legē scriptā: quia non omnes sciebant legere in libro rationis.
Ideo dedit in scriptis, vt legeretur oculis, & audiretur auribus. De-
cem præcepta moralia audiuit omnis populus ab ore Dei, & de-
dit illa scripta in tabulis lapideis tanquam perpetua, sed alia præ-
cepta cæremonialia, terribilia, secretè Deus reuelauit Moysi, &
scripsit in papyro seu pergameno, quia modicum duraueruꝫ,
scilicet vsque ad Christum solum. Ex ista datione secundæ legis
dicitur etiam secundum domine. Autho. Ego dominus Deus vester.

Custodi-

Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo viuet in eis.
Ego Dominus. Leuit. 18. Tertiò dedit legē gratiæ. Sic est dicta, quia
maior gratia quam Deus potest facere creaturæ est eam elevare cū
angelis ad gloriam. Iudæis promisit terrena, & nihil cæleste, sed lex
euangelica nihil promittit terrenum, sed bona cælestia promittit. Ex
ista datione tertię legis dicitur tertium domine. Ideo Dauid qui fuit
in secunda lege, & eam seruauit petens tertiam legem dicebat, Le-
gem pone mihi domine, &c. Si volumus intrare cælum, oportet cre
dere, quod Christus vt princeps & dominus dedit non solùm pri-
mam & secundam legem, scilicet naturæ & scripturæ, sed etiam gra
tiæ. Propter quod dicit thema, Non omnis qui di. &c. Hic extirpa-
tur error Iudæorum dicentiū, quod Deus debuit dare legem, s. na-
turæ & scripturæ, & non gratiæ. Ideo contra eos dicit thema, Non
omnis qui, &c. Quartū secretū est de redēptione humanali, quæ in
tribus operibus consistit, & pro quolibet Christo dicitur, Domine
domine. Primum opus est remissio peccatorū, quæ fit quando ho-
mo in confessione absoluitur à confessore. Ista absolutio habet vir-
tutē à Christi passione, & sanguinis effusione. Auctoritas. Sanguis
enim Christi emundauit conscientiam nostram ab operibus mortis
ad seruiendum Deo viuenti. ad Hebr. 9. Quando peccator absoluī-
tur à confessore, debet cogitare quod de quolibet vulnere Christi
effundatur sanguis super eum, virtute cuius sibi peccata remittūtur.
Et quis potest peccata remittere nisi solus Deus? Mar. 2. Secundum
opus est saluatio animarum, quia animabus purificatis & mundatis
à peccatis datur à Christo cælestis gloria. Lu. 9. Filius hominis non
venit animas perdere, sed seruare. Quis potest dare regnū nisi do-
minus sit eius? Ecce secundū Domine. Tertiū opus perfectū nostræ
redemptionis est resurrectio corporum. Ibi enim redēptio humana
complebitur, quia modò solùm animæ habent gloriam, sed post iudi-
cium corpus cum anima habebit. Dicatur ratio quare primò datur
gloria animabus, quia anima prius operatur meritoria cogitādo, de-
liberando, ordinando, & corpus adhuc nihil facit, sed in executione
quando opus meritorium fit, corpus & anima faciunt opus, & quia
anima prius operata est, habet primò gloriā, & pōst in iudicio cor-
pus. Ideo dixit Christꝰ, His aūt fieri incipiētibꝰ leuate capita vestra,
quoniā appropinquat redemptio vestra. Lu. 21. si dicatur, Nunquid
ista redēptio fuit facta in Christi passione? Solutio. Imò quātum ad
remissionē peccatorū, & animarū saluationē, sed nō quātū ad corpo
rū glorificationē. Ideo dicit apostolus, Omnes nos manifestari o-
portet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisque ppria corporis
prout gessit, siue bonū siue malū. 2. Cor. 5. Idē de peccatis, primò a-
nima peccat cogitādo, ordinādo, deliberando, quando recipiet vin-
dictā de inimico, vel quomodo poterit ditari etiā cū vsura. Idē de lu

xuria, sed pòst in executione operis corpus cõcurrit. Ideo vult Deꝰ quod anima prius habeat pœnam, & postea corpus, sicut patet de anima Iudæ, Caiphæ, Pilati, & aliorum quorum corpora non habent adhuc pœnam. Non credatis ꝙ quando resurgemus corpus habeat gloriã aliã ab anima, immo gloria animæ redũdabit & cõmunicabit corpori gloriã, sicut lumẽ candelæ redũdat in laternã, & facit ipsam claram suo lumine. Idem de pœna corporum dãnatorũ, quia pœna animæ redundabit in corpus, &c. Ex his tribus operibus Christi nõ solùm bis dicitur Domine, sed ter. Ideo dicit the. Non omnis qui, &c. quia oportet dicere tertium domine. Quintum secretũ quod includitur est saluatio humanalis, ad quã requirũtur tria, propter quę oportet ter dicere domine. Primũ quod requiritur est vera fides & firma. In nullo articulorum fidei dubitare debemus, fundamentum ædificij debet esse fortissimum. Nã si de domo cadat tegula, vel aliqua camera, leuiter potest reparari, sed quando cadit fundamentum, totum ædificium diruitur. Sic fundamentum omnium virtutũ & operũ nostrorum est fides. Si creatura cadit per peccatũ superbiæ, diruitur camera humilitatis, si per auaritiã, diruitur camera pietatis, si per luxuriam, camera clara diruitur castitatis. Tales cameræ reparari possunt. Sed si fundamentum fidei cadat, totum ædificium diruitur. Ideo apostolus 1. Cor. 3. Fundamentũ aliud nemo potest ponere prꝛeter id quod positum est, quia nullus potest ponere nisi dominus, quia ad dominum pertinet disponere domum. Ex isto fidei fundamento Christo dicitur domine primum. Secundum opus quod requiritur est baptismus post credentiam, quia aliàs nihil valeret fides in corde, & in baptismo homo recipit Christum in dominum, & fit homo homagium, abrenuncians Satanæ. Propter hoc Christo dicitur secũdum domine. Tertium quod requiritur est obedientia ad sua præcepta. Nam nullus rex esset cõtentus de suis vasallis, si dicerent sibi, Nos credimus vos esse regem nostrum, & facimus homagium, sed nihil præcipiatis nobis, quia nihil faceremus pro vobis. Requiritur ergo obedientia ad eius prꝛecepta. Ideo Iac. 2. Quid proderit fratres mei, si fidẽ dicat quis se habere, opera autẽ nõ habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Hic extirpatur error dicentiũ, & vtinã nõ sint adhuc in mũdo de illis hæreticis dicẽtibus, qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Mar. vl. qui dicũt, nõ dixit Christus aliquid de operibus. Sed ignorãtia duxit ad infernũ, quia immo Christus loquitur de operibus quãdo dixit, qui baptizat' fuerit, &c. Nã hic Christus nõ loquitur de fide mortua, quia nullum saluat, sed de vera fide, ergo loquitur de operibꝰ, quia fides viua nõ est sine operibꝰ. Hæc enim multa bona habet annexa, aliàs nõ est viua. Auct. Sicut enim corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus mortua est. Iac. 2. Contra istos dicit the. Non omnis qui dicit mihi Domine

Domine domine, intrabit in regnum celorum. Propter hoc dicebat Christus aliquibus, qui videbantur fuisse baptizati, & nolebãt obedire, Quid vocatis me Domine domine, bis, & nõ facitis quæ dico? Lu. 6. Sextũ secretũ est de conuersione cordiali, quæ tria requirit. s. cordis cõtritionẽ, oris cõfessionẽ, & operis satisfactionẽ. Primũ est contritio, quia sicut fuisti delectatus peccando, sic doleas & tristeris cõteredo. Et si tantus sit dolor quanta fuit delectatio, remittitur peccatũ a culpa & pœna, si verò cõtritio sit minor, remittitur peccatum quoad culpã, sed restat de pœna: si verò cõtritio excedit delectationẽ, nõ solũ remittitur culpa & pœna peccati, sed etiã acquiritur meritũ, sicut in beata Magdalena, in qua contritio fuit maior quàm peccatũ. Ideo dicit scriptura, Recogitabo tibi oẽs annos meos. Esa. 38. Secundũ ꝙ requiritur est cõfessio, opportunitate habita. Etsi enim aliquis comisisset omnia peccata mũdi, & moreretur subitò, sola cõtritio saluat ipsum, si habet propositũ cõfitẽdi, & cõfessionem faceret, si posset. sed nos qui habemus copiã cõfessorũ, cõfiteri debemus, quia sicut ille qui tenet in vulnere ferrũ sagittę nõ curatur, nec sibi valent medicinæ seu vnguẽta, sic nec peccatori tenenti peccatũ absẽditũ prosunt sibi medicinę ecclesiasticę, oportet ergo confiteri peccatũ. Auct. Qui absondit scelera sua vel peccata sua nõ dirigetur. Prou. 28. Peccata à Deo absondi nõ possunt. ergo loquitur Salomon de confessione ad homines. Hic haberẽ argumentum contra Iudæos de confessione. Tertium quod requiritur est satisfactio siue restitutio. Istud tertium domine requiritur. Extirpatur hic error dicẽtiũ, Quid oportet me satisfacere Deo pro peccatis faciendo pœnitentiã, &c. Nũquid Christus pro me est mortuus? &c. Verũ est quod passio Christi liberauit te de inferno, & aperuit tibi ianuã Paradisi, sed oportet quod tu vadas illuc per bona opera. Sicut de captiuo, pro quo iam est solutũ pretiũ, tamen adhuc oportet eũ ire & exire captiuitatẽ ambulãdo. Idem de restitutione ad proximũ. Multi nõ possũt dicere istud tertiũ domine. Dicatur hic miraculũ quod accidit in Lombardia de illo magno tyranno, ad quẽ venit ille sanctus homo, qui fuerat raptus ad infernũ, & viderat palatiũ quod sibi fabricabatur. Qui vocauit magistros & doctores quęrens ab eis an sententia dãnationis data cõtra aliquẽ adhuc viuẽtẽ poterat reuocari. Ad quã responderũt magistri & doctores ꝙ bene. Quia impossibile est Deũ dicere alicui diffinitiuè suã damnationẽ, quia esset causa dãnationis & desperationis, sed cõminatiuè. Fundamentũ habuerũt ab illa auctoritate Ezech. 33. Si dixero impio. Et tyrannus, Modò vidamus quid debeo facere. Fuit sibi responsum quod tria, Conteri, confiteri, & satisfacere Deo & proximo, &c. Dicebat iste tyrannus, Domine domine bis, sed non poterat dicere tertium domine, scilicet satisfaciendo. Satisfactio fit Deo, quia si homo peccauit habẽdo

Probatur, confessionẽ sacramẽtalem esse de iure diuino.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delectationes in cibo superfluo, satisfaciat in abstinẽtia & ieiunio. Si per os malè loquendo, satisfaciat orãdo, &c. Septimum secretum est de conuersatione mundanali vel proximali quomodo est cõuersandum in hoc mundo. Ad hoc requiruntur tria. Primò quod recedat de mala societate. Secũdò quod iungat se Deo. Tertiò quod perseueret in bona vita. Primò quilibet debet recedere de mala societate, quilibet scit suas malas inclinationes, & familiaritates, & ea quę sunt nociua vitanda sunt & expellenda, & ad quod sequitur damnatio. Ecce primum Domine. Secundò iungat se Deo, audiendo missas, sermones, cõfitendo sæpè, & communicando. In qualibet communione datur singularis gratia dignè communicantibus. Tertiò requiritur perseuerantia vsque in finem. Ecce conuersatio virtuosa, quæ in his tribus cõsistit. Ideo Christus, Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit, Matt. 10. Ideo dixit thema. Non omnis qui dicit mihi, Domine domine. Ideo Christus, Hæc est voluntas eius qui misit me patris, vt omne quod dedit mihi pater, ſ. per bonã vitã, non perdam ex eo, scilicet per inconstantiam. Ioã. 6. Dicunt aliqui. Et qualis dominus est Christus, quia si homo seruiat sibi centũ annis pro vno defectu quem homo facit, totũ est perditum, & homo damnatur. Ecce qualis dominus. Hoc dicebat semel quidam homo sanctus, qui faciebat miracula, curabat gentes de infirmitatibus. Et finaliter quia semel nimis curiosè respexit quandam mulierem pulchram valde, propter hoc perdidit gratiam faciendi miracula. Tandem venit ad alium sanctum dicẽs ei quomodo perdiderat gratiam, nesciens quare. Respõdit ille sanctus. Nõ perditur gratia sine peccato. Ideo videatis si cum manibus, vel ore, vel oculis feciſtis aliquod peccatum. Respõdit, non, nisi quia respexi vnam mulierẽ, &c. Respondit alius, propter hoc peccatum amisistis gratiam. Et ipse indignatus dixit, Verè nõ seruiam amplius tali Domino. Certè Soldanes Babyloniæ nõ feciſſet hoc. Dicatur quomodo se parabat ire spatium, & in quodam prato vidit equum ambulantem pulcherrimũ, super quem ascẽdit, & subitò fecit saltum vnum, &c. Nota parabolam ad hoc de mercatore eunte ad feriam, qui emit preciosissima iocalia, & fecit vnum fardellum, quod tradidit vni portatori, promittẽs vnum florenum, &c. Ita in proposito, quando Deus cõuertit aliquẽ de vita mala ad bonam, de peccatis ad virtutem, tunc committit ista fardellum cum preciosis iocalibus, scilicet operibus meritorijs. Ita quod fardellum bonæ vitæ nõ est tuum, propter hoc errant illi qui dicunt pro vno defectu, &c. sed est Dei vt mercatoris, & cõmittit ipsum tibi. Si ergo tu portas fardellum per tot annos, & vna die deponis ipsum, & furtim aufertur à te quando peccas, quid mereris? quia perdidisti fardellum Dei quod habuisti portare vsque ad portã sui palatij. Porta est mors. Hæc est porta domini, quia ipse etiam intrauit per

uit per eam. Aucto. Nónne sic oportuit pati Christum. Luc. vlt. Cogitate ergo quod sancta vita vel status pœnitentiæ est fardellum à Deo nobis commissum. Ideo non amittere debemus illud, sed operari continuè meritoriè. Ideo apostolus, Dum tempus habemus operemur bonum. ad Gal. vlt.

De eadem Dominica VIII. post festum Trinitatis, Sermo IIII.

Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, intrabit in regnum cælorum. Verbum istud habetur originaliter Matthæi 7. & recitatiuè in euangelio currentis dominicę. Hoc verbum est verbum & doctrina saluatoris Domini nostri Iesu Christi dicentis, Qui facit voluntatem, &c. Est hic quæstio subtilis, Quare Christus dixit quod ille intrabit regnum cælorum qui facit voluntatem patris, & nõ dicit voluntatẽ suam vel Spiritus sancti? Pro cuius responsione sciendũ, q̃ sicut tres personæ diuinæ nõ habent nisi vnam essentiam, diuinitatẽ, & æternitatem, sic etiam non habent nisi vnam voluntatem, scientiam, & potestatem, vna enim volũtas est patris, filij, & Spiritus sancti: quidquid enim vult pater, vult etiã & filius, & Spiritus sanctus, quia eadem voluntas est. Hoc modo constat quod dicitur quod sol liquefacit niuem, & nõ dicitur quod radius nec calor, cùm tamen omnia cõ currant. Item si quæratur quid facit fructificare, dicitur sol, & nõ radius, nec calor, & non est nisi vnus sol. Ita est etiam in diuinis, vbi pater est principium, non de principio. Ideo dicitur, Qui fecerit voluntatem patris mei, &c. Et secundum hoc dicebat apostolus, Ex ipso, scilicet patre, & per ipsum, scilicet filium, & in ipso, scilicet Spiritu sancto sunt omnia. ad Rom. 11. Patet ergo responsio ad quæstionem, quia nominãdo voluntatem patris nominat etiam volũtatem filium, & Spiritus sancti. Ideo dicit, Qui facit voluntatem, &c. Vt ergo nos possimus intrare in regnum cælorum postquã exiuimus de miseria huius mundi, videamus quæ est volũtas Dei, quid vult Deus à nobis. Voluntatẽ Dei declarat nobis apostolus in quadam auctoritate dicens, Probetis quæ sit voluntas Dei bona, beneplacẽs, & perfecta. ad Rom. 12. In hac auctoritate ostenditur quod tria vult Deus de nobis, secundum quod ter Dei voluntas nominatur. Vult, scilicet primò conuersionem pœnitentialem, ecce voluntas Dei bona. Secundò durationem virtualem, ista est beneplacens. Tertiò saluationem cælestialem, & ista est voluntas Dei perfecta. Quia habet ista intrabit in regnum cælorũ. Ideo dicit thema, Qui facit volũtatem, &c. Dico primò quod vult Deus cõuersionẽ pœnitẽtialẽ, quia quantumcunque homo siue sit religiosus, siue clericus, siue laicus, si peccator & malæ vitæ, non vult Deus suã damnationẽ, sed vult suam conuersionem pœnitentialem, ſ. quod vertat dorsum mũdo & creatu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

creaturis, & vertat faciem Deo. Hoc fit per pœnitentiam, per contritionem de peccatis, & propositum non redeundi, confitendo, & quando pœnitentiam, orando, audiendo missas, & sermones. Ista est voluntas Dei bona. Ratio, qua sapiens argentarius postquam facit cupam auri vel argenti, siue imaginem vel coronam, vel aliquod iocale cum magno labore & expensa, & aliquo casu cadit in puteum ficcum & profundum, argentarius non dimittit eam, immo descendit, quia pretiosa res est. Item si cadit in puluerem, mundabit eam. Item si cadit in lutum vel inter lapides maculatur vel frangitur in incude adaptatur. Item si cadit in aquam vel in ignem, vel si ex antiquitate deturpatur, non ex hoc dimittit eam, sed polit & mundat, & tunc pulchritudo reuertitur. Ita facit Deus. Pretiosum iocale fecit Deus auri purissimi de homine & muliere. A principio fecit Deus vasa de ære & cupro, quia formauit creaturas corporales corruptibiles, de argento, quando creauit creaturas corporales incorruptibiles, sed de auro, quando fecit hominem. Plus valet homo, quàm aliqua creatura corporalis. Ita homo non fuit factus à Deo vt aliæ creaturæ, &c. Faciamus hominem, &c. Gene. 1. Et non dixit, Fiat homo, sicut de alijs creaturis. Ecce vas auri, si casu aliquo cadit, &c. Cadit autem homo in puteum profundum, quando de gratia Dei & bona vita cadit in puteum profundum superbiæ, siccum sine deuotionis humiditate. Superbus enim credit ascendere, & descendit cum Lucifero, sed argentarius ipse descendit ne perdatur, quando dat homini compunctiones cordis, & cogitat intra se, dicens, De quo superbis, de fortitudine? cras eam perdes. Idem de pulchritudine, de dignitate, officio, de bonis operibus, & tunc extrahitur homo de puteo quando humiliatur, tunc vas auri redit in mentem gratiæ Dei de qua cecidit. Ideo Iohelis secundo. Conuertimini ad me dicit dominus. Secundò cadit in puluerem auaritiæ, quando facit vsuram, furta, &c. Dauid, Non sic impij, scilicet vt iusti, non sic, sed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ, sed Deus tanquam bonus argentarius ipsum eleuat & mundat, quando dat libi cor ad faciendam restitutionem. Tertiò cadit in lutum vel fimus luxuriæ, quando dimissa vxore, vel econuersò peccat. Idem de illis qui non sunt in matrimonio, sed bonus argentarius lauat, quando luxuriosus plorat sua peccata. Lauantur enim peccata aqua lachrymarum, & sanguine disciplinarum. Hic, scilicet luxuriosus est qui venit supple ad eum, per aquam & sanguinem, primæ Ioannis quinto. Quartò cadit super lapides duros ex peccato inuidiæ, tunc conjunctio dura quæ est charitas frangitur, sed Deus bonus argentarius reparat coniunctionem, quando sibi dat cor dulce ac benevolum ad diligendum omnes. Ideo Apostolus, Super omnia charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. ad Colossenses tertio.

Ecce

Ecce solidatur & cõiungitur. Quintò cadit in aqua currenti ex peccato gulæ. Aqua exit à fonte, & currit ad mare, sic peccatum gulæ est fons luxuriæ, quia gulosus statim currit ad luxuriam. Sextò cadit in ignem per peccatum iræ, quod non est nisi ignis. Dicit iracũdus, per corpus Christi, &c. ego vindicabo, &c. sed iste ignis extinguitur aqua remissionis & patientiæ, & remittendo vt Deus vobis remittat peccata. Septimò fit rubiginosum ex peccato accidiæ, quia sicut domus quæ non habitatur per se, destruitur, ita persona quæ perdit tẽpus, sed Deus bonus argentarius reparat. Ecce quare Deus vult conuersionem pœnitentialem. Auctoritas, Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis & viuat. Ezechielis decimooctauo. No. vt cõuertatur. Sicut tenet dum est in peccato faciem ad peccata, quod conuertatur vertendo dorsum ad peccata, faciem ad Deum. Et ista est voluntas Dei bona. Apostolus, Hoc bonum & acceptum est coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & ad cognitionẽ veritatis peruenire. primæ Timothæi secundo. Nota quod vult omnes homines saluos fieri. Sed diceres, Quare nõ fit? Responsio, quia tu non vis exire & recedere de peccatis. Et licèt Deus velit omnes saluos fieri, tamen non cogit liberum arbitrium. Ideo infideles & mali Christiani, indurati in peccatis, nolunt saluari, & ad cognitionem veritatis venire. Hoc tangit infideles, quia si debent saluari, primò habẽt venire ad cognitionẽ veritatis. Ecce quare dicit the. Qui facit voluntatem, &c. Secundò dico quod vult Deus à nobis durationem virtualem, cùm dicitur, voluntas Dei beneplacens. Postquam homo est conuersus ad Deum, debet durare & perseuerare virtualiter. Antequam homo eligat bonum modum viuendi, debet bene cogitare, respicere, & videre, qualis modus bene viuendi erit sibi melior & vtilior vt possit saluare animam suam. Si ad hoc non sufficit intellectus proprius, petere debet consilium à personis discretis & sapientibus. Et postquam elegerit statum, mori in illo statu electo debet & durare. Sed plerique conuersi, inconstantia & status mutatione reuertuntur retrò, vt patet primò de religiosis. Dicunt Carthusienses, Quid facio, ego modò solùm prosicio mihijpsi. Nunquid esset melius prædicare, &c. Ecce tentatio diabolica. Debent dicere, Verum est, bonum est prædicare, sed ego elegi istum modum, ideo in ista religione volo mori. Item dicunt religiosi mendicantes, quia ordo non dat mihi vestitum, sed solum victum, & debiliter, ideo oportet me habere familiaritates, &c. Nunquid esset mihi melius vt essem Carthusiensis? & sic cor nõ quiescit. Ideo nunquam tales habent deuotionẽ. Dicunt clerici, Tu habes tenere mulierẽ vt seruiat tibi, &c. & occasio est peccãdi. Ideo si esses religiosus, non oporteret, &c. Item tentat laicos de ciuita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tibus, aut vadant extra vt possint bene viuere. Illos qui sunt extra vt veniant ad ciuitatem, &c. & sic diabolus tentat intantũ, quod pauci sunt qui possint viuere quieti & pacifici. Ideo reformare se debet homo & durare virtualiter, quia ita vult Deus. Aucto. Legitur Ioan. vlt. quod beatus Petrus interrogauit Christum de Ioanne euangelista dicens, Domine hic autem quid? Respondit Christus, Si eum volo manere donec veniam? Ioan. vlt. Figurabatur hoc quod dixi, scilicet duratio virtualis, quia Ioãnes interpretatur gratia, vel in quo est gratia. Vult Deus quod illi qui sunt in gratia durent & perseuerent. Si eum volo manere? Domine, & per quantum temporis, per annum, vel per annos? Respondet, donec veniam, s. in morte. Ecce duratio virtualis. Nota hic exemplum de beato Benedicto. Ad quẽ venit quidam canonicus regularis, audita eius fama & suæ religionis, petens vt ipsum reciperet in suo ordine, quia ordo suus erat nimis laxus, &c. Respondit beatus Benedictus dicens, Religio beati Augustini est ita bona vt mea, ideo non mutetis vos. Canonicus verò indignatus, cogitans fortè quod beatus Benedictus non haberet pro gratia quod ipse vellet suam religionẽ intrare: respõdens dixit, Quare ergo in tuis libris tu laudas perfectionem vitæ, si non vis meam recipere? Et Benedictus. Ego laudo perfectionem vitæ, sed non laudo mutationẽ status. Ideo Apostolus, Vnusquisque maneat in vocatione in qua vocat' est. Ita vult Deus. Ideo dixit Dauid postquam fuit conuersus ad Deum, Domine in voluntate tua præstitisti decori meo (scilicet statui, vel vitę spirituali) virtutem, vel fortitudinem. Psal. 29. Ista est voluntas Dei bene placens. Dauid, Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius. Psal. 116. Nota super timentes eũ, scilicet qui timẽt mutare statum, quia sicut arbor quæ transplantatur, moritur, vel est saltem timor de eius morte. Ita de persona quæ mutat statum. Dico tertiò, quod vult Deus nobis saluationem cælestialem. Ecce ordinẽ. Primò vult cõuersionem. Secundò durationem. Tertiò saluationẽ, quia ad istum finem creauit nos. Cuiuslibet agentis intentio est, ducere opus suum ad finem propter quem operatur. Ita Christus de se dixit, Venit filius hominis saluare quod perierat. Matt. 17. Perijt homo in hoc mundo, in quo posuit nos Deus: sed Deus in carnem venit ostendens nobis viã paradisi, di. Hæc est via, ambulate in ea, non declinetis, neque ad dexteram, neque ad sinistram. Esa. 30. O dicunt gentes, Si ego irem per istam viã, non essem diues. Ideo facitis vsuras, furta, rapinas, & sic de alijs peccatis. Ecce qualiter pereunt extra Dei voluntatem, qui non vult cogere liberum arbitrium. Ideo Christus, Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in cęlis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Matth. 18. Vult ergo Deus saluationem cælestialem, & ista est voluntas Dei perfecta, quæ ducit ad paradisum. Qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque ad diem Christi Iesu, scilicet in morte, quando recipiet animam de corpore, ad Philip. 1.

De *eadem* Dominica VIII. *post* Trinitatem.

Sermo V.

Fratres debitores sumus. Verbum istud habetur originaliter, ad Rom. cap. 8. & recitatiuè in epistola currentis dominicæ. Pro declaratione huius verbi, oportet declarare in quibus sumus debitores, & inuenio quod in tribus. Pro declaratione recordor de quadam doctrina Philosophi in lib. Posteriorum, quod demonstratio potissima est quando per diffinitionem essentialem rei probantur & cognoscuntur propria eius. Ergo ad sciendum conditiones, & proprietates hominis, & ad quid tenetur, videamus diffinitionem hominis. De quo inueni duas diffinitiones. Prima Porphyrij, sed defectuosa. Secunda est Theologię. Prima, homo est animal rationale, mortale. Et ista habet tres defectus. Primò deficit sibi vniuersalitas, quia diffinitio debet competere omnibus suis suppositis, de ista non conuenit Christo nec virgini Marię, & secundũ opiniones magistrorũ docto rum, etiam nõ conuenit Ioanni euangelistæ: quia dicunt aliqui doctores eũ esse in cælo cũ corpore & anima, &c. Secundus defectus est, quia ista diffinitio nullã facit mentionẽ nisi de caussa materiali & formali, sed de caussa effectiua ipsius hominis nihil dicit, quæ est Deus, quia Philosophi nõ intellexerũt creationẽ, imò dixerũt quod ex nihilo nihil fit. Tertius defectus est, quia nõ facit mẽtionem de caussa finali ipsius hominis, scilicet de beatitudine. Nec mirũ, quia cognitio philosophorum nõ tantũ ascendit: licèt enim eorũ cognitio ascenderet vsque ad nonum cælum, quod vocarũt primum mobile, tamen ad cælum quod est locus beatitudinis nõ pertigerunt, tamen Philosophi credebãt se demõstrare. Sed diffinitio bona & sine defectu est theologorũ dicẽtiũ. Homo est creatura rationalis ad beatitudinem ordinata. In hoc quod dicit, homo est creatura, facit mentionem de caussa effectiua, quia homo est effect' Dei, quia creatura est effectus creatoris, & conuenit cum scriptura, Scitote quoniã dominus ipse est Deus, ipse fecit nos, & nõ ipsi nos. Psal. 99. In hoc quod dicit rationalis, ostẽdit caussam formalem, & differt ab angelo, quia angelus non est rationalis, sed intellectualis. Ratio est quia homo per discursum accipit cognitionem de rebus: s. per nota peruenit ad cognoscendum ignota, sed angelus sine discursu, simul intelligit. Patet hic quod deficit Por. quoniã dixit, Sumus rationales nos & dij, sed mortale additum nobis, separat nos ab illis. Caussa materialis etiam potest addi in diffinitione. Caussa finalis tãgitur, cùm dicitur, ad beatitudinem ordinata. Ex ista diffinitione ego facio fundamen-

Vera ho minis diffinitio.

tum. Quia homo est creatura Dei, ideo obligatur suo creatori in aliquo. Itē quia est rationalis, & per consequēs proximo socialis, ideo in aliquo tenetur proximo. Item quia ad beatitudinem ordinatur, tenetur sibimet in aliquo, s. vt se præparet ad illam. Ergo fratres debitores sumus, scilicet Deo, proximo, & nobismetipsis.

Primò debemus Deo honorem principalem,
Secundò debemus proximo dilectionem fraternalem,
Tertiò debemus nobismetipsis rigorem pœnitentialem.

Dico primò quod debemus Deo, &c. Dicit Philosophus, quod honor est exhibitio reuerētiæ in testimonium virtutis. 1. Ethico. Verbi gratia, Quando homo videt honorabilē personam, cogitat quod est virtuosa, & excellens in aliquo, ideo fit sibi reuerentia. Ista reuerentia exhibetur alicui personæ propter aliquam quatuor causarū, scilicet vel propter potentiam, vel propter scientiam, vel propter vtilitatem, vel propter sanctitatem. Propter potentiam honorantur non solùm imperatores, reges, &c. sed etiam officiales, in testimonium virtutis, potentiæ. Propter hoc præcepit Apostolus seruitoribus, vt dominos suos honorent, &c. dicens, Quicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur, ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. 1 ad Tim. 6. Nota omni honore, nō hyperdulię, nec latrię, quæ soli Deo cōpetit, sed omni honore, s. cordis, non despiciendo: oris reuerentialiter loquendo, & operis humiliter obediendo. Secundò aliqui honorantur ꝓpter scientiam, licèt pauper sit, si habet scientiā acquisitam vel infusam, digne est honore. Ideo præcepit deus honorare senes. Rationem assignat Iob 12. quia in antiquis est sapientia, s. vt cōmunius, & in multo tempore prudentia. Ideo præcepit Deus, Coram cano capite consurge, & honora personā senis. Leuit. 19. Tertiò propter vtilitatē, quando aliqua persona est alicui vtilis & benefica, talis persona honoratur ab alia. Ista ratione fit honor medicis, quia sunt vtiles & necessarij. Eccle. 38. Honora medicum propter necessitatem, id est vtilitatem. Ista eadem ratione præcepit Deus vt filij honorent parētes propter vtilitatem quā ab eis habuerunt, & etiā expectant. Honora patrem tuum & matrem tuā, quod mādatum est primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. ad Ephe. 6. Quartò propter sanctitatem, quia licèt non sit potens, nec sciens, nec vtilis, tamen propter sanctitatem honoratur. Ista ratione Deus præcepit honorare proximos, quia quilibet debet præsumere de proximo quod est bonus & sanctus, ideo vult quod honoremus eos. Honore inuicem præuenientes. ad Ro. 12. Nota præuenientes, quia quilibet debet præuenire. Ideo 1. Pet. 2. Omnes honorate, & Apostō. dicit modum, s. inuicem præuenientes, ad Ro. 12. No. præuenientes, quia quilibet debet præuenire honorando alium, quia ille qui incipit honorare alium, lucratur meritum. Istis quatuor rationibus honorantur personæ, nec sunt aliæ causæ, & si non, reducuntur ad istas quatuor causas. His etiā quatuor rationib⁹ debetur Deo honor principalis. Propter potētiā, quia si ex potētia reges, & imperatores honorātur, multò magis Deus. Quid sunt reges & imperatores nisi officiales Dei, totā potentiā habent à Deo. Et quid est Papa, vel quid sunt prælati, nisi vicarij Papę & Papa Christi? Nō est potestas nisi à Deo, quę autem à Deo sunt ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. ad Ro. 13. Si ergo ex potentia aliquis honoratur, multò magis Deus debet honorari, qui est fons totius potentiæ, à quo omnis potestas est deriuata. Iste honor principalis fit Deo in oratione humili, in qua homo debet flectere duo genua. Dominis temporalibus, s. gradibus, &c. solùm vnum genu est flectendum, s. sinistrū, quia solùm habent supra corpus dominium. Ideo Mat. 10. Nolite timere eos qui occidunt corpus, animā autem non possunt occidere: sed potius timete eū qui potest animā & corpus perdere in gehennā. Prælatis debet homo flectere genu dextrū, quia habēt potentiā & prælationē sup animā. Sed Deo q̄ habet dominiū super corpus & animā, duo genua debēt flecti. Ideo quādo adoratis corpus Christi, vel oratis, flectitis duo genua. In memetipso iuraui, egreditur de ore meo iustitię verbū, & non reuertetur, quia mihi curabitur omne genu. Esa. 45. s. dextrū & sinistrū. ad Ro. 14. Viuo ego dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo. No. cōfitebitur omnis lingua, sed quō eū nō habeas nisi vnā linguā, intelligitur hoc? Dico q̄ imò habemus duas linguas, corporis s. & animę. Lingua corporis hō loquitur Deo in oratione. Lingua animę loquitur Deo in cōtēplatione, quia cōtēplatur corde q̄ dicitur ore. Lingua animę est similis linguę angelorū, qui cōtēplādo loquūtur. De ista duplici lingua dicit Apost. Si linguis hominū loquar & angelorū 1. Cor. 13. Honor principalis fit Deo duob⁹ genibus & duab⁹ linguis, quia aliàs si lingua corporis loquitur Deo, & lingua animæ coquinario, &c. nihil vel parū vālet oratio. Patet etiā hic defectus illorū, qui quādo pulsatur cāpana ꝓ corpore Christi, vel Aue Maria, nō curāt, nec flectūt genua, nec orāt, quia oēs debēt flectere genua, & orare duabus linguis, &c. ex ista auctoritate, Viuo ego dicit Dominus, mihi curuabitur omne genu, &c. Secūdò debemus Deo honorē principalem, ꝓpter scientiā: quia si aliquis propter scientiā est honorandus, vt ꝓbaui, multò magis Deus, qui est fons sciētiæ infinitę. Nam sciētia nostra respectu scientiæ Dei stultitia est. Scientia huius mundi stultitia est apud Deū, vt dicit Apostolus. etiā noctua credit habere bonos oculos, sed nos reputamus eā cęcam. Ita qui se existimat aliquid scire, nōdū cognouit quomodo oporteat eū scire. 1. Cor. 8. Ideo dicit Apostolus de philosophis qui credebant se scire, Di-

Duplex in homine lingua.

te, Dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. ad Rom. 1. Ideo Socrates optimus philosophorum interrogatus de scientia sua, respõdit, Vnum scio quod nihil scio. Sed Deus qui est claritas æterna, & scientia infinita, est omnia sciens & prospiciens, quia omnia nuda & aperta sunt oculis eius. ad Heb. 4. quia corda, & cogitationes, & verba etiam secretè prolata, & omnia præsentia, & futura omnia scit, & nuda & aperta sunt oculis eius. Si ergo propter scientiam debetur honor alicui homini, multò magis Deo, ex quo omnia sunt ei nuda. No. quod in corporis Christi adoratione homo denudare debet caput suum, etiam religiosus vel clericus, quando in choro dicit antiphonam vel responsoriũ, & similia, debet caput suũ Deo denudare, quantũcunque vigeat frigus. Mulieres maritatæ seu viduæ semper in oratione caput debent habere velatũ, secùs de virginibus. Ista est doctrina Pauli 1. ad Cor. 11. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum, s. Christum. Omnis autem mulier orãs vel prophetans nõ velato capite, deturpat caput suum. Patet hic culpa, & negligentia, & irreuerentia illorum qui in oratione seu corporis Christi adoratione, non denudant caput suum, sed si habent loqui Papæ, vel regi, seu magistro, sciunt discooperire capur, &c. Tertiò honoratur aliquis propter vtilitatem, quia ex quo recipit beneficia ab aliquo, nisi sit ingratus, honorat benefactorem à quo habuit vel expectat habere vtilitatem, vel proficuum. Ista ratione iuristæ honorantur. Modò videamus quam vtilitatẽ habeamus à Deo. Declaratur hoc per regulam philosophi dicentis. Rerum naturalium recipientium peregrinas formas, id est extraneas, quædam recipiũt permanenter, quædam solùm in præsentia agentis. Verbi gratia, de aqua, de natura sua est frigida, quæ recipit calorem, quæ est sibi forma extranea, tamen retinet illum per magnum tẽpus. Idem de cãdela, cui lumen est forma peregrina, tamen recipit permanenter, sed aër nescit retinere formam peregrinam, nisi in præsentia agentis, quia quandiu corpus luminosum est ibi præsens, illuminatur, quod si abest, statim perdit lumen. Idem de speculo, quod nescit retinere imaginem nisi in presentia agentis. Modò quidquid nos habemus, recipimus à Deo, & perfectiones, & bona quę recipim⁹ sunt nobis vt formæ peregrinæ. Ideo apostolus, Quid habes quod nõ accepisti, si autem accepisti, quid gloriaris quasi nõ acceperis. 1. ad Cor. 4. Nec recipimus permaneter, sed solùm in præsentia agẽtis, quia sine eo nihil possumus retinere. Ideo sicut dedit, sic cõtinuè influit conseruando, aliter si per instans amoueret à nobis suã præsentiam, statim annihilaretur: per cõtinuũ ergo influxum eius retinemus bona quę ab eo recipimus. Si ergo propter vtilitatẽ habitã vel habendam aliquis debet honorari, Multò magis ex ista ratione debemus Deũ honorare principaliter. Honor quem sibi debemus ex ista ratione, in hoc

in hoc consistit, quod in oratione non solùm flectamus genua, sed prosternamus nos ad terram. Et istum modum seruat ecclesia in die mercurij sancta maximè. vbi innuitur quod nos sumus de terra, & quod nihil habemus à nobismetipsis, sed quod ab ipso habemus omnia: ergo Venite, adoremus, & procidamus ante dominum, quia ipse fecit nos, quia ipse est dominus Deus noster. psal. 94. Quartò honoratur aliquis nõ potentia nec scientia, nec vtilitate, sed sanctitate, vt dixi. Propter hoc debemus Deum honorare principaliter, quia est sanctitas, à qua omnis sanctitas dependit. Isa. 40. Ecce gentes, scilicet in conspectu Dei, quasi stilla situlæ reputatæ sunt: sicut situla descendit in puteum ad hauriendum aquam, & ascendit stillãdo, sic Christus descendit in puteum vteri virginalis, & in situla humanitatis hausit aquam sanctitatis, & de eo stillant guttæ. Petrus & Paulus dicũtur sancti, & alij sancti. Quia vna gutta istius situlę Christus stillauit in Petrum, & alia in Paulum, & sic de alijs. Si ergo vni homini, qui nõ habet nisi vnam sanctitatis guttam, debemus honorẽ, multò plus Deo, &c. in quo est omnis bonitas & sanctitas. Ideo Matt. 19. Quidam doctor dixit Christo, Magister bone quid ego faciam vt habeam vitam æternam? Christus reprehendẽs eum respõdit, Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus Deus. Sed dices, ratione Christus erat Deus, quare ergo reprehendit eum? Dicẽ dum quod ille doctor credebat Christum solum hominem bonum & sanctum: sed nõ credebat ipsum esse Deum. Ideo Christus inquẽs quod nullus alius, præter Deũ, est perfectus, nec sanctus, dixit. Nemo bonus, simpliciter, nisi solus Deus, oẽs alij sunt boni & sancti participatiuè. De hoc vide beatum Thom. 1. part. q. 6. Sicut ergo ille qui est albus secundum dentes, nõ dicitur albus simpliciter, ita nec nos vna virtute sumus dicendi boni simpliciter, nec vna gutta sanctitatis sancti essentialiter. Verbi gratia. Si habetis virtutem castitatis vel humilitatis, estis albus secundũ dẽtes, s. estis bonus secundũ illam virtutem, sed nõ simpliciter, quia si ex prima parte estis castus, ex alia estis superbus. Item si ex vna parte estis humilis, ex alia parte estis luxuriosus. Ecce quare Christus dixit, Nemo bonus, sup. simpliciter & essentialiter, nisi solus Deus. Honor quẽ Christo debemus hic est, ꝙ debemus sibi inclinari à singulo vsq; superius quasi dicẽdo, Vos domine inclinastis vos pro nobis, ideo vt vobis assimilemur, inclinamur. Ideo ad Ephe. 5. Christus dixit. Imitatores Dei estote sicut filij charissimi. Si ergo aliquis debet honorari ex potẽtia, vel scientia, vel vtilitate seu sanctitate, præcipuè & super omnes debet honorari Deus. Ergo, In omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum dominũ nostrum, cui est gloria & imperiũ in sæcula sæculorũ amen. 1. Pet. 4. ergo fratres debitores sumus. Dico secũdò quod debemus proximo dilectionẽ fraternalem, quia sumus rationales

Exponitur iste scriptura sic, nemo bonus, nisi solus Deus.

nales, & habemus conuiuere, id est ad inuicem, ideo debemus nos inuicem diligere. Dilectio enim debitum est. Et sicut ille qui debet alteri pecunias vel alia bona, si non vult soluere, damnatur. Ita qui non vult soluere proximo debitum dilectionis cordialis, damnatur. Sed hodie istud debitū malè soluitur. Quot, proh dolor, sunt odia, desideria, & vindictæ in mūdo, ideo apostolus, Frater nemini quidquā debeatis, nisi vt inuicem diligatis. ad Ro. 13. Nota nemini quidquam debeatis, scilicet corporale. Duplex est debitum, scilicet corporale, & cordiale. Et differunt, quia soluto debito corporali vel pecuniali homo est liber à debito. Sed de debito cordiali quod debet solui, quantò plus soluitur tantò plus tenetur homo soluere. Quia quātò plus soluitur, tantò ille qui soluit efficitur sanctior. Et quātò persona est sanctior, tātò plus tenetur proximū diligere. Istud debitum dilectionis in hac vita, & etiam in alia soluitur, quia sancti diligunt se mutuo. Vnde dicit Aug. quod præceptū de dilectione in hac vita inchoatur, & in alia impletur. Istud præceptum debet solui ex corde, ex ore, & opere. Corde soluitur isto modo, quia si proximus sit malæ vitæ, debemus desiderare suam conuersionem, & orare vt exuat peccata, &c. Item quando est in bona vita, debemus ipsum diligere, & pro eo orare vt in ea conseruetur, &c. à malis & periculis. Ore soluitur salutando ad inuicē, quia dilectio cordis ore ostēditur, quia etiam si homo diligit proximum corde, sed nō vult loqui sibi, talis dilectio defectum habet. In isto defectu sunt mulieres, quę nō lunt loqui dicendo, Ipsa dixit mihi iniurias, &c. Opere soluitur seruiendo & subueniēdo adinuicē. Ideo dicitur 1. Io. 3. Filioli mei non diligamus verbo neque lingua, supple tantùm, sed opere & veritate. Nota, non diligamus verbo. Verbum propriè est conceptus mētis, ideo significat dilectionem cordis, quæ nō solùm corde vel lingua est soluenda, sed etiam opere. Dico tertiò quod debemus nobismet ipsis rigorem pœnitentialem, quia ad beatitudinem sumus ordinati. Hinc est quod necessārium est vt paremus nos per pœnitentiā, non debemus viuere secundum carnis inclinationem vel sensualitatem. Ideo apostolus postquam dixit, Fratres debitores sumus, non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnē vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. Nota, quod pœnitentia est duplex, scilicet eligenda & infligēda. Prima est voluntaria, quādo scilicet homo eligit sibi certas orationes, cilicium, vel huiusmodi, & si discretè illam cōtinuat, multū placet Deo talis pœnitentia. Alia pœnitentia est inflicta, vt infirmitas, & paupertas, aduersitas, & similia. Bona pœnitētia est si sumatur cum vera patientia, quasi dicendo Deo, Domine ego recipio istam pœnitentiā, quia peccata mea hoc bene meruerunt, &c. ideo vos vt confessor dedistis mihi istam pœnitentiā, & ego recipio libenter & patien-

patienter. Ideo Luæ vigesimoprimo. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

De eadem Dominica. Sermo VI.

TEstimoniū reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. ad Ro. 8. Thema dat mihi motiuum vt prędicem de filiatione quam habemus à Iesu Christo per gratiam, & quomodo sumus filij, & in quo cognoscitur ista filiatio. Sed primò salutetur virgo Maria. Resūmatur thema. Quęstio est multum bona in theologia, an aliquis de se vel de alio possit cognoscere certitudinaliter quod sit filius Dei per gratiam. Respōnio stat in duabus cōclusionibus. Prima quod per causſam scientialiter non potest sciri. Secunda quod per effectus coniecturaliter potest sciri. Ecce duæ conclusiones, vna affirmatiua, alia negatiua. De prima conclusione quæ dicit, quod per causſam scientialiter nō potest sciri. Ratio est, quia causſa & principiū filiationis Iesu Christi est voluntas diuina, & cum ista non possit sciri nisi speciali reuelatione, igitur. Sed bene coniecturaliter, secundum quod dicit secūda conclusio, quando homo in creatura videt effectus qui nō venerunt nisi per diuinam gratiam, tunc homo vel de se vel de alio potest coniecturare quod est filius Dei per gratiam. Declaratur hoc, sicut de arbore si fieret quæstio, Ista arbor viuit an non, oportet respondere per distinctionē, s. per causſam non potest sciri, quia causſa & principium arboris vitæ est radix, quæ est ignota, &c. Sed potest sciri per effectus quando arbor floret, & producit folia & fructus, scitur quod viuit. Ita in proposito. Cogitate q̄ omnes sumus arbores plantatæ in viridario. Ideo Mar. 8. Video homines velut arbores ambulantes. Ambulare dicuntur arbores, quando emittunt ramos, folia, & fructus, &c. Ita vult Deus quod nos ambulemus. Radix vitę spiritualis hominis est gratia Spiritus sancti, quæ videri non potest, nisi ipsi reuelet. Quis enim hominū scit quæ sunt hominis? nisi spiritus hominis, qui in ipso est, ita & quę Dei sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei. 1. Cor. 2. Ergo per causſam non scitur, sed per effectus, quādo s. bona opera sunt ita bona & clara, potest homo cognoscere de se, vel de alio quod est filius Dei per gratiam. Hoc dicit thema, Testimoniū reddit spiritui nostro, s. operatio exterior, quod simus filij Dei. Multa sunt signa & multi effectus, quibus potest homo cognoscere de se vel de alio quod sit filius Dei. Sed modò solùm dicā tria principalia signa.

Primum est per mutationem principalem,
Secundum est per correctionem doctrinalem,
Tertium est per prouisionem specialem.

De quolibet dicit the. Testimoniū reddit spiritui, &c. Dico primò signū filiationis diuinæ attenditur penes assimilationem, vel penes assimi-

assimilari patri, scilicet in membris principalibus, seu in operibus principalibus. Communiter filij in his duobus assimilãtur patri, primò, scilicet in membris principalibus, scilicet in facie, licèt in aliquibus membris minus principalibus aliquoties contingat oppositum. Et hoc est ex culpa matris, quod filius assimilabitur illi imagini de qua ipsa cogitat quando concipit filium. Et est ratio naturalis. Dicit philosophus quod omne receptibile recipitur ad modum rei recipientis, sicut aqua in vase, quæ recipitur secundum formam ipsius vasis. Idem de imagine in speculo, quæ recipitur secundum formam ipsius speculi per dispositionem. Vnde aliquoties facies facit dissimilem, s. longã vel tortam, &c. & nõ erit ita, quia imago recipitur in speculo secundũ speculi dispositionem. Inde est quod mulier, sive quodlibet femineũ genus recipit in generatione secundum mensuram imaginationẽ, quia fœtus assimilabitur rei tunc imaginatę. Hoc patet per auctoritatẽ sacræ scripturæ. Gen. 30. Dicatur historia de patriarcha Iacob, qui morabatur cum Laban pastore auunculo suo. Dicatur historia de virgis positis in canalibus, &c. quod fecit per revelationem angeli. Patet ergo hoc clarè in bestijs, quod secundũ imaginationem, femellæ concipiunt. De hominibus etiam quærit sanctus Tho. in 1. par. summæ theologiæ. Si Adã non peccasset, & fuissemus in paradiso, si mulieres concepissent filios & filias, & cui assimilarentur? Respondet, quod secundum desidera & imaginationes mulierum, &c. De hoc poteris latius eum videre. Dicatur hic exemplum de illo pulchro homine, & pulchra muliere, & quod ipsa mulier peperit filium Aethiopi simile. De qua vir cõcepit suspicionem ne cum aliquo captiuo peccasset. Sed ex alia parte videbat mulierem planè deuotam, hoc est melius signum, q̃ vir potest habere de bonitate vxoris quod sit deuota, ideo ex conscientia nõ audebat iudicare eam adulteriũ commisisse. Sed ex alia parte quando videbat filium talem malè suspicabatur. finaliter accessit ad quendam doctorẽ in omni facultate expertum, quærens an erat possibile quod homo pulcher, & mulier pulchra, posset naturaliter generare filium nigrum, &c. Respondit, quod sic, &c. & ait. in quo loco cõcepit, dicatis mihi, & si ibi erat aliqua pictura: & fuit inuentũ quod in camera, in qua ipsa cõcepit erat imago Aethiopis depicta, in quam ipsa respiciebat quãdo cõcepit. Patet igitur regula q̃ omne receptibile, &c. Sed vt plurimũ filij vel filię patri assimilãtur in facie, & inclinationibus seu operibus principalibus, & cognoscũtur per patrẽ, vt patet de Tobia 7. ca. vbi dicitur q̃ Tobias iunior fuit in domo Raguelis consanguinei sui, & quia assimilabatur patri suo, petijt ab eis an cognosceb̃t Tobiã. Respondent q̃ sic, pater erat huius. Et respõdit Raguel, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri es filius. Tob. 7. Itẽ filius assimilatur patri in operibus seu inclinationibus, quia filius naturaliter operatur & habet inclinationes patris. Ideo dicit Christus Iudæis gloriãtibus de Abrahæ filiatione. Si filij Abrahæ estis, opera Abrahę facite. Ioan. 8. Modò videamus per ista duo figura quomodo possumus scire & cognoscere filiationem Dei per gratiam in nobis. Hoc possumus videre per faciem, secundum quam nobis ostendit, & per operationem principalẽ. Facies quã nobis ostẽdit semper Deus seu monstrat, est amor & dilectio: non ostẽdit nobis dorsum, scilicet rigorem iustitię, sed faciem amoris & dilectionis. Quare Deus creauit mundum? non pro se, quia non indigebat, sed pro nobis vt hic mereamur, & in cęlo quiescam⁹, hoc solã dilectione fecit. Item quare voluit incarnari, nunquid cogebatur ab aliquo? non, sed sola dilectione. Adam voluit Deo assimilari per cibum, sed non potuit. Sed Deus voluit incarnari, vt esset nobis similis. Itẽ quare voluit nasci de virgine & virgo esse? profectò propter amorem & dilectionẽ, vt daret nobis exemplum castitatis. Itẽ quare in cruce portauit onus omnium peccatorum nostrorum? sola dilectione & amore, ne aliquis sibi credens & obediens suspẽdatur in furca inferni. Item quare voluit descendere ad inferos? vt inde sanctos patres extraheret. Item quare voluit resurgere? dans nobis spem resurrectionis in iudicio. Item quare voluit ascendere? vt præpararet nobis locum. Itẽ quare ordinauit sacramẽtum altaris? vt cõtinuè esset nobiscum. Et alia sacramẽta in remissionem peccatorũ. Totum hoc fecit amore & dilectione, nobis faciẽ suam ostendẽdo. Quando ergo aliqua creatura habet amorem & dilectionem, & charitatẽ ad proximum, est similis Christo in facie. Auctoritas. In hoc cognoscent omnes quia discipuli, immo & filij mei estis, si dilectionem habueritis adinuicẽ. Io. 14. Ideo dicit alia auctoritas, & est apostoli. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. ad Ephes. quinto. Nónne est homo de magno genere? Magnum est esse filium regis, sed maximum est esse filium Dei. Videte fratres qualem charitatem dedit nobis Deus pater, vt filij Dei nominemur & sim⁹. 1. Ioã. 3. Sed hic multi deficiunt, quia ex quo cõceperunt odiũ, rancorẽ, & malã voluntatẽ cõtra alium, nolunt parcere. Ideo amissetis vos, & emẽdetis, quia aliàs non estis filij Dei. Secundò in opere filius patri assimulatur. Opus Dei principale est, de quo Dauid dicit nobis, Suauis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Ergo principale opus Dei est opus misericordiæ. Quando ergo aliquis est misericors, & pronus ad opera misericordię. Feruẽter exercens ea circa pauperes, vidnas & pupillos, captiuos, hospitalia, &c. cognoscitur quod est filius Dei. Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est. Luc. 6. Secundũ ergo quod ostendit aliquem esse filium Dei, est correctio doctrinalis. Quando Deus cum virga paternę correctionis percutit aliquem.

Femina concipit interdũ talẽ formã, qualis illa est de qua cogitat tẽpore conceptus.

Virga est dolor, vel paupertas, infirmitas, vel perditio amicorũ, aut bonorum. Quando Deus ista virga percutit aliquem, signũ est euidẽs quod talis est filius Dei, si patienter recipit. Ad hoc dicatur exẽplũ de pueris in platea ludẽtibus & facientibus truffas, & venit vnus homo, & dimissis alijs pueris, corrigit vel percutit vnũ vel duos de illis, statim vos dicetis, O ille debet esse filius illius. Ecce quomodo castigat eum. Idẽ de nobis quotquot sumus, sumus pueri, & facimus truffas, quia nullus est ita sapiẽs qui in aliquo nõ erret, vel in verbo, &c. Ideo Apostolus, Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensibus autẽ perfecti estote. 1. Corint. 14. Sed quid facit Deus? dat mihi vel tibi tribulationes, cũ virga castigãdo vel corripiendo, & nõ alios: signũ est quod sumus filij Dei & nõ alij. Immo possunt dicere alij, Verè illi filij Dei sunt, quos corrigit. Tamen creditur ab insipiẽtibus, quod illa correctio sit ira Dei, cùm sit dilectio: sed quãdo Deus dimittit personã, quod non habet aduersitates, &c. malũ signum est. Dicatur hic miraculũ quod legitur in vita beati Ambrosij, eo eunte per viam in Italiã, cùm esset archiepiscop⁹ Mediolanẽsis, & hospitatus fuisset in domo cuiusdã diuitis, & post prandium dũ scutiferi comederẽt, beatus Ambrosius loquebatur cum domino illo, vt daret sibi aliquã bonam doctrinã, & dixit sibi, Quomodo viuitis, &c. Et ille subridens respondit, Domine nouerris quod ego sum beatior mundi omnibus, nunquam fui infirmus, &c. Dicatur quomodo beatus Ambrosius recessit, & statim dominus cũ omnibus desecẽdit in profundum, &c. Ideo dicebat Apostolus hominibus, Quis est filius quẽ non corripit pater, quod si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & nõ filij estis. Heb. 12. Persona sancta nunquã est sine aliqua passione in suo corpore. Quod à multis reputatur quod sit malum & ira Dei. Non sic reputabatur ab illo sancto, qui quolibet anno grauiter infirmabatur, quã infirmitatẽ ipse cũ magna patiẽtia recipiebat, dicendo: Domine modò bene cognosco quod sum filius vester, quia corrigitis me, &c. Et cùm semel trãsiret annus, q⁹ non fuit infirmus, plorabat, &c. quousq; infirmabatur. Et nos murmuramus de infirmitatibus. Ideo dicit scriptura, Disciplinã Domini fili mi ne abijcias, nec deficias cũ ab eo corriperis. Quem enim diligit Deus corripit, & quasi pater in filio cõplacet sibi. Prouerb. 3. Not. ne abijcias, scilicet repugnãdo, contradicẽdo, & murmurando, quia pœna propter peccatum datur. Ideo dicit Aug. De pœna tua peccatum tuum accusa, quia si pateris in capite, signum est q⁹ per caput peccasti. Idẽ si in oculis, auribus, manibus, seu pedibus. Ideo dicit thema, Testimonium reddit, &c. Tertium opus quod ostendit esse filium Dei est prouisio spiritualis, sicut quando homo intrat domum alicuius honorabilis personæ, & videt ibi multos pueros, & videt aliquos comedentes de pane domini,

mini, & de eius vino bibentes, & alios nõ, statim dicitis, illi debent esse filij domini. Item quãdo videtis eos indutos de eodem panno, & alios non. Itẽ quãdo videtis eos euntes ad scholas cum pædagogo, & alios non, statim dicitis, illi sunt filij domini: licèt ipsum non cognoscatis, quia prouisio & indumenta declarãt quod sunt eius filij. Ad quam prouisionem pater obligatur duplici ratione, naturali scilicet, & theologicali. Ratio naturalis est ista, quod sicut filij habent esse à parẽtibus per generationem, ita vult etiam Deus quod à parentibus habeant prouisionem. Ratio theologicalis est, si quis suorum & maxime domesticorum, curam nõ habet, fidem negauit, & est infideli deterior. 1. Timot. 5. Gloss. fidẽ negauit, quia facit cõtra legẽ naturæ, quam infidelis seruat. Ad idem Christus dat nobis prouisionem de cibo, vestitu, & pædagogo. De vestitu, non dico de serico, nec de auro, quia etiã de his filij diaboli vt infideles & peccatores induuntur, quia talia sunt signa quod sunt filij diaboli, sed de filis vestib⁹, de quibus Apostolus dicit, Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatẽ, modestiã, patientiam, &c. ad Col. 3. Philosophus in Ethicis vocat virtutes habitus, quia virtutes sunt indumenta animæ. De istis vestibus dicit beatus Ioannes, Beatus qui vigilat, scilicet diligenter, & custodit vestimẽta sua, nè nudus ambulet, & videant turpitudinem eius. Apoc. 16. Quia nihil turpius corã Deo & sanctis quàm anima nuda: sicut esset modò vobis abominabile, si veniret aliqua meretrix nuda, plus sancti abominantur animam nudam. Ideo dicit, Beatus qui vigilat. Secundo cibus spiritualis est, nõ capones nec perdices, &c. quia etiam filij diaboli comedunt de istis, sed cibus ille est quẽ ipse dimisit Christus recepit & Apostoli, qui est sacra communio corporis & sanguinis Christi, quam filij Christi recipiunt in mensa Christi, id est altari. De isto nõ comedũt nisi filij. Nam dicit Christus: Non est bonũ sumere panẽ filiorum, & dare canibus. Matt. 15. Dicit S. Tho. in quadã cõtemplatione, Panis angelorum verè panis filiorum, nõ mittendus canibus. Tertiò prouidet nobis de doctrina in schola. Pædagogus est prædicator, qui prædicat doctrinã Christi, non Vergilij, vel Terentij, &c. sed doctrinam Christi, de qua dicit scriptura, quæ per magistrorum consiliũ data sunt à pastore vno, his amplius fili mi ne requiras. Eccle. vlti. Not. per magistrorum consilium, scilicet prophetarũ, quantũ ad vetus testamentũ, & Apostolorũ quantum ad nouũ, & à pastore vno, s. Christo. Ideo in nocte pasc. dixerunt Apostoli Christo, Domine ecce duo gladij hic. Lu. 22. Allegoricè dicit Beda, q⁹ duo gladij sunt vetus & nouum testamentũ. Respondit Christus, sufficit, s. ad iudendũ, prædicandũ, disputandũ, & scindendũ peccata. Quando ergo aliquis indutus est bonis moribus, & comedit in mensa Domini communicando, & audit libẽ-

Parentũ obligatio ad filios.

Anima indumẽtum, seu habitus, est virtus.

Anime cibus.

Anime magister.

Quid per duos gladios designetur.

Luc. 22.

libenter verba Dei, sermones, missas, &c. signum est quod est filius Dei. Ideo dicit thema, Testimoniū reddit spiritui, &c. Deo gratias.

Dominica nona. Sermo 1.

Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis. Luc. 16. Euangelium hodiernum declarat nobis tria multum necessaria nobis.

Primum est iustitia diuinalis,
Secundum prudentia humanalis,
Tertium clementia fraternalis.

De tertio dicit thema, Facite vobis amicos, &c. Dico primo, &c. quod in hoc cōsistit, nam quilibet habet reddere rationem de se & de omnibus quę habuit à Deo. Et hoc ostenditur in hoc quod dicit prima pars euangelij, Homo quidam erat diues qui habebat villicū, & hic diffamatus, &c. vsque, Non poteris villicare. Verba & doctrina sunt Christi, in quibus ostenditur iustitia diuinalis, quoniā Deus ab omnibus nobis quæret computum. Et sunt hic quatuor declaranda. Primò quis est iste dominus. Secundò quis est iste dispensator. Tertiò quomodo dispensat bona. Quartò quando vocatur ad rationem reddendam. De primo dominus iste est Christus, vt dicunt omnes glosę, quia de se loquebatur. Sed quare dicit diues? Nunquid dicit scriptura quod semper fuit pauper? Exulta satis filia Sion, iubila filia Ierusalem. Ecce rex tuus venit tibi iustus & saluator, ipse pauper. Zach. 9. Quare vocatur diues? Respōsio, quod totum verū est, quia Christus diuersis respectibus diues fuit & pauper. Si enim volumus respicere eius modū viuendi, semper fuit pauper, quia nō habuit domum, cellā, seu camerā, sed si in sero inuitabatur per aliquē ad aliquā domum, recipiebat hospitium amore Dei, vel ibat ad mōtes ad dormiendū. Nunquam portauit pecunias. Si postquā prædicauerat inuitabatur ad prādium per aliquem, recipiebat amore Dei. Triginta annis portauit eandem tunicam. Ecce quomodo fuit pauper quantum ad eius modū viuendi, dās nobis exemplum quod nō faciamus quæ volumus, scilicet vsuras, furta, deceptiones, simonias, pro diuitijs habendis. Sed si volumus loqui nō de eius modo viuendi, sed de eius dominio. Dominus est omniū rerum. Dauid, Dominus est terra, & plenitudo eius orbis terrarū, & vniuersi qui habitant in eo, &c. Secundò dispensator, cui Christus cōmisit bona, potest dupliciter intelligi, quia vel intelligitur de bonis terrenalibus, vel de bonis spiritualibus, vel de bonis personalibus. De primis bonis dispensatores sunt diuites, scilicet imperatores, reges, comites, &c. nō credāt se dominos bonorum temporalium vel terrenalium, sed dispensatores. Quia de omnibus quæ receperunt habent reddere cōputum Christo, qualiter vel quomodo habuerunt & quomodo expenderunt. Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores

tores. 1. Cor. 4. O si domini & diuites cogitarent istā veritatē quomodo nō sunt domini, sed dispensatores, domini non reciperent à vasallis per vim, &c. Et diuites cauerent ab vsuris, quia est cōtra voluntatem Dei seu Domini. Non diceret vsurarius, quare de bonis meis, &c. Hic decipitur, quia nō sunt sua. Itē domini vitarent tot vanitates & excessus, cùm deberent dicere, Ista bona nō sunt mea, sed illam sum dispensator. Dispensatores autem possunt recipere necessitatem. Ideo auisa. Dispensatores bonorum spiritualium sunt prælati, scilicet papa, cardinales, &c. vsq; ad vicarios, quia null' est dominus beneficiorum vt ipsa possit vendere, sed dispensator, nec sacramentorum ad vendendum, sed dispensator ad ministrandum. De bonis corporalibus quilibet nostrum est dispēsator. Non valet excusatio, si aliquis diceret, Ego nō sum dominus temporalis, nec prælatus, ergo non sum dispensator. Dico quod immo. Nam cuilibet nostrūm cōmisit Deus dispēsationē trium magnarum ciuitatum, quarū quęlibet maior est Troia, & quatuor villarum, & quinque castrorum. Ciuitatum prima est memoria, maior toto mūdo, habet in se tot habitatores, quot habet recordationes, de omnibus habes Deo reddere cōputum. Alia est intelligentia, quæ maior est cælo & terra, quia immensa est, & habet tot habitatores quot intelligētias. Tertia est voluntas, quæ est capax infiniti boni scilicet Dei, quot habes desideria tot habes habitatores, & quot affectiones, & de omnibus habes reddere cōputum Deo. Quatuor villæ sunt potentiæ sensitiuę intellectiua. Quinq; castra sunt quinque sensus corporales. Omnia ista oportet ministrare. Ideo Apostolus, Ministri Christi sunt. 2. Cor. 11. Sed pauperes licèt nō sunt domini nec prælati, tamen de omnib' istis oportet eos reddere cōputum. Tertiò videndum est quomodo bona dissipātur à villico. Bona terrena dissipātur in vanitatibus, pōpis, & superfluitatibus, &c. quia tot sunt vanitates quod plus expenditur in eis quàm in necessitatibus, quia si domini & diuites vellent esse contēti de necessitate, multa bona possent facere. Quot sunt superfluitates indumentorum, ornamentorum, &c. & pauperes & cano moriuntur fame, &c. Bona spiritualia dissipātur à prælatis, dāmagna beneficia & pinguia parentibus & amicis suis immeritis, vel seruientibus indignis, dissipātur per simoniam, &c. precibus arbitrātis, &c. Bona verò personalia, vt memoria, quę debet expēdi memoriā Christi opera creationis, redemptionis, &c. dissipātur memorando iniurias ad vindicādum, & peccata ad delectandum. Intelligentia in vanis cogitationibus, voluntas in vanis desideriis. Idem est de quinque sensibus in cōtrarijs vsibus applicādo. Sic dissipantur bona corporalia. Ideo Christus sciens ista quærit, Quis putas est fidelis dispensator & prudēs, quem constituit dominus super familiam

liam suam, vt det illi in tempore tritici mensuram: Lucæ 12. Hæc illi fecit Christus beato Petro dispensatori in nouo testamento dicens. Petre, quis putas est fidelis, scilicet post te? Ideo Apostol⁹ 1. Cor. 4. Hic iam quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. q. d. vult inuenitur fidelis. Quartò vocatur vt reddat rationē, scilicet in morte. Nuntij citantes sunt infirmitates, dolor capitis, febris, senectus, &c. quando ista veniunt, poteris dicere, ego sum citatus, &c. Auctoritas. Sapiētia misit ancillas suas, vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis. Prouerb. 9. quia mulieres sunt debiles, &c. & quia infirmates debilitant dicuntur ancillæ. Ideo quando citamini, siue sitis dispensatores bonorum temporalium, siue spiritualium, siue corporalium, paretis vos. Ne accidat vobis vt illi homini diuiti & malę vitę, in omnibus vitioso & peccatori, qui erat solùm hoc bonum habēs, quod orabat quotidie quod Deus daret sibi mortem suam præcognoscere, vt posset vitam emendare. Cui semel oranti apparuit angelus bonus, dicens ipsum à Deo esse exauditum, quod ante mortē mitteret sibi tres nuntios, &c. Alibi poteris hoc exemplum videre. Ideo estote parati, siue iuuenes siue antiqui, quādo Deus vocat vos. Ita faciebat Iob 14. Vocabis me, scilicet per istos nūtios, & ego respondebo tibi. Respondetur Deo, quando homo emendat vitā suā. Operi manuum tuarum porriges dexteram, quādo sibi dicet, Euge serue bone & fidelis, &c. Matthæ. 25. sed fit per remissionem peccatorum. Ideo dicit. Sed parce peccatis meis. Dico secundò, quod ostenditur prudentia humanalis. Nam quando iste dispensator, de quo legitur euangelium, sciuit quod habebat reddere rationem, & amoueri à villicatione, habuit prudentiam in se, cùm dicit: Ait autē villicus intra se, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem. Fodere non valeo, mendicare erubesco, vsque, quia prudenter fecisset. Ita debemus nos facere bonę gentes. Iste excusabat se à duobus, scilicet de fossione per impotentiam, quia fodere non valeo. Secundò de mendicatione ex verecundia, quia mendicare erubesco. Sed remedium, quod habuit vt viueret, dedit oleum & triticum domini sui. Fodere est rumpere terrā vt fructificet. Ecce pœnitentia, in qua rumpitur terra corporis. Formauit Deus hominem de limo terræ. Genes. 2. Ista terra cauatur disciplinis, cilicijs, & illis talibus. Sed multi dicunt modò confessoribus, fodere non valeo. Dicatur hic contra mulierum vanitates, & fatuitates, & contra homines qui in seruitio dominorum temporalium portant iniuriam, &c. & pro Christo & anima nihil possunt facere. In obsidione inimicorum ieiunant, sed pro anima non possunt ieiunare, ideo fodere non valeo. Mala excusatio est. Recipere deberis audaciam, quia vecordes nihil boni faciunt. Deberet vobis dare audaciam illud quod sancti fecerunt. Quid fecit Catharina delicata, & filia regum

Isuper & salarium quod expectamus, est regnum Dei. Et si miles pro rege ponit se in tantis periculis pro modico stipēdio, quanto magis vos? Ideo Christus, Agite pœnitentiam, appropinquabit enim regnum cælorum, scilicet tanquam prępium. Matthæ. quarto. Secundò excusabat se de mendicatione, propter verecundiam. Mendicare enim simile est huic quod est orare, quia sicut mendicantes vadunt ostiatim petendo per ciuitatem paradisi, persona enim deuota cum desiderio cordis debet pulsare. Primò ad palatium regis dicens: Domine, misericordiam peto & eleemosynam, vt remittatis mihi peccata, vt detis mihi gratiam vestram. Item ad palatium reginę accedere debet. Consequenter inquirere debet loca & vicos sanctorum, patriarcharum, & prophetarum, apostolorū, &c. Patet ergo quod mendicare idem est quod orare. Auctoritas. Qui erat gloriosus rex Dauid dicebat se mendicum. Ego autem mendicus sum & pauper, &c. in Psalm. 39. Expectans. Et erat ditissimus, quia in morte dimisit Salomoni filio suo centum millia talenta auri, & mille millia argenti, tamen dicit se pauperem propter orationem. Sed quot sunt modò qui dicunt, mendicare erubesco. Multi non audēt orare, nec eleemosynam frequentare propter verecundiam, ne ab alijs derideantur, sed verecundia facit erubescere, &c. Si ergo fodere non vales, & mendicare erubescis, habes aliud remedium, vt ille villicus, quod de bonis domini des oleum, & triticum in eleemosynam. Nam oleū significat eleemosynas spirituales. Triticum significat eleemosynam de bonis terrenis. Qui de scientia quam habet dat doctrinam ignoranti, consilium dubitanti, correctionem erranti, consolationem desolato, remissionem inimico, supportationem tædioso, vt vir vxori, & econuerso, amicus amico, &c. talis dat de oleo domini sui. Ideo si non potestis fodere, nec mendicare, ad minus detis oleum domini vestri. Secundò triticum significat opera misericordiæ corporalia, qui dat panem esurienti, potum sitienti, hospitium peregrinanti, indumentum nudo, qui infirmos & incarceratos visitat, mortuos sepelit, talis dat triticum domini sui. Nota hic, Villicus ille de oleo dimisit quinquaginta mensuras, de tritico viginti. Quare maius donum fecit de oleo quàm de tritico? Ad inuendum quod maior est eleemosyna de bonis spiritualibus quàm terrenis. Maiorem eleemosynam facit ille qui dat doctrinam ignoranti, quàm ille qui dat panem esurienti, & sic de alijs. Et sequitur, Et laudauit dominus villicum iniquitatis. Dico tertiò quod ostenditur clementia fraternalis circa proximos, cùm dicit thema, Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, sicut ille dispensator. Istud indiget declaratione, quia aliqui ex isto verbo malè intellecto recipiunt occasionem peccandi, dicentes quod de diuitijs acquisitis iniustè non oportet facere restitutionem. Sed la-

erati amicos per eleemosynam, scilicet religiosos, & pauperes, &c. Nota tres intellectus huius verbi thematis, secundum quod diuitiæ tripliciter possunt dici Mammona iniquitatis, scilicet,

Effectiuè,
Causatiuè,
Desertiuè.

Primò dicitur Mammona iniquitatis effectiuè, quando, scilicet reniunt de iniquitate, per vsuram, vel furtum, &c. De tali Mammona iniquitatis lucrandi sunt amici illi, scilicet à quibus recepisti vsuram vel furtum, qui sunt inimici tui, & eis restitue, & erũt amici tui. Idẽ de domino qui recipit aliquid iniustè à vasallis, licèt ipsi dicãt quod sint gratiosę petitiones, tamen includunt populum in carceribus, dicendo, nunquam exhibitis, &c. Idem facit qui recipit mutuo, & postea negat debitum, & minatur, lucrentur amicos reddẽdo quod suum est. Idẽ faciat qui retinuit totũ seu partem de mercede seruorũ, &c. Ideo dicit, Facite vobis amicos de Mam. &c. vsque, recipiẽt vos in æterna tabernacula, scilicet angelorũ. Secundò dicitur Mammona iniquitatis caussatiuè, licèt sit de bono iusto, de redditib⁹, vel laboribus, tamẽ est caussa iniquitatis & peccati. Verbi gratia. Si pauperi fit iniuria, habebit patientiã, qui si vindicaret se, & caperetur, nõ haberet vnde posset liberari. Si diuiti, dicet fortassis, ego in ista vindicta possum expẽdere decem millia florenorum, &c. Si homo pauper videat mulierem pulchram & tentetur, tamẽ quia nõ habet pecunias desistit, &c. Sed diues dicit, Quid mihi nocebit si centum exponam florenos, vt meam habeam voluntatem, &c. Ecce quomodo est caussa peccati Mammona. Vnde tot superfluitates & vanitates? ex abundantia profectò. De tali Mammona lucrandi sunt amici, scilicet pauperes, viduæ, pupilli, &c. quia non solùm fleuborotomandi sunt qui habẽt sanguinem corruptum, sed etiã illi qui nimis abundant in sanguine. Ita non solùm debent lucrari amicos illi qui habent pecunias de vsura, &c. sed etiam illi qui abundant, licèt sint de bono iusto. Ideo dicit, Facite vobis amicos de Mammona, &c. Tertius intellectus dicitur Mãmona iniquitatis desertiuè, isto modo omnis pecunia dicitur iniquitatis, quia deserit dominum suum in transitu periculoso. Si scutifer qui associat dominum suum in delitijs, conuiuijs, &c. si in periculoso transitu deserit dominum suum, nũquid diceretis vos, quod est scutifer iniquitatis? Idem de diuitijs quæ associant vos in delitijs, &c. sed in transitu periculoso mortis deserunt dominum suum, de his lucrãdi sunt amici, scilicet mortui, hæredes, & manumissores mortui deberent dicere, O pessimę diuitiæ, dimisistis dominum vestrum? Certè vos ibitis cum eo, damnes in missis, eleemosynis, &c. sic sequuntur dominũ suum, & mercatui efficiuntur tunc amici vestri. Quia sicut nõ libenter retineretis

seruiferum iniquitatis, qui dominum suum deseruit in trãsitu periculoso, quia idem faceret vobis, ita de pecunijs est faciendum. Ecce quare dicit thema, Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis.

De eadem Dominica. De animabus. Sermo II.

REdde rationem villicationis tuæ. Lu. 16. Sermo erit de iudicio particulari coram Christo de qualibet anima siue bona siue mala, ab hac vita recedẽte. Sed primò saluetur virgo Maria, &c. Istud verbũ est Christi dicẽtis cuilibet animæ venienti ad iudicium, Redde rationẽ villicationis tuę, &c. Ac si dicat, Tu petis paradisum, quia statim anima perit paradisum vel merito gratiæ, vel desiderio cordis, si sit mala. Ad quã Christ⁹, Redde rationẽ villicationis tuę. Pro declaratione huius verbi materia nostri sermonis erit in tribus quæstionibus.

Prima de illa ratione reddenda in iudicio particulari, de quibus rebus reddenda sit ista ratio.

Secunda in illo iudicio quis loquatur pro peccatore, qui rationem est reddaturus.

Tertia in illo iudicio quæ forma teneatur in tali computo faciendo.

Tunc apparebit quare dicit Christus, Redde rationem, &c. Primò ergo videamus illam rationẽ seu cõputũ, de quibus rebus sit faciendum, ad auisandum nos, quia sicut dispensator qui habet reddere cõputum domino suo, auisat se, &c. ita nos. &c. Respõdeo & dico quod in illo iudicio habebimus dare rationẽ. Primò de omnibus cogitationibus. Vide quot cogitationes bonas vel malas habes, rationem seu distinctionem de omnibus oportet te reddere in iudicio. Secũdò de omnibus desiderijs quæ vnquam habuisti in tua voluntate. Item de omnibus verbis quæ ore vnquã dixisti, vide quot sunt, &c. Itẽ de quolibet verbo quod audiuisti, de quolibet bolo panis quẽ comedisti, de quolibet aspectu quem vidisti, de quolibet passu quẽ fecisti, de omnibus operibus tuis manuum quę fecisti siue bonis siue malis, & de omnibus oportet te reddere rationem. Si dicatur, Quomodo scitis hoc? Ex Dei reuelatione in Biblia. Auctorit. Cuncta quæ fiunt adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum siue malum sit. Eccleſiast. 12. Ista auctoritas fuit propheta Salomonis, & satis dat responsionem quæstioni primæ, sed magis strictã in nouo testamento. Non credatis quod solùm de grauibus peccatis & enormibus, sed etiam de minimis, de quibus homo nõ facit cõscientiam, nec cõfitetur, immo nec tenetur cõfiteri, debet homo reddere rationem, non solùm de homicidijs, furtis, vsuris, blasphemijs, quę sunt enormia peccata, sed etiam de verbis otiosis. Dico vobis quoniã de omni verbo otioso quod locuti fuerint homines, reddet rationem de eo in die iudicij, &c. verbum est Christi. Matth. 12. Verbũ dicitur otiosum, quando nulli proficit, aut nulli nocet, quia si

si facit bonum alicui, iam non est otiosum, si malũ facit, iam est peri-
tiosum. Ergo nõ solùm de mẽdacijs, diffamationib⁹, seu blasphe-
mijs, quæ sunt verba mala, sed etiã de otiositate, & de his quæ dicũ-
tur causſa risus, oportet reddere cõputum. Itẽ de operibus etiam bo
nis oportet reddere rationem, quia in iudicio examinãtur, quia ali-
qui etiam faciẽdo bona opera, damnantur, quia nõ faciunt recta in-
tentione, dilectione, deuotione, diligẽtia. Aucto. Cùm accepero tẽ-
pus, ego iustitias, id est opera bona & iusta iudicabo. Nota. Cùm ac-
cepero tẽpus. Modò Deus mutuat nobis tempus, illi 10. annos, illi
30. & alteri 50. vt posſimus meritoriè operari, & vtimur tempore ad
libitum in bonis & malis. Sed dominus in morte accipit tempus, ac
si diceret Deus, Malè expendistis tẽpus. Ideo, &c. Cùm accepero tẽ-
pus, ego iustitias iudicabo. i. condẽnabo, sicut dicitur Ioan. 5. Et qui
mala egerunt ibunt in resurrectionem iudicij, id est condẽnationis.
Verbi gratia, Religiosus qui seruat tria vota, & cæremonias sui or-
dinis, bona opera facit, & iusta. Ista opera iudicabuntur in iudicio,
quia si nõ fiant recta intentione, humilitate, & diligentia, condem-
nabitur in iudicio. Idem de clerico faciente opera iusta, sed nisi intẽ
tio sit recta, & bonus modus, condemnabitur. Idem de laico, quan-
do vadit ad missam, sermonem, & alia bona opera facit, si intẽ-
tio sit recta, puta, vadit ad ecclesiam ad videndum mulieres, condẽ-
nabitur propter malum modum quẽ tenuit. Idem dicitur de illis qui
veniunt ad missam tardè. Idẽ de illis qui loquũtur in missa, exami-
nabuntur. Patet ergo quare dicit, Ego cùm accepero tẽpus, &c. quia
Deus nõ solùm vult quod homo faciat opera bona, sed etiã vult q⁹
bono modo & debito fiat, sicut vos nõ essetis contẽtus de scutifero,
qui licèt faceret quæ sibi præceperitis, sed malo modo, quia quando
petitis panẽ, dat proiiciẽdo vobis, &c. Ideo dicit scriptura. Male-
dictus qui facit opus domini negligẽter. Biblia nostra habet fraudu-
lenter. Hier. 48. Maledictus, scilicet iam in hoc mundo per culpam,
& in alio per pœnam, erit maledictus. Not. fraudulenter, quia sicut
ille qui de decem solidis domini recipit vnum solidũ, defraudat do-
minum. Ita in operibus bonis, in quibus debet esse intentio recta,
modus, discretio, diligẽtia, &c. Si aliquid horũ deficiat, defraudatur
Deus. De omnibus istis oportet reddere rationẽ, & nihil habemus
in scripris. Cogitate hìc si rex peteret cõputũ à dispẽsatore sub pœ-
na mortis, quod redderet sibi bonum cõputum de dispẽsatione, quã
10. vel 30. annis dispẽsauit, & nihil haberet in scriptis, talis dispensa-
tor desperaret. Ita de nobis. Sed ecce remedium & cõsolationẽ quã
dabo vobis. Deus fecit magistros rationales siue cõputantes ne ha-
beat audire cõputũ nostrũ. Isti sunt clerici, cõfessores, & quotquot
sunt cõfessores, tot sunt magistri, rationẽ & computum recipientes.
Si ergo vultis euadere iudicium Christi, reddatis rationem & com-
putum

putum magistris istis rationalibus summariè, quia non debetis di-
cere in confessione indiuidua, scilicet peccaui cum tali, vel in tali lo
co nisi circunstantia mutaret peccatum. Item etiam non sufficit cõ
fiteri per genera, scilicet peccaui in peccato superbiæ, auaritiæ, &c.
sed in specie debetis dicere peccatum, quia superbia est genus, & ha
bet multas species. Idẽ de peccato auaritiæ, luxurię, &c. oportet cõfi
teri peccata specificè, in genere non sufficit. Sed videatis ne accidat
vobis sicut illi Italico, qui à 15. annis citra nõ fuit confessus, & in pa-
scha, vt communicaret, voluit cõfiteri, & rogabat vnum fratrem qui
ibat ad prædicandum, quod audiret cum, quia non haberet nisi tria
paruissima peccata, scilicet auaritiam, luxuriam, &c. & non credo in
Deũ. Nota, dicatur quod cõfessiones generales in scriptis licèt sint
bonæ ad memorandũ peccata, non tamẽ ad confitendum, quia non
tãgunt punctum peccati nisi generaliter: peccaui in luxuria per vi-
sum, tactum, &c. sed prudens confessor debet dicere, qui tactus
sunt, videamus, &c. Si ergo ad iudiciũ Christi vultis securè venire,
cõfitemini, reddatis computum magistris rationalibus, quia con-
fiteri non est nisi redditio rationis. Et quãdo confessor videt in pec
catore contritionẽ & bonum propositum, debet ipsum absoluere,
aliàs nõ. Et licèt per absolutionẽ non detur character, datur tamen
quidam ornatus, vt dicunt doctores, intantum quod quando Chri-
stus dicit animę in iudicio. Redde rationẽ, &c. respõdet anima, Do-
mine iã reddidi magistro vestro rationali, qui recepit cõputum. Ec-
ce instrumentum in fronte, vbi apparet ornatus qui datur in sacramẽ
to cõfessionis, & Christus est contẽtus, ac si rex peteret rationem à
suo dispẽsatore, & responderet dispẽsator, Iam reddidi rationem ma
gistro vestro rationali, ecce hic habeo quittantiam, tunc rex esset
contentus. Ita Christus de anima. Sed vt melius intelligatis istã ma
teriam, sciẽdum est quod antequam Deus faceret magistros ratio-
nales ante incarnationem, ipsemet audiebat rationem cuiuslibet, &
erat ita rigidus quod neminẽ absoluebat nec recipiebat ad gloriam,
sed postquam factus est homo, dedit hominibus potestatem diuinã,
fecit homines magistros rationales, quos fecit post resurrectionẽ,
licèt promisisset facere, dicens. Amen dico vobis, quæcunque liga-
ueritis super terram, erunt ligata & in cælis, & quæcunque solue-
ritis super terram, erunt soluta & in cælis. Matthæi 18. Licèt antè
hæc Petro soli vicario suo commisisset hanc potestatem, vt patet
Matthæi decimosexto. Quodcunque ligaueris super terram, erit li-
gatum & in cælis, & quodcunque solueris super terram, erit solutũ
& in cælis. Tamen ad vitãdum errorem, ne diceretur quod solus Pa-
pa habet potestatẽ ligandi, &c. post resurrectionẽ dedit eandẽ pote-
statẽ omnib⁹ sacerdotib⁹. Cõfessor enim in cõfessione ligat & sol-
uit. Soluũt enim quãdo absoluũt peccatorẽ ligatũ vinculis peccato-
rum.

Confessio missus est ornatus.

Acceptatio pœnitētiæ.

Duo omnino ad salutem necessaria sunt, restituere, atq; inimicis parcere.

rum. Ligant quando peccatori iniungunt pœnitētiam. Et auiſent ſe cōfeſſores, & videant, ne dent pœnitentiam peccatori cōtra eius voluntatē, & non placētem. Reſtituere aliena bona oportet peccatorē, quia non eſt in poteſtate confeſſoris diſpenſare cum poſſidēte aliena bona, quod illa retineat. Ita peccatorem oportet parcere inimicis, ſi iuſtificari velit. Sed alię pœnitētię ſunt arbitrariæ, & ſunt quaſi catenæ auri, quæ ligant peccatorem in cælo & in terra, tamen poſt reſurrectionem dedit eis executionē, dicens: Quorum remiſeritis peccata remittūtur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Ioā. 20. Ante Chriſti incarnationem tranſierunt vltra quinq; millia annorum, & nullus intrauit paradiſum, quia Deus qui ſolus audiebat rationem, neminem permittebat intrare. Nec etiam modò poteſt aliquis intrare, niſi reddat rationē magiſtris rationabilibus. Patet nūc reſponſio ad primā quæſtionem. Secundò videndum eſt in illo iudicio quis loquatur pro peccatore, quia ſi aliquis ruſticus & ignarus neſciens loqui, licēt habeat bonū ius, ipſum perderet ex defectu loquelæ, niſi poſſet loqui per aduocatum, procuratorē multiloquum. Dico quod in illo iudicio quantumcunq; rudis habet loqui per ſe, & non per procuratores. Quomodo ſcitur hoc frater? Reſponſio, Ex Dei reuelatione in ſacra ſcriptura. Omnes ſtabimus ante tribunal, id eſt cathedram iudicialē Chriſti. Et ſequitur, Vnuſquiſq; noſtrum per ſe rationē reddet Deo. Rom. 14. Statim quādo anima exit de corpore, Chriſtus oſtendit ſe animæ, & diabolus accuſans ſtat ad vnam partē, & Angel⁹ ad aliam, & reus in medio, ſcilicet anima quę habet reſpōdere & loqui. O quàm durum eſſet ruſtico, ſi ſibi diceretur, Vadatis ad audientiā regis, & ibi excuſetis vos, maximè ſi pars aduerſa ſit eloquens, talis intra ſe diceret, O miſer, quid dicā quando videbo regiam maieſtatē? ſtabo totus ſtupefactus. Ita erit in illo iudicio. Dabitur hic exemplum de illo iuuene diſſoluto & malę vitę, cui videbatur in ſomnis, quòd erat ad iudicium ductꝰ, &c. Quādo Chriſtus ſibi dixit, redde rationem, ſubitò excitatus & territus fuit, & effectus totus canus, &c. mutauit vitam, & de cetero vixit ſanctè. Quando dicebatur ſibi, quare facitis tantam pœnitentiam? Reſpondit, Si vidiſſetis quæ ego vidi, ſimilem vel fortaſis maiorē faceretis, &c. Cogitate ergo de iſto iudicio, ad quod quilibet habet venire, & rationem reddere. Nō credatis quod fiat verbo vocali iſte computus, quia nunquam eſſet factum, ſed conſcientia quæ eſt liber, vbi omnia bona & mala ſcribuntur, in quo nullus poteſt legere niſi ſolus Deus, & tu in tua, & ego in mea, tunc aperitur, non ſolùm Deo qui iam ſciebat omnia, ſed etiam angelis & ſanctis omnibus, dato etiam quod homo neſciat loqui, conſcientia oſtendit totum bonum vel malum in iudicio particulari vel generali. De hoc vide ſanctum Thom. 4. ſcrip. diſtinct. 43. quomodo omnia opera vi-

debuntur ab omnibus in extremo iudicio. Aucto. Oſtendunt opus legis, ſcilicet ſecūdum quod, pro, vel cōtra legem, fecerunt, ſcriptū in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſciētia ipſorum. ad Ro. 2. Aliqui loquuntur ibi non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro alijs, ſicut ſunt domini temporales. Qui primò reddunt rationem ſiue cōputū perſonalē, ſecundò officialem. De perſona quantum ad vitā & bona quæ fecit. Poſito quod de ſua vita reddat bonum computum, dicet ſibi Chriſtus: Reddidiſti computū de perſona tua, modò redde rationē de officio tuo & regimine, tu enim feciſti talem iuſtitiā, &c. Itē nomen meum blaſphemabatur, & nō corrigebas. Item fuſti nebas peccata notoria, cuius occaſione vide quot ſunt damnati. Itē vt cum pecunijs communitatis faceres negotia tua, procurabas tibi propria bona. Itē poſuiſti in regimine ciuitatis talē amicum tuum inſufficientem, &c. Fortius eſt illud computum quā perſonale, quia licēt bonam vitam tenuerit in ſe, ſed in officio non bene ſe habuit, condemnabitur. Ideo dicit ſcriptura, Iudicium duriſsimum his qui præſunt fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia. Potentes autem potenter tormenta patientur. Sap. 6. Violenter & tracti deberēt venire ad officiū, &c. clamando, appello appello, &c. Sed modò quilibet vult ſe ingerere. Idem de prælatis eccleſiaſticis, quia licēt intrauerit prælatus per portam, & tenuerit vitam ſanctiſsimam in perſona ſua, ſi tamen fuerit negligens de cōmiſsis ſibi animabus, ex hoc condemnabitur in extremo iudicio Dei. Nam dicetur ſibi à Chriſto, In perſona tua tenuiſti bonam vitam, ſed in officio fuiſti negligens, iuſtinuiſti talem clericum cōcubinarium. Item non correxiſti vitia rationis. Si reſpondeat, Domine timeham inſultum. Reſpondebit Chriſtus: Ideo quia magis timuiſti eos q̄ me, ibis cum eis ad infernum. Modò videtis quantum periculū eſt recipere prælationes. Dicatur hic exemplum de illo qui diu laborauit vt fieret epiſcopus, & parentes ſui quaſi omnē ſubſtantiā expenderunt pro eo, & finaliter in die conſecrationis fiebant ei multæ quæſtiones. Poſt hoc quærebatur ab eo, Vis epiſcopari? Reſpondit, Et quid oportet dicere, ſi tantum laboraui pro hoc? Sed quādo fuit ſibi dictū, Vis reddere rationem Chriſto in die iudicij pro animabus tibi cōmittendis? Reſpōdebat, Nolo. Et cùm diceret nolo, fuit ſibi dictū, Dicatis, volo. Reſpōdit, omnino nolo. Et ceſsit prælaturæ, dicens: Credebā quod eſſe epiſcopū nihil aliud eſſet niſi comedere gallinas. Ideo de prælatis dicit Apoſtol⁹, Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Ipſi enim pernigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri, vt eū gaudio hoc faciāt, & non gemētes ad Heb. vlt. Patet reſpōſio ad ſecundam quæſtionem. Tertiò videamus formā & practicā quæ ibi tenebatur. Iſtam practicam iudex ipſemet dixit in quadam parabola, dicēs: Homo quidam peregrè proficiſcēs vocauit ſeruos, &c.

Dica-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dicatur parabola. Nota, vni dedit quinque partes de pecunijs suis, alij duas, alteri vnam. Qui quinque accepit lucratus est alia quinque negotiãdo. Item qui duas accepit. Sed qui vnam, abscondit, &c. timens Dominum. Iste homo est Christus. Et peregrè profectus est in die ascensionis vltra mare huius mundi, qui mare dicitur propter vndas & pericula. Et iuit ad visitandũ sanctuaria in terra sancta. De quo Dauid, Portio mea Domine in terra viuentium. Nos Christiani sumus eius famuli & seruitores, & vni committit quinque partes bonorum, scilicet corpus, animã, diuitias, eloquentiam, & scientiam, omnia bona nobis commissa consistunt in his quinque. Alteri committit solùm duo, scilicet corpus & animam. Alteri committit vnam, scilicet animam, vt captiuis & infirmis, quia licèt habeant corpus essentialiter, tamen non habent liberum ad operandum, sed animam habent liberam, quia non potest captiuari. Seneca, Errant qui seruitutem putant in totum hominem descendere, corpora obnoxia sunt seruituti, pars melior, scilicet anima, libera est. Si vos habetis captiuos vel captiuas, corpora sunt captiua, non animæ, immo velitis nolitis possunt baptizari. Per baptismum enim anima fit libera, sed non corpus. Post multum verò temporis, scilicet in morte, venit Dominus, ostendens se personaliter aliquibus de speciali gratia, alij præsentialiter sibi præsentantur. Et qui quinque talenta accepit, dicit: Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum. De corpore lucratus sum pœnitentiam, &c. Ieiunando quadragesimam, & alia ieiunia ecclesiæ. Item in quolibet hebdomada semel aut bis. Iste est fructus corporis. De anima lucratus sum deuotionem, iste est fructus animæ. De diuitijs eleemosynas, quia iste est fructus diuitiarum, vel mutuare sine vsuris. Dauid, fœcundus homo qui miseretur, & commodat, disponit sermones suos in iudicio, quia in æternum non commouebitur. De eloquentia lucratus sum orationes, doctrinas, vel prædicationes. De scientia fructus contemplationis operum vestrorum, scilicet creationis, redemptionis, &c. Tunc dicit ei Christus, Euge serue bone & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui, &c. Matthæ 25. Ecce practicam, qui in illo iudicio seruabitur. Venit qui duo acceperat, dicens. Domine duo talenta tradidisti mihi, &c. de corpore pœnitentiam, & de animã deuotionem, similiter dixit sibi. Euge serue bone, quia supra pauca fuisti, &c. Venit qui vnum accepit, & excusauit se, &c. sed non valet excusatio, quia licèt sint captiui vel infirmi de anima, possunt lucrari per amorem ad Deum, sed abscondit sub terra pecuniam. Ideo auiso, quia multi sunt vocati, pauci verò electi, &c. quia in paradiso non intrant nec auari, nec superbi, nec inuidiosi, nec luxuriosi, & sic de alijs. Sed qui seruant mandata ecclesiæ, licet

licet humiles, misericordes, casti, charitatiui, abstinentes, patientes & diligentes.

De eadem Dominica IX. post Trinit. Sermo III.

Ego vobis dico, facite vobis amicos, &c. Habetur verbum istud originaliter. Lu. 16. & recitatuè in euãgelio currentis Dominicæ. Verbum est consilium & doctrina saluatoris nostri Iesu Christi dicentis, Ego vobis, &c. Ad melius intelligendum consilium & doctrinam Christi oportet declarare vobis vnam quæstionem quam fecit beatus Tho. in 2.2. de religiosis dicens: Quæ est melior vita, solitaria an socialis inter gentes? Huic quæstioni respondet per duas conclusiones. Prima quod personis in scientia & bona conscientia, in bona & virtuosa, vita perfectis, solitaria est melior. Notanter dico perfectis in scientia, quia solitario necessaria est perfectio scientiæ, ne indigeat magistro, quia aliàs leuiter caderet in errorẽ vel falsam opinionẽ per diaboli illusionẽ. Itẽ est sibi necessariũ quod sit perfectus in sanctitate vitæ, aliàs leuiter caderet in aliquod peccatum, vel carnis inclinatione, vel diaboli tentatione, vel mundi occasione: & quis corrigeret eum ex quo est solus de peccatis & defectibus suis? profectò nullus. Ideo requiritur vt sit perfectus in scientia, ne indigeat instructione, & perfectus in vita, ne indigeat correctione. Et qui aliter recipit vitam solitariam, ponit se in maximis periculis, & est quasi tentare Deum. Ideo dicit Philosophus, Homo est animal sociale per naturam, & qui solitarius viuit, aut est Deus, id est diuinalis, aut bestia. Patet prima conclusio, scilicet quod vita socialis est melior si recipiatur vt debet recipi, quia includit perfectionem scientiæ, & bonæ conscientiæ. Secunda conclusio quod personis imperfectis, simplicibus, & communibus vita socialis est melior, quia si cadunt in errorem vel falsam opinionem instruuntur per alios, vel in prædicatione, vel particulari locutione. Item si cadunt in peccata, corriguntur ab alijs. Hoc dicit beatus Tho. & ego addo ex mente auctoritatẽ in biblia. Melius est duos esse simul quàm vnũ, habent enim emolumentum societatis suæ, si vnus ceciderit, ab alio subleuabitur. Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit cõtra vnum, duo resistunt ei. Funiculus triplex difficilè rumpitur. Ecclesiast. 4. Nota melius est duos esse simul, &c. Et ponit tres rationes.

Prima est correctio,
Secunda est deuotio,
Tertia est defensio.

Pro prima dicit, Si vnus ceciderit, scilicet in peccato, ab alio subleuabitur. Væ soli, quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se. Solus habet

Triplex armorũ genus, quo oppugnamur.

Duo monacho per quã necessaria sunt, scientia & sanctimonia.

habet cõditionem oculi, qui videt alia, & nõ videt se. Item quilibet defectus aliorum cognoscit, & non suos. Ideo est necessaria societas bonarum personarum a correctionẽ. Ideo dicit, Væ soli, quoniã si ceciderit, nõ habet subleuantẽ se. ibidẽ eodem cap. sed quãdo sunt duo, si vnus cadit fulcietur ab altero per bona verba, & per bonũ exemplum, sed væ soli, nisi sit perfectus, quia cũm ceciderit, non, &c. Pro secũda ratione, scilicet deuotione dicit, Si dormierint duo, &c. vsque, calefiet. Verba sunt figuratiua. Lectus dicitur deuotio, in quo dormiunt socij boni, & vnus calefacit alium, quia quando vos videtis quod socius vester orat, ieiunat, &c. dicitis vos, Et quare ego non faciam, &c. & sic accẽditur in deuotione. De tertia, scilicet defensione dicit, Si quispiam præualuerit contra vnum, &c. vsque, &c. Dæmon magis tentat solitarium q̃ illum qui est in societate. Sicut ille qui obuiat inimico solo in via inualit eũ, secus si est associatus inimicus, quia non audet eum inuadere, ita est de dæmone, quando Eua fuit in societate Adæ, non fuit tentata, sed quando fuit solitaria. Item Christus quãdiu fuit in societate Apostolorũ & Discipulorũ suorũ, non fuit tẽtatus à diabolo, sed quando fuit solummodo in deserto, tunc, &c. Personę solitarię habent terribiles tẽtationes. Vt patet de beato Ambrosio, de beato Benedicto, & multis alijs. Ista est ratio, quare homo timet incedere solus de nocte, &c. sed quando habet bonam societatẽ non timet. Ideo dicit, Si quispiam præualuerit contra vnũ, duo resistunt ei, & maximè tres, cũm dicitur, Funiculus triplex, &c. quia nõ sufficit habere vnum bonum amicum, sed duos vel tres. Dicit Sen. in libro de remedijs fortuitorum, quod quidam perdito amico flebat dicens: Amicum perdidi. Et Seneca consolando dicebat, Habes aliũ. Et ille, Vnicus mihi erat. Et Seneca, Et tu in tãta tempestate ad vnam anchoram stabas? Nauis est vita prudens, quæ magnis tempestatibus fluctuatur. Ideo non sufficit vna anchora, nec duæ, sed tres vel plures requiruntur amici. Ideo dicitur, Funiculus triplex difficilè rumpitur, propter hoc dicit Christus in themate: Ego vobis dico, facite vobis amicos, non dicit amicum in singulari. Modò videndum est qui sunt faciendi amici. Et innuit quòd quilibet debet sibi facere, & procurare tres amicos, scilicet proximum virtuosum, angelum glorioſum, Iesum Christum regem plum. Isto modo nauis vitæ nostræ erit firma, nec timebit fortitudinem, & sic tenebimus cõsilium Christi dicentis: Ego vobis dico, facite, &c. Dico primò quod quilibet debet facere vt habeat amicũ, proximũ virtuosum, scilicet de bona cõscientia, & vita probata, & virtuosa. Ratio est, quia certũ est quod persona vitiosa, peccatrix, & de mala conscientia nõ diligit veraciter seipsam. Immo inimicatur sibiipsi, & odit se. Verbi gratia. Si vos videtis stare vel sedere aliquã personã in altum in saxo, & videtis quod proiicit se, quod cadit

Tres fili amici.

ceritur, & moritur, non dicetis quod talis diligat se, imò odit se. Talis est conditio personę superbæ, quæ cũm posset stare & sedere in firmissimo saxo humilitatis, proiicit se in ventum superbiæ, & moritur. Ideo Iob in persona superbi dicit diabolo, Eleuasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valide, scio, quia morti trades me, Iob 30. Secundò si videtis quod aliquis sepelit se in fouea sic viuũ, dicens vos quod ille diligat se? non, imò dicetis quod odit se. Sic facit auarus, qui sepelit se in terrenis. Deus fecit eum rectum, vt videat cælum, & desideret cælũ & cęlestia, & auarus non curat, viuus exilens, cooperit se terra, &c. Ideo cõtra auaros dicit scriptura, Egredimini super terram, crescite & multiplicamini super eam. Gen. 8. Nota egredimini, scilicet vos auari super terram de fouea auaritiæ. Crescite, scilicet in meritis, & multiplicamini, scilicet in bonis operibus super terram, nec intra nec infra terrã. Tertio si videtis aliquã personam se in ignẽ proiicientem, non dicetis quod diligat se, imò dicetis, odit se. Sic luxuriosus proiicit se in ignem luxuriæ. Luxuria autẽ non est nisi ignis, qui accenditur in persona: peior igne beati Antonij, quia cõburit corpus & animam. Ignis est, scilicet luxuria, vsque ad cõsumptionem deuorans & omnia eradicans germina. Iob 31. Ideo luxuriosus quãdo vult facere illum actum, statim flammæ illius ignis luxuriæ apparent in facie. Quartò, si quis in optimis cibis apponit venenum & comedit, talis nõ diligit se, imò odit se. Sic similiter faciunt gulosi, qui in cibis quos Deus ordinauit ad sustinendum corpus, opponunt venenum intemperantię, quod occidit corpus & animam, quia gulosi perdunt pulchritudinem corporalem, fortitudinem, vtilitatem, sanitatem, & vitam. Item in anima perdunt intellectũ, frangunt ieiunia ecclesiæ, iam ebrij veniunt ad missam. Ideo dicit scriptura. In multis esca erit infirmitas. Propter crapulam multi obierunt. Qui abstinens est adiiciet vitam. Eccles. 37. Quintò, si videtis aliquem gladio se percutientem iuxta cor, nõ dicetis quod diligat se. Sic iracundus gladio odij, rancoris, & ensę inuidiæ occidit se. Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem suum, homicida, scilicet sui ipsius est. 1. Io. 3. Patet ergo clarè quod nulla persona vitiosa & peccatrix diligit se, immo odit se. Auctoritas. Dauid. Qui diligit, iniquitatem, odit animam suam, inquit in Psal. 10. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Tob. 12. Fiat ergo ratio. Si persona vitiosa non diligit se, quo modo poterit diligere proximũ suum, maximè quia dicit scriptura, Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? Eccle. 14. Quia dicit philosophus. Amicabilia quę sunt, ad alterum veniunt ex amicabilibus quæ sunt ad seipsum. Si ergo peccator non diligit se, quomodo diligit te? Si ergo vis habere bonam amicitiã, oportet quod amicus sit persona virtuosa, aliàs melius esset non habere amicitiam. Ideo

respice bene cum quo habeas amicitiam & communicationem, quia communicatio amicitiæ causat morum similitudinem. Exemplo de pomis, quia vno corrupto corrupuntur omnia alia, & omnia alia non poterunt sanare corruptum. Ita est in vna societate, vna mala persona corrupta, corrumpit omnes alias, & omnes non poterunt sanare corrumptam. Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit. Amicus stultorum similis efficietur. Proverbiorum decimotertio. Ideo primum amicum quem debemus nobis facere est proximus virtuosus, de quo dicit scriptura. Amicus fidelis protectio fortis. Qui inuenit illum, inuenit thesaurum. Eccl. 6. Nota amicus fidelis &c. Duo mala habemus in hoc mundo, scilicet abundantiam tribulationum. Secundò defectus consolationis. Sed bonus & fidelis amicus primò est protectio fortis contra tribulationes, aduersitates, & secundò consolatur. Ideo dicit, Qui inuenit illum, inuenit thesaurum, Dico secundò quod quilibet debet facere sibi amicum angelum gloriosum. Magnū quid est quod possumus habere amicum angelum gloriosum. Dicitur angelus amicus eo quòd habet cōditiones fidelis amici & boni. Amicus fidelis firmus est in dilectione, nō statim pro nihilo recedit ab amico. Ideo dicit scriptura, Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget Eccles. 6. Nota. Amicus si permanserit fixus, quia est amicus temporalis & commensalis. De quibus Eccl. 6. Tales non permanent in tempore tribulationis, vt patet in beato Petro, quia antequam esset persecutus, cùm esset in mensa cū Christo dicebat, Domine paratus sum &c. Sed in aduersitate negauit eū. Ita est de multis. Ideo dicit amicus si permanserit &c. Hāc conditionē habet angelus, qui non deserit amicum suum a principio vitę vsque ad finem. Nota quomodo quādo mulier debet parere, Deus vocat angelum, dicens sibi, ecce vides illam mulierē, modò debet parere, cōmitto tibi prolem. Angelus reputat hoc ad magnam gratiam, & regratiatur Deo, & descendit, & cuius creatura venit in manus angeli, in cuius est custodia & diligentia, quàm in manus obstetricis. Vos non cogitatis hanc maximam angeli amicitiam. Si regi vellet committere oues suas alicui militi, vel comiti statim indignaretur, nec faceret. Tamen angeli, quorum minor maior est papa vel imperatore, libenter veniunt & recipiunt in custodia oues Dei. Ideo Hier. super illo verbo, Dico vobis quod angeli eorū in cælis semper vident faciem patris mei Matth. 18. dicit, Magna est dignitas animarum, vt vnaquæque ab ortu nativitatis suę habeat angelum sibi delegatum. Item nō deserit per totam vitā, quia tot sunt dæmones quod non permitterent hominem facere aliquo modo bonum, nec prædicere, immo quando dormimus suffocarent nos, nisi quia bonus angelus custodit nos. Nos dormimus, & ipse vigilat. Ecce qualis amicus. Nullus rex vel papa ita bene custoditur à suis cubicularijs. Ideo de eo dicit Dauid, Ecce non dormitabit, neque dor. &c. Et si aliquando ascēdit eum, non tamē ex hoc dimittit custodiā, imò si videt diabolum inuadentem amicum suum sibi commissam, statim occurrit ad adiutandum. Item quando facis aliquod peccatum, licèt dicat, O iste ribaldus, non tamen deserit te, quia statim diabolus te duceret ad infernum. Sed tantus est amor angeli quod non dimittet te, nec permittet quod diabolus faciat contra te. Ideo Dauid, Angelis suis mādauit de te &c. In omnibus vijs tuis, scilicet per terram, mare, de die & de nocte, dormiendo & vigilando. Item nec in finem deserit. Quando persona laborat in extremis, veniunt dæmones, & si persona sit impœnitens, dæmones dicunt bonum angelum, dicendo, Et quid cu vis hic, quia iste noster est, quia fecit hoc & hoc &c. Et angelus, Adhuc potest Deus sibi dare contritionem. Et dæmones. Qualis cōtritio hominis, qui tenuit talem vitam &c. Et angelus eleuatis oculis in cælum dicit, Domine habeatis me excusatum, & anima sic impœnitens recipitur à dæmonibus, & angelus ascendit in cælum. Si verò sit anima personæ pœnitentis, tunc angelus bonus dicit dæmones, dicens, Canes quid vultis hic? O dicunt, adhuc posset peccare. Et angelus, Non peccabit. Nam Deus qui conseruauit eam vsque modò, etiam conseruabit eam &c. Vos nō auditis istas disputationes, quia ex peccatis habemus aures obstrusas. Finaliter angelus recipit animam, & dæmones fugiunt, & angelus portat animā secum in cælum. Factum est vt moreretur medicus, & portaretur ab angelis in sinū Abrahæ. Lu. 16. Nonne videtur ergo vobis quod angelus sit bonus amicus, permanēs à principio vitę vsque ad finē? De hoc authoritas. Ecce ergo mitto angelū meum qui præcedat te, scilicet in nativitate, & custodiat te in via, ecce secundū, & introducat te in locum quem præparaui, ecce tertium, Exō. 23. Angelus debet fieri amicus ex parte nostra per orationē. Nā debemus dicere sibi quolibet die, mane & sero vnā breuem orationē scilicet. Angele dei mens est custos pietate superna, Me tibi commissam serua, defende, guberna, Dico tertiò qꝫ quilibet debet facere sibi amicum Iesum Christū totū pium: Bonus amicus est homo virtuosus. Melior est angel⁹ glorioſus. Sed optimus Iesus Christus pissimus & pietate plenus. Tū ratione suę bonitatis. Tū rōne durabilitatis. Tū rōne vtilitatis. Ideo dicit scriptura de eo, Amicus fidelis. ℣. Christus, medica mēta vitæ & immortalitatis: & qui metuunt dominū, inueniūt illū &c. Eccle 6. Nota medicamentū vitę, qꝫ nec proxim⁹ virtuosus, nec angelus glorioſus possunt dare medicinā, & remissionem peccatorū, nisi Deus. Quis pōt peccata dimittere nisi solus Deus? Mar. 2. Istam medicinā dat Christus in hoc mūdo. In alio mundo dat medicinam

Quod quisque nostrū, angelū i cpit custodē

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinã immortalitatis in gloria æterna. Iste amicus lucratur pertimarẽ, cùm sequitur. Qui metuunt dominum, inuenient illum. Qui timet deum æquè habebit amicitiam bonã, scilicet Dei. Eccles. 6. Dupliciter potest timeri Deus. Primò seruiliter, scilicet inchoando pœnitentiã timore pœnæ. Nã pœnitentiã incipit à timore pœnæ, & procedit in amore gratiæ & gloriæ. Exemplum de acu & filo insuente. Nam acus penetrat pungendo, & filum coniungit & colligit subsequendo. Ita contritio est acus penetrans cor, filum coniungens cum Deo, est propositum bene viuendi, & sic Christus fit amicus noster. Qui diligit cordis munditiam, scilicet contritionẽ, Propter gratiam labiorum, scilicet confessionem, habebit amicum regem. Prouer. 22. Ecce quare dicit. Qui di. &c. Secũdò debet timeri filialiter, seruãdo sua præcepta, Et talibus dicit ipse. Vos amici mei estis si feceritis quæ ego præcipio vobis. dicit dominus. Io. 15. Et sic tenebimus consilium Christi, Ego vobis dico, facite vobis amicos &c.

Dominica 9. post festum Trinit. *Sermo. IIII.*

VI *se existimat stare, videat ne cadat.* 1. Corint. 10. In præsenti volo prædicare vnam materiam magni auisamenti vitæ nostræ, secundum quod thema dat nobis motuum, scilicet quot modis & quibus personæ eduntur in peccata. Ideo volens vos auisare vt caueatis, decreui de ista materia nunc prædicare. Saluetur virgo maria. & etiam tur thema. Scriptura sancta, quæ est os quo loquitur vobis Deus, declarat nobis altitudines & excellentias quas habet persona deuota seruiens Deo, dicens. Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Esaiæ. 52. Ponuntur in dicta authoritate quatuor altitudines seu excellentiæ serui Dei. Sed vt melius intelligatis, sciendum quod in hoc mundo personæ habent altitudinem & excellentiam aliquam istarum quatuor rationum, scilicet vel per scientiam, vel per nobilitatem generis, vel per diuitias, vel per potentiam. Istis quatuor modis etiam habet altitudinem & excellentiam persona deuota, quę seruit Deo. Primò persone habent altitudinem per scientiam, quando persona est subtilis. Isto modo persona deuota quæ seruit Deo, habet excellentiam, quia licèt nesciat legere, tamen ex bona vita quam tenet habet magnam scientiam: quia habet à Deo magnam claritatem intellectus, quia sine magistro scit quid credendum sit & sperandum. Talibus dicitur. Vnctionẽ quam accepistis ab eo maneat in vobis, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. 1. canonica. Io. 2. Per hoc quod dicit, vnctionem, denotat claritatem intellectus. Quia sicut nautæ, qui in fundo maris volunt clarè videre, emittunt de ore globum de oleo, & tunc videt clarè, ita deuotę persone recipiũt vnctionem claritatis à Deo, sic ergo

Quatuor excellentiæ quibus contingit homines esse prædictos, cũ in actiua vita, tũ in contẽplatiua.

persona est alta per scientiam, & serui Dei &c. Ecce quare dicit, Ecce intelligit seruus meus. Secundò sunt personæ altæ & excellentes per nobilitatem &c. quia sunt filij regis &c. Ex hoc maiorem altitudinem habet quælibet persona deuota, quia in omni gradu parentelæ Christus personæ deuotæ iungitur dempto vno, est frater per gratiam, & consanguineus, nepos, & mater, sed non pater, quia Deus pater nulli communicauit, vt sit pater Christi. De ista parentela authoritas. Quicunque fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror, & mater est, non dicit pater. Matthæi 12. Ideo dicit, Ecce seruus meus exaltabitur scilicet per nobilitatem diuinalem. Tertiò eleuabitur per diuitias. Ideo dicitur diuiti, in altis habitat, sed diuitiæ huius mundi nihil valent respectu diuitiarum seruorum Dei, quia diuitiæ mundi solùm durant hic, & deperdi possunt, & molestant, sed diuitiæ seruorũ Dei, vt virtutes, & merita, & hic & in alia vita semper durant, & perpetuę sunt. Gloria & diuitiæ in domo eius, scilicet in conscientia, & iustitia eius manet in seculum seculi. Ideo dicit, Ecce seruus meus eleuabitur, scilicet per diuitias spirituales, Quartò exaltabitur per potẽtiam, vt reges, prælati, & domini temporales. Ista ratione persona deuota exaltabitur intantum, quod quasi est opus responsione suæ voluntatis deliberatè, quia nil vult nisi quod Deus vult. Et isto modo loquebatur apostolus di. Omnia possum in eo qui me confortat, ad Philli. 4. Ideo dicit, Ecce seruus meus sublimis erit valde. Fiat ergo ratio, si persona quę stat in bona vita, est ita alta & excellẽs vt prorsum est, valde debet se auisare ne cadat per peccatum, quia quanto gradus est altior, tanto casus est periculosior. Propter hoc dicit thc. Qui se existimat stare, videat ne cadat. Patet thc. Vt vos auisem, inuenio in sacra scriptura, quod quatuor sunt occasiones quib⁹ personæ deuotæ cadunt in peccata.

Prima est per diabolicalem tentationem,
Secunda per familiarem affectionem,
Tertia per delicioſam conuerſationem,
Quarta per negligentialem operationem.

Et non sunt plures modi cadẽdi. Et qui de istis vult se auisare & cauere, semper stabit altè. f. in gratia Dei, ergo qui se existimat stare, videat ne cadat. Dico primò &c. scilicet per diabolicã tentationẽ, quia licèt tẽtatio diabolica non possit cogere liberum arbitrium ad peccandum, tamen illa tentatio habet tantam impetuositatẽ, quod nisi homo auiser se, venit cum impetu, & proiicit ad terram. Et isto modo scilicet impetuoso, diruit vnũ magnum murũ, scilicet Dauid. dicatur hist oria de Dauid, qui de palatio suo vidit vxorẽ Vrię lauãtẽ se, & statim tẽtatio dęmonis venit ad eũ di. O quomodo est pulchra, dilectas pro ea & veniet, quia vir suus non est in ciuitate &c. Dicatur

Quatuor quæ nos in peccatũ præcipitant.

quomodo peccauit. 2. Reg. 11. O qualis turris erat Dauid, qui pars existens, & custodiés gregé patris, interfecit leonem, ita erat fortis, & tamen non restitit tentationi. Ratio, q; venit improuise. Ideo sic dixit ipse, Impulsus euersus sum vt caderé, & dominus suscepit me. Et dat remediū ne deceteto homo cadat, di. Fortitudo mea & laus mea dominus, & factus est mihi in salutem. Psalmo 117. Sicut ille qui stat solus, & non se tenet ad columnā, leui impulsu cadet, sed qui se tenet fortiter ad columnam fortissimam, scilicet domini, duobus brachiis amplexando, scilicet vigilia & oratione: talis etiam ad magnū impulsum non cadet, ideo quia dominus fortitudo eius. Ecce quare dicit, Dominus fortitudo mea, quasi dicat, ego ex me non sum fortis, sed domine teneas vel sustentes me. Istud consilium non solum est Dauid, sed etiam Christi Iesu, qui in nocte passionis dixit apostolis. Vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Matthæ. 26. Sed quia non tenuerunt consilium eius, ideo impulsi tentatione ceciderunt fugiendo, &c. Patet ergo quare aliqui cadunt diabolica tentatione. Ideo remediū est vigilādo in oratione appodiare se. Ideo dicat thema, Qui se existimat, &c. Dico secundo quod secundus modus, quomodo persona deuota cadit, est familiaris affectio. Et iste multos & multas professit, quando enim religiosus, vel clericus, seu heremita est ibi notus, & bone vitæ, stat alte in gratia, & quando diabolus non potest ipsum diuerte impingendo, ponit sibi in via scandalum, vt ibi impingendo cadat. Scandalum est familiaritas alicuius mulieris, etiam deuotæ & benignæ, bonæ intentionis, sed paulatim cadunt. Et sicut grauius cadit ille qui impingit quando curat, quàm ille qui vadit spatiose, sic grauior & periculosior est casus personæ deuotæ currentis ad paradisum per magna opera, quàm illius qui leuiter ambulat. Ideo audio vos. O quot sanctæ personæ fuerunt in mundo, quæ cum maximo feruore spiritus inceperunt vitam sanctam, currentes vt cameli, sed impingendo ceciderunt. O quot mulieres deuotæ, quæ quando vident aliquē religiosum, deuotum, vel clericum, cupiunt habere suam familiaritatem etiam bona intentione, dicendo, O quomodo est ille gratiosus homo, ego faciā amicitias cū eo. Dicatur hic historia, quę cōtigit in Italia de filia illius Comitis deuotissima: quę clam dimisit patrem, & in habitu dissimulato iuit Romam, &c. Tunc fuit verificata prophetia illa Hier. Fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt Hier. 46. Quia fortis erat illa puella, & fortis ille sanctus sacerdos. Ideo mulieres vos audetis, quod vos cum nullo quantumcunq; deuoto recipiatis familiaritatē, nec introducatis vos de coquina. Dicatis sibi, Pater orate pro me, & orabo pro vobis, ego nō sum coquinaria, &c. Ideo dicit Sergius, In via viuiq; nō eas, & nō offendes in lapides, nec credas te viā laboriosę, ne ponas animæ tuę scādalum. Eccles. 32. Via vnius, scilicet cadendi, est familiaritas. Ibi offenditur in lapides peccatorum. Via est laboriosa propter corporis & animæ perditionem, ergo. Qui se existimat stare, &c. Tertius modus cadendi est per deliciosam conuersationem, quando scilicet tenent bonam vitam, sed de deliciis mundi volunt quātum possunt recipere sine peccato. Isti cadunt nō impulsi, nec offendendo, sed ex lubricitate viæ. Quia sicut ille qui vadit per viam lutosam, licèt non impellatur, nec inueniat scandalum, cadit ex lubricitate, quod non fieret si per viam siccam incederet. Ita quando persona vult ire per viam deliciarum, bene comedere, & saepe ingurgitare guttur, dicendo, Verè istud non est peccatum, ex quo homo non frangit ieunia ecclesiæ, item comedere carnes, portare camisiam, talis diu stare non potest secundū Ber. Lubricauerūt vestigia nostra in itinere platearum nostrarū, appropinquauit finis noster. Threno. 4. Nota differentias inter plateas & vicos. Plateæ sunt latæ, & signant personas, quæ latè vaduot in deliciis, &c. Per vicos strictos signantur personæ, quæ restringunt se à deliciis, &c. & vadunt sine periculo de luto. Sed de illis qui vadunt ad plateas deliciarum dicentibus, Hoc bene potest fieri, quia non est peccatū, dicit, appropinquauit finis noster, scilicet bonæ vitæ. De istis Dauid concordans cum Hieremia dicit, Ipsi obligati sunt, id est inuoluti, & ceciderunt, Psal. 19. Remedium quod habemus ad hoc dat Apostolus dicens, Carnis curam ne feceritis in desideriis ad Roma. 13. licèt bene in necessariis. Quia quando persona deuota infirmatur, quæ aliàs non consueuit comedere carnes, nec dormire in lecto, sed cum sacco portare cilicium, in infirmitate non debet ista seruare. Quia si esset asinus oneratus cadens in terrā nō potest comedere, & eleuari nisi onus deponatur, quo eleuato iterum reponitur sibi onus: sic persona de pœnitentia est vt asinus, supra se portans onus pœnitentiæ, quæ si cadat per infirmitatē, debet deponere onus, quia aliàs nō posset curari, satis pœnitētiæ est habere patientiam in infirmitate. Post curationem resumatis onus. Ecce quare dicit, Carnis curam ne feceritis in desideriis. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam necessariis, ad Ephes. 5. Quartus modus est per negligentialem operationem. Deuotio enim spiritualis, & orationes, & omnia pœnitētialia sunt fortitudines, sustinentes personā in altitudine gratiæ Dei, quia si dimittantur ex tędio vel negligentia, incipit persona refrigescere, & ad casum disponitur. Verbi gratia, De religioso vel clerico deuoto, quando dicitis, quid oportet nos surgere ad matutinas ita mane, vel orare genibus flexis, & sic de aliis, & paulatim dimittit, talis in breui cadet, quia deuotio quæ est fortitudo deficit, & licèt non sit impulsus à dæmone, nec inueniat scandalum in lubricitate viæ, cadit tamen ex negligentia. Abierunt retrorsum, scilicet dimittendo bonam vitam & pœnitentiam, & ceciderunt

ciderunt in terram. Io. 18. Super hoc habemus consilium à Christo dicēte allegoricè, Accinge lumbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. 4. Reg. 4. No. Accinge lūbos tuos, quia sicut quādo quis vadit sine cinctura, plicę tangunt terram. Ita negligentes vadunt ad terram. Ideo dicit, Accinge, &c. & tolle baculum meum in manu tua, scilicet baculum crucis. Quia sicut ille qui surgit de infirmitate est debilis, & sustentatur baculo ne cadat, ita personę devotæ, si aliquoties attrēdentur, vel sint negligentes & debiles, sumant & videant baculum, scilicet Christi crucem & passionem, non solūm oculis, sed etiam manibus operando. Maius cōfortamen quod possumus habere in bonis operibus est memoria passionis Christi. Verbi gratia, Si habetis tædium de ieiunio, cogitate ieiunium Christi, & prandium quod habuit in cruce. Si de despectione habetis tædium, cogitate quid dicebatur Christo, Vah qui destruis, &c. Si pulices vos inquietant, cogitate punctiones Christi in capite, & manibus, & pedibus. Si de paupertate tædium habetis, cogitate Christum nudū in cruce. Ecce quare dicit, Accinge lumbos tuos, &c. Ergo qui se exuti mat stare, videat ne cadat.

De eadem Dominica 9. post festum Trinitatis.

Sermo V.

Tentatio vos non apprehēdat, nisi humana. 1. Cor. 10. Quia hoc verbum habet difficultatem in theologia, cogitatu in isto sermone vobis ipsum declarare pro cōsolatione. &c. Salutetur virgo Maria, &c. Et resumatur thema. Doctrina est communis in sancta theologia, quod si Adā non peccasset, omnes fuissemus in paradiso terrestri, & sine labore, tribulatione, seu difficultate introissemus gloriā paradisi. Quia sine labore & difficultate fecissemus bonum. Sed ex quo Adam peccauit, in ipso nos facti sumus omnes exules in hoc mundo. Et cum magnis difficultatibus, laboribus, periculis. habemus lucrari paradisum cęlestē. Rectè videtur mihi fore simile cuidam parabolę de quodam nobili viro, habente plures filios, quibus dicebat, sitis boni. Ecce ista hæreditas erit vestra. Semel autē isti filij fecerunt quoddam malum magnum, propter quod pater expulit eos de domo sua. Et ipsi ierūt per mundū, & passi sunt multa mala, ibant mendicando, &c. Tandē quidam bonus homo ex cōpassione interposuit se inter filios & patrē. &c. Et pater præcepit eis cum tali conditione, quod nullo modo possent habere hæreditatē eis prius promissam, nisi prius lucrarentur eam armis bellando, & si essent victores, daret eis hæreditatem, aliter non. Ita rectè accidit nobis ex ingratitudine, quam fecerūt homines, scilicet Adam & Eua. Deus pater qui parauerat gloriam, &c. expulit homines in hunc mundū, in quo multas tribulationes passi sunt. Sed venit Christus, & posuit se inter Deum patrē & homines.

Vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus. 1. Thimo. 2. Et finaliter reconciliauit nos Deo patri, sed tali conditione, vt non habeamus gloriam, vt prius habuissemus, sed cum laboribus & periculis, exercitādo nos in armis, & si etiam simus valētes & victores, habebimus hæreditatem, aliter non. Ex ista veritate coactus fuit Paulus dicere, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Acto. 14. Ex ista ratione Iob illuminatus à spiritu sancto assimilauit vitam nostram militię, dicens. Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Iob 7. Ratio, quia si miles vel mercenarius bene laborat, meretur stipendium, aliter non, sed punctionē. Idem de nob. Notate hic: in Biblia nostra habetur, Militia est vita hominis. Translatio antiqua & approbata habet, Tentatio est vita hominis. Vnde mirum est de tanta diuersitate in trāslationibus, quæ tamen à spiritu sancto fuerunt factę, illuminando translatores. Ideo Apostolus 1. Corin. 12. inter gratias spiritus sancti ponit interpretationem, quare ergo translator posuit ibi, Militia est vita hominis, cū habeatur, tentatio est vita hominis? Respondeo, quod spiritus sanctus hoc fecit ad significandum per ista duo verba quod per vnum non poterat dici, Vita enim nostra dicitur militia respectu stipendij, & dicitur tentatio respectu nostri posse. Iam scitis, quia milites & homines armorum sponte militant pro stipendio, &c. ita nos pro gloria obtinendo. Ideo dicitur, Militia est vita hominis. Sed dicitur tentatio proprie seu probatio, hoc ostendit posse nostrum, quia in nostra militia habemus tantum posse, quod nō possemus vinci nec capi coacti, quia nullus potest capere vel cogere liberum arbitrium ad peccandum. Milites tamen multoties vincuntur & captiuantur, sed nos non. Ideo dicitur tentatio. Quia diabolus non potest cogere liberum arbitrium, sed vadit in circuitu ad tentandum si posset capere, &c. De isto posse dicit Apostolus, Fidelis autē Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed facit etiam cum tentatione prouentū, vt possitis sustinere Primę Corinthio. 10. propter hoc dicit thema, Tentatio vos non apprehendat, &c. Adhuc remanet difficultas. Quæ est ista tentatio humana? Pro huius difficultatis solutione, nota quod tres tentationes in summa inuenio, quas habemus in hoc mundo. A prima & secunda est valde cauendum, quia cadere in illas includit peccatum mortale. De tertia non possumus non cadere.

Prima est tentatio diuinalis,
Secunda est tentatio diabolicalis,
Tertia est tentatio humanalis.

Ideo dicit thema, Tentatio vos non apprehendat, &c. scilicet diuina nec diabolicalis, sed nisi humanalis. Dico primò quod prima ten-

tatio est diuinalis, quando Deus tentat aliquem, non tamen creditis quod tentatio diuina sit inclinando ad peccatum, quia Deus non est causa peccati, nec inclinat ad peccatum. De hoc vide sanctum Thomam prima secundæ quæstio. 89. articulo primo. immo dicit scriptura, Nemo cùm tentatur dicat quoniam à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est. Ipse autem neminem tentat, sup-ple ad peccandum. Iacobi primo. Quæritur ergo, Quæ est tentatio diuina? Ad quod dico, quod diuina tentatio est ad probationem creaturæ, non Dei, quia Deus omnia nouit, sed ipsius creaturæ. De hoc vide sanctum Thomam prima parte, quæstio. 114. articu. 2. Et si in tentatione tentatus teneat se fortiter, dat gloriam Deo. Si defecerit, conetur ad hoc quod pœniteat, & quod ceteris sit in exemplum. Ista tẽtatio sit à Deo dupliciter. Primò per prosperitatẽ. Secundò per aduersitatem. Dico primò quod aliquoties Deus tentat de honore, sanitate, & sic de aliis, nõ inclinando ad peccatum, sed vt tu scias & cognoscas te, & aliis sis exẽplum, quasi dicat Deus, Videamus quid faciat iste. Ad intelligendum hoc dicatur quomodo domini quando nouiter recipiunt vnum seruitorem probant eum, dimittendo florenos scienter in aliquo loco, vel aliquid simile, non quod dominus velit seruum recipere florenos, sed vt probet eum, &c. & si abscondit florenum, fur est, & expellit ipsum de domo sua, si retulat, reputatur bonus & fidelis. Idem de domina probante ancillã in pecuniis, vel iocalibus, seu escis, vel vino, si sit fidelis, &c. Isto modo Deus tentat nos. O quot latrones & fures sunt in domo Dei, Deus tẽtat eos, & ipsi non se auisant. Verbi gratia, Quando est magna fama de aliquo diuino, sortilego, seu incantatore, quod fecit magnas curationes, quas sanitates Deus operatur, tentat vos vt experiamini quid facietis, quando dicitur vobis, vultis sanari de tali infirmitate, vel inuenire rem perditam, vadatis ad talem, &c. Et modò quod faciitis transitis ad diuinos, sortilegos, contra Dei voluntatem, &c. Idem de fulguribus, &c. Dicitur vobis, faciatis sic, dicatis talia nomina, quia probatum est quod non erit malum tempus, &c. tentatio est. O quot sunt latrones, furando Deo honorem diuinum, & diabolo offerunt eum. Dicatur etiam contra mulieres, quæ tot faciunt truffas. Contra istas tales ecce textus sacræ scripturæ. Si surrexerit in medio tui propheta, aut qui somniũ vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est, & dixerit tibi Eamus & sequamur deos alienos, quos ignoras, & seruiamus eis, non audies verba prophetæ illius aut somniatoris, quia tentat vos Dominus Deus vester, & palàm fiet vtrum diligatis eum an non in toto corde, & in tota anima vestra. Deutero. decimotertio. Dimittamus ergo talia, & recurratis ad nomen Iesũ. Dicatur de virtute eius, & modo dicendi super infirmitatem vel plagam. Secundò tentat Deus per

per aduersitatem. Quando persona vult facere aliquod bonum opus, Deus procurat aliquam aduersitatem, vt probetur quid faciat, semper intelligendo vt dixi, quia Deus nihil ignorat. Pro intellectu huius dicatur, quod semel quidam miles habens inimicos recepit nouiter vnum scutiferum in suo seruitio, quem volens probare, tractauit cum duobus amicis scutifero ignotis, quod in via inuaderent militem & scutiferum. Cumque illi duo inuasissent militem vt erat ordinatum, clamantes, interficiatur, tunc scutifer defendens dominum suum fugit. Propter quod dominus expulit eum de domo, &c. Isto modo Deus tentat nos, quando aliquis religiosus, clericus, vel secularis recedit à mala vita quam tenebat, & incipit bonam vitam, seruando suam religionem, faciendo pœnitentiam. Talis se tunc sociat cum milite, scilicet cum Christo. Sed dicit Deus, Videamus, probetur iste, parat tunc vnum, duos, vel tres aduersarios vt probetur qui sunt dolor, infirmitas, &c. Statim quando incipit seruire quis Deo, veniunt dolores in capite, vel stomacho, &c. Non debemus fugere, quia tentatio est ad probandum. Idem de infirmitatibus. Idem de linguis gentium dicentium, Ille est hypocrita, vt habeat missas sancti Amatoris. Mane in proposito, quia tentationes sunt. Non dicatis, O miser, antè eram quietus ab istis, non possem sustinere, &c. Idem de tẽtatione, de fide catholica, non dicatis, O miser, ego non consueui habere ista, &c. Resistite fortiter, quia tentationes sunt. Ecce quomodo Deus tentat per aduersitatem. Ad hoc dicatur exemplũ de Abraham, &c. Gen. vigesimosecundo, Tẽtauit Deus Abrahã, &c. Dicatur historia breuiter, quomodo illa tentatio fuit Abrahæ in laudem Dei, & augmentum meriti, & fuit in exemplum obedientiæ nobis per locum a maiori. Si Abraham in re tam magna & difficili fuit Deo obediens, quanto magis nos, quibus non præcipit interficere filios, &c. sed præcepta communia, &c. Ideo dixit Deus Abrahæ, Quia tu fecisti hanc rẽ & nõ pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum. Et in semine tuo, scilicet Christo, benedicẽtur omnes gentes terræ. Genesis vigesimosecundo. Ecce quomodo Deus tentat nos prosperitate & aduersitate. Ideo nec propter prosperitatem habendam, nec propter aduersitatem fugiendam faciamus contra Deum, sed seruemus eius præcepta. Fili accedens ad seruitutẽ Dei sta in iustitia, id est pœnitentia, & in timore, id est deuotione, & præpara animam tuam ad tentationem. Ecclesiastici secũdo. Dicit secundò quod tentatio diabolica. Ista fit ex malitia, sicut diuina ex misericordia est, quando diaboli cogitant gloriam, quam perdiderunt, & vident quod nos, respectu eorum, sumus formicæ, & quod acquirere debemus illam gloriam, dicunt malitiosi. Impediamus eos & tentemus. Ecce malitia. Ideo dicit beatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

beatus Petrus cuidam qui fecerat quoddam magnum peccatum, Cur tentauit Satanas cor tuum. Act. 5. Et inueni quod diabolus tenet tres modos tentandi scilicet piscatoris, aucupis, & truffatoris. Piscator volens capere pisces, primò proiicit escam sine hamo, non quod capiat pisces sine hamo, sed probat si pisces comedant. Sed hoc ideo facit, vt pòst cum hamo possit capere, & eos interficere. Ita facit diabolus, primò proiicit escas cogitationes, participationes alicuiusmodi, vt post cum hoc peccato capiat te. Authoritas. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, sic capiuntur homines in tempore malo. Eccles. 9. tempore malo, id est tentationis. Et sicut pisces non statim sentiunt hamum, sed quãdo trahuntur ad litus. Ita tu modò non sentis hamum peccati, sed quãdo traheris ad litus, scilicet finem vitæ, &c. Secundò diabolus tentando tenet modum aucupis, auceps ponit granum vt capiat volucrem, qui cũ capit granum, capitur. Ita diabolus capit volucres, religiosos, clericos, &c. cum grano honoris & prælationis, seu dignitatis, quãdo audiũt, talis episcopus est mortuus, diabolus statim tentat, dicens, O si tu posses habere illum episcopatũ, hoc posses facere cum rege, &c. Idem de secularibus, de aliquo officio dando à rege, dicit tentatio. O si tu modò posses habere, quia rex promisit alteri. Ego diffamabo eum quod non est fidelis regi, &c. Ideo. Eccles. 9. Sicut aues comprehẽduntur laqueo, sic capiũtur homines, &c. cum eis extemplo supernenerit. Itẽ diabolus tertio modo tentando tenet modum truffatorum. Dicatur de fabreferrariis proiicientibus ferraturam iguitam in vtcum, decipiant simplices, vt rideant. Idẽ de argentariis, proiicendo florenos, &c. Ita rectè facit dæmon, quando dicitur vobis, talis persona vel cõmunitas indiget 100. vel mille florenis ad mutuãdã. Ideo si vultis vos mutuare, respõdebitur vobis loco & nomine census, dabũtque pro centum mutuatis quinque, modò diabolus proiicit ferrum calidum vel florenum, vt comburat animam vestram per auaritiam, quia ex mutuo recipere aliquid vsura est & damnatio, nisi sit vera emptio & vẽditio, & pretium iustum, alàs vsura est. Dicatur hic exẽplum beati Antonij, qui inuenit pomum auri in deserto ex diaboli tentatione præparatum, &c. Propter hoc dicimus in vltima petitione de Pater noster, Et ne nos inducas in tẽtationẽ, id est ne permittas nos induci in tentationem. Sed libera nos à malo. Ergo tentatio vos nõ apprehendat. Tertia tẽtatio est humana, quæ de se solùm valdit ad veniale peccatũ. Tentatio humana dicitur quæ est solũ infra limites sensualitatis sine assensu rationis. Verbi gratia. Tu vides inimicum tuum, subitò sanguis tuus mouetur ad vindictam. Ista est tentatio humana, quia naturaliter mouetur ad vindictã, quia etiam formica quantum potest si iniuriatur vindicat se, sed auiserta vos ne ratio consentiat, quia tunc iam nõ esset veniale, sed mortale. Item

tẽ quando tu vides pulchram mulierẽ, subitò sanguis mouetur, &c. tẽtatio est humana. Sed si dicas, videamus si potero peccare cum ea, &c. mortale est. Idem de motu auaritiæ, quãdo est intra limites sensualitatis, veniale est. Idẽ de ieiunijs ecclesiæ, quãdo homo videt de mane vinum, & homo tentatur bibere de mane, tẽtatio est humana, ex quo solùm est intra limites sensualitatis, quia intellectus non consentit, veniale est. Et quia talis tẽtatio non venit à Dei misericordia, nec à diaboli malitia, sed a concupiscẽtia. Authoritas. Iac. 1. Vnusquisque vero tentatur à sua cõcupiscentia abstractus, scilicet à bona cogitatione, & illectus, scilicet ad malum. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum, supple veniale. Peccatum verò cùm cõsummatum fuerit, supple per consensum rationis, generat mortẽ, id est peccatũ mortale. Nota intellectus, id est inclinatus seu attractus, quia quando homo videt pœnitentiam obiecti, scilicet occasionem peccandi, homo post posita bona cogitatione in qua se debet occupare, cogitat circa peccatum, intrà se dicendo, O tu posses hoc sic vel sic facere, &c. Ecce quare dicit, Tentatio vos non apprehendat, nisi humana, quia ex ista non perditur gratia.

Intra se sualitatis limites non peccatur mortaliter.

Dominica 9. post trinitatem. Sermo VI.

Vm defecerit, recipiant vos in æterna tabernacula. Lucæ. 16. Pro declaratione thematis sciendum est, quod secundum reuelationem factam beato Paulo, quando fuit raptus, &c. 2. Cor. 12. quam reuelationem reuelauit beato Dionysio suo discipulo, & ipse Dionysius nobis reuelauit in libro de cælesti hierarchia, quod in cælo sunt nouem ordines angelorum, & quilibet ordo est maior toto mundo, est ibi tanta pulchritudo, tanta, &c. quia si possibile esset solum habere caput intra cælum, & videre solùm materialia, nunquam homo vellet esse alibi, nec comedere nec bibere. quid si videret spiritualia? Vnde Isaiæ 60. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum.

Ordines cælestiũ spiritũ.

Primus ordo est angelorum,
Secundus archangelorum,
Tertius principatuum.
Quartus potestatum,
Quintus virtutum,
Sextus est dominationum,
Septimus thronorum,
Octauus Cherubimorum,
Nonus Seraphimorum.

In primo principalis ãgelus, & primus est Raphael. De quo Tob. 4. & est ibi magna excellẽtia. Secũdus ordo est altior & pulchrior, &c. & est prim⁹ Gabriel, de quo canit ecclesia. Quę Gabrielis archãgeli dictis

dictis credidisti. Tertius est principatuum, altior & pulchrior præcedentibus, & istius primas est Michael. Danielis 10. Ecce Michael vnꝰ de principibus primis. Quartus est potestatum altior & propinquior. Et sic ascendendo vsque ad ordinem Seraphimorum, & quanto propinquiores sunt Deo, tanto excellentiores sunt. Sed nomina eorum in individuo horum ordinum non habemus, quia notitiã eorum noluit Deus in sacra scriptura revelare, propter tantam dignitatem, altitudinem, & propinquitatem ad Deum. Iste est ordo paradisi, & in sacra scriptura aliquando vocatur domus: Sicut enim in palatio magno sunt multæ domus, vna pulchrior alia, sic est in castro cæli. Vnde, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Ioan. 14. Item alibi plateæ vocantur, quia sicut plateæ habẽt magnum spatium, sic istæ mansiones sunt maximæ, quia minima stella quæ in firmamẽto est maior tota terra septemplicater, vt dicunt astrologi. Multo ergo maiores sunt plateæ paradisi. Vnde, Plateæ ciuitatis, scilicet paradisi, aurea. mundum tanquam vitrum perlucidum. Apoc. 21. Item alibi dicuntur tabernacula nobilium existentiũ in armis, quæ sunt pulchra, &c. sic etiam ad hoc propositum loquitur thema. Cũm defeceritis in via, &c. defecerítis de hac vita, &c. Patet thema. Modo autem existimo quod multi ibi sunt recepti, sed secundum differentiam quam ponit Aug. in lib. de cura mortuorum agenda. Ibi dicit quod sunt alii qui peruersi & mali, aliqui boni nõ perfecti, aliqui boni & perfecti. Et de istis vltimis loquitur thema, Cum defeceritis. Primi ergo sunt mali & peruersi, qui ducũt malam vitam id est vnum secundum eorum inclinationes, existentes superbi, auari, inutili, &c. morientur sine pœnitentes, tales cum maximo impetu ad infernum descendunt, sicut fulgur de cælo cadit. Vnde Apoc. 18. Sustulit vnus angelus fortis lapidẽ quasi molarem magnum, & misit in mare, dicẽs, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna, & vltra non inuenietur. Intelligitur autem Babylon cõfusio Hebraicè, & significat peccatores nullũ ordinem seruantes, & religiosos nec regulam nec cerimonias seruantes, sed malum exemplum præbentes. Nota, de quolibet dicitur non tenenti ordinem suum dicitur, Babylon, id est confusio, quia confusio est contraria ordini. Isti mittũtur in mare inferni, &c. De istis Iob 21. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendũt. Nota in bonis. Diuites in excessibus cibi, potus, & vestitũ, & de aliis. Vnde mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Luc. 16. Et notandũ quod sicut in pomo sunt domicilia vbi sunt grana, sic in quatuor partibus terræ sunt quatuor cameræ.

Prima est infernus peruersorum,
Secunda est limbus puerorum,
Tertia est locus purgandorum,
Quarta est limbus patrum.

Et ille dicitur sinus Abrahæ, in quem modò nullus intrat. Nota de limbo puerorum, quomodo est locus pro pueris cum originali peccato decedentibus & in inferno sepeliuntur illi peruersi. Sed dicitur in symbolo, Descendit ad inferna, quia sicut in cælo sunt nouem ordines angelorum, vt dictum est, sic in inferno sunt nouem carceres. Nam in principio mundi quando Deus creauit cælũ & terram, in cælo simul creauit nouem ordines angelorũ. De hoc vide sanctũ Tho. in 1. parte. q. 61. articulo 3. & quarto. Nota de superiori ordine, erat Lucifer. De hoc vide sanctum Tho. 1. parte. quæstione 63. art. 7. qui vidẽs omnes creaturas inferiores se, superbiuit, volens æquipara in Deo. O dicit, & dixit Deus, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam, qui loquitur iniqua, &c. vt dicitur in Psalm. 100. Tunc factum est prælium magnũ in cælo, & ceciderunt sicut fulgur. Vnde, Videbã Satanã sicut fulgur de cælo cadẽtem. Lucæ decimo. Et qui erat altior ãte casum in cælo, factus est inferior post ipsum in inferno. Exẽplum de lancea, in cuius cacumine esset vna grossa plũba to, & conse quẽter alię octo in eadem descendendo, semper grossior in descensu esset prior, sic in casu angelorum. Nota quia quanto gradus altior, tanto casus grauior. Et secundum quod descenderunt & reliquerunt nouem ordines angelorum in cælo, ita constituerunt nouem carceres in inferno. De quibus loquitur Iob. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernã descendunt, scilicet ad carceres inferni secundum eorum demerita. Vnde, Quomodo cecidisti Lucifer qui mane oriebaris, Corruisti in terram qui vulnerabas gentes. Qui dicebas in corde tuo. In cælum conscendam, supra astra Dei exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Ascẽdam super altitudinem nubium, similis ero altissimo. Verumtamen ad infernum detraheris, in profundum laci. Qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque prospicient. Isaię 14. Nota qui te viderint, scilicet per peccatum, ad te inclinabuntur scilicet ad tuos. Vultis scire qui sunt in primo carcere, qui est deputatus pro his qui fuerũt de ordine angelorum? homines voluptuosi, viuentes secundum desiderta carnis sine pœnitentia. Luc. 13. Nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul peribitis. Io secundum carcerem descẽdunt indevoti, puta religiosi, &c. De quibus dicitur, Populus hic labiis me honorat, cor autem eorũ longe est a me, &c. Isa. 29. & Matt. 15. In tertio carcere semper descendẽdo, qui est deputatus pro his qui fuerũt de ordine principatuum, sunt incompatientes & immisericordes. In quarto, in quo sunt qui fuerunt de ordine potestatum, sunt impatiẽtes. In quinto, in quo sunt qui fuerunt de ordine virtutũ, sunt discordes, inuidi, qui nunquam habent pacem, nec in conscientia, nec cum proximo, & illi qui nolũt parcere, sed vindictam quærunt. In sexto, in quo sunt qui fuerunt de ordine dominationum, sunt tyranni ma-

gnates,

gnantes, qui obtinent dominationes tyrannicè sine iure, & post nō faciunt iustitiam, sed consumunt pauperum bona, & deuorant pauperes. In septimo, in quo sunt qui fuerunt de ordine threnorum, sed descendunt prælati & præsidentes, qui vsurpant beneficia ecclesiastica, possidentes ea per simoniam, sine pura & canonica electione vel prouisione & prouidentia Papę, quia non intrant per ostium Io. 10. vēdunt sacramēta, non curant de animabus, sed tantū de denariis. In octauū carcerem, in quo sunt qui fuerunt de ordine cherubimorum, descendunt dubitantes in fide, volentes arguendo probare articulos, vnde cadunt in varios errores, & falsas opiniones, & tales sunt fatui, velut qui vellet cum igne cādelę probare floreos an sint de puro auro, quos debet reponere in bursa tanquā probatos. Sic de articulis fidei probatis in tot fornellis doctorum, &c. Ideo tenere eos debemus in bursa conscientiæ tanquā veros. In vltimū carcerē, in inferno, vbi sūt q fuerūt de supremo ordine, scilicet Seraphinorū, descēdūt blasphemi, taxillatores, &c. quos Lucifer terret. Remedium, si quis quenquā prædictorū carcerū incurrisset, dementoriē potest per tria opera euadere, scilicet per cordis cōtritionem, oris cōfessionem, & operis satisfactionem. Ecce vera pœnitentia quæ dacit ad cælum. Pœnitentiam agite, &c. Matthæi 4. scilicet vt cùm deceritis, &c. Secunda conditio mortuorum est, quod mortuorum quidam boni sunt, & nō perfecti, quia multa peccata fecerunt & pauituerunt, tamen non condignè fecerunt, vt Maria Magdalena, quæ cōdignè & plenè satisfecit, tamen est regula theologię, quod contritio quantumcunque parua sit, sufficit ad deletionem culpæ, & tales suscipiunt pœnitentiam à confessore, qui debet dare parua, vt possint facere, aliter esset periculum, quia si daretur grandis pœnitentia, forte non facerent eam. Et isti non sunt mali & peruersi, sed boni mediocriter, & tales vadunt nō ad infernū, sed ad purgatorium, vbi cùm fuerint purgati, vadunt ad paradisum, & de hoc sunt certi. Et quis portat animam? Dicunt aliqui quod diabolus: non est verum, sed angelus. Et dat exemplum sanctus Tho. in quarto sententiarum de duobus bellantibus. Finito bello victor ducit victum, & non econuerso. 2. Petri 2. A quo quis superatus est, huius & seruus est. Modò iste mundus non est nisi vnus campus, in quo militamus contra diabolum, mundum, & carnem. Vnde militia est vita hominis super terram. Iob 7. Ideo quando bellum est finitum, & homo habet victoriam pœnitendo, quando anima exit à corpore, tunc diabolus victus fugit, & ãgelus bonus capit eam, & præsentat eam Christo, qui eam interrogat licèt sciat. Dominus interrogat iustum & impium, inquit psalmista. Tunc Christus mittit eam ad purgatorium pro condigna pœnitentia. Iustus dominus, & iustitias dilexit, equitatē, &c. Et portatur ab angelo non à diabolo, quia victus est diabolus, & angelus

gelus bonus custodit eam, & consolatur dicendo ei quod habeat patientiam, & quod suffragio amicorum liberabitur, &c. Vnde angelis suis mandauit de te, &c. vt custodiant te, &c. In manibus portabunt te. psal. 90. & sic consolando portat eā dicendo, O sancta anima habeas patientiam, & ego veniam, & portabo te ad paradisum. Et ibi, hoc est in purgatorio, purificatur sicut aurum & argentum. Aut. In igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Eccle 2. In igne, scilicet purgatorij, aurū, id est, charitatiui, quia aurum est preciosius metallo, sic inter virtutes est maior charitas. 1. ad Cor. 13. & argentum, id est fideles in nullo articulo dubitantes. Et sicut aurifaber non intromittit ferrum nec plūbum in suam fornacem, sic in purgatorio non intrabit ferrum duræ obstinationis, nec plumbum hominum impœnitentium, sed aurum charitatis, & argentum fidelitatis. Nota, receptibiles actiuè & passiuè, scilicet apti nati ad recipiendum gloriam actiuè, vel purgationem passiuè, quia impœnitentes non sunt apti nati recipere, nec purgationem, nec gloriam, & completa pœnitentia euolant ad gloriam per gratiam quam fecit eis Deus. Vnde, Gratia dei vita æterna. Romanorum sexto. Ibi est gratia ablatiui casus, id est, per gratiam gratum facientem, quia ex illa gratia quam dedit & facit Deus eis in purgatorio grati efficiuntur, & per consequens vadunt ad gloriā. Vnde Prouerbiorum vndecimo. Mulier gratiosa, id est, anima grata facta inueniet gloriam. Item receptibiles, id est, apta nata recipere suffragia ecclesiæ, parentum vel amicorum: animæ verò damnatorum sunt incapaces. Exemplum de membro abscisso, quia licèt homo comedat vel bibat, illud membrum non recipit cōmodum, sic tota Christianitas nō est nisi vnum corpus, & habet plura membra corporis, & quodlibet habet suum officium distinctū, vt caput nescit comedere & bibere, regit tamen alia membra: sic in Christi vnitate caput sunt domini temporales, qui debent regere, oculi sunt prælati ecclesię. Sicut in vno corpore multa sunt membra, omnia autem membra nō eundem actum habent, ita multi vnum corpus sumus in Christo. ad Ro. 12. Illi qui sunt in inferno sunt mēbra Christi, sed quia abscissa sunt, nō recipiūt commodum ab illis membris cōiunctis. Exemplum de illo qui tibiam habet fractā & abscissam, si comedat vel bibat, nihil prodest tibiæ, sic de damnatis abscisis. Vnde mortuo homine impio, nulla erit vltra spes. Proue. 11. Impio, qui nō habet pietatem de se pœnitendo, &c. Cōtra illos qui dicunt q̄ bona eis ptosunt minuendo eorū pœnam, hoc nō potest esse verum, quia tantū diminui posset, quod nullam pœnā haberent, & sic saluarentur, quod est falsum. Vnde ecclesia cantat, In inferno nulla est redēptio. Quid ergo oramus pro dānatis nescientes? Ecce q̄ dicit Christus, Si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eū pax vestra, sin autem

Probatur ducēdo ad impossibile quod nostra suffragia dānatis nō prosint.

autem, ad vos reuertetur. Lu. 10. Ideo qui vultis dicere missas, nolite eas vendere pro precio, quia effetis vt Iudas, qui triginta denarijs vendidit Christum dicens, Quid vultis mihi dare, & ego eum vobis tradam? Et qui facitis pro defuncto preces ad deum fundere, debetis eligere bonum sacerdotem, quia vt dicit Greg. Cùm is qui displiceat ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2. Machab. 12. De illo autem qui recipit eleemosynam, & an bonus vel malus est nesciat, homo debet præsumere quod sit bonus, &c. Tertiò aliqui etiam decedunt ex hac vita vt boni & perfecti, & isti sunt qui licèt multa peccata commiserunt, tamè habuerunt tantam contritionem quod est sufficiens ad remissionē pœnæ & culpæ, & fecerunt pœnitentiam non solùm illam confessionis, sed etiam nocte surgebant, orabant, vigilabant, audiuerunt missam, sermones, &c. Ita quod bona quæ fecerunt sunt maiora quā mala. Tales enim statim euolant cum societate magna angelorum. Dicit practicè quod quando corpus moritur, angelus est præsens, & tunc in momento ascendit cælum, & Christo & virgini Mariæ annunciat gaudium quod habent de tali, qui bene vixit. Christus tamē & virgo beatissima bene sciunt, sed Christus tamen vult interrogare. Et tunc angelus, Domine ecce anima talis est in puncto mortis, bene vixit, fecit pœnitentiam, &c. Qualis laus laudari ante deum per os angeli. Aucto. Si fuerit pro eo angelus loquens, vnus de milibus, vt annunciet hominis æquitatem, miserebitur eius & dicet, Libera eum vt non descendat in corruptionem. Iob 33. Et mittit deus angelum suum, non vnū sed multos, vt fugiant dæmones præsentes. Tūc anima exit tota lucida, pulcherrima, sed verecunda siue morigerata, sicut sponsa quæ esset simplicis status, immo si esset sponsa regis pulcherrima & bene ornata, tamē propter aspectum ducum & principum est verecūda & composita. Sic de anima quando relinquit turpem habitum corporis, & induit habitum gloriæ, & portatur ab angelis. Vnde Lu. 16. Factum est vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abrahæ, non ab angelo, sed ab angelis. Et quando intrat paradisum, & transit primò per primum ordinem, Angelorum, & si vixerit in pœnitentia gaudent angeli & congratulantur ei, quia in eorum ordine cum eis debet stare. Vnde dico vobis, Gaudium est angelis dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Lu. decimoquinto. Et si cum pœnitentia habuit magnam deuotionem, ascendit ad secundum ordinem angelorum, & congratulantur ei, quia debet ibi manere cum eis. Et si fuit liberaliter misericors erga pauperes, ascendit ad tertium ordinem, scilicet, principatuum, & sic de alijs ordinibus.

Domi-

Dominica decima post Trinitatem, Sermo I.

Erat quotidie docens in templo. Verbum hoc habetur textualiter, Lu. 19. & officialiter in euangelio hodierno. Sermo præsens erit de sancto euangelio huius dominicæ, cum adiutorio diuino habebimus multas bonas doctrinas ad correctionem peccatorum, & informationē virtutum & consolationem animarū. Sed quia nulla doctrina habet virtutem, in saluationem sine gratia dei, ideo primò saluteter virgo Maria, &c. In isto sermone cogitam tenere modum ædificatorium, qui primò ponunt fundamentum firmum & forte, deinde ædificant cameras ad habitandum. Ita volo facere. Primò ponā fundamentum forte, firmius cælo & terra, quod est verbum euangelij, de quo Christus, Cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt. Luc. 21. Posito isto fundamento, ædificabo cameras spiritualium doctrinarum pro animarum habitatione. Nota historiam euangelij. Dicit beatus Lucas, qui recitat euangelium hodiernum, quod cùm Christus appropinquaret Hierusalem vbi tunc fiebant festa magna, & tripudia, videns Iesus ciuitatem fleuit super illam. Ratio, quia cogitabat & considerabat eius futuram destructionem, & mala quæ Christus sciebat ei vēnire, ideo fleuit dicēs. Quia si cognouisses, scilicet, tribulationes venturas tibi, & tu supple fieres sicut ego. & modò lætaris. Et computauit septem mala ventura ciuitati Hierusalem, dicens. Venient dies in te, id est, contra te, quia sicut abundabant & comedebant &c. ita venturum erat tempus quo præ fame matres comederunt filios, & obstetrices lectum, in quo nascuntur filij & pueri, & biberent vrinam. Item fuit maxima mortalitas inter eos tempore Titi & Vespasiani, qui obsederunt ciuitatem intantum quod Iosephus dicit, quod nō poterant sepelire corpora, sed proijciebant de muro in fossatum, & intantum repleuerūt fossatum quod ascendebant æqualitatē muri. Ecce quare dicit Christus, Venient dies in te, id est, contra te. Secundò circundabunt te inimici tui vallo, hoc fuit in obsidione completum, quando Titus & Vespasianus fecerunt extra in circuitu Hierusalem fossatum & murum, ne aliquis Iudæus posset fugere & euadere. Tertiò circundabunt te, sup. inimici tui, tot gentes erant quod circuibant & circundabant ciuitatem. Quartò & coangustabunt te vndique bellando balistis, bombardis, &c. Quintò, ad terram prosternent te. S. murum, templū, domos, & turres. Sextò, & filios tuos qui in te sunt, sup. prosternēt occidendo duplici ratione. Prima ex morte Christi. Secunda, quia Iudæi ex auaritia biberunt aurum, vt ipsum conseruarent, quod sciētes Romani, occidebant eos, vt haberent aurum. Pauperes Iudæi qui non habebant aurum vendebantur triginta pro vno denario, sicut ipsi vendiderunt Christum Iesum pro triginta

denarijs. Septimò quia non reliquent in te lapidem super lapidem, Et nónne prius dixit prosternent te? Respondeo quod sic. Quare ergo dicit, non relinquent, &c. Solutio quia plus vult dicere, quia non solùm diruerunt domos, &c. sed etiam fundamenta duplici ratione. Primò, quia Iudæi in fundamentis absconderant aurum, ideo Romani, &c. Secundò vt nunquam ciuitas reædificaretur, quia dicit Gregorius quod ista ciuitas Hierusalem, quæ modò est, non est in loco vbi erat alia, quia tunc sepulchrum Christi erat extra ciuitate, & modò est in medio ciuitatis. Ecce septem mala ventura Hierusalem propter quod Christus fleuit, & assignauit rationem dicēs, eo, id est, propter hoc quia non cognouisti tempus visitationis tuæ, scilicet, illius quando deus pater misit filium suum incarnatum ad prædicandum, & redimendum genus humanum. Et sic flendo intrauit Hierusalem & templum, in quo inuenit mercatores ementes & vendentes. Dicit Ioan. euang. quod fecit flagellum de funiculis, & incœpit percutere illos, & eijcere de templo dicēs, foras traditor, quia dicit sacra scriptura quod domus dei est domus orationis, vos autē fecistis illam speluncam latronum. Quare illi econuersò non percusserunt eum, &c. Solutio, quia dicit Hier. quod de facie Christi procedebant quidam radij splendoris. Ideo isti territi fugiebāt. Póst hoc prædicauit in templo. Hoc dicit thema. Erat quotidie docens in templo, prædicando quid debebant credere & facere. Prædicabat de gaudijs paradisi, vt illa appeterent, de pœnis inferni, vt illa timerent, de bonis mundi, vt illa despicerent: ecce fundamentum positum. De quo apostolus, Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Glo. id est fides Iesu Christi. 1. Corinth. tertio. Modò super hoc fundamento volo ædificare tres cameras pro animarum nostrarum habitatione. Prima erit in principio. Secunda in medio. Tertia in fine. Prima dicitur humana compassio. Secunda diuina cognitio. Tertia paterna correctio. De tertia loquitur thema, Erat quoti. &c. Prima ergo dicitur humana cōpassio quæ ostenditur de Christo, quia naturale est homini habere compassionem de proximo, quantumcunque tu sis diues, quando tu vides pauperem, habes de eo compassionem, quia naturale est, aliàs degenerares. Item si tu homo es satiatus, comparteris esurienti, si tu es indutus, nudo, &c. nisi sis diabolicæ cōditionis. Si tu es sanus, habes compatientiam quando vides proximum infirmum. Si tu habes prosperitatem, compateris proximo infirmo tribulato, quia ista compassio naturaliter venit. De ista compassione dicit Iob de se, Ab infantia creuit mecum miseratio, & de vtero matris meæ egressa est mecum. Iob trigesimoprimo. Ecce quod naturaliter venit compassio, & quia Christus de virgine Maria assumpsit humanitatem veram, etiam assumpsit humanam cōpassionem,

nem, quæ ostenditur in principio euangelij hodierni cùm dicitur, Cùm appropinquaret Iesus Hierusalem, vidēs ciuitatē fleuit super illam. Moraliter habemus hic quatuor doctrinas, & sic camera erit quadrangularis.

Prima est de iustitia facienda,
Secunda est de eleemosyna exhibenda,
Tertia est de pœnitentia agenda,
Quarta est de confidentia in Christum habenda.

Prima tangit dominos populorum & iudices. Secunda tangit diuites. Tertia peccatores. Quarta tangit pœnitētes, Prima ergo doctrina tangit dominos & iudices qualiter debent facere iustitiam. Nam si iudex condemnat aliquem, debet fieri cum fletu & compassione. Christus vt iudex & dominus viuorum & mortuorum. Act. 10. dedit tam istam sententiam, quod illa grandia mala venirent ciuitati Hierusalem, tamen ex alia parte ei compatiendo flebat. Vnde si tūc apostoli interrogassent eum, dicendo, Domine, & quare fletus sic? Respondisset, Ex malis & tribulationibus ciuitati venturis. Domine, & quis condemnabit eam nisi vos? Vos enim vultis quod ita fiat, & iuste. Respondisset Christus, Verum est, sed tamen fleo ex cōpassione, ad ostendendum iudicibus, assessoribus, & dominis, quòd quando habebunt aliquem condemnare, compatiantur ei flentes ex compassione. Talis est benedictus quādo dicit, Domine, leges vestræ & ordinationes cogunt me vt faciam iustitiam, sed domine ex alia parte compatior imagini vestræ. O miser, iste suspenditur, quia fecit vnum homicidium vel proditionē domino. Et ego dominus, vel iudex, vel assessor, vel procurator, seu accusator, tot homicidia feci secretè, quia si fuissem scitum, sicut de isto, fuissem iam combustus vel occisus. Tot proditiones feci domino nostro Iesu Christo, cui promisi fidē in baptismo, quo nō obstante, tamen magis feci voluntatē diaboli. Item si suspenderetur vel condemnabitur latro, &c. bonus iudex ei cōpatiatur dicendo, Et ego miser qui ex rapina, vel vsura, vel ex furto secreto, vel ex retentione salarij seruorum, vel decimarum, vel ex mortuis malè emendo vel vendendo tāta furatus sum, fortassis magis merui mortem, O domine, magnus latro condemnat miserē. O domine, parcatis mihi. Idem si condemnatur ex adulterio, vel de defloratione, vel raptu, siue incœstu. Ecce quare Christus flendo doctrinā iudicibus. Istam doctrinā ostendebat Christus Iudæis, vt legitur Ioan. 8. de quadā muliere iuuencula, in adulterio inuēta, quia diabolus qui facit peccare, ducit peccatum ad lucē, quæ ducta fuit per iudices ad Christum, quæ secundū dei legem meruit mortē. Qui dixerunt Christo quid esset faciendū. Videns Christus q̄ non habebāt compassionem, sed cum tumultu res agebatur contra eam, dixit, Qui sine peccato est vestrū, primus in ipsam lapidem

mittat. Io. 8. Et inclinauit se Iesus, scribens in terra, Dicunt doctores quod in illa scriptura oēs videbāt sua grauissima peccata, in quo ostendit iudicibus q̄ quando condemnāt alios, recordentur de peccatis suis, & compatientur sententiato. Istam doctrinam seruauit magnus rex. scilicet Iob, qui fuit rex, vt patet Iob 19. vbi dicitur. Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo. Flebā quādam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi. Iob 30. Secunda doctrina est de eleemosyna exhibēda. Ista tāgit diuites, quia eleemosyna etiam cum compassione exhibenda est. Nam Christus veniens Hierusalem, exhibiturus eleemosynas doctrinarum, & operum misericordiæ, tam spiritualium quām corporalium, curādo infirmos. Nam maior misericordia fit ex eo sibi dando visum quā vnum florenū, & sic de alijs. Prius fuit motus compassione. Quia videns ciuitatem fleuit, &c. dans doctrinā diuitibus, q̄ primò debent facere eleemosynam pauperi de corde quàm de bursa, compatiēdo suę paupertati & necessitati. Ecce secūda ratio, quare Christus fleuit cogitando quot pauperes erānt in Hierusalem de bona vita, de sanctitate, de deuotione, quot pauperes de sanitate, vite, verbo, auditu, &c. Plus valet denarius datus isto modo, quā florenus aliter datus de bursa & non corde. Nota modum faciendi, quē ostēdebat mater magistri Vincentij filijs suis, &c. Ideo dicit scriptura, Estote cōpatientes. Ecce quomodo incipit à corde fraternitatis, amatores, misericordes, modesti, humiles. 1. Pet. 3. Tertia doctrina est de pœnitentia agenda. Ista tangit peccatores, qui cum fletibus debent confiteri peccata sua. Hoc ostēditur, quia cùm nunquam legamus Christū risisse, tamen legimus Christū multoties fleuisse: Ideo veniens Iesus Hierusalem & ad templum, fleuit, vt ostenderet tibi peccatori quādo venis ad ecclesiam ad cōfitendū q̄ plores, dicēdo, O miser, quot mala feci ego? feci hoc & hoc, &c. Sunt multi miseri vtriusque sexus, qui ridendo veniunt ad confessorem, dicendo, Deceatis me, quid feci ego, oblitus sum, non recordor de aliquo peccato. Sed si cōfessor esset cautus, tali diceret, Quid dicitis mihi de vicina vestra? Talis diceret omnia peccata illius, nō solùm mortalia, sed etiā venialia, & de suis nō recordatur. Hoc nō debet dici confessio nec pœnitētia, sed truffa, quia plorando debent dici peccata. Ratio, Nō est aliquis puer, qui si cadit in luto, quādo videt se turpatū quin ploret, & deplorando venit ad matrem, & tu miser quoties cecidisti in luto luxuriæ & corruptionū? Ideo debes plorare, & plorando venire ad matrē, scilicet ecclesiam, ad confitendum. Ideo Christus, Beati qui nunc fletis. scilicet confitēdo peccata, quia ridebitis in gloria. Veruntamē væ vobis qui nunc ridetis, quia flebitis. Luc. 6. Quarta doctrina est de confidentia in Christum habenda, & ista tangit pœnitentes, qui iam sunt extra peccata, quibus ostēdit Christus quod pœnitens debet

bet confidere de eo quādo fleuit. Quando iudex est durus & austerus, non habetur confidentia de eo, sed quādo est benignus, dulcis, compatiens, vt pater filijs, confidendum est de eo, & non desperandum. Ideo apostolus, Non habemus pontificem, qui non possit cōpati infirmitatibus nostris, tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato, Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius, vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Heb. 4. Not. Adeamus, quia multum distas à deo. Quot peccata mortalia habes? tamen per quatuor passus potes ad Christum accedere. Primò per contritionem. Secundò propositi emendatione. Tertiò confessione. Quartò pœnitentię acceptione. Ideo dicit, Adeamus. sistis quatuor passibus cum fiducia, &c. Ecce prima camera quadrangularis ædificata, quiescatis in ea. Secunda camera dicitur diuinalis cognitio. Propriè propriū est deo & nulli alteri cognoscere illa quæ sunt totaliter futura. Notanter dico totaliter, quia aliqua sunt futura non totaliter, sed particulariter, quia licèt sint futura, tamen in suis causis iam sunt præsentia. Ideo astrologus cognoscit quod hyems erit pluuiosa, quia cognoscit in causis. Ité medicus cognoscit mortem infirmi propinquam, quia eam cognoscit per causas. Sed illa quæ sunt futura, & nullam habent causam naturalem præsentē, nisi solùm volūtatem diuinam, nō sciuntur nisi à deo, & cui ipse voluerit reuelare. Ideo Esa. Annunciate quæ venitura sunt in futurum, & sciemus, quia dij estis vos. Esa. 41. Modò certū est quod illæ septem tribulationes, quas Christus dixit venturas ciuitati Hierusalem, non habebant aliquam causam naturalem, nec in cælo nec in elementis, sed erant totaliter futuræ. In quo ostenditur diuina cognitio in Christo, qui prædictas tribulationes futuras cognoscendo, & reuelando, & manifestando dixit, Venient dies in te, &c. Mysticè omnia ista septem mala in fine hominis impœnitentis sunt ventura. Primū venient dies in te, id est contra te, scilicet in senectute, quando homo est iuuenis omnia sunt pro eo, sed quando est senex, sunt contra eum. Oculi in senectute sunt cōtra eum, quia non videt, aures quia non audit, dentes, gustus, caput, & brachia tremunt, stomachus dolet, dies est contra eum, quia non potest laborare, nox quia non potest dormire. Sed diceres, Est ne hic aliquod remedium? Solutio. Non, nisi illud, quod dicit scriptura, Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ. Et declarat, Antequam veniat dies afflictionis, scilicet senectus, & appropinquent anni de quibus dicas, Non mihi placent. Eccle. 12. Poteris hic notare magnam stultitiam quæ est in iuuenibus mundi, dicentibus, Vadat ille senex ad ecclesiam, quia quando ero senex faciam pœnitentiam. O magna stultitia. Tunc vis agere pœnitentiā quando nō poteris. Talibus accidit vt illi homini qui habebat duo animalia, vnum bonū & forte,

aliud debile & exhaustum, & volebat quod debile portaret magna onera, & forte incederet sine onere, &c. Iumentum bonum & forte est corpus iuuenis, debile & exhaustum corpus senis, quod non potest portare onera, & vos dicitis quod sibi imponetis onus. Dicit religiosus, quando ero senex seruabo regulam. Idem de clerico, laico, & muliere. Secundum malum tangit, cùm dicit, Circundabunt te inimici tui vallo. Hi sunt dolores mortis. Dolores inimici, qui circundant morientem. Quando homo est sanus, si patitur in vno membro, valet in alijs, sed in morte tãtus est dolor quod in nullo valet. Verbi gratia. Magnus dolor est si abscindatur digitus. Ratio, quia anima quæ extẽdit radices suas per oẽs partes, habet dimittere illam partem, & restringere se. Modò cogitate in morte, quando anima se eradicat de omnibus ossibus, neruis, & pulpis, sicut si per aliquã potentiã arbor nucis euelleretur radicitùs, qualis dolor tunc debet esse in moriente. Ideo dicit philosophus, Omnium terribiliũ terribilissimum est mors. Ecce quare dicit, Circundabunt te inimici tui, &c. Ideo Dauid in persona morientis dicit, Circundederunt me dolores mortis, &c. Psal. 17. Tertiũ malum tangitur ibi, circũdabunt te. Ecce occursus & obsessio dæmonũ in morte impœnitentis. Quando est in extremis vltra dolores, veniunt ibi dæmones in circuitu, & qualiter euadet misera anima? Nota similitudinẽ de nemore, in quo esset perdix abscõdita, & in circuitu essent centũ & mille canes, in aëre autem totidẽ falcones, & homines cum baculis persecutientes in nemore, vbi est misera perdix, quid faciet? quia si exit, statim capietur. Ita est de anima. Cogita quod corpus sit nemus, anima vt perdix in eodem abscõdita. Canes in circuitu sunt dæmones, qui sunt in terra. Falcones sunt dæmones qui sunt in aëre, vt atomi in radio solis. Homines purgentes cũ baculis sunt dolores pungẽtes, vt anima exeat, & non potest ibi manere. Ecce misera anima, in quali pressura est in morte. Vos nõ videtis, sed multi sancti hoc viderunt. Ideo de impœnitente dicit scriptura, Infernus subter te cõturbatus est, scilicet, in morte tua, in occursum aduentus tui suscitauit tibi gigantes. Esa. 14. Quartum malum ostenditur ibi, & coangustabunt te vndique. Ecce discretio & diffinitio iudicij. Boni angeli non permittunt quod dæmones ducant secum animam, quousque in iudicio sit data sententia à Christo iudice, quantumcumque sit mala. Ideo veniunt dæmones animam accusantes, dicendo omnia peccata quæ fecit, etiam secreta. Et Christus inquit animæ, Audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et illa obmutescit. Et Christus ad angelum bonum inquit, Quid dicis de ea? Et angelus inquit, Iste fuit ita malæ conditionis, quod noluit facere pœnitentiam, noluit vti medicinis vestris contra peccata, nolebat confiteri, nec communicari semel in anno, non sanctificabat festa, nolebat dimittere iniurias, nec restituere ablata.

ablata. Deinde dicit Christus patriarchis, Et vos vultis eum habere in societate? Respõdent, non domine. Nos sumus misericordes, & iste crudelis. Et vos prophetę? Non domine. Nos sumus deuoti, & iste indeuotus. Et vos apostoli? Qui respõdent & dicunt, absit. Nos sumus charitatiui, & iste sine charitate. Et vos martyres? Nõ domine. Nos sumus patiẽtes, & iste impatiens & vindicatiuus. Et vos cõfessores? Non domine. Nos fecimus pœnitẽtiam, & iste fuit impœnitens. Et vos virgines? Non domine. Iste fuit luxuriosus & corruptus. Ecce qualis angustia animæ ex dæmonum accusatione, & sanctorum & angelorum refutatione. Et potest dicere bene misera anima. Angustiæ sunt mihi vndique. Dan. 13. Quintum malum tangitur ibi, Et ad terram prosternent te. Ecce detrusio in infernum, quia data sententia à Christo, anima captiua recipitur à diabolis. Anima autem & angeli habent omnia membra, vt corpus, sed sunt spiritualia, & prosternunt eam ad terram. De quo Iob 10. Terram miserię & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat, &c. Sextum malum tangitur ibi, & filios tuos qui in te sunt. Ecce destructio generationis. Si quæratur, Quod malum est filiorum ex peccatis parentum, &c. Dico quod peccata propria parentum non nocent filijs, nisi fiant filij in illis participantes. Sicut de peccato vsuræ, ex quo non solum pater damnatur, sed etiam mater, quæ relictis pecunijs & bonis, ornari voluit ex illis, & etiam filij recipientes hæreditatem de vsura, & etiã recipientes dotem damnabuntur, similiter notarij & testes, vsuræ cooperantes. Nam vocabũtur in æternum semen pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum eorũ. Non consurgent, nec hæreditabunt terram, nec implebunt faciem orbis ciuitatum. Et consurgã super eos, dicit dominus exercituum, & perdã Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit dominus. Et ponam eam in possessionẽ herici, & in paludes aquarum, & scopabo eam scopa terens, dicit dominus exercituum. Esa. 14. Septimum malum tangitur ibi, & non reliquent in te lapidem super lapidem. Ecce dissipatio diuitiarum, quia de bonis vsurariorum nihil remanet. Ecce quid dicit Dauid, Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui, ecce non erat, quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Psal. 36. Nota, vidi impium, scilicet vsurarium. Impius dicere-tur, qui se cum vxore & filijs proijceret in ignem. Ita facit impius, vsurarius, in ignem inferni se proijciens. Ratio omnium istorum malorũ subditur ibi, Eo, id est, propter hoc, quia nõ cognoueris tempus visitationis tuę. Visitat deus dupliciter. Inuisibiliter in corde per compunctiones, & visibiliter per publicas prædicationes, & per seueras correctiones. Ideo Iob 10. Visitatio tua custodiuit spiritum meũ. Ecce secũda camera. Tertia camera dicitur paterna correctio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quando pater diligit filios, non patitur quod fagiones ipsos corrigant à defectibus, sed ipse cum virga corrigit, & ideo præcipitur in scriptura diuina, Patres nolite ad iracundiam, sup. dei, provocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correctione domini. ad Ephesios 6. Ita fecit Christus quando intrauit templum, & inuenit in templo vendentes oues, & boues, & columbas, & numelarios sedentes. Et cùm fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit, & his qui columbas vendebant, dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis, &c. Correxit eos dominus. Et iste modus correctionis ostenditur Ioan. secundo. Moraliter non legitur in tota biblia quod Christus percusserit aliquem, nisi hic in isto puncto. Multa peccata erant in ciuitate Hierusalem, sed non legitur quod manibus correxit eos, sed ore reprehendendo, nisi hic. In quo potestis notare quantum displiceat deo quando in ecclesia fiunt aliqua quæ non debent fieri, sicut faciunt nonnulli, qui volunt in ecclesijs chorizare, in vigilijs & nuptijs, ad malum finem veniet tale matrimonium. Non sic Dauid faciebat, sed magno timore intrabat domum domini, di. Ego autem in multitudine miser. cordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Psalmorum quinto. Et vos intrastis tripudiando, &c. Item non debetis, vt quidam faciunt, comedere & bibere, & inebriari in ecclesijs, in confraternitatibus. Ideo apostolus, Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum, aut ecclesiam dei contemnitis, & confunditis eos qui non habent? primæ ad Corinthios vndecimo. Ideo auisamini, ne forte irascatur zelus dei ad corrigendum. Item aliqui vadunt in circuitu ecclesiæ dum dicitur officium, ad respiciendum mulieres. Isti de ecclesia faciunt lupanar. Item ab aliquibus fiunt in ecclesia matrimonia clandestina, quando non possunt loqui cum muliere in domo, timore viri vel amicorum veniunt ad ecclesiam, &c. Item fiunt aliquando ab aliquibus in ecclesia mercationes, quia quando estis in missa, loquimini de ferijs, & foro, &c. Cùm tamen sub silentio debeatis esse in ecclesia. Ecce Christus quare cum manibus voluit corrigere peccata quę fiebant in domo dei, ostendens quod ista peccata sunt grauissima & destructiua Christianitatis. Ideo Dauid, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Psal. 25. & August. In oratorio, id est, ecclesia, ab orando, scilicet dicta, nemo aliquid agat, nisi ad quod factum est, vnde nomen accepit. Ideo dicit Christus, Domus mea dom' orationis vocabitur. Postquam autem correxerat eos manibus, voluit eos corrigere verbo, quia erat quotidie docens in templo.

De eadem Dominica suprà decima post Trinit.

Sermo II.

Diuisiones ministrationum sunt, idem autem dominus. Verbũ istud habetur originaliter 1. Cor. 12. & recitatiue in epistola currentis dominicæ. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicandæ sciendum q regula est & doctrina in sancta theologia, quod omnia quæ fiunt in hoc mundo à deo, mediantibus secundis causis, potest deus facere per seipsum immediatè. Operatur enim deus aliquando mediantibus causis, vt faber ferrarius mediantibus instrumentis, & lignarius mediante axia & serra. Ita Deus mediantibus creaturis operatur, sed per se, sine creaturis, posset eadem facere. Non sic de fabro ferrario & lignario, quia sine instrumentis non possunt operari. Non est sic de deo. Verbi gratia. Dicunt philosophi & etiã theologi, quod deus mouet cælos & solem ab oriente in occidentem, & econuerso, & etiam stellas per angelos, quos philosophi vocant intelligentias. Omnia ista posset deus facere per se sine angelis. Itẽ deus illuminat istum mundum mediante sole, qui illuminat, calefacit, & facit fructificare, ita deus posset per se sine sole. Maximum enim est suum posse. Item deus dat nobis tonitrua, pluuias, & fulgura, mediãtibus nubibus, & deus huiusmodi per se facere posset, &c. Item facit nauigare maria mediantibus nauibus, & sine his posset deus per se. Item dat nobis panem & vinum mediante labore hominum, dat fructus mediantibus arboribus, per se posset. Item multiplicat creaturas humanas per generationes, hoc posset deus aliter. Idem dat sanitatem infirmis, medicis mediantibus, & purgationib', &c. sine hoc posset deus per se. Item dat scientiam, mediantibus libris, magistris, doctoribus, sine hoc posset deus dare per se. Patet ergo regula generalis. Quidquid deus facit mediãtibus secundis causis, potest & per se. Ratio, quia nulla creatura nec causa habet potestatem nec virtutem in cælo nec in terra, nisi quãtum deus sibi dat. Si habemus bonum tempus, sanitatem, prosperitatem, & abundantiam, nec grates nec gratias soli, vel lunę, stellis, vel creaturis dicatis, sed deo. Ideo apostolus, Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi honor & gloria in sæcula sæculorum amen ad Ro. 11. Modò licet deus potest hæc facere sine ministris, tamen in gubernatione mũdi vult tenere modum regis, qui in suo palatio & regno habet multos ministros, & sicut nõ est nisi vnus rex in palatio; ità non est nisi vnus deus in hoc mundo, qui licèt posset omnia per se, vult tamen habere ministros. Ideo dicit thema, Diuisiones, id est, distinctiones ministrationum sunt, idem autẽ dominus, id est, deus. Notaui septem gradus seu differentias ministrorum in domo Christi ad instar regis.

Regula in theologia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primi sunt portarij ostiorum,
Secundi dispensatores bonorum,
Tertij coquinarij ciborum,
Quarti seruitores ferculorum,
Quinti fistulatores instrumentorum musicorum,
Sexti eleemosynarij fragmentorum,
Septimi cubicularij lectorum.

Modò quilibet nostrum videat quod officium istorum habet, quia si aliquod istorum nō habetis, nō estis domestici Christi, & in fine poterimus dicere cōcludendo, Diuisiones autē istorum sunt, idē autem dominus. Primò ergo in domo regis primus gradus ministrorū est portariorū. Ita in domo Christi, s. in hoc mundo, prima differentia ministrorum est portariorū. Qui sunt isti? Videndo officiū portariorum videbimus qui sunt portarij in domo Christi. Officiū portariorū est portare virgā. & indignos eijcere ne intrent palatiū, & dignos admittere & custodire. In hoc cognoscitis qui sunt portarij in domo Christi. Portarij sunt domini temporales, imperator, reges, duces, comites, &c. quomodocunque dicantur, officiū habent portariorum, quia portant virgam in manu, s. potestatem à deo, quia dicit scriptura, quòd nō est potestas nisi à deo. ad Ro. 13. Ideo nō debent admittere in ciuitatem, villam, seu cōmunitatem, nisi quod bonum est, & debent expellere ab eadē quod malum est, signāter peccata notoria, quæ sunt in destructionem communitatis. Secūs de secretis, quæ non cadunt in iudicio hominum.

Primum peccatum est de inuocatione diabolica, quod exercetur à diuinis, &c. quando est notorium,

Secundum est de blasphemijs generalibus, talia peccata non sunt secreta communiter. Ideo prouideatur,

Tertium est fractio festiuitatum, quando fit notoriè, secùs si fiat secretè,

Quartum est ludus taxillorum, rapina est ac si duo vel tres latrones, &c.

Quintum est lupanaria specialia. Quæstio fit inter doctores an lupanaria sint sustinenda, &c.

Sextum est de societatibus criminalibus, scilicet cum infidelibus.

Ideo separentur, & prouideatis vos portarij qui habetis potestatem, alias dānati estis. Melius esset vobis esse porcorū custodes, si negligētes estis, quā rectores, iudices, vel gubernatores. Si timetis, dimittatis officiū. Ecce primū officiū in domo Christi. De istis dicit scriptura, ianitores verò per portas singulas obseruabāt, ita vt nec puncto quidē decederēt à ministerio. 2. Paralip. 35. Secūdi sunt dispēsatores bonorū. Isti sūt prefidētes ecclesiastici, quorū papa est maior, deinde cardinales, patriarchę, archiepiscopi, episcopi, & animarū curati, qui claues ecclesię habētes debēt ecclesię domesticis dispēsare. s. sacramenta. Ideo dicit Christus, dispensatori primo, Tibi dabo claues

claues regni cælorum. Mat. 16. Hoc simpliciter dicitur de absolutione. Antiquitùs iudæi confitebantur. Auct. Vir siue mulier cùm fecerint ex omnibus peccatis, quę hominibus solēt accidere, & per negligentiam transgressi fuerint mādatum domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum. Num. 5. Item, Qui abscondit scelera sua, non dirigetur, qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, miserebitur diem consequetur. Prou. 28. Nota, qui abscondit scelera. s. facer dotes, quia peccata non possunt abscondi a deo, illi non obtinebant absolutionem. Sacerdos **orabat pro eis**, sed nō absoluebat eos, quasi dolor, ac si vobis **modò facta** confessione diceret confessor, non possum vos absoluere, qualis tristitia? Sed modò Deus commisit claues prælatis & clericis, vt possint absoluere à peccato. Sed vnde hoc habent, quia remittere peccata propriū est Deo. Quis potest peccata dimittere nisi solus Deus? Mat. 2. Dico q̄ hoc posse noluit deus concedere antiquis hominibus, quia nōdū receperat humanitatem. Sed ex quo factus est homo, voluit honorare homines, dando eis potestatem diuinam. Sicut si rex duceret in vxorem filiā rustici, exaltaret & honoraret omnes parentes vxoris. Ita fecit Christus. Ideo modò sacerdotes in cōfessionibus non solùm orant pro peccatoribus, sed dant eis absolutionem pro peccatis post baptismum factis, quia baptismus nō habet virtutem nisi semel, quia est sacramentum non iterabile, sed cōfessio toties quoties, &c. Ecce quare dicit, Tibi dabo claues. De istis dispēsatoribus dicit apostolus, Sic nos existimet homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorum, id est sacramentorum dei. 1 ad Cor. 4. Sed, heu proh dolor, cùm sequitur, tam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Quia modò ad hoc deuenimus, quod oportet emere omnia sacramenta, cū tamē dixerit Christus dispensatoribus, Gratis accepistis, gratis date. Modò nec baptismum, nec cōfessionem, nec extremā vnctionem, nec sepulturam habere poteris, nisi emas aliquo modo, vel colorato, vel alioquin operto. Itē de sacramētis ordinū oportet soluere sigillum, &c. Ideo dicit Christus, Quis putas est fidelis seruus & prudens, quē cōstituit dominus super familiam suam? Lu. 12. Tertij sunt coquinarij ciborū. Escæ animarum sunt verba dei, secundū quod dixit Christus, Non in solo pane viuit homo: sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Mat. 4. & Deute. 8. Os dei est biblia, quia sicut in ore sunt duæ mādibulæ, superior & inferior, ita & in biblia, Mandibula superior, continens omnes sensus, est nouum testamentū. Inferior vetus testamentum, quod solùm de terrenis loquitur. Secundò, quia mandibula superior est immobilis. Ita nouum testamentum immobile est, vetus autem mobile mandibula inferior, quantum ad cæremonialia & iudicialia, quia de istis nihil seruatur. Verba ergo biblię sunt escę animarum. Et quis præparatistas escas? Solutio, prædicatores

Loci in veteri testamē to, qui faciunt ad astru endū cō fessionē sacramē talem ese se de inue re diui nо.

dicatores prædicantes verba dei. Ecce officium meum non est modicum, sed præcipuum in domo Christi. Et sicut coquinarius, quando alij dormiunt, ipse præparat escas, ita prædicator quando vos de nocte dormitis & quiescitis in lecto, coquinarius in coquina spiritus sancti præparat escas igne charitatis & deuotionis in olla memoriæ. Et sicut coquinarius primò gustat de sale, ita prædicator primò debet gustare escas. Verbi gratia. Si vult prædicare, & monstrare alijs humilitatem quod ipse non sit superbus, sed gustet quid est humilitas, si misericordiam & liberalitatem, quod ipse nõ sit auarus, si castitatem, quod ipse non sit luxuriosus, & sic de alijs. De hoc officio appretiabat se apostolus, dicens, Fiduciam talem habemus per Christum ad deum, qui idoneos nos fecit ministros noui testamenti. 2. ad Cor. 3. Nouum & vetus testamentum differunt, sicut figura & figuratum. Vetus testamentum fuit figura, & nouum figuratum. Quarti sunt scutiferi, seruientes coram rege, aliqui propinant, aliqui seruiunt dando aquam, alij mappã, &c. qui timore regis non loquuntur, nec spuunt nisi à longè, habent faciem & manus mundas, &c. Seruitores in mensa Christi sunt presbyteri, & curati, & ministri altaris, quasi mense domini assistentes. Ideo ad instar seruorum regis cum magno timore & sanctitate debent esse. Dicit deus sacerdotibus antiquis, Sacerdotes qui accedunt ad dominum sanctificentur, ne percutiat eos. Exod. 19. Et tamen in illo altari non offerebantur nisi animalia. Et modò offertur ille agnus, filius istius ouis virginis Mariæ, qui verbis prolatis à sacerdote venit ibi. Et rex non venit solus, ideo sunt ibi in altari angeli sancti, Christum associantes cantantes, Panis angelicus fit panis hominum, &c. Cum quanto ergo timore debet esse sacerdos coram iudice & angelis sanctis? Modo cogitate quid dicunt angeli, quando sacerdos est bonus, sanctus, & castus. Dicunt, O benedicte, &c. Si fortè sacerdos sit malus, concubinarius, mendax, lusor, &c. Dicunt angeli Christo, O domine vultis quod interficiamus istum ribaldum, proditorẽ, &c. Et Christus, Nõ adhuc. Nolo enim mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Ezec. 18. Nota grauiter peccant mulieres cũ sacerdotibus luxuriando, quia maius peccatum esset proijcere in lutum sepulchrũ Christi, quàm sepulchra sanctorum. Ita mulier plus peccat luxuriando cũ sacerdote sepulchro Christi, quàm cum alijs hominibus. Ideo sacerdotes vt boni scutiferi debent habere faciem, id est, conscientiã mundam, & manus mundas, scilicet à ludo & mendacio, & totum corpus à luxuria. Ideo dicit scriptura de eis. Hi, scilicet sacerdotes, probẽtur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. 1. ad Tim. 3. Nota probentur, scilicet si dolent de peccatis, si proponunt non redire, &c. Quinti sunt histriones

latores musicorum, scilicet ministri. Ita etiam magnus rex Christus habet ministros in palatio suo, qui faciunt sibi sonum gratissimum. Illi sunt pœnitentes. Tenor est percussio pectoris, id est, gemitus & suspiria supra, quando dicit, domine misericordia. & Christus & angeli de fenestris cæli auscultant. Auct. Quæ habitas in hortis, scilicet ecclesijs, quæ debẽt fructificare in bonis operibus, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Can. 8. Item sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis est, & facies tua decora. Can. 2. Et loquitur hic Christus personæ pœnitenti, vt philocaptus philocaptæ suæ. Iam videtis qui plorat ex contritione peccatorum, qualem faciem facit. Illam dicit Christus pulchram esse coram eo. Ideo pœnitenti dicit, Ostende mihi faciem tuam, &c. Istis dicit Christus, Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Io. 12. Sexti sunt eleemosynarij fragmentorum, qui dant pauperibus quod supereſt de mensa regis. Isti sunt diuites misericordes. Domus enim diuitis est vt cophinus, in quo reponuntur frusta panis, quia panis integer est in cælo in mensa domini. Et sicut eleemosynarius regis esset infidelis, retinendo sibi ea quæ debet pauperibus ministrare, potest tamen sibi retinere necessitatem. Ita diuites infideles sunt, retinendo sibi ea quæ debent pauperibus dispensare, tamen necessitatem possunt sibi retinere, & non superfluitatẽ. Ideo detis vel mutuetis pauperibus sine vsura. Si dicat aliquis, Ego nõ facio vsuram, sed Iudæus cui pecuniam mutuaui, & lucrum cum eo inde percipio. Solutio. Ista est excusatio Pilati, &c. Ideo cum Pilato & Iudæis ibitis in infernum. De numero istorum ministrorum erat Martha. Lu. 10. Martha autem satagebat circa frequens ministerium, &c. Septimi sunt cubicularij, quorum officium est tenere cameram mundam à puluere, à luto, à lapidibus, & alijs, & parare lectum, tales loquuntur cum rege, &c. Tales sunt personæ cõtemplatiuæ, quæ totaliter intendunt ad præparandum cubiculum cõscientiæ deo, vt sit sine luto luxuriæ, sine puluere auaritiæ, omnia despicientes, quæ sint sine lapidibus duris iracundiæ, iniurias remittentes, ornant lectum deuotionibus, orationibus, & contemplationibus. Camera maior fuit virgo Maria, quæ dicit, In habitatione sancta coram ipso ministraui, & sic in Syon, id est contemplatione firmata sum. Eccle. 24. Qui incipit aliquod istorum officiorum, firmiter debet perseuerare, alias accidit ei vt pilç, quæ toties transit de manu ad manum, quod cadit in lutum vel puteum aliquem, ita de illis qui nõ firmiter se, sed modò cadunt in luto luxuriæ, & tandem in puteum infernj. Ideo quilibet nostrum debet considerare quod officium habet, & non debet esse inconstans, sed continuando debet in eodem perseuerare. Qui perseuerauerit vsque in finẽ, hic saluus erit. Matt. 10. Deo gratias.

De

Universidad de Deusto
Biblioteca

De eadem Dominica 2. post Trinitatem. Sermo III.

Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Habetur verbum istud textualiter. Lu. 19. & recitatiuè in euãgelio currentis dominicæ. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicandæ sciendum quod inter multas & magnas differentias, quæ sunt inter personas sapientes & stultas est vna differentia, quam ponit sacra scriptura di. Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Eccle 7. Lætantur & gaudent stulti de diuitijs, honoribus, dignitatibus, & prælationibus. Ista in corde sapientis dant tristitiam, quia sapiens cogitat in se, O miser, de tantis habeo reddere ratione deo. Vt ergo melius intelligatur illud, dicatur parabola de duobus sententiatis ad furcam, de quibus cùm fieret executio, & ducerentur ad furcam, vnus ipsorum flens petebat veniam ab omnibus di. Oretis pro me. Alter autem dum duceretur ad furcam, videns dicebat. O quàm bene est mihi, quomodo sum assocĩatus, vado equitando, &c. Quis istorum reputabatur sapiens, & quis stultus, &c. Idem de nobis, omnes quotquot sumus in hoc mundo, sumus peccatores & criminosi, nisi innocentes, intantum quod dicit Dauid, Dominus de cælo prospexit super filios hominum, vt videat si est intelligens aut requirens deum. Omnes declinauerũt, cà feruore deuotionis, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, scilicet purum, quia iniquitatem iouoluimus. Non est vsque ad vnum, s. de adultis, psal. 13. Patet igitur quod sumus criminosi & peccatores. Et noueritis q̃ processus sit cõtra nos. Statim enim postquam homo peccauit vel cogitando, vel ore loquendo, seu malitiosè operando, scribitur peccatum in libro dei. Aucto. Dauid, qui postquam peccauit, dixit, Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes, scilicet defectus scribentur. psal. 138. Et sententia mortis contra nos est iam data. Auctoritas, Statutum est hominib⁹ semel mori, & post hoc iudicium à domino omni carni. ad Hebr. 9. & iam fit executio, equitãdo vadimus ad mortem, equus est tempus secundum motum solis. Quatuor rotæ ipsum trahentes sunt æstas, autumnus, hyems, & ver. Dicatur quomodo tempus festinanter currit, & nos non auisamus nos. Illi ergo qui in hoc mundo tristantur, & dolent de peccatis suis, & petunt veniam ab inimicis, & satisfaciunt, sapientes reputantur. Sed illi qui vadunt ad mortem, cantando, ridendo, & trufando, reputantur stulti. Ecce quare dicit, cor sapientum, &c. Cùm ergo dominus Iesus Christus non sit solùm sapiens, sed etiam est sapientia æterna, non legitur ipsum in hoc mundo vnquam risisse, sed legitur ipsum multoties fleuisse. Ideo de quadam vice dicit thema. Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Patet thema. Inuenio q̃ Christus fleuit quinquies in hoc mundo, & quemlibet fletum fecit pro

pro magno secreto speculatiuo, & morali.

Primò fleuit in natiuitate,
Secundo in circuncisione,
Tertiò in Lazari resuscitatione,
Quartò in ciuitatis aspectione,
Quintò in morte & passione.

Et de quarto fletu loquitur thema, Videns Iesus ciuitatem, fleuit super illam. Primò fleuit Christ⁹ in mũdo in die natiuitatis suæ, quia sicut ceteri pueri quando nascuntur ploraut, & si interrogarẽtur & scirent respondere, dicerent quòd plorant, quia intrant istum mundum, qui est locus miseriarum & dolorum. Ita etiã Christus voluit flere. Vnde sapiens in persona Christi dicit, Ego natus primam vocem similem omnibus emisi plorans. Sap. 7. Nota similem omnibus. Fletus Christi fuit similis alijs, & etiam dissimilis. Similis in hoc, quia sicut pueri quando nascuntur flendo dicunt, a, a, & puellæ dicunt e, e. Vnde versus, Omnes dicunt e, vel a, quotquot nascuntur ab Eua. In hoc Christus fuit alijs similis. Sed fuit dissimilis in hoc, quia alij pueri non plorant per electiuam rationem. Sed Christus qui tunc ita erat sapiens sicut nunc est in cælo, quidquid faciebat totum faciebat per electiuam rationem intellectus, & ideo quia sciebat intrabat in mundum, qui est locus & habitatio bestiarum, ac si filius regis cui competit stare in thalamis & cameris regalibus, poneretur in stabulo cũ bestijs, talis deberet flere. Sic iste mundus pro bestijs fuit factus à principio paradisus terrestris pro hominib⁹ tãquam, quod dicit Damascenus. Et etiam S. Tho. in 2. parte, q⁹ in paradisum terrestrem nunquã intrauit vel intrabit aliquod animal irrationale, nec serpens, & animalia adducta sunt à Deo coram Adam mirabiliter. Ideo vt exules ex proditione patris nostri Adæ perdimus castrum altissimum, inexpugnabile quod Deus sibi commisit, & eodem die ipsum tradidit inimico. Et quia omnes sumus filij proditoris Deus autem nolens nos occidere, expulit nos in hunc mundum, locum bestiarum. Ideo Christus exiens de thalamo regali veri virginalis, electiuè fleuit. Vnde si virgo Maria ipsum interrogasset, quare fleret, potuisset respondisse. Mater mea, quia intro in hunc locum bestiarum. De hoc fletu ecclesia, Vagit infans inter asperæ positus præsepia, membra pannis inuoluta, virgo mater alligat manus, pedes, atque cura strictа cingit fascia. Ideo propter præsentem exilij habitationẽ dicimus virgini Mariæ, ad te clamamus exules filij Euæ. Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum valle. Moraliter instruimur hic, cum quanto desiderio debemus expectare, & desiderare paradisum cælestem. O quantum in nobis erit gaudium, quando erimus cum parentibus & amicis nostris. Patriarchæ sunt amicĩ nostri, si sumus misericordes. Prophetę,

Universidad de Deusto
Biblioteca

si sumus deuoti. Apostoli, si sumus charitatiui. Martyres, si sum⁹ patientes. Confessores, si sumus pœnitentes. Virgines, si sumus casti. Bonus & deuotus Christianus intantum debet hic se exulē reputare, quòd si Deus diceret sibi. Ab hinc vsque ad annum venies ad paradisum. Responderet, O Domine adhuc habeo stare 12. mēses, &c. Istud est melius signum q̄ homo potest habere de se vel de alio, q̄ habeat tale desiderium, quasi dicendo cum Dauid, Quemadmodū desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Secundò fleuit in circumcisione. Nam scitis quid est circumcisio, scriptura sacra non dicit expresse q̄ Christus fleuerit. Sed sequitur ex necessaria consequentia ad auctoritates. Nam certum est q̄ Christus recepit corpus humanum, simile nobis passibile, miseriis & doloribus subditum, licèt anima ab instāti conceptionis fuerit beata. Modò dicit scriptura, quia pueri cōmunicauerunt carni & sanguini, & ipse, s. Christus similiter participauit eisdem, subditur. Vnde debuit per omnia fratribus assimilari. ad Heb. 2. Ex isto textu securè possumus dicere, q̄ Christus fleuit in circumcisione, sicut & ceteri pueri flebant. Illi propter circumcisionis dolorem, Christus verò per electiuam rationē, s. propter humanā corruptionē, cuius radix consistit in illis partibus generationis. Nam dicit S. Thom. 1. 2. q. 81. art. 4. in corpore ar. & in solutione ad tertium, q̄ si Deus formaret diuinitùs aliter quàm per coitum, ille non haberet peccatū originale, quia illud solùm venit ex illo actu generationis. Ideo Apostolus, Condelector legi Dei secundum interiorem hominē. Video autem aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. ad Rom. 7. Nota captiuum, quia licèt peccator habeat liberum arbitrium quātum ad electionem, tamen est cathenis peccatorum ligatus & captus, quantā ad executionem. Ideo sciens Christus q̄ tota corruptio humani generis venit ex illo actu, fleuit. Moraliter instruimur hic quantū est cauendum, ne ex illis partibus verecundis offendamus Deum, nec ex delicijs bestiarum, asinorum, & porcorum, amittamus delectationes angelorum. Ideo quilibet in suo statu seruet castitatem. Virgines cum vxore seruantes modum non peccant, sed totum est castitas. Religiosi & clerici non coniugati non curent de illa materia. Ideo dicit scriptura, Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, & sciat vnusquisq; vestrum vas suum possidere in sanctificatione & honore, nō in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorāt Deū. 1. ad Thes. 4. Ponitur hīc minùs peccatū luxuria, vt arguatur & notetur q̄ magis cauendū est de maioribus. Ité nota. Hoc dicitur cōtra illos qui dicūt, q̄ peccatum non est simplex fornicatio: liber cum libera, consentientibus partibus, conūgitur, cui fit iniuria? quasi dicerent nulli. Tertiò fleuit Christus in Lazari

Lazari resuscitatione, de quo dixit textus, Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum, & lachrymatus est Iesus. Ioan. 11. Nota turbauit, id est dissimulauit se flere, vt faciūt homines honorati, qui dissimulāt fletū suum. Sed Christus electiuè turbauit se, & fleuit. Quare super hoc debetis scire, q̄ anima quādiu est corpori vnita essentialiter, recipit conditiones corporis, scilicet, variabilitatem, quia sicut corpus est mutabile ad bonum, & ad malum, sanitatem, & infirmitatem, caliditatem, & frigiditatem, ita etiam anima est vertibilis & mutabilis. Et quantumcunq; persona sit deuota & sancta, nisi se custodiat, perdet deuotionē & sanctitatē. Et licèt persona sit indeuota, peccatrix, & frigida in amore Dei, non ex hoc desperare debet de saluatione, quia mutari potest ad deuotionem & sanctitatem, de culpa ad gratiam, & econuersò. Sed ex quo anima est à corpore separata, immutabilis existens, & inuertibilis, in isto statu in quo separata à corpore, siue in gratia, siue in culpa, firmatur immobiliter. Hic patet respōsio ad vnam quęstionē quam vos facitis. Quare pro peccato momentaneo, vel vnius diei, vel vnius horę, &c pœna erit æterna. Nunquid sufficeret q̄ quantum habuit de delicijs, tantum etiam duraret pœna? Pro respōsione sciendum est, q̄ illius qui moritur in peccato mortali, ita obstinatur anima in illo peccato, q̄ non potest ipsum dimittere, intātum q̄ semper erit cum illa culpa. Ideo semper erit cum pœna. Per oppositum qui decedit in gratia, nō potest eam perdere. Ideo habet gloriam æternam. De istis auctoritas clara. Si ceciderit lignum ad Austrum, aut ad Aquilonem, in quocūque loco ceciderit, ibi erit. Eccle. 11. Homo dicitur arbor, Video homines velut arbores ambulantes. Marc. 8. Et in morte scinduntur. Iam enim securis, scilicet mortis, ad radicē arboris posita est. Mat. 3. Si autē arbor cadit ad meridiem, quæ est pars calida & humida, significat amorem Dei & cōtritionem peccatorum, talis in gratia decedit, ibi erit semper, quia nūquam perdet gratiā. Si cadit ad Aquilonem quę est pars frigida, per indeuotionē, acidiā & negligentiā, & significat culpā & peccata, ibi erit semper. Et quia Lazarus mortuus fuit in gratia, & erat cū sanctis patribus in limbo, quādo Christus precibus sororū Mariæ & Marthæ debuit ipsum à morte suscitare, fleuit, sciens q̄ Lazarus reducebatur ad statum in quo poterat cōmittere & facere multa peccata, sicut & fecit, venialiter & mortaliter peccādo, quādo tēpore passionis Christi eū alijs perdidit fidē, & si ipsam pòst recuperauit fidē, & fuit sanct⁹ & amic⁹ Christi. Ecce quare fleuit Christ⁹. Moraliter hic instruimur, quātū est cauendū à peccatis, quia Christ⁹ volēs reducere Lazarū amicū suū de statu in quo erat impeccabilis, ad statū in quo poterat peccare, fleuit. Patet hic quātū deo displicēt peccata. Ideo flēdū p̄ peccatis, & gaudendū de illis q̄ sunt impeccabiles, sicut filij q̄ moriūtur paruuli. Magis

Ratio durationis pœnæ peccato debitæ.

esset gaudẽdũ de morte taliũ, quã in die nuptiarũ filiorũ magnorũ. Dicatur cõtra mulieres pro talibus flẽtes. Ideo Apostol⁹. Nolumus vos ignorare de dormiẽtibus, vt nõ contristemini, sicut ceteri qui spẽ non habẽt. 1. ad Thess. 4. Quartus fletus Christi fuit ille de quo loquitur thema, Videns Iesus ciuitatẽ, fleuit, &c. Nota hic breuiter historiã euãgelij. Christus videns ciuitatẽ Hierusalẽ, fleuit propter quinq; mala ciuitati Hierusalem ventura, quę fuerunt ista, scilicet,

Primò fames,
Secundò pestilentia,
Tertiò gladius,
Quartò captiuitas,
Quintò destructio.

Primum malum vẽturum erat fames, s. in obsidione Titi & Vespasiani, intantum q̃ matres præ fame comedebant filios, & obstetrices lectum parturientis, & ex siti bibebant vrinã propriam. Secundum malum fuit pestilentia & mortalitas, ita quod per vicos cadebant mortui, nec erat qui sepeliret eos, sed proijciebantur in fossatum ciuitatis. Tertium malum erat gladius, quia audiuerãt Romani quod Iudæi ex anaritia comedebant aurum, propter hoc interficiebant eos, & inueniebant aurum in visceribus Iudæorũ. Quartũ malum erat captiuitas per vniuersum mundum. Triginta Iudæi dabantur pro vno denario, & fuit iudicium Dei, quia ipsũ Iudæi vendiderunt Christum pro triginta denarijs. Quintum malum erat finalis destructio, quia in ciuitate non remansit lapis super lapidem, quia ista ciuitas non est illa quę olim fuit, nec in illo loco sita est in quo illa erat, vt declarat Greg. Et assignat Christus rationem illorũ malorum di. Eò quod non cognoueris tempus visitationis tuæ, s. Christi. Moraliter ista quinq; mala sunt hodie in mundo spiritualiter. Primò fames spiritualis. Cibus spiritualis est oratio & verbum Dei. Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Matt. 4. huius cibi est modò magna charistia & fames. Ista fames non sentitur à multis. Item pauci prædicãt verbum Dei, sed Ouidij, Vergilij, & poëtarum damnatorũ, &c. Secundũ est pestilentia, multos inficiẽs, quia quilibet vult viuere secundum sen sualitatẽ, ita quod totus mundus est corruptus, intantum quod forsitè pauci sunt qui possunt dicere: Verè ego nunquam cognoui nisi vxorem meam. De mulieribus autem credo quòd sunt multæ honestæ, vtinam dicam verum, quæ non cognouerunt nisi viros suos, solùm communiter loquendo, pueri innocentes sunt mundi. Ideo dicit Remigius super illo verbo, Sinite paruulos venire ad me. Mat. 19. Tanta enim est labes illius peccati, scilicet carnalis cõcupiscentiæ q̃ occupauit ferè totum humanum genus, ita q̃ maior pars saluandorũ creditur esse innocentum puerorum. Tertium malum est gladius

gladius spiritualis, s. odiũ, rancor, & mala voluntas inuidorum. Ita q̃ totus mũdus isto gladio est diuisus. Dauid, Gladius eorũ, s. inuidorũ, intret in corda ipsorum, vt habeant officia, regimen, dignitates, & prælationes, licèt nõ interficiant corpora, interficiunt tamẽ animas, quod est peius, intantum q̃ dicit Salomon de ista materia. Rursus contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. Eccl. 4. Quartum malum est captiuitas. Quot hodie captiui peccatorũ, licèt peccata nõ auferant liberum arbitrium, quantum ad electiones: auferũt tamen quantum ad bonas operationes. Per totum annum sunt captiui, & si fortè in quadragesima liberentur, statim post paschа redeunt ad captiuitatẽ. Talibus dicit Apostolus. Resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenẽtur ad ipsius voluntatem. 2. ad Timo. 2. O si quis esset captiuus in Barbaria, quo modo laboraret pro liberatione? quãtò magis ergo laborandũ est pro liberatione huius peioris captiuitatis peccatorum. Quintum malum est destructio, quia non remanet lapis super lapidem. Lapides sunt Christiani. Auctoritas. Tanquã lapides viui superædificamini domos spirituales. 1. Pet. 2. Lapides fundamẽti & inferiores sunt laboratores. Deinde mercatores, ciues, milites, clerici, & religiosi. Lapides superiores sunt domini temporales, & prælati in ædificio ecclesiæ. Sed hodie totum ædificium est destructum, malè viuunt omnes, tã prælati ecclesiæ, quàm alij. Hoc spiritualiter flebat Christus, quia videbat destructionẽ venturam ciuitatis Christianæ. Quintò fleuit Christus in passione & in morte. Auctori. In diebus carnis suæ preces supplicationesq; ad eum, qui posset eũ saluũ facere à morte, cũ clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. ad Heb. 5. Nota in diebus carnis suæ, s. passionis, quæ solùm fuit secundũ carnẽ. Ratio electiua, quare fleuit propter nos. Nõ enim fleuit timore mortis, vt alij flẽt, quando moriũtur, quia in articulo mortis sumus in maximo periculo. Hoc declarat ille doctor Beda super Tob. c. 6. quando Tobias voluit lauare pedes suos in flumine, piscis magn⁹ voluit ipsum deuorare, sed Tobias deuorauit ipsum, & cœpit. Beda exponit hoc sic. Tobias significat Christũ, qui in flumine mortis impetuosę voluit lauare pedes suos, s. Christianos, per suam mortẽ & passionẽ. Aqua baptismi & pœnitẽtia habent virtutem & efficaciã abluẽdi, & mũdandi animas ex Christi passione. Et venit piscis immanissimus, s. diabolus, in cruce volens Christum deuorare & capere, nõ credens q̃ esset Deus. Nota historiam qualiter Christus ipsum cœpit & liquauit. Christus ergo fleuit in morte, non timore mortis, nec diaboli, sed pro nobis. No. quòd in morte cuiuslibet cõmuniter loquendo, veniũt dæmones multi ad deuorandũ animam. Virgo enim Maria obtinuit pro gratia, ne dæmones venirent in morte sua. Magnũ

periculum est tunc, & multi capiuntur & deuorantur à demonibus, quia nullus potest euadere, nisi fuerit persona deuota, sancta, & bonæ vitæ. Ideo paremus nos per bonam vitam, quia solùm bona vita defendit animam in articulo mortis. Si autem persona fuit bonæ vitæ, bene confessa, & contrita, & remisit, & satisfecit, Deus mittet sibi Angelum adiutorem, & defensorem. Et quando anima exit de corpore cum illo splendore gratiæ, diaboli fugiunt, & Angelus bonus recipit animam, & ducit ad gloriam. Ecce ego mitto Angelum meum qui præcedat te, ſ. in vita, & custodiat in morte, & introducat te in locum quē præparaui. Exo. 23. Ecce quare vltimo ſicut Christus propter morientiū instructionem. Ideo Dauid in Psal. 55. dæmonibus dicit, Inhabitabūt, scilicet in camera morientis, & ablūdent, ſ. se. ipsi calcaneum, id est finem meum obseruabunt.

Dominica decima, post festum Trinitatis. Sermo quartus, speculatiuus de quatuor virtutibus cardinalibus.

Virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Habetur verbum istud textualiter Luc. 6. & officiatur in euangelio hodierno. Salutetur virgo Maria. Istud verbum volo vobis declarare dupliciter. Primò quasi pro introductione declarabitur sententialiter & speculatiuè pro illuminatione intellectus. Secūdò moraliter & practicè pro instructione vitæ nostræ. Pro primo sciendū, q̄ si subtiliter & acutè volumus cogitare opera Dei facta à principio mundi vsque nunc, inueniemus q̄ omnes creaturas siue angelicas siue rationales vt homines, siue corporales, creauit cum aliqua infirmitate, omnes sunt defectuosę, non tamen ex defectu creatoris, sed ex cōditione creaturarum. Sed Deus de se extrahit virtutem ad sanandum eas aliquo modo. Primò de creaturis angelicis, quæ erant innumerabiles, erāt enim plures quàm folia arborum, vel capilli capitis, tamen creauit eas infirmas graui infirmitate, ſ. peccabilitatis, quia poterant peccare, sicut patuit per effectum, quia illa infirmitate venerunt ad mortem æternam, vt Lucifer, & alij, qui fuerant plures quàm homines sint in mundo. O grauis infirmitas, quæ portat patientem ad mortem æternam. Sed alij, vt Michael, Gabriel, Raphael, steterunt fortes. Et illis Deus de se dedit virtutem, scilicet confirmando eos in gratia & gloria, & modò sunt impeccabiles, & curati ab illa infirmitate. Ecce virtus Dei, quomodo sanauit eos. Auctoritas. Per sapientiam sanati sunt quicunque placuerunt tibi domine à principio. Sap. 9. Non intelligitur de hominibus, quia non erant à principio, sed de Angelis, qui placuerunt Deo non peccando. Ergo virtus de illo exibat, & sanabat eos. Secundò de creaturis rationalibus, scilicet, hominibus, quæ non dicuntur propriè intellectuales. Ratio, quia per discursum oportet nos venire in cognitionem veritatis, scilicet ratiocinando, sillogizando, disputando, & per effectus cognoscimus causas, & econuerso. Angeli vero subitò & sine discursu vident effectum & causam, finem & principium, conclusionem & præmissas. Dico etiam quòd creaturæ rationales fuerunt creaturæ infirmæ, sicut angeli, scilicet peccabiles. Licèt enim Deus in gratia creauit Adam & Euam, & in optimo statu, tamen peccauerunt, & ex illa infirmitate venit mors animæ & corporis consequenter. Anima enim creatur in vtero matris peccabilis. Non est homo iustus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Eccles. 7. septimo. Sed virtus Dei sanat animas, quando exeunt corpora, innocentes vel pœnitentes Deus sanat, ponens eis emplastrum gloriæ, & curantur, intantum quòd non possunt peccare. Credis quòd illi de paradiso possunt peccare? profectò non. Sunt enim impeccabiles, sicut Deus & Angeli beati. De Angelorum beatorum impeccabilitate vide sanctum Thom. 1. parte quæstio. 62. articu. 7. & 2. scripto. dist. 7. quæstio. 1. articu. 1. Istam sanitatem petebat Hieremias, dicens: Sana me Domine & sanabor, saluum me fac, & saluus ero, quoniam laus mea es tu. Hierem. 17. Non legitur tunc infirmum fuisse corporaliter: sed loquitur de sanitate animæ, quod patet cùm dicit, Saluum me fac, &c. ergo virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Tertiò de creaturis corporalibus. Nam cælum, sol, luna, & stellæ, & aër, & terra, & aqua, & omnia elementa creata fuerunt cum infirmitate, non causa peccabilitatis, quia non habent rationem, ideo non possunt peccare: nam si leo vel lupus interficiat hominem, non peccat, sed infirmitate corruptibilitatis. Non ex compositione contrariorum, quantum ad corpora cælestia & elementa, quia non sunt compolita ex contrarijs, tamen possunt annihilari, & corrumpi: & de facto elementa corrumpuntur, & corpora cælestia fuerunt immutata, quia antequam homines peccarent, sol septempliciter erat clarior, luna verò tunc erat ita clara sicut sol nunc est. Sed ex peccato Adæ sol perdidit septem partes claritatis, & luna, & stellæ, & cælum, & elementa septem partes virtutis. Elementa verò in iudicio purgabuntur, & efficiunt pura. Corpora quoque hominum, licèt sint corruptibilia, tamen in iudicio resurgent gloriosa cum animabus, & erunt tunc incorruptibilia, impassibilia, clara, & agilia. Ista est doctrina certa in sancta theologia. Auctoritas. Erit lux lunæ sicut lux solis, & lux solis erit septempliciter, sicut lux septem dierum, in die in qua alligauerit Dominus vulnus populi sui, & percussuram plagæ eius sanauerit. Esai. trigesimo. Nota, erit septempliciter, sicut lux septē dierum, scilicet primæ hebdomadæ mundi, antequam homo peccaret, in die, scilicet iudicij, in qua sanabitur vulnus mortalitatis, & corruptibilitatis, & peccabilitatis. Patet ergo quòd omnes crea-

Nō cælū tantum vnà cū planetis, verū et elemēta quoq; propter primi patrētis peccatū grauiter fuē re læsa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

creaturę creatæ fuerũt infirmæ, sed virtus de illo exibat, & sanabat omnes. Patet thema. Modò declarandũ est thema moraliter. Cùm enim dicitur, virtus de illo exibat, non solùm vna, sed multæ virtutes exibãt de Christo, singulariter quatuor, de quib' nũc volo prædicare, quæ sunt morales, & inter alias principales, quę dicũtur cardinales: quia sicut porta & ostiũ voluitur in cardine, ita alię virtutes & vita hominis voluuntur in his quatuor, quæ à Christo exierant, Aucto. Labores, huius, s. Christi, magnas habẽt virtutes. Sobrietatis enim, id est temperantiã, & sapientiam, id est, prudentiam docet & iustitiam, & virtutem, s. fortitudinis, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Sap. 8. Quatuor sunt virtutes cardinales, scilicet,

Agitur hic de virtutibus cardinalib' copiosissimè.

Temperantia corporalis,
Prudentia intellectualis,
Iustitia vniuersalis,
Fortitudo spiritualis.

Ex his virtutibus Dauid vocabat Christum dominum virtutum, dicens Dominus virtutum, nõ dicit Dominus virtutis, de illo exibat virtus, & sanabat omnes. Dico primò ꝙ à Christo virtus corporalis temperantię, exemplariter ipsam seruãdo, & doctrinaliter ipsam prædicando. Virtus enim temperantiæ est, quòd in cibo & in potu simus ita temperati & ordinati, quòd corpus nostrum non grauetur infirmitate, nec anima ebrietate, nec vita peccãdi pronitate, absente suo cibo & potu. Sed recipere debemus necessitatem pro sustentatione vitæ humanæ, & nõ debemus nimia onerare stomachũ. Illã temperantiam habent bestiæ. Si habetis asinum vel equum, si comedit & bibit satis, satis est, non biberet amplius, etiam si papa vel rex inuitaret, sed vos non sic &c. O miseri quid dicetis Christo? quia bestiæ sine ratione viuentes seruant temperantiam, & homines non. Statim postquàm homo comedit & bibit ad sufficientiã, debet poni ad os cathena temperantiæ, sed hodie homines minus sunt temperati, quàm bestiæ. In signum cuius tẽperantiæ Deus nõ fecit animal tam magnum corpore vt homo, quod haberet tã paruum os. Et ista ratione dicebat Christus: Attendite vobis ne fortè grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. Ecce ista virtus quomodo exijt à Christi exemplo, quia parum comedebat, vt debatur sponsa, nec legitur vnquam comedisse carnes, nisi de agno paschali, semper ieiunabat. Etiam de Christo exibat virtus temperantiæ doctrinaliter, quia dicebat Christus. Attendite &c. ne fortè grauentur. Quilibet patronus siue nauta scit iam quantum potest portare nauis sua, nec recipit amplius, quia submergeretur, & si forte plus ex cupiditate recepit, oportebit in mare proijcere vel submergi. Nauis est stomachus. Iam quilibet scit quantum sibi necess. est de cibo & potu. Et si vltra recepit, proijciet &c. Nõne

melius fuisset, ꝙ fuisset datum pauperibus, quàm ꝙ submergatur tx grauj infirmitate, & moriatur? si mebriatur, minùs valet facere q̃ bestia, quę per malã viã scit portare onus suũ, & homo ebrius per bonã viã nescit portare seipsum. Ideo dicit Christus, Attẽdite vobis ne grauentur &c. Et quia multi non attendũt, ideo sunt tot infirmitates oculorum lachrymantium, non tamẽ propter Christi passionẽ, faciẽũ rubearum, de gutta, podagræ, dolores dentiũ, colica, yliaca & sciatica, vltra infirmitatem animæ, quia persona gulosa cõmunitet est vel erit luxuriosa. Ratio, quia illæ partes vicinæ sunt &c. Si ergo vultis quòd filij & filiæ vestræ viuant castè, sint abstinentes. Vnde est hodie, quòd tot sunt mali religiosi, & clerici, nisi ꝙ non habent temperantiã? Magnum miraculum esset sine tẽperantia casse viuere. In multis escis erit infirmitas tam corporis quã animę, & inuitas appropinquabit vsque ad cholerã. Propter crapulam multi obierunt, qui autem abstinens est adiiciet vitã. Eccl. 37. Dicũt philosophi, ꝙ plures interficit gula q̃ gladius. In signum huius temporte mortalitatũ plures moriuntur de illis qui non ieiunauerunt per quadragesimam, quàm de alijs. Secunda virtus est prudentia intellectualis, quæ est vna virtus, quæ scilicet in periculis huius mundi assistat personã ne cadat in peccata, sicut enim temperantia est necessaria in escis, ita prouidentia in periculis. Iam videtis inclinationes siue tẽtationes carnis malas ad peccata, nõ indigemus magistris ad malum, sicut ad bonum. Itẽ quot sunt occasiones mundi, quia totus mundus est occasio peccandi, siue in domo siue extra, siue in platea siue in vico. Itẽ quot sunt tentationes diaboli, nec est peior pugna quàm non videre inimicum, & ꝙ ipse videat te, ergo necessaria est virtus prudẽtiæ, vt in istis periculis auisemur, quia sicut ouis defenditur in deserto per pastorem ne à lupis deuoretur. Ita de nobis, qui sumus oues Christi pastoris dicentis. Ego sum pastor bonꝰ, qui ponit &c. Ioã. 10. Et sumus in deserto huius mũdi. Ne ergo deuoremur à lupis infernalibus, necessaria est nobis virtus prudẽtiæ, ne diabolus aliqua bona similitudine decipiat nos. De ista similitudine dicebat Christus, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudẽtes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ, &c. Matt. 10. In persona discipulorum dicitur hoc verbum Christianis. Nota, estote prudentes sicut serpentes. Quædam species serpentis est, qui dicitur aspis, & sunt isti serpentes tales conditionis ꝙ valent multum pro tyriaca, qui non possunt capi nisi incãtentur. Sunt etiam certa verba, quæ quando audit nõ potest fugere. Ideo quãdo ipsa videt venatorem seu incantatorem, si potest fugere fugit, alias ponit vnam aurem super lapidem vnũ, & cauda claudit aliã ne audiat vocem incantantis. Hoc dicunt naturales &c. Auctores bibliæ. Dauid in Psal. Si verè vtique, &c. furor illis, id est pru-

dentia Christianis, scilicet debet esse secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas. Quæ nō exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter. Psal. 57. Dicit Christus, ꝙ ita faciamus nos, qui sumus in medio luporum infernalium. Ad practicam. Quando dæmon, incantator, vel aliqua mala persona vult nos inclinare ad peccatum, tu aspis ponas aurem vnam super lapidem, de quo Apostolus. 1. ad Corin. 10. Petra autem erat Christus. & cum cauda, scilicet morte claudas aliam. Caput vir hominis est natiuitas, cauda verò mors. Ponitur enim auris super lapidem Christum cogitando eius vitam, & clauditur alia cauda cogitando mortem propriam. Verbi gratia. Vos sentitis incantatorem diabolū, quia omnis mala cogitatio est à diabolo. Quando enim tu cogitas, & nunquid tu es ita bonus, potēs, &c. sicut talis qui iam fuit incarceratus, vel infamat⁹ &c. Ideo ingeras te omnino &c. Ecce incantatio diaboli, vt recipias regimē, & facias iniustitias, & furta &c. vt tandē suspendaris in furca inferoi. Talis cogitatio, vt homo alcēdat, &c. à diabolo est, ponas aurē sup lapidē Christū. Cogita ꝙ Christ⁹ qui est Dominus omniū in hoc mundo, noluit habere dominiū nec regimē, immo alijs voluit seruire. Filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare. Matth. 20. Sed dic in corde tuo, Ego qui nescio regere personam & domū meam, volo regere alios, &c. Et cum cauda, s. cogitādo mortē, in qua oportet reddere rationem Deo de regimine, &c. Si ita cogitas audacter nō curabis de regimine, immo fugies. Idem de mulieribus, quando dicit cogitatio, Et nunquid tu portasti ita magnam dotē vt talis, & illa iā bis fuit induta de nouo, &c. Item talis est domina, quia in domo nihil fit nisi vt ipsa vult, & ita posses tu facere. Incantator vult nos capere. Ideo vt serpens ponas aurem super lapidem, cogita ornatum Christi & virginis Mariæ. Christus enim triginta annis portauit vnam tunicam, & vos in quolibet festo vel anno vultis indui de nouo. Et si vir dicet, Non habeo, &c nonnullæ dicunt, O quomodo facitis mihi, procuretis vt habeatis, & oportebit facere vsuram, furta, & rapinas. Item virgo Maria de genere Dauid, quando beata Anna faciebat sibi vestes pretiosas, nolebat portare, nisi tantùm intra domum amore matris. Item cogita in morte, quando petes paradisum, dicēs: Domine ego sum creatura Christiana vestra. &c. Dicet Christus: Non es creatura mea. Ego feci te brunam & fuscam, & tu fecisti te albam artificialiter. Idem de indumentis. Nam dicet, Mater mea ibat simpliciter, tu volebas esse domina, & mater mea humilis & obediens erat, tu verò elata & superba. Si ista cogitatis, incantator non decipiet vos. Idem de maritis, quādo dicit cogitatio, Si tu vis viuere de tuis possessionibus, vel redditibus, aut laboribus congregatis. de quo ergo maritabis filias tuas, & hæreditabis filios? Ideo si velles mutare decem

decem florenos pro duodecim, vel emere aduātagium pro minori pretio, vel vendere pluris propter dilationem, vel anticipationem solutionis, posses habere bona pro prædictis. Ista sunt verba incantatoris. Ideo super lapidem Christum cogita, qui non voluit habere nec vnum de narium, nec domum, nec cellam. Et vos vultis congregare, &c. Bonam hæreditatem dimittit filijs, qui eos dimittit beneuoritos, non faciatis vsuras pro filijs, alias cum eis ibitis ad infernum. Item cogita mortem, dicendo, quando moriar hodie vel cras, quid ducam mecum? nudus vadam coram Christo. Sic nō decipiet vos incantator. Idem de peccato luxuriæ. O quot incantantur peccato luxuriæ, quando dicitur, talis diligit vos, & mittit vobis hoc, & vellet secretè loqui vobiscum, &c. vel quando cogitatio dicit, O qualis delectatio esset cum tali, &c. sed ponam aurem super lapidem Christum castissimum. Item cogita quid in morte fit de luxurioso, quando anima luxurioſi egreditur de corpore, statim à diabolo ducitur ad infernum, nec potest mori. Idē de peccato iræ, quando dicit cogitatio ꝙ vindices te de inimico tuo, &c. ponas aurem super lapidem Christum, quia noluit se vindicare, nec permisit vt pater vindicaret, immo dixit, Pater dimitte illis, nō enim sciunt quid faciunt. Luc. 24. Item cogita in morte quid fit de vindicatiuis, qui nolunt parcere inimicis, nec loqui, &c. Tales vadunt ad infernum. Pater meus cælestis tradet vos tortoribus, si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Matt. 18. Ecce, dicit ego mitto vos sicut oues in medio luporū, &c. Virtus de illo exibat &c. Tertia virtus est iustitia vniuersalis, quæ est, quando homo vniuersaliter & generaliter reddit alteri quod suum est. Iustitia est virtus, vnicuique quod suum est tribuens. Ratio, quare ista virtus est necessaria, quia homo est animal sociale per naturam. Si omnes solitariè viuerent, non tenerentur ad ordinandum se cum alijs, sed solū in se, vt Eremitæ. Sed quia habemus cū alijs simul conuenire, oportet non solùm ordinare nos, sed etiam cum alijs, reddendo vnicuique quod suum est, & ista est iustitia. Primò Deo debemus dare quod suum est, scilicet credētiam in corde, & obedientiam in opere, credere firmiter articulos fidei, & ad hoc necessarium est scire Credo, & dicere quolibet die, mane & sero. sed hoc non sufficit. Ideo requiritur obedientia in opere, seruando mandata, quia nullus rex esset contentus de credentia subditorū sine obedientia. Secundò ad dominos temporales habere debemus fidelitatem & subiectionem, & loqui de eis debemus cum honore, &c. Tertiò prælatis reuerentiam tenemur reddere, & honorem, & deuotionem, soluere decimas, primitias, &c. Quartò reddere debemus parentibus reuerentiam in corde, non despiciendo, in ore reuerentialiter loquendo, in opere eis subueniendo si indigent.

Quin-

Quintò reddere debemus filijs disciplinam & instructionē, & non sufficit eis dare cibum & vestitum, sed etiā dare debetis eis instructionem, vt orēt Deum, quòd non mētiantur, nec furentur, nec iurent, & sic de alijs. Sextò diuites debēt reddere pauperibus elemosynam, & misericordiam, pauperes diuitibus in orationibus recōpensam, sani infirmis seruitium. Amicis amicitiam, inimicis patientiam. Mortuis reddere debemus quod tenemur, vt eorū complemus vltimas intentiones, & voluntates. Ista est iustitia vniuersalis. Ista virtus exit à Christo exēplariter & doctrinaliter. Reddite omnibus debita, &c. ad Roma. 13. Quarta virtus est fortitudo spiritualis. Ecce optima ordinatio virtutum. Temperantia ordinat hominē in prosperis. Prudentia in periculis. Iustitia in proximis. Fortitudo autem in aduersis. Non intelligitur de fortitudine corporali, de qua homo non debet se appreciare, quia bestiæ habent maiorem fortitudinem. Sed de ista fortitudine, de qua dicit Psal. 58. Fortitudinem meam ad te custodiā, quia Deus susceptor meus es, &c. Dicatur de fortitudine Dauid corporali, de qua. 1. Reg. 17. Quia puer existens interfecit leonem & vrsum. Nam & leonem & vrsum interfecit ego seruus tuus. Tamē de ista fortitudine non appreciabatur, sed de spirituali, quia resistebat tentationibus, quia non permittebat se vinci. Dicatur quomodo inuenit Saul persecutorem suum dormientē, & dixit sibi Abysai, Interfice inimicum tuum &c. & noluit extendere manus in Christum domini. Ideo dicit, Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es, &c. Talis fortitudo est virtus sciendi, sustinere tribulationes, aduersitates, sciendi sustinere pœnitentiam, bonam vitam. Fortitudo est incipere bonam vitam, & continuare, & perficere. Ecce quare dicebat thema, Virtus de illo exibat, & sanabat omnes.

Dominica x 1. post Trinitatem. Sermo 1.

OMnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur Luc 18. Ser, noster erit de sancto Euāg. huius dominicę. Si placet Deo habebim⁹ multas bonas doctrinas intellectuales & morales, sed quia nulla doctrina habet virtutem nec efficaciam in animarum consolationem, nec peccatorum correctionem sine gratia Dei, ideo saluetur virgo Maria, &c. In sancto Euangelio hodierno Christus docet nos habere tria multum necessaria ad saluationem.

Primò docet nos vitare superbiam & præsumptionem.
Secundò obseruare deuotam orationem.
Tertiò sperare iustam retributionem.

De secūdo loquitur thema, Omnis qui se exaltat humiliabitur. Non qui se exaltat: quia si aliquis à Deo exaltatur in hoc mundo, non humiliabitur, immo etiam exaltabitur in alio mundo. Sed quando homo exaltat semetipsum per hypocrisim, fictiones, seu prælationes, &c. Deus humiliat talē in hoc mūdo, & magis in alio. Quia dicit scriptura, Gaudium hypocritæ ad instar puncti. Iob. 20. Dico primò quòd Christus docet nos vitare superbiam & præsumptionem, nec ex bonis tēporalibus, vel naturalibus, vel personalibus, vel spiritualibus, præsumptuosè nos extollamus. Hoc ostendit Christus de quodā homine, qui habebat multa bona temporalia, naturalia, &c. & faciebat multa opera de genere bonorū, sed in corde superbiebat despiciendo omnes alios, de quo dicit quòd non fuit iustificatus, sed condemnatus propter suam superbiam, & præsumptionē. De quo dicit euangelium, Pharisæus autem stans dicebat, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiā hic publicanus, Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quę possideo. Ecce superbia & præsumptio cùm dicit, Non sum sicut ceteri hominū raptores, vt domini temporales, nec aliena rapio per furta, vt vasalli, & pauperes, nec per vsuras, vt vsurarij, vocando vsuras census falso nomine, nec per fraudes vt mercatores falsi, sed domine ego sum misericors, decimas do omnium quę possideo. Non solùm de pane, vino, oleo, sed etiam de mentha, salsura, & de caulibus. O fatue. Ecce superbia & præsumptio. Secundò dicit, Non sum sicut ceteri hominum iniusti. Aliqui sunt iniusti, dando falsam sententiam, vel innocentes condemnando, non respiciendo sententiam vel iustitiam, sed salarium. Item alij sunt iniusti, falsę procurando in causis, & litigia dilatando. Item alij sunt iniusti, mercedem & salaria retinendo, vel debita negādo, & de istis iniustis se iactanter excusabat iste. Item quòd non erat homicida, vel diffamator. O stulte, quomodo ostendis tuam superbiā, & præsumptionem? Tertiò, quia non sum sicut ceteri hominum adulteri. Nota, quid est adulterium. Ideo vt viuam castē, ieiuno bis in sabbato, id est in hebdomada. Nō ego sum talis vt hic ribaldus publicanus. O de isto stulto attende, quia condemnatus descendit in domum suam. Ideo si nolumus cōdemnari, de nullo bono habeamus superbiam & præsumptionem. De hoc datur talis declaratio. Ponatur casus quòd aliquis pauper homo mutuo recipiat à diuite mille florenos, tali conditione quòd quolibet anno teneatur dare diuiti centum florenos censuales sub pœna mortis, & quandocunque voluerit diues sortem principalē, teneatur reddere sibi etiam sub pœna mortis. Si talis pauper homo vellet se iactare & superbire, dicēdo, O quomodo sum diues &c. nunquid esset hic stultitia? Immo, quia cum tanto onere habet illas pecunias, quòd nō est gaudendū, sed potiùs flendum & timendum. Ita est de nobis. Nam omnia bona quæ habemus, siue temporalia siue naturalia &c. non sunt nobis data propriè, sed sunt à Christo diuite mutuata, quia sibi habemus de om-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de omnibus dare vsuram bonam sub pœna mortis æternæ. Primò de bonis terrenis, si habetis cãpos, vineas, & possessiones alias, omnia ista sunt vobis à diuite Christo non data, sed mutuata, quia ab omnibus vsq; ad vltimum obolum habetis sibi reddere computũ, quomodo habuistis, cõseruastis, qualiter expendistis, ergo vos nõ estis dominus sed Christus. Dauid, Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Vos autem diuites solùm estis dispensatores. Sic nos existimet homo, vt ministros Christi, & dispẽsatores. 1. ad Corint. 4. Et loquitur Apostol⁹ in persona diuitum, & sub pœna mortis diuites tenẽtur ad vsuras, scilicet opera misericordiæ & pietatis, non solùm semel in anno, sed quolibet die, nec contentatur Christus de sorte principali. Modò dic quomodo es diues, quot pecunias habes, cùm ita sis oneratus? &c. Patet stultitia diuitum, quia omnia mutuo receperũt. Aucto. Homo quidam peregrè proficiscens, &c. Matt. 25. Et loquitur Christus de se, Dicatur historia. Dixit Christus illi qui nihil fuit lucratus. Serue male & piger, oportuit te pecuniam meam committere nummularijs, & ego veniens recepissem vtique quod meum est cũ vsuris. Loquitur hic Christus similitudinariè. Mat. 25. & Lucæ 19. Nolite igitur vos appretiari de diuitijs & possessionibus, & huiusmodi, sed semper timete dicendo: O miser, & quantum debeo &c. Ideo Iacob. 5. Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miserijs vestris, quæ aduenient vobis. Nec etiam est superbiendum de bonis personalibus seu essentialibus, vt de ingenio, de subtilitate intellectus, nec ausmentis mundanis, nec de sapientia, nec de eloquentia, nec de pulchritudine, fortitudine, sanitate, & huiusmodi, quia totum est nobis hoc à Deo mutuatum, & de omnibus bonã habere vult vsurã. Sed vtinam subtilitas intellectus non sit aliquibus causa damnationis, intellectu malè vtentibus. Dicatur breuiter historia illius cæci quẽ Christus sanauit. Ioan. 9. Cui dixit Christus: Tu credis in filiũ Dei? Respondit ille, Quis est domine vt credã in eum? Respondit Iesus, Qui loquitur tecum ipse est. At ille ait, Credo Domine. Et procidens adorauit eũ, & dixit ei Iesus. In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui nõ vident videant, & qui vident cæci fiant. Et dicebant pharisæi, Nunquid & nos cæci sumus? Dixit eis Iesus, Si cæci essetis non haberetis peccatũ. Nunc verò dicitis, quia videmus, peccatum vestrum manet, scilicet infidelitatis. Hoc dicebat Christus, quia ille cæcus, rudis, & ignorans viso miraculo illuminatus adorauit Christum. Sed Pharisæi præsumptuosi, & subtiles faciendo rescõsiones suas, cæci erunt in fatuitates. Pauci sunt subtiles intellectu, qui sunt verè fideles, quia suo intellectu volant cõprehendere ea quæ fidei sunt. Dicatur quomodo est stultitia lumine intellectus velle comprehendere articulos fidei. Exemplum illius, qui lumine candelę volebat probare ducatos, aureos florenos Florentiæ, &c. Vsura quã Deus vult de intellectu, est simplex credẽtia. De voluntate amorem, de memoria suorum operũ recordatione, de eloquẽtia proximi subuentionẽ. Sed communiter loquẽtes malè mouentur sine lingua, & sine cõfessione. De corpore vult Deus vsurã pœnitentiæ, ieiuniorum, &c. Ecce vsuras quas Deus vult de bonis personalibus sub pœna mortis. Dico vobis, q̃ nisi pœnitentiã egeritis, omnes simul peribitis. Lu. 13. Item de bonis spiritualibus vult Deus vsuram scilicet de fide, spe, charitate, de prudẽtia, iustitia, fortitudine, & temperantia, &c. vult Deus continuationẽ & multiplicationẽ bonorum operum, & meritorum. Omni autẽ cui multum datũ est, multũ quæretur ab eo, & cui cõmodauerunt multum, plus petent ab eo. Lu. 12. No. datũ, id est, accommodatũ, vt declaratur cũ dicitur, & cui cõmodauerit multũ. Dico secũdò q̃ Christus docet nos obseruare deuotam orationẽ, quia oratio est mediũ, per quod oportet nos habere omne bonũ. Ad hoc probandũ detur similitudo de aliquo fonte, à quo si vultis in vestro horto venire aquam, oportet ponere canale, &c. Fons omniũ bonorũ est in cælo. Omne datum optimũ, & omne donum perfectũ de sursum est, descendẽs à patre luminũ, id est, angelorũ. Iac. 1. De isto fonte Eccl. 1. Fõs sapientię verbũ Dei in excelsis. Et quilibet nostrũ indiget aqua gratiæ de isto fonte in horto animæ & corporis. Ideo necessarium est canale orationis, cuius pes est in ore, & caput in cęlo, per contemplationẽ vel cogitationẽ. Ecce ratio orationis. Istam rationẽ ostendit Christus nobis per vnũ hominẽ, de quo dicit euangeliũ, Publicanus autẽ à longè stans nolebat oculos in cælũ leuare, sed percutiebat pectus suum, di. Deus propitius. vsque, in domũ suã. No. Ionãe stans, quia cogitans sua magna peccata nõ putabat se esse dignũ intrare templũ Domini, nec audebat respicere cælũ, cogitans q̃ est offensa Dei, quẽ tantũ offenderat. Sed dicebat intra se, Sufficit mihi ista gratia, quòd mihi Deꝰ remittat peccata mea. Ideo dicebat, Deus propitius esto mihi peccatori, quia nesciebat Pater noster, nec Aue Maria. Et sequitur, Descendit hic iustificatus in domum suam. Et quanta est virtus deuotæ orationis hic modicum est speculandum. Iste publicanus quem Christus laudat, seruauit tria in oratione sua, scilicet timorem reuerentialem, verecundiam intellectualem, & contritionem cordialem. Primùm patet cùm dicit, à longè stans, quia timore reuerentiæ non audebat intrare templum Domini, nõ se reputãs dignũ &c. No. hic contra illos, qui nimis accedunt ad altare, etiã se appodiantes. Item de parlamentis cũ mulieribus in ecclesia, vbi tractantur matrimonia clandestina. Dicatur miraculum quod habetur in Biblia. 2. Reg. 6. de Oza, qui ex tactu arce subitò fuit mortuus, & tetigerat arcam bona intentione, & cum timore reue-

reuerentiali. Iudæi assignant rationem eius mortis, quia illa nocte dormierat cũ vxore sua, licèt vir cum vxore sua possit dormire nec peccato, immo etiã meritoriè, non tamé decet post talem actum eũ municare, vel ad communionem eucharistiæ accedere, vt habetur de cõsec. dist. 2. Omnis homo ante sacrã communionem à propria vxore abstinere debet tribus, quatuor, quinque, aut sex, aut septem diebus. Non est præceptum sed consiliũ, vt patet 33. quæst. 4. Vir cũ propria vxore, vbi dicit Greg. Si vtitur vxore solũ ex libidine, omnino abstinere debet. Et nũquid maioris dignitatis est altare & ecclesia Christi, vbi cõficitur corpus Christi, quàm arca Moysi? Ideo auisetis vos, & in oratione vestra sitis longè ab altari, quia ex illa humilitate oratio vestra magis à Deo exaudietur. Ideo Dauid dicit de se, Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domũ tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Psalm. 5. Ideo præcepit Deus, Quisquis externorum, id est, non sacerdotum accesserit ad altare, scilicet occidetur. Nume. 1. Ideo in oratione requiritur timor reuerentialis. Secundò requiritur verecundia intellectualis. Hoc ostenditur cùm dicitur: Nolebat nec oculos ad cælũ leuare. Ita debemus nos facere, &c. Declaratur per similitudinẽ de filio, qui vidente patre fecit aliquam insolentiam, propter quod ex verecundia nõ audet respicere patrem in facie. Dicas tu Christiane, feci ne vnquam insolentias & ribaldarias coram patre tuo Iesu Christo, & matre virgine Maria, vidétibus omnia tam bona quàm mala quæ tu facis? Omnia nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo est, scilicet in oratione, ad Heb. 4. Ideo ex verecundia inclina caput tuum in oratione, quia talis humilitas multum placet Christo. Io. Esdras in oratione sua dicebat, Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te. Ratio, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælũ. 1. Esdræ 9. Tertiò requiritur contritio cordalis, cùm dicitur, quòd percutiebat pectus suum, di. Deus propitius esto mihi peccatori. Est hic quæstio. Certum est quòd per quinque sensus corporis, & per omnia membra eius peccamus, quare non percutimus oculos, nec aures, immo percutere esset ridiculum, nec Christus dicit quòd publicanus percuteret aures, nec oculos, &c. sed pectus suum, & de hoc laudatur à Christo. Ad hoc dicitur de mala arbore, de qua non sufficit scindere ramos, sed requiritur eradicatio. Modò radix omnium malorum & peccatorum est cor, sensus autem & membra corporis rami sunt, quia illuc vadit oculus, & lingua &c. iuxta illud, Vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Mat. 6. Ideo Christus Mat. 15. De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemię &c. Ideo ad radicẽ ponitur securis, percutiẽdo pect⁹, percutimus

etiam aliquoties os, quia ex abundantia cordis os loquitur. Matth. 12. Ideo bonus modus est illorum, qui post corporis Christi eleuationem percutiunt pectus & os quasi illicẽtes, Domine offendi vos corde & ore qui pro me fuistis in cruce eleuatus. Ecce tres bonę cõditiones orationis & teneatis eas. Dico tertiò q⁹ ostendit Christus nobis sperare iustam retributionẽ, quia ipse est iustus iudex, hoc ostendit cùm dicit. Omnis qui se exaltat &c. quod est thema. Nomnis qui se exaltat. s. vanè, non exaltatur à deo, vel papa, vel rege &c. sed ipse se ingerit ad dignitatem prælationis, seu officia sustinẽda, & regimen communitatis. Cùm tamen coactus deberet ad dicta officia suscipienda accedere, dicendo, O miser nescio regere me, nec mea, quomodo potero regere tot & tantos? Sed si papa vel rex, vel communitas exaltat te, recipias &c. etiam cum timore, quasi dicẽdo deo. Domine vos iuuabitis me. Sed quãdo tu ingeris te, & rogas pro amico tuo insufficienter ti, & laboras pro eo quẽ tu scis q⁹ non sufficit ad regẽdũ domũ suã &c. deus humiliabit te. Patet ratio, quare hodie tot regna, communitates, villæ, & castra destructa sunt, subuersa, quia quilibet vult regimẽ &c. Et quando bona communitatis veniunt in posse taliũ, vel de istis &c. Et sic destruuntur ciuitates. Dicatur practica de ista exaltatione & humiliatione. De quæstione ista, disputatione, vel contentione, quę fuit inter apostolos Mat. 18. dicentes Christo, Quis putas maior est in regno cælorum? Mat. 19. dicitur q⁹ disputabant quis eorũ maior esset. Lu. 22. dicitur, Facta est cõtentio inter eos, quis eorũ videretur esse maior. Concordatur sic. Cũ autẽ Christus circa tempus passionis suę veniret Hierusalẽ, discipuli sui sequebantur eum retro, & inter se cõtendere incœperunt, quis eorum esset maior in regno cælorum. Et sic incœperunt disputare. s. assignando rationes. Nõne ego ero maior, di. beatus Petrus, primò in regno cælorum, quia Christus iam me fecit vicariũ suum, & prælatũ vestrum. di. Tu vocaberis Cephas. Andreas dixit, Petre, & quis fuit primò discipulus Christi, nunquid ego? & duxit te ad Christũ. Ecce contentio, quia nõ concordabant in disputatione, quia assignabãt rationes. Ioannes respõdit vos estis carnales, & habuistis vxores & filios, ego qui sum virgo, ero maior. Iacobus eius frater respõdit. dicẽs, Ioãnes nunquid ego sum maior te? & nũquid mater nostra petiit dexterã pro me? &c. Iacob⁹, Simõ, & Thadeus, filii Mariæ Cleophæ, quę secundò fuit genita post virginẽ Mariã, dixerunt quòd ipsi erant Christo propinquiores &c. Matt. respondit. O vos quid dimisistis pro Christo? vnum rete vile, & nauiculam &c. sed ego qui tantum dimisi, ero maior. Et Philippus dixit, Et nũquid ego sum primus, quem Christus ore suo vocauit? Io. 1. Veni & sequere me. Ideo &c. Bartholomeus de quo dicitur q⁹ est de genere regali, dixit, Vos filij piscatorũ estis, sed ego sũ nobilis, ideo debeo

esse maior. Sed Thomas dixit, Ego qui sum abyssus scientiæ, ero maior, vos estis ignorantes, quid scitis vos? Nonne sapientes debet præcedere, & primi esse? Iudas dixit. Nõne ego sum maior? Videamus de quo confidit plus Christus, quem fecit procuratorem, nõne me? Non potestis comedere nisi per manus meas, Ideo ego ero maior, Et sic ibãt contendendo & disputando. O quomodo debebat dicere Christus, O stulti &c. Dicit Marcus quòd venerunt ad domũ, & Christus sedit in scamno, & vocauit eos di. De quo tractabatis in via? Ipsi autem ex verecundia non audebant dicere licèt ipse sciret. Ideo dicit Matthæus quòd accesserunt ad eum dicentes: De illa materia tractabamus. Quisputas maior est in regno cælorũ? O dixit Christus, Bona materia est ista & subtilis, & quid determinastis? & ipsi verecundabantur. Tunc dixit Christus, Petre, pro tua maioritate allegasti, quia prælatus es &c. Est ne ista ratio bona? Nũquid prælati sunt in maiori periculo quàm alij? & multi prælati damnantur, quia malè se habent? Tu Andræa allegasti, q̃ fuisti primus &c. Et cũ quid audiuisti me dicentẽ in quodã sermone, quòd erunt primi nouissimi, & nouissimi primi? Mat. 20. Tu Ioannes allegasti virginitatẽ. Et nũquid Adã & Eua virgines expulsi fuerũt de paradiso terrestri? Tu Iacobe allegasti primogenituram. Et nunquid Cain primogenitus Adę fuit reprobatus & condemnatus. Itẽ idem de Esau primogenito Isaac. Et vos Iacobus, Simon, & Thadee, allegastis quòd estis filij secundæ genituræ &c. Et nescitis quia caro & sanguis regnum dei nõ possidebunt? Ita de aliis. Et tunc apostoli dixerunt Christo, Ergo domine determinetis quæstionẽ nobis. Dicit Matthæus, quòd Christus respexit vnum puerum, & vocauit eum, qui erat fere vel septem annorũ, & dicitur quòd fuit beatus Martialis, quem statuit in medio apostolorum, & puer erat totus timidus. Iã videtis quãdo vnus puer vocatur à magno domino, quantum timet & humiliatur se. Et dixit Christus, Quicũque humiliauerit se sicut paruulus iste, hic maior est in regno cælorum. Matth. 18. Modò speculando nota magnã Christi misericordiam, quia maioritatem & præeminentiã regni cælorũ constituit in hoc, quòd quilibet potest habere si vult, scilicet humilitatem, quam quilibet potest habere, etiam magni domini, prælati, quia quãto maius onus portant, tanto debent esse humiliores, sicut arbor quanto plus pomis oneratur, tanto plus & profundius inclinatur. Insuper iumentum quanto maius onus portat, tanto magis ad terram inclinatur. Sic sani & infirmi, diuites & pauperes, quanto humiliores fiunt, tanto plus ascendunt in regnum. Si autem Christus constituisset maioritatem regni cælorum in dominio temporali, quid fecissent subiecti? si in prælatione, quid de simplicibus? si in virginitate, scientia, diuitiis, peregrinationibus, quid esset de aliis? sed constituit in humiliate. Ideo dicit scriptura 1. Pet.

1. Pet. 5. Humiliamini igitur sub potenti manu dei, qui totum mundum comprehendit, & quando aliquis vult se exaltare, deus humiliat ipsum. Et quando aliquis se humiliat, deus manu sua recipiens eum exaltat ipsum. Ergo omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur.

Sermo de mortuis secundus, de eodem euangelio dominicæ XI.

NOn *sum sicut ceteri hominum*, Lucæ. 18. Sermo noster erit de conditionibus & proprietatibus animarum in purgatorio existentium. Credo quod erit materia vtilis ad auisandum, quia nisi sit stultus, quando scit pœnam, debet corrigere & emendare vitam suam, & parare se. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione breui huius verbi secundum intellectum quem volo pertractare, & introductione materiæ prædicandæ, sciendum quòd experientia docet ad oculum quòd in hoc mundo secundum quòd sunt diuersa regna, prouinciæ, ciuitates, & communitates, ita sunt diuersæ conditiones hominum & proprietates. Nam aliam conditionem habent Angli, aliam Galli, aliam Hispani, aliam Cathalani &c. quia secundum diuersitates terrarum & regnorum gentes recipiunt proprietates & conditiones. Non solùm homines, sed etiam iumenta, fructus, & aqua, & aër. Hoc autem licèt sit certum & clarum, adhuc tamen habemus testimonium de sacra scriptura. Notetur breuiter historia de Iacob recedente de terra Chanaam, eunti in Mesopotamiã, ad terrã valde distantem, ad domum Laban, qui habebat duas filias virgines, & Iacob philocaptus de secunda genita petiit eam habere in vxorem. Qui respondit, Non est in loco nostro cõsuetudinis vt iuniorem antè tradamus ad nuptias. Genesi. 29. Fiat ergo ratio per locum à minori, si in hoc mundo est tanta diuersitas gentium &c. secundum diuersitates terrarum vt dictum est. Bene ergo diuersitas debet esse inter gentes istius mundi & alterius. Ideo quælibet anima à corpore separata potest dicere, Non sum sicut ceteri hominum, scilicet huius mundi in cõditionibus. Mutauit enim cõditiones & proprietates. Patet thema. Inuenio quòd animæ purgatorij habent quatuor conditiones à nobis valde diuersas, quãdiu sumus in hoc mundo.

Prima est stabilitas in gratia,
Secunda securitas de gloria,
Tertia acerbitas de pœna.
Quarta paupertas minima.

Istas cõtrarias cõditiões habet aïa in purgatorio à nobis diuersas. Ideo quælibet potest dicere the. Nõ sum sicut ceteri hominũ. Dico primò &c. f. stabilitas in gratia, quã no possunt perdere. Nõ credatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd in purgatorio sit aliquis homo, vel aliqua intellectualis creatura, nec intrat ibi nisi sit in gratia dei. Nō intrant eò dæmones, sed solum animæ pœnitentium, qui in hoc mundo non compleuerunt pœnitentiam condignam, sed in morte fuerunt confessi, & parum contriti, remiserunt iniurias inimicis. & restituerunt &c. Tales in purgatorio complent residuum. Hæc est doctrina communis doctorum. Vnde auctoritas Dauid, qui de hoc fecit vnum psalmū, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Nota, misericordiam, quia magna est dei misericordia, quia nō solum hic, sed etiam in alio mundo dat peccatoribus locum pœnitētiæ. Nota iudiciū, quia illa puntio in purgatorio strictissimè fit, vt patebit in tertia parte. In eodē principio dicit Dauid in persona dei, Nō habitabit in medio domus meę qui facit superbiā. Psal. 100. Nota cùm dicit in medio domus meę: Domus dei est totus mūdus, nos sumus in paumēto, camerę sunt in cęlo. Tota vniuersitas creaturarum est dei. Bar. 3. O Israel quàm magna est domus dei &c. Magnus & ingens, & nō habet finem, excelsus & immensus, Nota locus possessionis. Deus enim sua potentia possidet omnes creaturas sed per gratiā nō possidet nisi creaturas de paradiso, & de purgatorio, & aliquas de isto mundo. Medium domus dei est purgatorium. Initium enim habendi gratiam dei, est iste mundus, quia nisi in hac vita homo incipiat habere gratiā dei, nunquā habebit eam in alio mundo. Finis autem est gloria æterna, in qua sunt in gratia confirmati. Medium verò est purgatorium, in quod animę transeūt, quia pauce sunt quę sine purgatorio transeunt, quia solū animę puerorum innocētium communiter loquendo. Ecce quare dicit, Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam. Diceret aliquis. Vtrum ne aliqua peccata mortalia purgantur in purgatorio. Cauaritię, luxurię &c. Respōdeo, dico q̄ sic, quia omne peccatum mortale includit superbiam, quia ipsa est initium omnis peccati, ideo de ea specialiter fit mētio. Vergi gratia. Quare quis est auar⁹? patet, qa homo nō vult se humiliare regulæ dei dicentis, Non furtum facies, vel non fœneraberis fratri tuo ad vsurā &c. vel, estote misericordes. Idem de peccato luxuriæ, quia luxuriosus non vult humiliari ordinationi diuinæ obediendo, vt castè viuat. Item gulosus nō vult humiliari regulæ temperantię, nec iracūdus remittere iniurias, & sic de aliis. Patet ergo quòd omne peccatum mortale includit superbiam, Auctoritas. Initiū omnis peccati superbia, qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis. Eccles. 10. Dicit ergo deus, Non habitabitin medio domus meæ, scilicet purgatorii, qui facit superbiam, sed si pœnituit, habitare potest. Patet ergo quòd animæ in purgatorio habent gratiam stabiliter seu immutabiliter, & licèt habeant liberum arbitrium magis quàm nos, tamen non possunt peccare, quia diminuit de libero arbitrio.

arbitrio. De quo vide sanctum Tho. 1. par. q. 62. arti. 8. in sol. ad tertium argumentum. Sicut si sint duo homines, & vnus potest captiuari ab Agarenis, & alius nō: magis liber est ille qui non potest captiuari. Ita nos possumus captiuari ex peccatis, sed non illi de purgatorio, nec illi de paradiso. Ideo habēt magis liberum arbitriū quàm nos. Ratio, quare non possunt peccare est, quando duæ personæ simul associantur, stando, comedendo, bibendo, ambulando, dormiēdo, vna recipit conditiones alterius, etiam si sint creaturæ irrationales, vt patet in vino, quod commixtum aqua fit simplex. Idem de anima, quæ de se est fortissima creatura spiritualis, sed associatur corpori in vnitate essentiæ. Ideo anima recipit conditiones corporis, scilicet mutabilitatem, & variabilitatē, modò fit calida deuotione, modò frigida distractione, & econuerso, modò sana per gratiam, modò infirma per culpam, & econuerso. Auctoritas. Cogitationes mortalium timidę, id est, timorosę, & incertę prouidentiæ nostrę. Corp⁹ enim quod corrumpitur aggrauat animam, id est trahit eam ad suam conditionem. Sap. 9. Nota cogitationes mortalium timidę, sicut patet de cogitatione, qua quis cogitat se esse in gratia dei & huiusmodi, quia corpus quod corrumpitur &c. Ista est ratio, quare non in hoc mundo possumus perdere gratiam dei, sed post diem iudicij tunc corpus erit incorruptibile, tunc corpus recipiet conditiones animæ, & modò anima recipit cōditiones corporis. Propter hoc apostolus vocat corpus gloriosum spirituale, quia habet cōditiones spiritus. Seminatur corpus animale, scilicet in sepultura, surget corpus spirituale, scilicet in iudicio 1. ad Cor. 15. quia tunc habebit conditiones spiritus, sed animæ à corporibus corruptibilibus separatæ in purgatorio existentes, iam dimiserunt cōditiones corporis. Ideo sunt immutabiles. Ecce stabilitas gratiæ dei. Ideo quilibet talis potest dicere, Non sum &c. scilicet de hoc mūdo, qui possunt peccare, vel per carnis inclinationes, vel per mūdi occasiones, vel per diabolicas tentationes. Dico secūdò, scilicet securitatem de gloria, quia certi sunt & securi q̄ aliquādo ibunt ad gloriam paradisi, sed nos miseri quantuncunque boni, iusti, & sancti, quādiu sumus in hoc mūdo, sumus dubij & incerti an illā gloriā habebimus, licèt de ea habeamus spem, non tamen habemus certitudinem infallibilem, vt animæ de purgatorio. Propter hoc apostolus, qui erat de maioribus sanctis dei, de se dicebat, Nihil mihi cōsci⁹ sum, scilicet de aliquo, quin fuerim cōfessus & fecerim pœnitentiā, sed nō in hoc iustificatus sum 1. ad Cor. 4. Ideo nolite iudicare de aliquo q̄ damnabitur, quantuncūque malo, vel q̄ saluabitur, quātuncunq; bono. Ideo dicit apostolis Christus, Neminem per viam salutaueritis, id est saluum dixeritis vsquè. Luc. 10. Non dicitur nauis sālua quādiu est in pelago, quousque ad portum peruenit. Ideo dicit Salomon, sunt iusti atque sapientes,

Quomodo mundus, caro, & diabolus nos ad peccādū impellūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

pientes, & opera eorũ in manu dei, & tamen nescit homo vtrũ amore an odio digous sit, sed omnia in futurũ reseruãtur incerta. Ecc. 9. Tamen animę de purgatorio habent aliã cõditionẽ, qã habent certitudinẽ infallibilẽ, de gloria habenda aliquo tempore. De qua nos sumus incerti. Ratio, quia gloria nõ potest haberi ex bonis operibus, inquantũ procedunt solũ à libero arbitrio, sed inquantũ procedũt à deo per gratiã. Nã bona opera nostra habent duo principia, s. deũ. Secũdò liberum arbitriũ. Deus enim inflammat cor, illuminat intellectũ, corroborat memoriã, cõfortat volũtatem ad bene operãdũ. Liberũ arbitriũ operatur secũdũ naturã. Ideo inquantũ opus bonũ procedit à solo libero arbitrio, sine gratia dei, nõ est meritoriũ vitæ æternę. Sed inquantũ procedit à deo per gratiã mediãte libero arbitrio, tũc est meritoriũ. De hoc vide sanctum Tho. 1. 2. q. 114. arti. 3. Vnde auctoritas apostoli, Nõ sunt cõdignę passiones huius temporis scilicet inquantũ procedunt à solo libero arbitrio, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis, ad Rom. 8. Nota similitudinem de rege mittente procuratorem suum ad aliquam ciuitatem gubernandam. Ad quam veniens præsentat literam regiminis, quæ literã habuit duo principia, primò, scilicet regem præcipientem, secundò notarium scribentem. Modò videamus ad quod principium recurrent, nõ ad notarium, quia non obediretur literæ, sed ad regem &c. Ita de anima, quando post mortem vadit ad portam ciuitatis paradisi, dicens, Aperite, & dimittatis me intrare, ostendens literam, id est bona quæ fecit in vita, quæ si facta sunt à solo libero arbitrio, non obeditur sibi, nec permittitur intrare, quia nulla est proportio bonorum illorũ, vt sic ad gloriam intret. Sed si anima ostendat illa bona, quæ operata est per gratiam dei, mediante libero arbitrio, tunc habet introitum & rationem. Auctoritas. Gratia dei, ablatiui casus, id est per gratiam dei, vita æterna, scilicet habetur, ad Ro. 6. Quia gratia dei est arca gloriæ. Quia ergo animæ purgatorij immutabiliter habẽt gratiam dei, ideo securitatẽ habent de gloria habenda. Mulier gratiosa inueniet gloriam. Prouerb. 11. Ideo quælibet anima de purgatorio potest dicere. Nõ sum sicut ceteri hominũ. Dico tertiò, &c. scilicet, acerbitatem de pœna. Tãta est acerbitas pœnę purgatorij, quòd conclusio est omnium doctorũ, q̃ si omnes pœnę corporales, quę vnquã fuerũt in hoc mũdo, essent cõgestæ in vno homine, nõ æquarẽtur minimæ pœnæ purgatorij, quã habet vna anima in purgatorio existens. Licèt magna fuerit pœna Laurẽtij, Vincẽtij, & Bartholomei, & aliorũ martyrũ, tamẽ minima pœna purgatorij est maior omniũ pœnarum huius mũdi. Ratio est, quia pœna purgatorij est animæ violẽta & coacta. Ideo grauior quãcunquæ pœna voluntaria quã homo facere potest in hoc mũdo, & minus satisfactoria. Ex his pœnis quas homo voluntariè facit hic, vt ie-

iunia, orationes, cilicia &c. remittitur certum tempus de purgatorio, & tanta poterit esse contritio, quòd tota pœna purgatorij dimittetur. Et nisi hic sustineas pœnas pœnitentiales pro peccatis, in alio mundo sustinebis incomparabiliter maiores. Ratio, quia illę sunt violentę. Dicatur similitudò de duobus filijs patrem offendentibus, quorum vnus voluntariè pœnitens, lachrymabiliter se humiliat coram patre, statim pater mouetur ad parcendum sibi, alius verò nõ curat, immo cùm reprehenditur à patre, murmurat, nec recognoscit culpã. Tunc pater indignatus, non virga, sed baculo percutit, & castigat fortiter & durè. Idem in proposito. Cogita quòd deus est pater noster, & virgo Maria mater, nos autem filij sumus, imò, & captiui, Christi sanguine redempti, primæ ad Corinthios sexto. Nõ estis vestri. Empti enim estis precio magno &c. & in domo patris, id est Christianitate, facimus multa minus bene, quia tot mala quot peccata &c. Pater autem recipit virgam dicens, Venite, & corrigam vos. Hoc fuit quando dixit pœnitentiam agite. Matth. 4. Aliter, nisi pœnitentiam habueritis, omnes simul peribitis. Lu. 13. Qui ergo in hoc mundo vult humiliari ad pœnitentiam, & ad petendum remissionẽ, illi pius pater statim pareit, & miseretur illius. Ideo leuiter hic obtinetur remissio. Sed tu inobediens & rebellis nõ solũ nõ vis facere pœnitẽtiã, sed nec permittis vt alij faciant pœnitentiam, immo detrahis, ideo non virga, sed baculo vel gladio castigaberis. Ad istud propositum allegat sanctus Thomas illam auctoritatem. O vos omnes &c. Threnorum primo, quæ ad literam intelligitur de Christo, allegoricè de animabus purgatorij, quia tãta est dolor earum, quòd vna hora videtur mille anni. Nota de illo homine infirmo, qui elegit potius esse per tres dies in purgatorio quàm per tres annos infirmari. Et ista ratione dicebat apostolus, Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, non quasi insipientes, sed vt scilicet sapientes redimentes tempus purgatorij per eleemosynas, ieiunia, orationes & huiusmodi, quoniam dies mali sunt, scilicet in purgatorio, ad Ephesios quinto. Dico quartò &c. scilicet, paupertas nimia, scilicet meritorijs operibus, quia non possunt meritoriè operari. Licèt enim maximam pœnam patiantur, & plura suffragia pro eis fiant, tamen non est eis meritorium, scilicet ad gloriam augmentandam. Ratio, quia deus diuisit tempus, quia est tempus lucrandi, & tempus recipiendi, seu quiescendi. Tempus lucrandi seu merendi est quãdiu viuimus in hoc mundo. Tempus autem recipiendi & quiescendi est post mortem in alio mundo. Sicut de domino patet, qui de die facit operari seruos & captiuos, & de nocte quiescere. Ideo dicit sapiens. Quodcunque potest facere manus tua, instanter, operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia, erunt apud inferos, quò tu

properas. Eccles. 9. Ideo dixit Christus. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Veniet nox quando nemo potest operari. Ioan. 9. Ideo declarabo vnũ versum psalterij. Quoniam nõ est in morte qui memor sit tui, in inferno autẽ &c. Circa istum versum errãt aliqui dicẽdo, q̃ in morte homo non recordatur de deo, cùm dicitur. Quoniam non est in morte qui memor sit tui &c. Sed iste intellect⁹ nõ est bon⁹, quia imò dicit scriptura, In requie mortui requiescere fac memoriã eius, & cõsolare illum in exitu spiritus sui, Eccles. iast. 38. Sed intelligitur sic, Quoniam nõ est in morte, id est post mortem, quia anima separata corpus dicitur mortuum, & non antè. Non est qui memor sit tui. Meritoriè, quia licèt mortui tam beati quàm damnati recordentur de deo, sed diuersimode, nõ tamẽ meritoriè recordantur. Nota cùm dicitur, In inferno autem quis cõfitebitur tibi? Quia in inferno sit cõfessio, non tamẽ deo, sed diabolo, curato illius parochię. Authoritas. Videntes, scilicet damnati, gloriam beatorum, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatę salutis, gemẽtes præ angustia spiritus, dicẽtes intra se pœnitentiã agentes, scilicet inutilem & coactam, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos aliquãdo habuimus in derisum, & similitudinem improperij. Nos insensati vitã illorum estimabamus insaniã, & finẽ illorum sine honore. Ecce quomodo cõputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Ergo erraumus à via veritatis, & iustitiæ: lumen nõ luxit nobis, &c. Sap. 5. Ecce quomodo in inferno sit cõfessio, non deo sed diabolo. Quando superbus videt beatum Paulũ, qui fuit superbus, dicit, O miser ſi feciſſem pœnitẽtiã &c Idem de auaro, qui videt beatum Matth. Et de luxurioso, quando videt beatam Magdalenam. Sed illa cõfessio nihili valet, quia non obtinet absolutionẽ. Ideo quia animæ de purgatorio non possunt meritoriè operari. Ideo de isto mũdo debẽt habere adiutorũ per orationes, eleemosynas, peregrinationes, & missas, & quãdo opus est factum, & offertur deo, statim anima pro qua illud opus est factum vel fit, sentit refrigerium. Ideo vt pauperes habent à nobis mendicare suffragia. Sancta ergo & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. 2. Macha. 12. Nã sancta, quia placet deo. Salubris, quia est vtilis animæ, pro qua fit, & vtilis illi qui facit. Quia quãdo illa anima exit de purgatorio, & intrat paradisum, facit duo. Primò regratiatur deo. Secundò orat pro illis qui miserũt sibi suffragia. Per oppositum, quãdo homo nõ vult eis satisfacere secundũ quod tenetur, vt religiosus vel clericus qui recipit missas, vel hæredes, vel manumissores, contra tales animæ petunt iusticiam. Nunquid deus faciet vindictam electorum suorum, scilicet animarum de purgatorio, clamantium ad se die ac nocte, & patientiã habebit in illis? Dico vobis q̃ citò faciet vindictã.

Luc.

Luc. 18. Ideo multi habent maledictionẽ, quia detinent bona mortuorum. Ideo habent aduersitates. Patet ergo quare dicit anima de purgatorio, Non sum sicut cæteri hominum.

De eadem Dominica. Sermo III.

Omines ascendebant in templum. Luc. 18. Modò volo declarare verbum propositum secundum intellectum anagogicum. Anagogia dicitur ab ana quod est sursum, & agoge ductio, quasi sursum ducto, & hoc fit quando facta huius mundi exponuntur per ea, aut circa ea quæ cõcernunt gloriam cælestem. Ideo anagogicè declarando thema, sciẽdũ quot sunt personæ quæ sic ascẽdunt cælum ad gloriam paradisi, & habebimus speculationes de scientia & informationes de cõscientia. Sed primò salutetur virgo Maria. Pro anagogica declaratione, & breui materię introductione sciẽdũ, quòd doctrina est generalis, & ab omnibus doctoribus ecclesiæ cõcordata, quòd à principio mundi, ex quo Adã peccauit, vsque ad aduentum & mortem Christi & ascensionem, nullus quantumcunque sanctus & dei amicus ascendit in cælum, & transiuerunt plusquam quinque mille annorum, secundum computum sanctorũ doctorum, & multi morientur cum maximo desiderio ascendendi in cælum, Sed nondum scala erat erecta, nec porta paradisi erat aperta. Ideo omnes descẽderunt ad infernum, scilicet ad limbum. Ecce quantus dolor. Adam de suo peccato fecit nongentos & 30. annos de pœnitentia, quia tantum vixit, vt patet Genesi. 5. Fuit sanctus & amicus dei, & deus sibi pepercit, tamen quando fuit mortuus, & anima voluit ascẽdere, nõ potuit. Idem de Noe, qui vixit nongentis quinquaginta annis in pœnitentia. Idẽ intelligatis de Abraam, Isaac, & Iacob, & de omnibus patriarchis & prophetis. Immo dico vobis plus de beato Ioanne Baptista, de quo dixit Christus. Matth. 11. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Ioãne Baptista &c. Tamẽ in infernum, hoc est ad limbum descendit. Idem de sanctis innocẽtibus, pro Christo occisis. Regula est generalis, quòd ante Christi passionem nullus ascẽdit in cælum. Hoc autẽ licèt clarum sit apud sanctos doctores, adhuc tamen dabo vobis authoritatẽ Dauid, qui sciens dictam regulam à spiritu sancto, dixit, Quis est homo qui viuet, scilicet in sanctitate, & nõ videbit mortẽ, eruet animã suam de manu inferi? quasi dicat nullus. Iob. 21. Ducunt in bonis dies suos, & in punctο, scilicet mortis ad inferna descẽdunt. Ista auctoritas potest exponi de bonis per bonis ante aduẽtũ Christi, & de malis post eius aduentũ. Sed postquã Christus venit, & sustinuit mortẽ & passionẽ, surrexit, & ascẽdit in cælum, erexit scalam soluendo pretium & aperuit ianuam paradisi. Propter hoc dicit thema, Homines ascendebant in templũ, scilicet ad illud, de quo Dauid. In templo eius omnes dicent gloriã. Modò

patet intellectus thematis anagogicus. Et secūdū istū intellectū vo lo nūc prędicare, Modò videdū est qui homines ascēdūt in cęlum, quia nō omnes ascendunt. De ista materia quæsiuit Dauid à suis doctorib⁹ & magistris, dicēs⁹, Quis ascēdet in mōtē domini, aut quis stabit in loco sancto eius? in Psal.23. Domini est terra. Licēt Dauid sciret, q̄ ante Christi aduētum omnes animæ descendebāt ad infernū, sciuit tamē diuina reuelatione, q̄ aliqui tēpore Christi ascēderēt in cælū, sed nō omnes. Ideo quęsiuit, quis ascēdet. Sed nullus sciuit respondere sibi, sed spiritussanctus sibi respōdit, di. Dauid, Vis scire quis ascendet in cęlū? Innocens manibus & mūdo corde, qui nō accepit in vano animā suā, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic accipiet benedictionē à domino. Quatuor cōditiones personarū ponūtur in dicta auctoritate. Ex ista respōsiōe ego extraho materiā quòd per quatuor virtutes nos possumus ad cęlum ascendere, s. per baptismalē innocentiā, per dignā pœnitentiā, per firmā obedientiā, & per martyrij palmā. Istas quatuor virtutes tāgit spiritussanctus, respōdēdo Dauid. Innocens manibus &c. Dico primò &c. Innocēs dicitur qui nunquàm peccauit, nec mortaliter, nec venialiter, nec corde cogitādo, nec ore loquēdo, nec opere malè operādo. Tales sunt pueri nouiter baptizati, quia de adultis nunquàm fuit aliquis purè innocens, nisi Christus & virgo Maria, solùm pueri nouiter baptizati dicuntur puri innocenter, quia per baptismum sunt purificati de peccato originali. Tales si antequàm peccent moriātur, rectè sine aliqua pœna ascendunt in cælum, Ideo dicitur, Innocens manibus, id est operibus, quia in sacra scriptura manus accipitur pro opere. Sed dicēret aliquis, Idem posset dici de illis pueris qui moriuntur in vtero matris, vel ante baptismum, quia nunquàm peccauerunt, nec corde, nec opere, nec ore, ideo sunt innocentes. Dico q̄ sunt innocentes quantum ad hoc quia nunquā peccauerunt, tamē nō sunt puri innocentes, propter maculam originalem quam habent, de qua nō possunt purificari nisi per baptismū. Vultis intelligere quid est macula vel peccatū originale? Nota, ac si rectores hui⁹ ciuitatis modò fecissent vnā pulchrā imaginem, vt ponatur in ecclesia sup altare. Sed eundo dum portatur, cadit in lutū &c. Clarum est q̄ illa imago nunquā ponetur sup altare bona ratione, quousq; fuerit mundata. Idem de anima, quę est propria imago dei. Gen. 9. ad imaginem quippe dei fact⁹ est homo ad hunc finē, vt ponatur in templo paradisi, sed cecidit in luto. In illa carnali generatione, quādo anima creatur, & infunditur in vtero matris, cadit in lutū. Ideo quousq; fit mundata per lauacrum baptismi, Christus ordinauit q̄ nō intrabit paradisum, licēt posset vq; ad portā venire & pulsare, vt dicitur Lu. 13. Cum intrauerit paterfamilias, & clauserit ostiū, incipietis foris stare, & pulsare ad ostium dicentes, Domine aperi nobis. Et respōdēs dicet vobis, Nescio vos. Vnde tali animæ respondebitur à Christo, Et nunquid vides te immundā? Dicet anima, Illud non est culpa mea &c. Respōdebit Christ⁹, Ideo nō dabo tibi pœnā sensitiuā, nec damnationem cū illis in inferno, quos ibi ostēdit, sed remittit eā ad limbū puerorū. Dicatur nadam vbi est, Dicit sanctus Tho. super. 2. sen. q̄ illi pueri habent magnas diuitias, diputāt ad inuicē &c. Et sicut tibi nō displicet, qa nō es rex vel papa, quia tibi nō debetur, vel quia nō habes alas, quia tibi non debentur. Ita nec illi pueri tristātur de illa gloria, quæ eis nō debetur, sed pueri baptizati purè innocētes statim intrant gloriā. Et cōsolat seri. di. Saluabitur innocēs, saluabitur autē mūditia manuum sarum. Iob. 22. No. in mūditia baptismali saluabitur. Dicā vobis vnam pulchram speculationem, de hoc quod dicit Christus Mat. 19. Sinite paruulos venire ad me, & nolite prohibere eos. Talium enim est regnū cælorū. Prædicta auctoritate Christus ponit tres clausulas contra impedimenta, quæ habet anima quæ debet cælum ascendere. Primum in morte, quia tunc dæmones volunt capere & deuorare animā, quibus dicet Christus, Sinite paruulos venire ad me. Secūdū quòd dæmones nō omnes sunt in inferno, sed sunt ibi aliqui ad cruciandum animas damnatorum, aliqui nobiscum sunt ad tentandum nos. Sed magnus cumulus remanēt in aēre, ibi est difficultas. Cō tra hoc impedimentū dicit Christus dęmonibus: Nolite prohibere eos. Tertiū impedimentū est in ingressu ad portā paradisi, vbi sunt portarij, qui dāt repulsām multis, vt patet de quinq; virginibus inde stis, quibus fuit respōsum, Amē dico vobis nescio vos. Matth. 25. Sed de pueris dicit Christus, Taliū est regnū cælorū. Ecce prima cōditio ascēdētiū in cęlū. Dico secūdò q̄ possumus ascendere per cōdignā pœnitētiā qa iā nos nō possum⁹ ascēdere per purā innocētiā. Hic patet inaduertētia illorū, qui quādo absoluūt à pœna & cul. dicēre, restituo te statui innocentię in quo eras quādo fuisti baptizat⁹, qa implicat cōtradictionē, q̄ intelligēdū est, qa implicat di. q̄ prętextū nō fuerit prætereritū Ideo Christ⁹ ordinauit aliā virtutē. s. dignā pœnitentiā, qa licēt de baptismo remaneat in nobis character, quia indelebilis, tamē ex peccatis quę fecim⁹ perdidimus puritatē innocentiæ, ppter q̄ oportet per dignā pœnitentiā ascendere, quę in decē gradib⁹ cōsistit. Prim⁹ est peccatorū cōgnitio, qa aliàs homo nū quā faceret pœnitentiā. Qui nō cognoscit infirmitatē, nō curat de medico. Ideo Dauid postquā peccauit, & cognouit peccatū suū, dixit, Ampli⁹ laua me domine ab iniquitate mea &c. subdit cām, Quo nā iniquitatē meā ego cognosco, & peccatū meū cōtra me est sēp. Secūd⁹ gradus est cordis cōtritio, qa multi lętātur cū malè fecerint, & exultāt in reb⁹ pessimis. Pro. 2. Ideo est dolēdū & flēdū de peccatis. Sicut puer qui cecidit in lutū, videns se deturpatū, plorat. Ita debet

Virtutes quatuor, quæ nos in cælum ducunt

Est pœna dam

sensus.

Tria quæ anē mā cælū ascēdere impedi-

modo re

mouere possunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet facere quilibet peccator, & tũc potent dicere, Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animę meæ. Tertius gradus est abstinendi propositum. Ideo dicit Christus, Vade, & iam amplius noli peccare. Ioa. 8. Quartus gradus est malę societatis vitatio. Ideo poeta, Quæ nocitura tenes quamuis sint chara relinque. Quintus gradus est oris confessio, quia de glandula nemo potest perfectè curari, quousque radix est extra. Ita de peccatis. Qui abscondit scelera sua nõ dirigetur. Prouer. 28. Sextus est corporis afflictio, sicut enim caro fuit tibi occasio peccandi, sic debes eam castigare, ne à tagionibus inferni castigetur. Augu. Carnẽ vestram domate ieiuniis &c. Septimus spiritualis oratio. i. quolibet mane & sero deuotè orare. Luc. 18. Oportet semper, id est, omni die orare, & nõ deficere. Octauus gradus est eleemosynarum largitio, vt deus tibi faciat eleemosynam de gratia sua, quia ipse dicit, Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Matth. 5. Nonus gradus est debitorum restitutio. Si habes aliquid in domo, taxia, vel bursa, de malè acquisitis, restituas: quia nõ dimittitur peccatum nisi ablatum restituatur, regula est tam theologorum quàm iuristarũ. Decimus gradus est iniuriarum remissio. Ne deus recipiat vindictã de peccatis tuis, tu non recipias vindictam de inimico tuo, licet posses. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittat & vobis pater vester cęlestis delicta vestra. Matth. 6. quia deus non potest vinci à creatura in pietate. Patet ergo responsio ad quæstionẽ, Quis ascendet in montem domini &c. Respondetur, mundus corde, scilicet mundata anima ab immundiciis post baptismum acquisitis, quia mundicia acquiritur per pœnitentiam. Ideo dixit Christus, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt Matth. 5. Tertium principale est firma obedientia. Multi sunt, quia ex quo redierunt ad bonam vitam, non sunt firmi ad obediendum præceptis dei. sed redeunt ad peccata. Ideo est necessaria firma obedientia, scilicet vt pro nulla re huius mundi facias contra præcepta dei, quia modicum lucratur qui perdit animam. Quid enim prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Matth. 16. Plus valet anima vna quàm aliqua creatura corporalis. Istam firmam obedientiam ostendit Christus, semel respondendo cuidã doctori in quodã sermone Christi inflãmato de vita æterna, propter quod quęsiuit à Christo di. Magister bone quid faciã vt habeã vitam eternã? Matth. 19. Respõdit sibi Christus, Si vis ad vitã ingredi, serua mandata dei. In ista respõsione poteris notare quòd vita æterna nõ obtinetur dominio tẽporali, nec prelatione, sed dignitate, nec scientia, seu potentia, quia nisi domini temporales & prælati sint obedientes præceptis dei, damnantur. Et si ad portã paradisi vellent allegare, dicãdo. O domine, in mundo fecisti me papam, & regẽ, & sic de aliis. Respondere

deret illis, qui se ingesserunt, Ego non te feci &c. sed tu ingessisti te. Deinde ex quo fuisti intus, vixisti vt porcus luxuriosè. Nec valet tibi allegare scientiã, nec diuitias, nec fortitudinẽ, nec potẽtiã, nec pulchritudinẽ, sed oportet allegare obediẽtiam, dicẽdo, Domine, ego fui obediens præceptis vestris. Tũc Christ⁹ manu sua recipit obedientẽ. di. Euge serue bone & fidel. &c. Nota Euge interiectio gaudentis est. Solùm obediẽtibus & præcepta dei seruãtibus sit istud. Patet iterum responsio ad istud quæsitum. Quis ascendet &c. Respondetur, qui nõ accepit in vano animã suam. In vanum accipit animã suã ille, qui nõ obedit diuinis præceptis, quia nõ venit ad finẽ ordinatũ. Ideo dicit apostolus, Hortamur vos fratres, ne in vanũ gratia dei i. animam vel tẽp⁹ recipiatis. 2. ad Cor. 6. Dico quartò &c.

Decem in martyrio sustinenda. Quomodo Christus cœpit pauere.

Decem martyres qui multas & graues tribulationes sustinuerunt vsque ad mortẽ. Et sunt decẽ tribulationes, & tẽtationes, & pugnæ, & vsque ad 10. non sunt martyres. Prima est cõtra daemones, dicentes, Quare sustines tot aduersitates pro illo, de quo nescis quid &c. Secunda contra inclinationes carnis, quæ naturaliter refugit mortẽ, eũ etiã Christus cœpit pauere & tædere, no tamẽ secundum rationẽ, sed secundũ sensualitatem. Tertia est cõtra occasiones mũdi, promittẽs multa si vellent Christũ abnegare. Quarta contra malũ consiliũ amicorum dicentiũ, Vos creditis plus scire quã omnes &c. Quinta contra persuasiones filiorum, & vxorũ, & parẽtũ retrahẽtiũ à bono &c. Sexta cõtra perditionẽ bonorũ tẽporaliũ, quę eis auferebãtur à tyrãnis & dominis. Septima cõtra propriã famã, quia eis imponebantur multa falsa crimina, sed ipsi nõ curabãt. Octaua cõtra libertatẽ, quia incarcerabantur, & ligabãtur vinculis, cathenis &c. Nona cõtra dolores, quia verberabantur, & sic de alijs tormentis. Decima contra mortẽ: Habebant enim tantam fortitudinem, ꝙ pro Christo sustinebant mortem, & tunc erant martyres. Iacobus. 1. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniam cùm probatus fuerit, accipiet coronã vitę. Ecce quatuor virtutes ordinauit deus, de quibus homo posset ascẽdere in cęlũ, scilicet innocentiã, pœnitentiã, obedientiã, & sufferentiã. Et quelibet istarũ virtutũ habet decẽ literas. Prima virt⁹ est innocẽtia, quę decẽ literas habet, in qui bus immutatur decẽ verba, q̃ sunt in forma baptismi necessaria ad pũ innocẽtiã habẽdã. Secũda virt⁹ est pœnitẽtia, quæ etiã habet. 10. literas, quę significãt decẽ opera pœnitẽtialia prędicta. Tertia virt⁹ est obediẽtia, quę etiã habet 10. literas significãtes ꝙ firma obediẽtia consistit in 10. præceptis dei. Quarta virt⁹ est sufferẽtia martyria & etiã habet. 10. literas. 10. opera prędicta martyrũ significãtes. Ratio, quare de⁹ in numero denario voluit ponere illa quæ requirũ tur ad nostrã salutẽ, est, qa. 10. digitos habem⁹ in manib⁹, q̃ sunt ptes quas magis videmus, vt recordem⁹, Autoritas. Qui in manu omniũ

Quatuor quæ in cælũ scandere faciunt.

hominum

hominũ signat. i. signũ dat, vt nouerint singuli opera sua. Iob 38. vt quilibet cognoscat quòd illis qui debent saluari per innocẽtiã, sunt necessaria decẽ verba de forma baptismi. Illis qui debẽt saluari per pœnitẽtiã sunt necessaria decẽ opera pœnitẽtialia. Illis qui per obediẽtiã, est necessaria obseruatio decẽ mãdatorũ. Illis qui per sufferẽtiam, decẽ opera martyrũ. Patet ergo quare dicit, Beatus vir qui sufferт &c. vsq; , diligẽtibus se. Istud tãgit Dauid in quarta respõsione, cũ dicit, Nec iurauit in dolo proximo suo. Iste proxim⁹ est Christ⁹, cui iuramus fidelitatẽ in baptismo, pro qua seruãda martyres fuerũt occisi, antequã vellẽt frangere fidelitatẽ Christo. Ideo nõ iurauerũt in dolo proximo suo, scilicet Christo. Ideo quilibet martyrũ potest dicere illud. Ps. 118. Iurauí, & statui custodire iudicia iustitię tuę.

De eadem Dominica xi. post Trinitatem. Sermo IIII.

AMen dico vobis, *descendit hic*. Lucæ 18. Sermo noster erit de descẽsu malarum personarum in infernum, vt auisetis vos. Et habebitis speculationes intellectuales, & instructiones morales. Salutetur virgo Maria. Pro huius verbi breui declaratione, secundum intellectũ quem volo pertractare, & introductione materię, sciendũ quod secundum sanctam scripturam ego inuenio talem differentiam inter bonam vitam spiritualem, & deuotam, & carnalem, sicut inter ascendere in cælum, & descendere ad infernum. Nam vita spiritualis, bona, & deuota, est tanquam scala virtutum, & bonorum operum, cuius vnum caput est in cælo, aliud in terra. Hoc fuit figuratum. Genesi. 28. Vidit Iacob scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cælum, & angelos dei ascendentes & descendentes per eam, & dominum innixum scalæ. Ista scala est vita bona, deuota & spiritualis, quam homo tenet in hoc mundo. Cùm dicit, scalam stantem super terram, quia in mũdo oportet nos bonam vitã incipere. Nullus decipiatur in hoc mũdo. Ideo dicit deus ore Dauid, Conuertetur populus meus hic scilicet in hoc mũdo, & dies pleni inueniẽtur in eis. No. populus meus, scilicet predestinationem, meus per electionem, meus per purificationem, meus per redemptionem. Item cacumen eius tangens cælum. Ecce finis bonæ vitæ, & spiritualis, quia sicut eius initium est in hoc mũdo, ita eius finis & terminus est in cælo. Ideo dicit scriptura, Liberati à peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrũ in sanctificationẽ, finẽ verò vitã ęternã. ad Ro. 6. Ideo dicit dominũ innixũ scalę. Scitis quomodo sicut ille qui in capite brauij tenet signũ, & animat currẽtes ad bene currẽdũ. Ita Christ⁹ in capite huius scalę bonæ vitę tenet coronã glorię, & animãdo nos dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. i. in bona vita, & onerati estis. i. pœnitentia, & ego reficiã vos, Mat. 11. Itẽ vidit angelos ascẽdẽtes & descẽdẽtes, qa per scalam

scalam bonę vitę aliqui ascẽdũt, vt religiosi, clerici, & laici, qui incipiũt bene viuere, & cũ magno ardore & feruore illã cõtinuãt. Descẽdũt autẽ qui postquã incœperũt bonã vitã, paulatim dimittũt. Sicut de religiosis, qui quãdo sunt nouitij, sunt boni & deuoti &c. sed ex quo sunt professi, efficiuntur tepidi. Idẽ de clericis & laicis. Et quia talis differẽtia est inter vitã spiritualẽ & carnalẽ, sicut inter ascẽdere & descẽdere, dicebat Dauid, Ascẽdũt vsq; ad cælos. f. boni, & descẽdunt vsq; ad abyssos, f. mali, anima eorum in malis. f. culpę & pœnæ subsecebat. De peccatore & malo igitur dicit the. Amẽ dico vobis descendit hic, scilicet peccator, Modò videamus per quos gradus peccator descendit ad infernũ, & inuenit quòd per septem grad⁹, f.

Primus est malè cogitare.
Secundus stultè & malè loqui,
Tertius negligenter operari.
Quartus carnaliter conuersari.
Quintus proximo iniuriari.
Sextus in rebus diuinis attædiari.
Septimus in fide catholica dubitare.

Post istos septem gradus peccator descendit in infernum. Ideo dicit thema, Amen dico vobis descendit hic. Primus gradus per quẽ peccator descendit ad infernum est malè cogitare, quando persona retinet malas cogitationes, quę à diabolo mittũtur, dicendo, O quale opus esset facere hoc vel illud cũ tali, morosè delectãdo, tũc cadit, tales enim cogitationes statim sunt expellendæ. Scitis qualiter bona mulier debet expellere & vitare lenonem ex parte alicuius ad eam vententem, quia non debet eius verba audire, quia si vult eius verba audire, & dicere, O & quomodo fieret, si esset scitum &c. fatum est, ipsa est perdita. Sed statim debet eum expellere, & per scam suam preãicere dicendo, vadatis. Ita debet facere anima vel persona que honestè, & castè vult cum deo viuere, quando venit ad eum diabolus, vel leno, vel tentatio, loquẽtes ad sensualitatem. f. si vis tu posse habere talem delectationem & consolationem cum tali. &c. si tu fecis. O quomodo fieret, si sciretur essem diffamatus, perditus es, tũc debes recipere baculum, f. crucis, & te signando percutis diabolũ, & ipsum à te expellis, sic homo cõseruat se in vita spirituali, aliàs autem peccat & perditur. Aut. Initium superbię hominis est apostatare à deo q fecit illũ, quoniã ab eo recesit cor eius. Eccl. 10. Nota, Initiũ superbię, qa omne peccatũ mortale includit superbiã. Declarat per singula peccata. Ideo dicit, apostatare à deo. Apostatare est facta professione habitũ dimittere, & sicut ribald⁹ per mũdũ incedere. Ita de anima quę intrat ordinẽ angelorũ, quãdo recipit baptismũ, & venit bonã vitã & sanctã. Propter hoc Aug. fecit vnũ librũ intitulatum de religiõe Christiana. Et li. persona deuota sit in hoc mũdo cor pora-

Crux est insignu baculus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

poraliter, habitat tamen in cælo mentaliter. Quoniam in hac peregrinatione solo corpore constitutus, cogitatione &c. Item ad Phil. 3. Nostra conuersatio in cælis est. Sed quando dat se malis cogitationibus, & carnalibus, apostatat, dimittendo habitum virtutum. Et ee quare dicit, Initium superbiæ hominis est apostatare à deo. Et declarat qualiter. Quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius, scilicet per malas cogitationes. Remedium est expellere & contradicere malis cogitationibus. Scitis quomodo si ego haberem manum apertam coram vobis, ponere possetis in eã prunas ignitas? Sed non me est quod comburant vel non. Si eas diu velles tenere in manu, mirando & disputando de earum pulchridine, interim combureret manum meam: Sed si statim vertam manum, & proiiciam, non me comburent. Ita in proposito, imaginatio sensualis aperta est diabolo, non tamen conscientia mentalis, nisi soli deo. Ideo diabolus potest imaginationi sensuali mittere & ponere malas cogitationes, vel dormiendo in somnis, vel vigilando. Et quando tu cogitas, O quomodo fieret &c. Interim anima comburitur peccãdo. Ideo custodiatur cor à malis cogitationibus, & si venũt, statim expellantur. Hoc remediũ dat scriptura dicens, Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit. Vita, si bene custodiatur, alias mors &c. Prouerb. 4. Secũdus gradus est stultè & malè loqui. Istud sequitur ad primũ, quia os loquitur secundum cordis dispositionem. Ratio, quia os nihil aliud est quàm cordis fumarium & secundum ignem interiorem affectionis exit extra fumus verborum. Verbi gratia, Superbus sentit per vult loqui de honoribus, pompis, & ornamentis &c. Signum est quòd ignis superbiæ est interius in coquina. Idem de auaro, in quo est ignis bonorum temporalium. Ideo semper loquitur de feriis, & foris &c. Si luxuriosus est, semper loquitur de mulieribus, dispurans de earum pulchritudine. Si inuidus, semper loquitur malè de illis quibus inuidet. Si dicatur sibi, Talis est bonus homo &c. Respondet, non cognoscitis eum vt ego. Ipse est talis & talis &c. Si gulosus, semper loquitur de cibis, vinis, & coquinis &c. Si iracũdus de præliis & vindictis. Si acidiosus de requie, lectis &c. Ecce quomodo post malè cogitare sequitur & malè loqui stultorum. Auctoritas de hoc clara, de Iudæis malè loquentibus cõtra deum & apostolos, Ad quos Christ⁹ dicit, progenies viperarũ, quomodo poteritis bona loqui cùm sitis mali? Ex abũdãtia enim cordis os loquitur, Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, malus autẽ de malo thesauro cordis sui profert mala &c. Mat. 12. Remediũ cõtra stultã & malã locutionẽ est illud, q⁹ dat apostolus dicens. Sermo vester semper in gratia sale sit cõdit⁹, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respõdere. ad Col. 4. Nota quomodo cibus sale aspergitur, Pri

Admittere noxias cogitationes, & prunas in manu tenere, idem.

non venit ad os, nisi misc[illegible]ur, Ita faciendum est de verbis. Cogitetis q⁹ sit corde surlum, in [illegible] sunt omnes escæ. Ideo antequã verbum veniat ad os ad lo[illegible]endum, diuertit ad salarium discretionis, discendo: Hoc verbum quod ego volo loqui, erit vtile vel scandalosa ne? Ecce quare dicit, Sermo vester in gratia sale sit cõditus. Quãdo verbum est ita examinatum, multum placet Deo, & hominibus est gratiosum, aliàs autem est inutile & iniuriosum. Ideo dicit thema, Amen dico vobis, descendit hic, &c. Tertius gradus est negligẽter operari, & iste gradus sequitur ad duos primos gradus. Ratio, quia diligẽtia nihil aliud est quam ignis spiritus sancti interius cõfitens. De quo Christus Lu. 12. Ignem veni mittere in terram, scilicet diligentiæ, & deuotionis. Et quãdiu iste ignis cõsistit in corpore, omnia membra corporis [illegible]cient ad operandum diligenter. Sed quãdo iste ignis extinguitur, remanet persona frigida & congelata, ad negligenter operandum bona opera. Iam non surgit ita mane ad matutinas, nec orat, nec celebrat, nec opera spiritualia sibi placent. Aucto. de hoc mittit crystallum suã, s. Deus permisiuè, & diabolus operatiuè. Crystallus autẽ nihil aliud est q͂ aqua cõgelata nimia frigiditate. No. sicut bucellas, quia p͂sona cõgelata nõ statim dimittit opera omnia, sed paulatim ad bucellas. Ante faciẽ eius quis sustinebit? Nota miraculũm in vitis patrum, de quodã deuoto heremita, cui Angelus quolibet die portabat panem &c. sed postquã ipse fuit negligens in Dei seruitio, etiã Angelus negligenter seruiuit sibi. Ista est ratio quare hodie in monasterijs & collegijs viuunt cum labore, nec habent vnde viuant, quia malè faciunt officia Dei, & negligẽter. Antiqui abundabant & ædificabant, & nos vix sufficimus ad vitam. Remedium contra negligentes operari, est illud quod dat scriptura sacra dicens: Sit timor domini vobiscum, & cum diligentia vestra facite. 2. Paral. 19. Timere autem oportet illã maledictionẽ. Nam maledictus qui facit opus Dei negligẽter vel fraudulẽter. Hier. 48. Quartus gradus est carnaliter cõuersari, & sequitur ad alia predicta. Ratio, quia homo in hoc mũdo nõ potest viuere sine aliquibus consolationibus, aliàs efficitur fantasticus, & qui nõ est diligẽs in operibus spiritualibus, nõ habet cõsolationes spirituales angelorũ. Ideo dat se cõsolationibus bestiarum, s. gulæ, luxuriæ. Et illę delectationes, sunt porcorũ & asinorũ, de talibus dicit scriptura, Dixerunt impij cogitãtes apud se non rectè. Exiguũ & cũ tædio est tempus vitæ nostræ, & non est refrigerium in fine hominis, & nõ est qui agnitus sit reuersus ab inferis. Quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquã non fuerimus &c. Infrà corone[illegible] mus nos rosis, antequam marcescant, nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrũm exors sit luxurię nostrę, vbique relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra,

& hæc est sors nostra. Sap. 2. Sed personæ spirituales quæ diligenter seruiunt Deo, sentiũt consolationes Angelorũ, nõ curãt de delectationibus bestiarum, immo si Deus daret eis licentiam, vt licitè viterentur illis delectationibus bestiarum, non curarent, immo dicerẽt: O Domine nõ detis mihi delectationes, quas vos noluistis, sed detis mihi consolationes angelorum &c. Ideo Dauid, Renuit consolari anima mea, scilicet in consolationibus, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus. Psal. 76. Ergo patet ratio quare hodie personæ huius mundi dant se delitijs carnalibus, quia non sentiunt aliquid de delitijs spiritualibus. Quintus gradus consequens ad prædictos est proximo iniuriari. Ratio ista est differentia inter bona spiritualia & bona temporalia, quia bona temporalia stricta sunt, nec multis sufficiunt. Bona vero spiritualia latissima sunt, & magna, & omnibus sufficiunt. Verbi gratia. Si vna mulier sit philocapta de Christo, & etiã alia, nõ displicet sibi, immo magis eã diliget. Sed si de viro vnius alia sit philocapta, si hoc sciat vxor, statim est ibi discessio & iniuria, quia vnus homo nõ sufficit nisi vni vxori. Idem si multi homines sunt philocapti de beata virgine, nullus est zelotypus de alio, sed illi magis se diligent, nulli faciũt iniuriã, quia virgo omnibus sufficit, sed si de aliqua muliere sint philocapti, venitur aliquando ad gladios. Idem de vno castro, villa, seu regno, non sufficit nisi vni domino seu regi. Sed castrum seu regnum paradisi omnibus sufficit, & quilibet potest ipsum petere sine alterius iniuria. Ista est ratio quare hodie in mũdo inter homines carnales non est pax, quia quilibet vult officia, regimen, iura &c. Et inde sequuntur inuicè diffamationes, & cõmunitatum destructiones. De hoc dicit Iaco. Vnde bella & lites in vobis? nónne ex concupiscẽtijs vestris quæ militant in membris? Concupiscitis & non habetis. Occiditis & zelatis, & non potestis adipisci. Iacob. 4. Remedium contra hoc, est illud quod dat Ioan. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. 1. Ioan. 2. Sextus gradus est in rebus spiritualibus aberrare. Ex quo enim creatura siue homo iã tantùm descẽdit, finaliter venit ad hoc q̃ iã abhorret & abominatur dona diuina. Ratio est, sicut homo diu febricitãs, omnia comestibilia abhorret, nec sapiũt sibi. Ita diu antiquatus & in peccatis inuolutus, abhorret ea quæ Dei sunt. Quia si dicitur, vadamus ad missam. Respondet, Quid mihi de vestra missa? citiùs vellõ prandere. Si dicatur sibi, vadamus confiteri. Vestra confessio nihil aliud est, nisi q̃ clerici volunt scire vestra peccata. Idem de ieiunijs. Iemunt imagines, quæ non habẽt stomachos, & caput durum & lapideum &c. Secùs quando ex negligentia dimittuntur, quia aliud est dimittere bona Dei per negligentiam, & aliud quando dimittuntur per contemptum & vilipensionem. Nota de illo iuuene Valẽtiæ, qui desperauit ieiunium ab episcopo iniunctum ex quadã pestilentia, qui subitò expirauit. Ideo dicit scriptura, Impius cùm in profundum venerit peccatorũ, contemnit, sed sequitur eum ignominia, s. in morte, & opprobrium, s. in iudicio. Prou. 18. Nota, sequitur ignominia, quia tales cõmuniter non possunt confiteri, & intestati decedunt, & impœnitentes. Nota de illo homine Alzazira subitò mortuo. Esa. 33. Væ qui spernis, nónne & spernêris? scilicet quia nõ habetis occasionem confitendi, testãdi, nec dolendi, seu pœnitendi de peccatis. Septimus est de fide catholica dubitare. Postquam persona nullum saporem sentit in his quæ Dei sunt, immo abhorret, & dubitat in fide dicendo: Quid scit homo de alio mundo? Ratio huius est, quia sancta fides catholica est altissima & spiritualis, & qui cecidit in profundum peccatorum habet ad eam dispositionem contrariam, quia est infirmus & carnalis. Ideo dicit, Et quid scit homo si est verum de inferno & purgatorio &c. Fortè clerici hoc inuenerunt. O quot iam sunt in mundo de talibus, quia mala conscientia & reprobata non potest diu stare cum bona credentia & societate. Auctoritas. Bonam conscientiam quidam à se repellentes, circa fidem naufragauerunt. 1. ad Timo. 1. Naufragat fidei, quæ fideles ducit ad portum vitæ æternæ, naufragatur per malam vitam in talibus. Ideo do vobis remedium, & mirabile consilium, vt sciatis Credo, in quo continentur articuli fidei, addicatis Credo si nescitis. Dicatur semel. Si vos dicitis Credo quolibet die, mane & sero, sequũtur duę cõditiones. Prima quòd tẽpore Antichristi eritis fortes & firmi in fide catholica. Secũda quia tãta est virtus fidei deuotè confessæ, quòd portabit vos ad bonum finem, quantum in se est, nisi obicem ponatis. Pro primo dicatur similitudo de candelâ in laterna, quæ extinguitur si non possit candela respirare per foramen. Fides catholica est in corde, & candela in laterna. Dauid, Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine &c. Ideo Dauid deuotè confitebatur fidem dicendo: Credidi, scilicet, in corde, propter quod locutus sum, scilicet, fidem confitendo. Et quomodo? Ego autem humiliatus sum nimis, id est valde. Pro secundo, quòd virtute, scilicet, confessionem. Auctoritas. Si confessus fueris in ore tuo Dominum Iesum Christum, & in corde tuo credideris, saluus eris. Ad Rom. 10.

De eadem Dominica x 1. post Trinit. Sermo V.

Deus propitius esto mihi peccatori. Lucæ 18. Prima pars erit historialis, & secunda moralis, Quantum ad primum, notandũ quòd Christus in euangelio ostendit nobis modũ quomodo debemus nos gubernare. Vnde sciendum q̃ dũ Christus prædicaret in terra Israël, quidã Iudei q̃ credebãt se esse bonos, sanctos, & iustos, & spernebãt ceteros. Et immo vŏlẽs Christ⁹ eis ostẽdere, q̃ nõ erãt boni,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixit eis parabolam istã &c. quasi diceret, non confidatis in vestris operibus, nec dicatis, O ego sum bonus, & iustus, ego ieiuno, & facio eleemosynas & plura alia bona. Vnde dicit Christus: Non cõfidatis in istis, & tunc dixit eis, sicut narratur in euangelio, Duo homines ascẽderunt in tẽplum vt orarent &c. Publicanus vocatur publicus peccator. Pharisæus dicitur à phares, quod est diuisio, quia illi erãt diuisi in habitu & in vita, vt heremitæ, & portabant mandata Dei in fronte, & spinas in tibijs, & multa alia faciebant. Ideo dicebãtur Pharisæi, i. diuisi, ità q̃ dicit euangelium q̃ isti duo ascenderunt in tẽplum vt orarent. Pharisæus autẽ qui erat in habitu sanctitatis, tamẽ ab intra erat malus, posuit se ante altare, stãs pedes, & nõ genibus flexis, & capite cooperto, nec faciebat aliquod signum deuotionis, sed stãs apud se, & benedicẽs apud se, & non apud Deũ, incipit facere orationẽ suam dicens: O Deus, quasi contemnendo alios, gratias ago tibi. Primò, quia ego non sum peccator, ego sum deuotus, nõ facio malũ, non sum sicut ceteri hominũ raptores, adulteri, iniusti. Nec etiã sum sicut hic publican⁹, qui est hic. O Domine Deus, de omnibus istis gratias ago tibi. Secundò, Deus, facio bonã iustitiã in meipso, quia ieiuno bis in sabbato. i. in hebdomada, & decimas do omniũ quæ possideo. Nota omniũ, vniuersaliter, quia de omnib⁹ meis do amore Dei. Ideo Deus gratias ago tibi &c. Ecce orationẽ quã faciebat iste Pharisæus, iactando se de vita sua. Sed videamus orationẽ quã faciebat Publicanus. Nam ipse existẽs in templo, cogitauit intra se q̃ nõ erat dignus se ponere ante altare. i. prope, Et dixit, Vah ego sum magnus peccator, commisi tanta peccata, & quomodo ponerẽ me ante altare? non placeret Deo, sed posuit se longè in fine ecclesiæ, & prostrauit se super terrã, nec erat ausus oculos ad cælũ leuare. Vah dicebat ipse, infern⁹ est mihi paratus, & flebat. Et sic incœpit facere orationẽ suã dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Thema, & percutiebat pectus suũ. Tunc dixit Christus, quis istorũ duorum fuit exauditus ante Deũ, vel Pharisæus vel Publicanus? Respondit Christus, Amen dico vobis, descẽdit hic iustificatus &c. No. iustificatus. i. sanctus & iustus. Et miser Pharisæus, qui tantum iactabat se de bonis operibus, reuersus est cum suis peccatis. Ideo sequitur hic q̃ cõcludit Christus, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur. Et sic patet primum. Quantum ad secundum. In hoc euangelio reperio quatuor conclusiones. Prima est præsumptio diabolica in principio euangelij. Secunda est operatio virtualis. ibi, ieiuno. Tertia est petitio rationalis, cùm dicitur, Deus propitius &c. Quarta est exaltatio cælestialis, cùm dicitur, Omnis qui se exaltat &c. Quantum ad primum notandum quòd oratio istius Pharisæi nõ fuit exaudita, eò quòd habebat tres magnos defectus. Primus, quia stabat sine honore & reuerentia. Secundus, quia iactabat se in Dei præsentia. Tertius, quia habebat fratrem suum contemptum &c. Ideo oratio eius nõ fuit audita. Primò iste Pharisæus miser habebat magnam præsumptionem, quia stabat sine honore & reuerentia. Nam bonę gentes sciatis, quòd nos habemus doctrinam ab Apostolo, quòd quilibet orans pro honore Dei debet flectere genua. Ideo dicit, Omne genu flectatur cælestium, terrestriũ, & infernorum. Ad Phil. 2. Nota omne vniuersaliter, quia Angeli & sancti hoc idem faciunt in cælis, ita & nos debemus facere in terris. Quia si omnes angeli hoc faciunt, multò magis nos miseri. Itẽ infernorum, quia etiam diaboli & omnes damnati faciunt sibi reuerentiã, tamen non amore, sed timore. Ergo si totus mũdus facit Deo reuerentiam in cęlo & in inferno, quanto magis nos, qui magis debemus sibi reuerentiam referre? Hoc etiam habemus. Mat. 2. de tribus regibus, qui cum adorauerunt in stabulo, de quibus dicitur q̃ precidentes adorauerunt eum. Iste autem Pharisæus faciebat sine reuerentia, ideo sua oratio nõ fuit audita. Nota, moraliter habemus hic doctrinam q̃ non debemus facere sicut iste miser Pharisæus, sed quando introimus ad ecclesiam, cũ honore & reuerẽtia debemus adorare Deum Auctoritas. Oratio humiliantis se nubes penetrat. Eccles. 35. quia aliter nõ exaudiet Deus orationem nostrã. Secundus defectus, quia iactabat se in præsentia Dei, cùm dicit: Gratias tibi ago, quia non sum &c. Heu qualis defectus, & quid oportebat se tantum iactare in præsentia Dei? O respiciatis quot sunt, qui habent istum defectum, quando volũt aliquid bonũ facere, oportet totus mundus sciat, sicut faciunt gallinæ quando ouare debent &c. Ideo dicit Christus. Amen dico vobis receperunt mercedẽ suã. Mat. 6. quia volunt habere honorẽ suum coram mundo: ideo nullũ meritũ habent corã Deo. Ergo si vultis habere meritum corã Deo, faciatis secretè bona opera vestra. Quia licèt mũdus non videat, tamẽ Deus bene videt, à quo debetis recipere mercedem. Auctor. Tu autem cùm oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi. Matt. 6. Iste autem Pharisæus iactabat se in publico coram omnibus hominibus, ideo sua oratio non fuit exaudita. Ecce secundus defectus. Tertius defectus, quia habebat fratrem suum in cõtemptum, cùm dicit, Non sum sicut ceteri hominum, velut etiã hic Publicanus. Ecce contemptum, quia iustificabat seipsum & condẽnabat alios. Vah quot sunt in hoc defectu, qui nesciũt loqui de alio nisi malum, & semper iudicant malum, vt si videant aliquem loquẽtem cum aliqua, citò malè iudicãt, vel si sit vnus faciens bona opera, vt pœnitẽtiam, ieiunia, eleemosynam &c. omnes iudicabunt malum, & aliquando laudabunt malos, & condemnabunt bonos. Contrarium docet Apostolus dicẽs: Nolite ante tẽpus iudicare, quoad-

Quatuor hic præcipua.

Universidad de Deusto
Biblioteca

usque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarū, & manifestabit consilia cordium. 1. Cor. 4. Ecce prima cōclusio, cū dicit, Duo homines ascenderunt &c. Hic habetis bonā doctrinā moraliter, quòd in die dominica debetis ire ad ecclesiā &c. Secūda cōclusio est operatio virtualis, cū dicit, Ieiuno bis in sabbato. Ipse autem iactabat se de suis bonis operibus. Nota. Iam dicatis amici mei, quare Deus posuit nos in mundo isto? creditis quòd solū ad standū lætē, bene comedendū, & bibendū &c. nō profectò, sed ad faciendum bona opera &c. Videte q̄ nihil portabimus in morte nobiscū, nisi bona opera. Ideo Apostolus, Dum tempus habemus operemur bonū ad omnes. ad Gal. 6. Tertia cōclusio est petitio rationalis, cùm dicit, Deus propitiꝰ esto mihi, &c. Quarta cōclusio est exaltatio ex lestialis, cū dicit, qui a omnis qui se exaltat humiliabitur &c. Et notandum q̄ est regula generalis in sacra scriptura, q̄ qui magis humiliat se in hoc mundo, magis exaltabitur in alio. Auct. Humiliamini sub potēti manu Dei, vt vos exaltet tēpore visitationis. 1. Pet. 5. Nota in primo sermone tertiæ dominicæ post trinitatē, qui incipit sic, Humiliamini sub potēti manu Dei, in quo habemꝰ de Christo, q̄ humiliauit se in hoc mundo, & factus est obediens vsque ad mortem, & propter hoc Deus exaltauit illū, & donauit illi nomen quod est super omne nomē. ad Phil. 2. Ideo humiliamini &c. Idē de beata virgine. Quia respexit humilitatē ancillæ suæ, ecce enim &c. Et propter illā regulā generalem Deus exaltauit istū publicanum, qui se humiliauit intantū, q̄ non audebat leuare oculos, sed percutiebat pectus. Ideo descendit iustificatus. O quanta exaltatio. Ideo humiliamini vt possitis in cælo exaltari. Quod nobis conce. &c.

Dominica XII. post Trinitatem. Sermo I.

Admirabantur dicētes, quia omnia bene fecit. Habetur verbum istud originaliter Marc. 7. & recitatur in euāgelio hodierno. In isto sermone, vt Deus det virtutem & efficaciam verbis sanctis, vt dicatur in honorē & gloriā Dei principaliter, & consequenter ad instructionem nostram, salutetur virgo gloriosa. Admirabantur dicentes, loco & capitulo vbi suprà. Pro declaratione huius verbi propositi, & introductione materiæ prædicandæ, sciatis quòd ille magnus & excelsus rex Dauid in spiritu prophetiæ videndo opera magna quæ debebat facere Dominus, dicit in Psal. 138. Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua &c. In quibus verbis dat intelligere quòd Iesus Christus veniens in hunc mundum debebat facere mirabilia opera, maiora quàm fecerint alij Prophetæ. Bene legimus de Prophetis, scilicet de Moyse, & Iosue, & Samuele, & Helysæo, atque Esaia, quòd fecerint multa miracula, sed quomodo? dico quòd orationibus, Dominū Deū deprecādo, & possē

posse proprio, quare propriè loquēdo ipsi nō faciebāt miracula, sed Deus. Nā Deus habet illā bonitatē, q̄ per orationes sanctarū personarū, quæ deuotè seruiūt ei, & eius voluntatē seruāt, facit miracula. Vnde dixit cæcus, vt habetur Io. 9. Scimus q̄ peccatores Deus non exaudit, sed si quis Dei cultor est, & eius voluntatē facit, hūc exaudit. Nota ergo q̄ Christus exaudit iustos, & nō peccatores, & ideo quia Prophetę & Patriarchę erāt sancti, & seruiebāt Deo, & eius voluntatē faciebāt, quādo ipsi rogabāt Deū, ipse exaudiebat eos. Quare dico q̄ nullus sanctus vnquā fecit miracula per suā potestatē, sed solus Deus, cui proprium est facere miracula propria potestate & auctoritate, sed Dominus noster Iesus Christus sicut Deus omnipotēs faciebat propria miracula, non per orationē, quia ipse erat vnus Deus cū patre & spiritusancto, quādo enim dicebatur ibi, Vnus est surdus, cui dicebat effata, & subitò aures illius aperiebantur. Idē de alijs infirmitatibus, solo enim verbo curabat infirmitates. Ecce ergo differentiā inter Christum & alios Prophetas sanctos, quia illi faciebāt miracula per suas orationes, Dominus autem noster Iesus Christus per suū imperiū. Ideo Dauid in Psal. 148. Ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit, & creata sunt. Scias q̄ in toto psalterio nō reperitur id quod prædictū est, nisi in duobus locis, s. in Psal. 32. & in Psal. prædicto. Sed quæ est ratio? Dico q̄ ad denotandū duo opera mirabilia Dei, vnū factū in creatione, aliud in reformatione. Primū ergo factū est in creatione, cùm dicit, Fiat firmamentū, & factū est. Verbo Domini cæ. fir. sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorū. Posteà sciēs Dauid q̄ in creatione mundi idē debebat per suū imperium facere mirabilia opera, ideo iterum dicit, Laudate Dominū de cælis, laudate eū in excel. Laudate eū omnes &c. quoniā ipse dixit, & facta sunt, ipse mādauit & creata sunt. Laudate eū sol & luna, &c. Psal. 148. Sol, id est potestas ecclesiastica & luna, id est potestas sæcularis. Et sicut sol ab aliquo alio non habet claritatē, sed luna habet claritatē à sole, ita & potestas sæcularis habet auctoritatē ab ecclesia. Ecce quia dixit, sol & luna. sequitur, Laudate eū cæli cælorū, id est virtutes sacramentorū ecclesiæ. Sequitur, & aquæ quæ super cælos sunt laudēt nomē Domini. Ecce quomodo fecit. Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Ecce quomodo Dauid erat miratus de miraculis Christi. Et ista ratione Iudæi vidētes miracula Christi secundū thema propositū, admirabātur dicētes: Iam sum in materia de qua volo prædicare, q̄ Dominus noster Iesus Christus bene fecit omnia, declarabo nunc per tres modos operum Christi.

Primum opus est creatio mundialis.
Secundum opus est gubernatio generalis.
Tertium opus est redemptio humanalis.

Et de istis tribus possumus dicere thema propositū, Admirabātur

Universidad de Deusto
Biblioteca

&c. Primò videamus quomodo sunt bene facta. Et declarabo illud per illud dictū, Qualis vnusquisque est, talia dicit & operatur. Si homo est bon⁹, & verba & facta erunt bona, per contrarium si homo est malus, & verba & facta erunt mala. Item Christus dicit, ex abundantia cordis os loquitur. Lu. 6. Bonus homo de bono thesauro cordis sui, scilicet profert bona. Mat. 12. Item Iob. 20. Gaudium hypocritę ad instar puncti. Si sit aliquis religiosus vel alius, qui fingit se esse bonum, & nō est per modicum tempus poterit decipere gentes, licèt hypocrisis vel malitia sua citò discooperietur, sed si persona vadit bona intentione, semper crescit & multiplicatur eius fama, ergo bonus homo de bona veritate facit bona opera: à fortiori, deus cùm sit summum bonum, nō poterit facere nisi bona opera. Si ergo homo qui est bonus accidentaliter, facit bona opera, multo melius igitur ille qui est bonus essentialiter, & immēsē, & habet infinitam bonitatem, facit opera bona. Et ideo possumus dicere, Omnia bene fecit. Vnde sciatis quòd in illis sex diebus quibus creauit mundū, quolibet die fecit bonum. Primo die vidit deus quòd esset bonum, & sic de aliis diebus. Et concludit, Vidit deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Et hic notant doctores magnum secretum super istam epilogationem, id est congregationem verborum, Erant valde bona. Et declarant sic, Sicut in vna cythara sunt plures chordę, & quelibet chorda per se separata facit bonū sonum, cōcordia ante sonitus sonantium chordarum est valde bona, sic & deus in cythara, id est in mundo isto multa miracula fecit, & taliter ordinauit quòd non potest melior ordinatio. Et tamen licèt quelibet res de se esset valde bona, tamē consonantia omnium erat valde bona, si sol non haberet tantam claritatem, non consonaret cum alijs rebus. Ideo dicitur, Sapientiæ vndecimo capite. Omnia in mensura, & numero, & pondere disposuisti. Sol enim factus est in mensura, sibi debita, quamuis sit multū magnus. Dicunt enim philosophi, quòd minima stellarum est maior tota terra. Ecce quomodo cælum est magnum. Iam illud mensurauit deus sua sapientia. Item terra magna est, sed & illam mēsurauit sua sapientia. Idem de aqua, & alijs omnibus. Item disposuit deus omnia in numero. Item deus numerauit omnes stellas cæli. Iā scit deus quot dies & quot noctes esse in mundo debent. Item iam scit deus & ab æterno sciuit quot grana arenæ debebant esse in mari. Item quot frondes in arboribus, finaliter omnia numerauit. Item quot reges, & quot imperatores debeant esse in mundo, & quot debeant ire ad paradisum, & quot viri & mulieres debeant esse in mundo, & quot debeāt ire ad paradisum, & quot ad infernum. Nunc venit quæstio. Vos dicitis quòd deus numerauit quot homines & mulieres irent ad cælū, & iam sunt nomina eorū in cælo scripta, iuxta illud, Gaudete & exultate, quia nomina vestra

ra scripta sunt in cælis. Luc. 10. Nō oportet igitur facere bonum, quia scientia dei non potest deficere. Pone adhuc hic materiam prędestinationis, quam inuenies in sermone de prędestinatione ad plenū. Tamen breuiter dicendum est, quòd sicut deus scit & ab æterno sciuit quot homines deberēt saluari, ita etiā scit & sciuit quibus mediis, & per quæ media. Nō ergo debemus omittere opera bona, sed diligēter ea implere, vt certā nostrā faciamus vocationē, & vt salutē cōsequi valeamus. De hoc vide B. Tho. 1. par. q. 23. de prędestinatione dei, & etiā primo script. de eadem materia. Secūdò videamus de operibus gubernationis generalis, quomodo deus gubernat omnia. Si vnus senescallus gubernat bene senescalliam suā cum discretione & iustitia, dicit homo, Iste senescallus est sapiens, quoniam patriam suam bene gubernat. Ita est de deo, Iam possumus faciliter videre quomodo gubernat elementa, sicut vnum tripudiū. Iam scitis quòd in choreis vnus tenet manū alterius, & ille qui est primus tenet seu portat vnā manum solutam, ita est de elemētis. Nam quodlibet elementum duas habet qualitates. Primò ignis est calidus & siccus. Itē aēr est calidus & humidus, aqua frigida & humida. Item inquantum frigida se tenet cum terra &c. acsi nos volumus facere tripudium rotundum. Terra inquantum sicca tenebit se cum igne, inquantū ignis etiā est siccus. Ecce ergo quomodo deus gubernat omnia cum magna sapiētia. Item hodie vigebat bonū tēpus, & cras non. Item hodie mare erit impetuosum propter venti fortunā, & forsitā cras erit suaue & tranquillū. Item arbores in ęstate producūt flores & fructus, in hyeme verò nō; & sic de aliis, deus gubernat omnia cū sua sapiētia Ideo Dauid inquit in primo. Quā magna sunt opera tua domine, omnia sapiētia fecisti. Posset aliquis facere vnū argumentū. Frater, vos dicitis quòd deus est gubernator gentalis, qui omnia sua sapientia gubernat, videtur quod non, quia quilibet bonus gubernator euitat mala de patria sua. & tamē nos videm⁹ quòd deus permittit multa mala, ergo videtur quòd non sit bonus gubernator. Respōdeo & dico, q⁹ deus mala quę sustinet & permittit in mundo, nō euitat, quia nō congruit suę sapientię illa vitare, aliàs destrueret res liberas. Nā ipse dedit liberū arbitrium creaturis humanis, & non conuenit suæ sapientię prohibere liberum arbitrium, sed dat cōsilia bona. Et Dionysius dicit, Non est diuinę sapiētiæ creaturas destruere, sed cōseruare. Ecce auctо. Deus ab initio cō stituit hominem & reliquit eum in manu consilij sui, glo. inter l. id est, in potestate liberi arbitrij, & adiecit illi prœcepta & mādata. seqtur, Quod placuerit ei, dabitur illi. Eccl. 15. Differētia est inter prœcepta & mādata, quoniā prœcepta sunt fortiora quàm mādata, quia mādata sunt affirmatiua, vellet dicere, Sabbata sanctifices. Itē, honora patrē tuū. Exo. 20. sed prœcepta sunt negatiua, sicut. Non adora-

Nū Dei prescientia libero arbitrio necessitatē imponat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

bis deos alienos. Itē, Non assūmes nomē Dei tui in vanū. Item non furtū facies. Ista sunt præcepta, & nullo modo licet facere cōtra ea.

Non idē prorsus est, præceptū, et mādatū.

Dicunt docto. q̄ mādata obligāt semper, sed non in omni casu, seu nō ad semper. sicut, Honora patrem tuū, quoniā si pater se facit infidelē, tunc filij nō tenentur ipsum honorare, non ergo obligāt mādata in omni casu. Sed contra præcepta nullo modo est faciendum. Nota tamen q̄ doctores distinguunt præcepta, & dicunt q̄ quędā sunt affirmatiua, quædā negatiua. Negatiua obligant semper, & ad semper, verūm quia prima præcepta habent speciale nomen, quia dicuntur mandata, & ideo potest hoc nomē præceptum poni tantū pro negatiuis, secundum regulam topicā, & ideo dicit, Adiecit illi præcepta & mandata. Sequitur in auctor. Appositit tibi Deus aquā & ignē, ad quod volueris porrige manū tuam, aquā, id est gratiam, ignem, id est peccatū. Ad quod volueris porrige manum tuā. sequitur, Ante hominem vita & mors, quod placuerit ei dabitur illi. Non quod placuerit &c. Si quis vult saluationē, habebit: si dānationem, idem. Tamen sunt plures mēdaces circa hoc, quoniā omnes homines volunt, vt dicunt, ire ad paradisum, & tamē nullo modo se præparāt, quia cùm debent sequi iter paradisi, s. humilitatem, liberalitatem, castitatem, patientiā, charitatē, abstinentiam, & diligentiā, ista enim perducunt hominē ad salutē, tamen sequuntur iter quod perducit ad infernum, s. superbiam, auaritiā, luxuriam &c. Et si aliquis quærit, vultis vos ire ad paradisum? diceret, tā bene q̄ vos, tamē falsum dicunt, quia iter inferni tenent, & non paradisi. Item si diceatur vsurario, vel raptori, quò vultis vos ire? dicunt, ad paradisum, & falsum dicunt, quoniā sequuntur iter inferni, s. vsurā & rapinam, quæ ducunt hominē ad infernū. Item tā omnes Christiani mali, quàm Iudæi, siue Saraceni, omnes dicunt q̄ volunt ire ad paradisum, sed falsum dicunt, quia iter inferni sequuntur, & sic de alijs. Ecce quare dicit scriptura, Ante hominē vita & mors, bonū & malū. Nam deminus vellet q̄ omnes saluarētur, & ideo si nos sequamur iter paradisi, saluabimur, quia hoc iter bonū & acceptum est corā saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. vnus est enim mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redēptionem semetipsum pro omnibus. 1. Tim. 2. Nunc mouetur quæstio. Quia si iam scit Deus q̄ eris damnatus, quare ergo creauit te? Dico quòd creauit te vt saluus esses, & eris, si teneas bonā vitam, & si cōtinues bonam vitā vsque in finem, saluaberis. Vnde debetis scire, quòd seruat in nobis Deus modum, quē seruat qui in domo sua habet aliquem malū hominem & proditorem. Et ideo ponamus quòd aliquis rex det alicui militi in domo sua existenti, malo, & proditori villas, & castra, qui miles quanto rex sibi plura dat, tantò ipse miles persequetur magis in prodi-

tione, quid facit ipse rex de illo? nónne destruet eū? Profectò ita Deus facit, quamuis simus mali, facit nobis multa bona, vt malitia nostra auferatur. Fecit nos ad imaginem suam, & lauit nos in baptismo, vt essemus boni & mundi &c. finaliter si in malis perseuerauerimus, destruet nos. De ista tamen malitia vide ad longum in sermone de prædestinatione, & hoc sufficit de secunda parte. Tertiò videamus opera redemptionis humanæ naturæ, & hoc duobus modis declarabo. Prima pars erit speculatiua, respiciendo diuinitatē æternalē. Secunda erit speculatiua simul & moralis. Quo ad partem primam dicūt philosophi & multi alij, quare Iesus, cùm posset facere remissionem generalem, se incarnauit, & voluit sustinere labores & passionem, & maximè cùm dicat Philosophus, quòd frustrà fit per plura quod potest fieri per pauciora? Respondeo, quòd istud argumentum venit per ignorantiā vel per inaduertentiā. Pro quo sciendum est, quòd differentia est inter Deū & hominem. Virtutes quas nos habemus non sunt essentia nostra, similiter nec bonitas nec iustitia in iudice iusto, immo sunt accidentia, & sunt qualitates aduentitiæ, quia qui modò est iustus, fortè erit posteà iniustus, & iniustus conuertitur quandoque, & fit iustus. Itē misericordia magna virtus est, maximè in diuinis, qui tam de bonis temporalibus quàm spiritualibus dant indigentibus. Magna enim virtus est, sed est qualitas aduentitia in hominibus, quia vna persona misericors potest effici crudelis, tamē in Deo totum est contrariū, iustitia enim in Deo est essentia, sua diuinitas, misericordia Dei est sua essentia, & nō qualitas aduētitia. Vnde dico sicut Deus nō potest dimittere suam essentiā, ita nec potest dimittere suā misericordiam nec iustitiā. Ita dicit Apostolus, Deus fidelis permanet, & seipsum negare non potest. 2. Tim. 2. Iudex in mundo isto quandoq; facit tantā iustitiam, q̄ nihil erit de misericordia, sed in Deo simul est, & cōcurrit iustitia & misericordia. Pro quo Dauid in Psal. 100. Misericordiā & iustitiā cantabo tibi Domine. Auscultate & attēdite, si Deus dixisset hominibus. Remitto vobis omnia peccata vestra, & simus amici, deinceps custoditis vos, hoc esset maxima misericordia, tamen vbi esset iustitia? Et si dixisset, Peccastis cōtra me, ego volo q̄ omnes sitis dānati, magnus rigor iustitiæ hoc esset, tamen vbi esset misericordia? Vnde conueniens fuit q̄ in redemptione nostra seruaret misericordiā & iustitiā. Rigor iustitiæ magnus fuit dare sanguinē suū pretium pro omnibus. Misericordia fuit, q̄ ipse qui non tenebatur, nec erat obligatus, voluit soluere pretiū pro omnibus, quare ratio, quā dicunt infideles, Frustrà fit per plura &c. nullius est efficaciæ siue valoris, sed prouenit ex magna ignorantia, quoniā bene omnia fecit, & possumus dicere verbum thematis, Admirabantur dicentes: Bene omnia fecit. Et hoc est quod dictum fuit ex parte Dei, cōsiderando

Universidad de Deusto
Biblioteca

rando suam diuinitatem. Tamē si cōsideremus ex parte nostra, dico quòd propter mala & peccata, in quibus nos eramus, ipse voluit facere redēptionem. Primò propter peccatum Adæ & Euę ipsi fuerūt relegati de paradiso terrestri in mundum istum, sed filius dei voluit descendere, & incarnare se in ventre virginis gloriosæ, vt per suum descensum nos ascenderemus. Ecce quomodo fuit conueniens opus istud pro demptione nostra. Ita malum istius mundi incœpit in muliere sponsata, & ideo voluit deus quòd bonum veniret per mulierem virginem desponsatam, virginem, scilicet Mariam. Item Adam & homines si remansissent in paradiso terrestri, nullum malum neque dolorem habuissent. Sed post aliquod tempus fuissent susceptī & translati in cælum. Vnde Deus dixisset sancto Michaeli, Fac ascendere illos in cælum, & propter hoc voluit Dei filius sustinere dolorem & passiones in isto mundo, vt credentes & obedientes sibi nullum dolorem sustinerent in paradiso. Item per peccatum venit ignorantia in anima, quoniam secundum quod dicit Philosophus, anima est tanquam tabula rasa, in qua &c. in quam principio suæ creationis nihil erat depictum, propter hoc voluit Christus prædicare in mūdo isto, & dare legē euangelicam, vt nos habeamus scientiam. Item Adam quando peccauit, fuit ligatus per Luciferum, & seductus, & propter hoc Dei filius voluit ligare Luciferum. Item quia propter peccatum homines flagellabantur in inferno, ideo voluit Dei filius flagellari, vt sibi credentes & obedientes à talibus flagellis liberarentur. Item quia per peccatum erat damnatus ad corruptionem, propter contrarietatem quatuor elementorum, voluit filius Dei iudicari coram quatuor iudicibus, vt sibi credentes & obedientes liberarentur à corruptione & mortalitate. Item filius Dei voluit coronari, vt sibi credentes & obedientes reciperent æternam gloriæ coronam. Item per lignum, hoc est fructum ligni, homines fuerunt condemnati ad patibulum inferni, ideo Christus Dei filius dixit patri, Pater volo in patibulo crucis luari, vt credentes & obedientes de furca inferni liberentur finaliter omnes. Sic sua sapientia Deus ordinauit omnia, quod nihil fuit superfluum. Quare bene omnia facit. Ideo dicit 2. Machab. 1. Benefaciat vobis Deus. Quare nos cogitātes ista magna opera possumus dicere thema, Admirabantur &c.

Dominica 12. post Trinitatem. Sermo II.

Præcepit eis ne cui dicerēt. Mar. 7. Ser. erit de sancto euāg. præsentis dominicæ, quia continet multa secreta sacræ scripturæ speculatiua & moralia, & habebimus multas bonas doctrinas speculatiuas & morales. Saluetur virgo Maria. Sanctum euāgel. hodierum declarat nobis eria opera virtuosa & miraculosa de Christo.

Primum

Primum est humanalis incarnatio.
Secundum diuinalis miseratio.
Tertium virtualis humiliatio.

Primum allegoricè seu figuraliter. Secundum tropologicè seu moraliter. Tertium historicè seu literaliter. De tertio & finali loquitur hic. Præcepit eis ne cui dicerent. Et hoc fecit ex virtuali humilitate. Dico primò q̄ euangelium hodiernum ostendit nobis de Christo primum opus virtuosum, quod est humanalis incarnatio in vtero virginis pro nostra saluatione. Hoc ostenditur in principio euāgelij, quando dicitur exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonē ad mare Galilææ, quæ est inter medios fines Decapoleos, & adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum vt imponat illi manum. Dicet aliquis, Et quomodo ostenditur hic humana incarnatio? Dico quòd bene, sed subtiliter. In incarnatione autē filij Dei fuerūt sex mysteria, scilicet, terminus à quo, via per quā venit, terminus ad quem, modus eius viuēdi, necessitas nostra, & finalis vtilitas. Ista sex puncta siue mysteria subtiliter ostenduntur in principio euangelij. Primò terminus à quo ostenditur cùm dicitur. Exiēs de finibus Tyri, id est psalmationis, secundum interpretationē Hebraicam, vel creationis. Nota primū elementū, quasi fundamentū creationis est terra. Dauid, Initio tu Domine terrā fundasti. Psal. 101. Secundū ascendendo est aqua. Tertiū aēr. Quartū ignis. Deinde cælum, quod à philosophis dicitur quinta essentia. Et sunt decē cæli. Primum est Lunę Secundum ascendendo est Mercurij. Tertiū Veneris. Quartum Solis. Quintū Martis. Sextū Iouis. Septimum Saturni. Octauum cælum stellatum, id est firmamentum, in quo sunt fixæ omnes stellæ communes. Nonum primum mobile secundum philosophos, quod à theologis dicitur cælum cristallinum. De quo cælo dicitur, aquæ quę super cælos sunt. Decimū cælū dicitur empyreū, in quo sunt angeli & beati, vbi sunt nouē ordines angelorū, archangelorū &c. Super omnes autē est cathedra Dei. De istis finibus exiuit Christus, veniēs ad humanā incarnationē in vterū virginis, nō de cælo Lunę, nec Mercurij &c. de finib⁹ Tyri, scilicet creationis, de finibus angelorū. De hoc prophetarūt Dauid, & Salomon filius eius. Dauid dicit, A summo cælo egressio eius &c. Psal. 18. Dicatur contra Iudęos, qui hoc exponūt de sole &c. Itē Salomō dixit, Procul & de vltimis finibus pretium, scilicet nostræ redemptionis. Prouer. vlti. Secundò videamus viam per quam venit, quia dicit euangelium quod venit per Sidonē, id est tacentem, vel secundū interpretationem Hebraicam, taciturnitatē. Ecce virgo Maria quę fuit tacens. Bernard. Virgo regia ipsa est via per quam saluator venit ad nos. Taciturna fuit, quia licet libenter audiret verba bona & sancta, rarò tamen loquebatur. Ideo habebat paruum os, vt patet in Veronica, quam depin-

depinxit beatus Lucas. Ideo Luc. 2. Maria autem cõseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo. Bonum signum est in muliere taciturnitas, & malũ signũ est loquacitas. Tertius terminus ad quẽ venit, ostenditur cùm dicitur, ad mare Galilææ, id est, rota volubilis, secundum interpretationem Hebraicam. Ecce via præsens amara, quia secũdum Boet. multis amaritudinibus est respersa, quæ rotatur & voluitur per quatuor anni tempora secundum cursum solis. De qua potest intelligi illud Eze. 10. Ecce apparuit rota vna, s. præsentis vitæ. Christus non venit ad regnãdum in hoc mundo, immo dicit coram Pilato, Regnum meum non est de hoc mundo, nec venit ministrari, sed ministrare. Matt. 20. Ad illum terminum ad quẽ, scilicet præsentem vitam, venit Christus ad sustinẽdum amaritudines. Auctoritas. Et sunt verba Christi hominis ad Deum patrẽ, Domine si sic viuitur, s. in hoc mundo secundũ tuam ordinationem, & in talibus, s. iudæis vitiosis vita spiritus mei corripies me, scilicet in passione. Esa. 53. Propter scelus populi mei percussi eum &c. & viuificabis me, s. in resurrectione gloriosa. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Nota, Christus sustinuit tres amaritudines in hac vita. Prima fuit amara, secunda fuit amarior, tertia fuit amarissima. Prima fuit abstinentiarum, ieiuniorum, vigiliarum, & laborũ, quia cùm non esset nisi 30. annorum, æstimabatur 50. annorum, vt patet Ioan. 8. Secunda fuit amarior, scilicet persecutio dura iudæorum, quia omnia dicta & facta Christi calumniabãtur, & in malum interpretabantur, & sua miracula dæmonibus attribuebãt. Ista amaritudo tangebat cor eius ex eorum damnatione. Tertia fuit amarissima, scilicet eius captio, litigatio, flagellatio, mors, & passio &c. Quartò videndũ est de suo modo viuẽdi cùm dicitur, Inter medios fines Decapoleos, à deca quod est decẽ, & polis ciuitas, scilicet prouincia decem ciuitatum, & signat decẽ præcepta decalogi, quę sunt quasi decem ciuitates fideles, in pacis abundantia & securitate consistentes. Euge serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens supra decẽ ciuitates. Luc. 19. Inter istos medius vixit Christ⁹, quia in medio cõsistit virt⁹. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas, nõ veni soluere, sed adimplere. Matt. 5. Diceret aliquis, & est argumentũ iudæorum, Ex quo Christus seruauit legem, quare nos non seruamus? Sed istud argumentum procedit ex ignorantia, immo dico q̃ ex quo Christus seruauit legem, nos non debemus seruare. Quia sicut voluit suspendi in ligno crucis ne aliquis sibi credẽs & obediens suspẽdatur in fauces inferni. Ita voluit seruare legẽ Mosi, & eã cõplere, & cidẽ finẽ dare, ne nos eã seruaremus. Ideo Apostolus, Finis legis Christ⁹ est, ad iustitiã omni credẽti ad Rom. 10. Quintò videda est necessitas, quę erat ex parte nostra, quę ostẽditur cũ dicitur. Et adducit ei surdum

dum & mutũ. Nam, secundũ Bedã, homo audiẽdo verba antiqui serpentis surdus est, & cæcus, & mutus ad laudandũ Deũ. Surditas autẽ priuat hominẽ à fide, quæ nõ potest haberi nisi per auditũ. Fides est ex auditu. ad Ro. 10. Et quia mutus nõ poterat creatorẽ suũ laudare, ideo de surdis & mutis dicit David, Aures habẽt, & nõ audiẽt, neq; enim est spiritus, s. laudis in ore ipsorum. Psal. 134. Sextò finalis vtilitas, cũ dicitur, Et deprecabatur eũ vt imponat illi manum, s. operatio salutaris, quasi enim quinq; digiti sunt, euangelica prædicatio, virtuosa conuersatio, dolorosa passio, gloriosa resurrectio, & miraculosa ascensio. Dauid, Fiat manus tua vt saluet me. Psal. 118. Dico secundò q̃ euangeliũ hodiernũ ostẽdit de Christo aliud opus virtuosum, quod est diuinalis miseratio, qua motus fuit ad curandum surdum & mutum, cùm dicit, Et apprehendens eum de turba seorsum, vsq; loquebatur rectè. Septẽ cerimonias seruauit Christus curando illũ infirmũ, quæ sunt necessariæ in curatione cuiuslibet infirmi ex peccato mortali. Prima ibi, Et apprehẽdens eum, ecce cordis contritio, per quam homo liberatur à diaboli captione, & apprehenditur à Christo, & ligatur cathena gratiæ. Ista captio est benedicta. Apostolus, Sequor si quo modo cõprehendam, in quo & cõprehẽsus sum à Christo Iesu. Ad Phil. Secũda ibi, de turba seorsum. Ecce prauæ societatis dimissio, quæ inuenitur in hoc, q̃ Christus nõ voluit curare inter gentes, sed extra, Quæ nocitura tenes, quãuis sint chara relinque. Tertiò misit digitos suos in auriculas eius. Ecce de obediendo præceptis propositio. Ratio, quia sicut sunt digiti decem in manibus, sic sunt decẽ precepta ad meritorie operãdum, ad quæ omnia opera meritoria possunt reduci. Omnia quę locut⁹ est dominus faciemus, & erim⁹ obediẽtes. Exo. 24. Quarta ibi, expuẽs tetigit linguã eius, Ecce oris cõfessio necessaria, quia sicut expuẽs purificat stomachũ, ita cõfitens purificat animã ab omnib⁹ maculis culpæ. Si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est Deus & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. 1. Ioã. 1. Sed quare Christus primo expuit, & tetigit linguã eius? Respõdeo, q̃ hoc fecit, ac si diceret Christus, Si ego sum cõfessus, & tu etiã debes cõfiteri. Nota hic q̃ Christus bis fuit cõfessus in vita ista, nõ de peccatis suis, quia nullũ peccatum habuit vnquã, sed confitebatur populi peccata, ac si essent peccata sua propria. in Psal. Saluũ me fac Deus. vbi Dauid loquebatur in persona Christi dicẽs: Deus tu scis insipientiã meã, & delicta mea à te nõ sunt abscõdita. Nota q̃ peccata propria populi dicit sua. A te nõ sunt abscõdita. Glosa dat hãc similitudinẽ. Si manus vel pes fecerit alicui offensam, & caput siue os peteret veniã, quæ non fecerunt offensam. Sed hoc dicit propter coniunctionem membrorum & capitis. Ita etiã & nos sumus membra, & Christus caput. ad Roman. 12. Membra

bra fecerunt offensas & peccata, & Christus peccata membrorū dicit esse sua. Secundò fuit cōfessus in morte in lecto crucis, quando dixit, Hely hely, id est Deus meus &c. sequitur, Longè à salute mea verba delictorum, quia ergo primò ipse fuit cōfessus, ideo & tu cōfitere peccata tua. Quinta ibi, suspiciens in cælum. Ecce attenta oratio, quā post confessionē homo debet recipere, iuxta illud, Fili peccasti, ne adijcias iterū, sed de pristinis deprecare vt tibi dimittatur. Eccl. 21. Sexta ibi, ingemuit, Ecce pœnitentialis oneris susceptio. Sicut animal ex onere ingemiscit, ita corpus ex onere pœnitentiæ. Ideo dicit Dauid in persona pœnitentis. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis, rugiebam à gemitu cordis mei. Psal. 37. Septima ibi, effata, quod est aperire. Ecce iniuriarum remissio, per cordis apertionē. Et debitorū restitutio, per sinistræ apertionē. Eleemosynarū quoq; largitio per dextræ apertionē. Etiā os est aperiendū ad eucharistiæ communionē, & sic curatur homo a spirituali infirmitate, & ideo sequitur, Et statim apertę sunt aures eius, & solutū est vinculū linguæ eius, & loquebatur rectè. Dico tertiò quòd ostendit sanctū euangeliū de Christo virtualem humiliationē cùm dicit, præcepit eis ne cui dicerent. vsque, & mutos loqui. Quæstio est hic quia dicit textus, Præcepit eis ne cui dicerent, & post dicit, Quanto autem magis eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant. Est quæstio, vtrum illi peccabant an nō. Et videtur qꝺ peccabant, quia faciebant contra mandata Christi. Huic quæstioni respondet sanctus Thom. qꝺ non peccabant, quia non faciebant contra mandatū Christi, quādo enim Christus præcepit eis ne cui dicerent, hoc dicit tali gestu & modo, quod innuebat qꝺ nolebat vanā gloriā, & ex alia parte inflammabat corda illorum vt miracula prædicarēt ad Dei laudem & honorem. In hoc ostenditur perfecta humilitas, quæ habet duo, primò fugere vanam gloriam, & honorem Dei quærere de bonis operibus. Matthę. 6. Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cælis est. Nota quòd vana gloria, sive gloria mundi potest esse in bonis operibus tripliciter. Primò velut domina. Secundò velut socia. Tertiò velut ancilla. Primo modo est peccatum mortale. Secundo modo est veniale. Tertio est meritū. Primo modo velut domina est vana gloria, quando quidquid persona facit, hoc facit propter vanam gloriam mundi, vt videatur, tantū detur, reputetur, &c. tunc opera illa sunt pulchra, vt poma, sed intus est vermis inanis gloriæ, & tunc est peccatum mortale. Propter hoc dicit. Attendite &c. Secundò est velut socia, quando homo incipit opus bonum sancta & bona intentione, vt sermonem vel aliud, sed pòst venit vana gloria cogitando, O modò dicetur quòd ita est bonus vel aptus &c. tunc est vt socia, quia associata est operi bono, tunc

Contingit vanā gloriā comitari bona opera, vt domina, vt socia, vt ancilla.

tunc non est peccatum mortale, sed veniale. Nota de beato Bernardo, qui in tempore suo erat de maioribus mundi prædicatoribus, & cùm semel prædicaret sancta & bona intentione pro honore dei & salvatione animarum, & declarando illa magna secreta scripturæ, cō uerteret multos, venit ad eum vana gloria. Cogitavit dimittere sermonem, sed non fecit, sed respondit vanę glorię, dicens, Nec pro te incepi, nec pro te desistam. Tertiò velut ancilla, & tunc non solū nō est peccatum mortale, nec veniale sed meritoriū, quia est perfectionis apostolicæ, quando prælatus, episcopus, vel prædicator appetit bonam famam, vt sua prædicatio faciat fructum, quia si reputatur ri baldus, eius doctrina nullum fructum faciet. Sed sicut miles qui habet militare, quærit bona arma & instrumenta: Ita instrumenta prędicationis sunt bona fama, sancta vita, bona conscientia. Ideo Greg. Sancti prædicatores laudari appetunt, vt reuerentius audiantur. Reuerenter desiderant, vt maiorem fructum faciant. Talis vana gloria est ancilla, quia cuius vita despicitur, restat vt eius prædicatio cōtēnatur. Ideo Christus Mat. 5. Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Sed sicut candela extinguitur modico vento, ita personæ paruæ spiritualitatis modico vento inanis glorię. Sed sicut magnus ignis non extinguitur vento, immo magis accenditur, ita persona multū spiritualis. Ideo dicit Christus, Sic luceat lux vestra, &c. Secundum quod habet vera humilitas & perfecta, est quod bona opera fiant in laudem dei. Ideo Christus instigabat illos inuisibiliter, vt publicarent miraculum in laudem dei & honorem. Deo gratias.

Dominica XII. post festum Trinitatis.

Sermo I.

Hoc fac & vives. Habetur verbū istud originaliter Luc. 10. & recitatum est statim in euangelio hodierno. Sermo noster erit de sancto euangelio hodierno. Si placet deo habebimus multas bonas doctrinas pro nostra instructione, defectuum correctione, & animarū cōsolatione. Salutetur virgo Maria, &c: In sancto euāgelio hodierno Christus ostendit nobis tria multum necessaria ad salvationem nostram, scilicet,

Primum est cognitio de veritate diuinali,
Secundum dilectio de charitate integrali,
Tertium operatio de pietate fraternali.

Sine his tribus nullus potest salvari, & de quolibet istorū dicit thema. Hoc fac & vives ęternaliter in paradiso. Dico primò quod Christus ostendit quod habeamus in hac vita cognitionē de veritate diuinali, vt cognoscamus deū sine errore & falsa opinione, quia aliàs homo quando vadit in alium mundū, non cognoscitur à deo. Amē.

dico vobis nescio vos, s. notitia approbationis. Mat. 25. Et dicent, O domine ego sum religiosus, ego clericus vel laicus de tali ciuitate, Amē dico vobis, quia nescio vos &c. Et cōcordat apostolus di. Omnis qui ignorat, ignorabitur. 1. ad Cor. 14. Quia ergo ista cognitio de veritate est, ita necessaria nobis ad sciendum in hoc mundo, ideo Christus eam nobis ostendit in principio euangelij, di. Beati oculi qui vident quæ vos videtis, Matthæus addit, & beatæ aures quę audiunt quæ vos auditis. Mat. 13. Dico vobis quod multi prophetæ & reges. Matthæus addit, & iusti voluerunt videre quæ vos videtis, & audire quæ vos auditis, & nō audierunt, imò cum illo desiderio decesserūt Non credatis, q̄ loqueretur solū de visione corporali, quia Iudæi etiam videbant præsentiam Christi corporalem, tamen non erant probati seu beati. Sed apostoli & discipuli Christi erant beati, qui extra videbant præsentiam Christi corporalem, & intus oculis animæ videbant Christi diuinitatem, & ista visio faciebat eos beatos. Idem de auditu, quia etiam Iudęi audiebant verba eius corporaliter, sed non obedientialiter vt apostoli &c. Dico enim vobis quòd multi prophetæ, vt Moyses, Esaias, Hieremias, & multi reges, vt David &c. Quia ex quo deus pater promisit filium suum incarnādum, & beati patres ita ardenter desiderabant eum videre & audire, quod moriebantur desiderio dicentes, O quale tempus erit illud, quando deus incarnatus ibit per terram, & prædicabit illa secreta cælestia. Dicebat Thobias de se, Beat⁹ ero si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndum claritatem Hierusalem. Thob. 13. Alij, secundū quod contigit Amb. dicebant, quando veniet? quando nascetur? quando apparebit? putásne videbo? putásne durabo? putásne hic me inueniet illa natiuitas? O si oculi mei videbunt quod credo in scripturis dei sed apostoli videbant eum, stabant cum eo, comedebant & bibebant cū eo, & ambulabant cum eo. Ideo dicebat eis, Beati oculi qui vident quæ vos videtis &c. qui videbant eum non solùm oculis corporis, sed etiam animæ. s. credendo, etiam obediendo, & audiebant eū non solùm auribus corporalibus, sed etiam animæ. Si bene attendistis, Christ⁹ ponit duos modos cognitionis de veritate diuinali. 1⁰ quod. s. videndo. Secundò. s. audiendo, quia aliter non potest haberi. Ideo ad cognoscendum deum summè sunt necessarij visus & auditus. Ex visu enim fine audientia naturali ratione possumus scire illa quæ pertinent ad vnitatē dei. Hoc etiam philosophi ostenderunt, clarè dicentes quod est vnus deus, vnus princeps, vna prima causa, & vnus primus motor. Hoc etiam quilibet intellectu vigens potest videre, & scire, quia sicut ille qui intrat palatium optimè ordinatū & gubernatum, qui tum cūque sit rudis, statim cognoscit sine hoc q̄ dicatur sibi quod magnus dominus & potēs est qui illud palatiū fecit, ordinauit, gubernat, & regit. Ita de [illegible] latio huius mundi, & eius ordinatione,

tione, & gubernatione potes cogitare & videre, quod magnus dominus & potens est qui ipsum fecit, quia nihil fit à seipso, & ille est deus. Isto modo antiqui, qui nondum habebant libros, magistros, nec prędicatores, cognoscebant deum videndo mundum &c. Istam deductionem fecit apostolus dicens, Inuisibilia dei à creatura mūdi per ea quæ facta sunt intellecta cōspiciuntur, sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas, ita vt sint ex cusabiles. ad Ro. 1. Inuisibilia dei sunt attributa diuina. s. æternitas, omnipotentia, sapientia, excellentia, & huiusmodi, quæ pertinent ad vnitatem essentiæ. Item ex visu scitur & cognoscitur quod quilibet dominus sapiens & potens, bonus, & iustus, dat retributionem suis seruitoribus, bonos remunerando, & malos puniendo. Hoc igitur intellectu naturali possumus cognoscere, quod persona quæ viuit & seruat dei præcepta, à deo habebit remunerationem, quæ autem malè viuit à Deo habebit punitionem. Isti duo articuli, scilicet quod deus est omnium creator, secundò quod est bonorum & malorum retributor, fuerunt semper necessarij ad credēdum expresse, vt dicunt sancti doctores, quia ad oculum possunt videri rationabiles. Auctoritas. Sine fide impossibile est quenquam placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum, quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. ad Heb. 11. Secundò ex auditu cognoscuntur secreta mysteria fidei catholicæ, quia ad ea non sufficit visus corporalis, nec intellectualis. Ideo philosophi nescierunt ea, quia nec oculis, nec argumentis, nec rationibus possunt cognosci nec cōprehendi. Modò ex quo Christus nobis eam reuelauit, facimus rationes & argumēta de trinitate, de incarnatione, de morte & passione, de sacramēto altaris. Sed nisi deus reuelasset, modicum valerent argumenta, & rationes, quia hęc mysteria non ex visu nec argumentis habentur, sed ex sola audientia. Verbi gratia. Quilibet Christianus tenet istam veritatem in corde suo, quod Christus deus est tres personæ, pater & filius, & spiritus sanctus. Ista veritas non per oculos, nec per odoratum, nec per naturam, nec per tactum intrauit, sed per aures, quia audiuistis prædicari illud. Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus, & hi tres vnum sunt. 1. Ioan. 5. Dic similitudinem de vno sole. Item idem dicendū est de incarnatione filij dei, quā quilibet Christianus credit firmiter. Et quod illa humanitate passus est mortuus, & sepultus; & resurrexit tertia die, & ascendit in cælū fidē tenemus. Nam istæ veritates per audientiam illius verbi. Qui cùm in forma dei esset, nō rapinā arbitrat⁹ est esse se æqualē deo, sed semetipsū exinaniuit, formā serui accipiēs &c. humiliauit semetipsū factus patri obediens vsque ad mortē, mortem autē crucis, propter quod deus exaltauit illū, & dedit illi nomē quod est super omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur &c. ad Phi. 2. intrauerūt

Attributa in diuinis d̄ uinis dei cūtur dei inuisibilia ab apostolo Paulo.

Duo fidei articuli ab exordio mundi necessarij ad salutem.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in cor. Item de altaris sacramento non sufficit visus, quia nõ videtur à nobis ibi, nec sufficit gustus siue tactus, sed per auditum illius verbi Christi, Caro mea verè est cibus, & sanguis meus vere est potus. Ioan. 6. Illa veritas intrauit in cor nostrum. Caro illa Christi nõ est mortua, sed viua. Ergo ibi est sanguis, & anima, & diuinitas. Idẽ etiam potest dici de aliis articulis, & secretis fidei. Ideo apostolus. Fides est ex auditu, auditus autem per verbum Christi. ad Roma. 10. Moraliter habemus hic doctrinam, si ad nostram saluationem tam necessaria est cognitio dei per visum, & auditũ, quod peccatum est illorum qui non solùm audiunt verbum dei, immo non permittunt quod aliqui alij audiãt. Nota contra illos qui vadunt tumultuose in circuitu ecclesiæ, respiciendo mulieres, & turbando sermonem. O damnati filij peccati, & damnati patres qui congregauerunt pro talibus. Auscultent patres ne damnentur pro filijs. Notate quomodo fecit dominus Carthusiæ, qui solùm dimisit centum florenos filijs, qui renunciauit sæculo, &c. Dicatur quomodo quæ male fiunt in ecclesia sunt maxima peccata, quia quod alibi posset fieri virtuose, vt visus matrimonij, ibi esset maximum peccatum, quantò magis illa quę de se sunt peccata in omni loco, vt qui viderit mulierem ad cõcupiscendum, &c. in ecclesia est maius peccatum, immo sacrilegiũ. Ideo dicit scriptura, In terra sanctorum, scilicet ecclesia, ad sancta operа dedicata, iniqua gessit, & non videbit gloriam domini. Esa. 26. Ideo præcepit deus antiquitùs, dicens. Sabbata mea custodite, & sanctuarium meum metuite. Leuit 19. Propter hoc in introitu ecclesiæ ponitur aqua benedicta, ne à peccatis comprehendatur homo, & illi intrant ad respiciendum mulieres, ad ridendum, & eas perturbandum. Non sic Dauid, quando intrabat templum domini, dicebat, Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam, adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. psal. 5. Dico secundò quod in sancto euangelio hodierno de ista dominica ostenditur dilectio de charitate integrali. Non sufficit cognitio de veritate diuinali, quæ in intellectu cõsistit, sed adhuc necessaria est dilectio de charitate integrali, quæ consistit in voluntate, scilicet diligere deum super omnia, & proximum sicut seipsum. Ista est dilectio charitatis integræ. Hoc autem ostenditur cùm dicit. Ecce quidam legisperitus surrexit. vsque, Hoc fac & viues. quod est thema. Cùm autem Christus diceret apostolis & discipulis. Beati oculi, &c. quidam doctor volens tentare Iesum, vt haberet vanam gloriam, cogitans confundere Christum, credens quod fuisset faber lignarius, & nũquam didicisset, proposuit sibi subtilem quæstionem, di. Quid faciẽdo vitam æternam possidebo, quasi vellet dicere, Vos dicitis quod visus & auditus sunt necessarij ad saluationem & nunquid requiritur aliud? Respõdit Iesus, In lege quid scriptum est, quomodo legis

legis? Et ille, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua. Dixitque illi Iesus, Rectè respondisti, hoc fac & viues. Quatuor modos ponit in dilectione dei, i. diligere dominum deum ex toto corde, item ex tota anima, itẽ ex omnibus viribus, item ex tota mẽte, quod idem est quod summè, & super omnia diligere debes deũ, ac si diceret, tu potes diligere patre, & matrem, sororem, & fratrem, sed magis deum. Tu potes diligere vxorem & filios, sed plus deum. Ideo Christus, Qui amat patrem & matrem plusquã me, nõ est me dignus. Et qui amat filium aut filiam super me, non est me dignus. Mat. 10. Amor dei debet esse sicut oleũ super aquã in lampade cordis. Amor creaturarum debet esse vt aqua frigida sub oleo amoris dei. Modò si aliquis interrogaretur, aut diligat deum super omnia, Respõderet quod sic. Sed ad probã, vtrum dicitis verum an falsum? Quia dicit Greg. quod signum dilectionis exhibitio est operis. Ver bi gratia. Si vos vel filius haberetis aliquã infirmitatem, & velletis curari, & dicitur vobis, vadatis ad talem bonum hominem, qui est ad minus sortilegus vel cõiurator. Et deus præcepit vobis, quod pro nulla re mundi accedatis ad illum, quid facietis? Si vaditis ad eum, patet quod plus diligitis filium quã deum. Itẽ si perdidistis aliquid, sic probatur dilectio dei. Si vos respõderetis, Ego diligo filiũ meũ, sed magis diligo deum, quia pro filio meo nõ facerem cõtra præceptum eius. Item de re perdita. Idem de compatre seu amico capto, cauentis quod pro nullo iuretis falsum, nec etiam pro patre imò nec pro persona propria. Item deus precepit q̃ festa colãtur & sanctificentur, dicens, Memento vt diem sabbati, id est quietis sanctifices. Exo. 20. Ecclesia declarat, quod festum sanctificare est in quolibet festo audire missam, sermonẽ, & officia diuina. Nota cõtra viduas, quæ post mortẽ viri sunt in domo per annũ, q̃ nõ vadunt ad ecclesiam. Vidua bene debet abstinere, ne vadat ad epulas, nec ad nuptias, sed ire ad ecclesiam debet, aliàs videtur quasi vindicta q.d. quia vos deus interemistis virum meũ, nõ intrabo domum vestram. Dicatur etiam contra illam consuetudinem, de puellis nõ euntibus ad ecclesiam, & vultis quod sint Iudeæ? quia nisi amor & deuotio refrænet mulierem, aliàs, &c. Quid enim ipsę faciunt in domo cum clausis & anellis? modò autem habent oportunitatem &c. Ideo sunt multę in mundo, quę antequam veniant ad nuptias pepererũt bis vel ter &c. Recordemini de verbo apostoli dicẽtis. Patres nolite ad iracundiã, scilicet dei prouocare filios vestros, sed educate illos in disciplina & correctione domini ad Ephe. 6. Disciplina signat missam, quę repręsentat Christi passionem, in qua Christus fuit disciplinatus. Correctio signat prędicationẽ, per quã peccata corriguntur. De dilectione aute proximi dicit Ioan. Charissimi, nõ diligamus verbo, neque

Ecclesia declarat de festis sanctificatione sabbati.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lingua, scilicet tantùm, sed opere & veritate. 1. Ioā. 3. Quia sicut quilibet vult bonum pro se, & vitat malū, ita etiam &c. No. aliquid contra deceptiones, quæ fiunt cōcludendo per illud apostoli, Dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei, ad Gal. 6. Dico tertiò quod ostenditur in sancto euāgelio operatio de pietate fraternali. Vnde sciendum, quod postquā Christus dixit illi doctori, Rectè respondisti. Ille superbiut, quia talis est conditio vanè gloriantium quādo laudantur, & volens se ostēdere voluit replicare, & dixit Christo, Quis est meus proximus? No tate hic quomodo erat opinio Iudæorum, & etiam fortè nunc sunt illius opinionis, quia proximus Iudæi est solùm Iudæus, & nō alij. Sed Christus probauit sibi oppositū, & fecit sibi cōcedere ore proprio, quod infidelis, & nō Iudæus erat proximus Iudæi, & non solū Iudæus. Quando ille doctor dixit, Quis est meus proximus? suspiciens Iesus in cælum dixit. Quidā homo descēdebat &c. No. parabolam. Desertū est illud in quo Christus fecit quadragesimā, quod Hebraicè dicitur Abdon, quasi sanguinolētum, quia in eo latrones multos homines occidebant. Quis horum triū videtur proximus fuisse illi? Respondit doctor ille, Qui fecit misericordiam in illum. Ecce quomodo vicit eum ex ore proprio. Not. q; illi sunt proximi, ad quos potest extendi beneficium misericordiæ & pietatis. Beati sunt proximi nostri, quia beneficiū nostrum extēditur ad eos, quia quādo facimus pœnitentiā, ipsi gaudēt vltra gaudiū essentiale. Gaudiū est angelis dei in cælo super vno peccatore pœnitentiā agente, Lu. 15. Et beneficiū eorū extenditur ad nos, ipsi orāt p nobis. Illi etiam de purgatorio sunt proximi nostri, quia beneficiū nostrū quod facimus pro eis extenditur ad eos, sed non extenditur ad illos de inferno. Istā regulā dedit Christus. Sic omnis ad quē potest extēdi beneficiū misericordiæ & pietatis, actiuè vel passiuè dicitur noster proximus. Ecce qualiter Christus dicit eum. Hic dico ego q; ostenditur operatio de pietate fraternali. Quando Christus voluit respondere doctori quærenti, Quis est meus proximus? Christus suspexit in eū, id est dæmones inferni. Virgo autem Maria obtinuit pro gratia singulari, ne venirent in morte sua. Quod autem veniant dęmones in morte auctoritas. Sunt spiritus qui ad vindictā creati sunt, & in furore suo confirmauerūt tormenta sua. Et in tēpore consummationis effundent virtutē. Eccle. 39. Itē alia auctoritas Dauid, Inhabitabunt s. dæmones in camera absconditi, quia inuisibiles sunt existētibus in camera, ipsi calcaneū meū, id est finē obseruabunt. Et spoliauerūt eum,

Lecta probans dæmones nobis insidiari in mortu agene.

eum, quia per mortē dimittuntur omnia bona tēporalia. Semiuiuo relicto, quia in morte perdidit homo vitam corporalē, & solū restat vita animæ in purgatorio torquendæ. Quid ergo est à nobis faciēdum? profectò deberemus cauere ne simus crudeles, vt sacerdos & leuita Iudæi, sed simus vt Samaritanus misericordes. qui in illū fecit opera pietatis. Primò cum vino lauit eius vulnera. Ecce oratio, quā nos misericorditer debemus facere pro animabus purgatorij, oratio enim vt vinū calefacit in dei amore, & facit plorare oculos. Secūdò Samaritanus infudit oleū. Ecce eleemosynæ, quæ sunt opus misericordiæ, per oleū significatæ. Tertiò posuit eum super iumentū. Ecce afflictio corporalis. Iumentū est corpus. Ideo quando vos ieiunatis, vel portatis cilicium, vel peregrinationē facitis, animapatris vel matris portatur in iumento corporis vestri. Quartò dedit duos denarios, Cauri, stabulario. Ecce sacrificiū missæ, in qua sunt multę dualitates. Prima dualitas est panis & vini. Secunda dei & hominis in Christo. Tertia quia missa est sacrificiū & sacramentū. Quarta quia missā est oblatio & oratio. Quinta quia missa offertur pro viuis & defunctis. Sed auisetur hic de missis sancti Amatoris. Deo gratias.

De eadem dominica XIII. Sermo II.

Ego cùm rediero reddam tibi. Luc. 10. Ab isto themate ego recipio motiuum prædicandi de retributione quam deus facit bonis personis & bonis quę fecerunt, & malis ex malis operibus. Materia erit bona & vtilis, quia quando homo scit retributionem, citius inclinatur ad faciendum bona, & quando scit punitionē, refrænatur à malis. Saluetur virgo Maria. Hoc verbū est domini nostri Iesu Christi, cuiliber personæ humanæ dicētis, Ego cū rediero reddā tibi. Pro declaratione huius verbi & materię prædicādæ introductione sciēdū, q; in sacra scriptura tā in veteri testamēto quā in nouo legūtur duo adventus Christi generales ad istū mundū. Primus est de misericordia copiosa. Secūdus est de iustitia rigorosa. Primus fuit quādo venit in hunc mundū natus de Maria virgine, verus deus & verus homo, & obēdit se gētibus eū magna humilitate, & venit ad dādū redēptionē, & gratiam ad vitandū peccata, & operandū meritoriè. quia licēt ante quā Christus veniret, aliquæ personæ, sed paucę vitassent peccata, & fecerunt bona opera, vt Iudæi, in terra promissionis, quia tunc sol. ibi cognoscebatur deus. Dauid, Notus in Iudæa deus, in Israel magnū nomen eius. psal. 75. Ideo venit ad dandū redemptionē generalem omnibus, quia nō solū illi qui ignorabant deū, ibant ad infernū, sed etiā boni. Ideo ad oēs liberādū, & prouidendū per sancta sacramenta, ne dānarētur, venit Christus. Nā eū essemus paruuli, sub elementis mundi eramus seruiētes. At vbi venit plenitudo tēporis, misit deus filium suum natū ex muliere, factum sub lege, vt eos qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub lege erãt redimeret.ad Gala.4. Ideo dicit ipsemet, Ego veni vt vitam habeam,& abundantius habeant.Ioã 10. No abundantius.s. quã in veteri testamento. Secundus aduentus erit de iustitia rigorosa,& iste erit in fine mundi,quando secundũ rigorẽ iustitiæ dabit vnicuique quod meretur, quia bonis dabit gloriã æternam, & malis pœnam æternam. Et hoc de aduentu dicit ipse in themate, Ego cũ rediero reddam tibi q.d. Iam nõ dabo tibi retributionem secũdum bona quæ facis,nec punitionem de malis, sed cũ rediero in secundo aduentu reddam tibi. Amore vestri quęsiui quot retributiones faciat deus de bonis & de malis quæ facimus. Et inueni tres,

Prima datur in hac vita temporali.
Secunda in morte corporali.
Tertia in iudicio generali.

Et de tertia loquitur thema principaliter. Dico primò quod deus in hac vita iam dat retributionẽ de bonis & malis quæ facimus. Quia illis qui tenent bonam vitam deus dat retributionem, quia experimentaliter videtur quod bona vita & sancta secum portat delectationes,& dulcedines, cordis quietem, & lætitiam mentis. Ecce qualiter deus dat bonis iam in hac vita retributionem aliquam, sed non plenam & perfectam, quia illam dabit in gloria. Per oppositũ, mala vita iam secum portat in hac vita punitionem aliqualem, quia licèt mali & peccatores ad extra rideant,& lætentur,& tripudiãt,tamen ad intra amari sunt & tristes in anima,quia vermis conscientiæ semper remurmurat & remordet. Sicut enim sanitas corporis secũ portat lætitiam,& consolationem,ita sanitas animę. Quando autem quatuor qualitates corporis, scilicet caliditas,& frigiditas,humiditas & siccitas,sunt in debita conuenientia & proportione,homo est sanus & lætus. Per oppositum quãdo in qualitatibus & complexionibus est inordinatio, tunc sequuntur infirmitates, dolores,febres, & homo est tristis, nec delectatur in aliquo propter corporis infirmitatẽ. Ita de anima est,in qua sunt quatuor qualitates, & cõplexiones,s.quatuor virtutes morales,scilicet prudentia,quæ ordinat animam ne diaboli tentationibus, corporis inclinationibus, mundi occasionibus consentiat,& anima peccet contra deum. Alia virtus,est iustitia,quæ ordinat circa proximum ne ipsum quouis modo lædat, sed reddere facit vnicuique quod suum est.Ista est iustitia. Bern. Iustitia est virtus, cuiq; quod suũ est tribuens. Itẽ tertia est temperantia,quæ ordinat in diuitijs, honoribus,& prosperitatibus, ne homo faciat excessum. Itẽ quarta virtus est fortitudo,hominẽ perficiẽs ne in aduersitatibus desistat à bonis operibus. Quãdo istę qualitates siue virtutes sunt bene ordinatæ & proportionatæ, anima est sana & lęta. Itẽ cõsequẽter, quãdo intellectus est clarus per fidẽ,& volũtas ardens per deuotionẽ,memoria recordatur de beneficijs acceptis,& sensualitas

Quatuor qualitates primæ,in quarum proportione sanitas cõsistit corporis,et totidem animæ.

sensualitas est subiecta rationi rectæ & voluntati, tunc anima est sana & læta. Nihil dulcius quã respicere in mãdatis Dei,s.ea seruãdo. Eccle.23. Per oppositum infirmitas animæ importat tristitiam,quãdo prædictæ virtutes & complexiones animæ sunt inordinatæ, tũc enim nõ custodit se à diaboli tentationibus, imò cõsentit sibi,nec à carnis inclinationibus,imò sequitur eas,nec à mundi occasionibus, imò placẽt. Quãdo intellectus non est clarus in fide,sed dubitat in fide,volũtas est inordinata per malas volũtates,odia,& rãcores. Memoria no recordatur de diuinis beneficijs,sed de iniurijs. Sẽsualitas est negligens in executione bonorum operum, licèt vos rideatis extra,anima tristatur,& dolet intra,& plorat.Augu. Iusisti domine, & ita est, vt omnis animus inordinatus pœna sit sibi. Sed illi qui tenẽt bonam vitã & sanctã,& sunt ordinati in anima,tantã habent lætitiã & cordis dulcedinẽ,q̃ nõ posset lingua explicari. Patet ergo q̃ bona vita & mala iã in hoc mũdo secũ portant aliquã retributionẽ. Si vultis hoc clarius videre,declaretur per singula peccata mortalia, & per virtutes oppositas.Verbi gratia. Nã peccatũ superbię dat amaritudinẽ,& humilitas dulcedinẽ. Igitur secũ portãt retributionem. Quid est superbia, nisi desideriũ & cupiditas honoris? Videtur superbo quod omnes despiciant eum. Primò vxor, secundò filij, & alij,quia nõ videtur sibi q̃ faciãt ei tãtã reuerẽtiã quãtã debẽt. Ecce dolor.Idẽ quando intrat,vel quãdo per plateã transit, si nõ oẽs surgunt. Ecce dolor,videtur tibi q̃ despiciãt eũ.Sed humiles, licèt fiãt ab honiores magni,nõ curãt, neq; inflãtur,imò dicit humilis. Non nobis domine,nõ nobis, sed nomini tuo da gloriã,viuit quietẽ. Patres ergo q̃ dixi. Itẽ dicit superbus,talis iã est vicarius vel balliuus iuratus &c & ego nõ. Humilis autẽ regratiatur Deo q̃ nõ habet illud onus regiminis. Ideo dicit superbis Christus. Discite à me,quia mitis sum,& humilis corde.Mat 11. Itẽ auarus de omnibus habet dolorem, quando enim auarus est in mensa, & videt vxorem, & filios, & familiã,bene comedentes,dicit, O miser,ego sum iam destructꝰ. Idẽ de vino. Et intantum dolet,quod non habet delectationem cibi nec potꝰ.Itẽ quãdo videt saccũ farino diminutũ,dicit. O miser perditus sum ego.Quãdo dormit,somniat latrones: si sentit mures,credit quod sint latrones: si est bonũ tẽpus,tristatur,quia nõ est charitia.Ecce quomodo secũ ducit punitionẽ. Persona autẽ liberalis lætatur & gaudet quãdo videt vxorẽ,& filios,& familiã bene comedẽtes,dicẽs, Comedamus,quia Deus ,puidebit nobis, si nos seruemus precepta sua.Et ita comedũt,& cœnãt ordinatè,& cũ lætitia cõfidẽtes de deo,dicendo,Dãe ego laborabo in officio meo bene & legaliter,de residuo vos prouidebitis nobis.Ideo Dauid in Psal.Exurgat Deus dicit, Iusti,id est,liberales epulẽtur,& exultẽt in cõspectu dei, & lętentur in lętitia.Item peccatũ luxuriæ magnã pœnã secum du-

cit, quoniam philocaptus de aliqua domicella, vidua, moniali, vel maritata, vadit de die & de nocte cum armis, & cum magnis periculis, non potest comedere nec dormire, sed facit sicut stultus. Et si cõsequitur intentum suũ statim dicit, non sum contentus, sed cum alia haberem maiorem delectationem, vel seruabo alium modum, vt magis delectetur: quia dicit philophus quod concupiscentia carnalis infinita est, & non habet terminum, sed quantò plus vsitatur, tantò plus crescit. Et vultis cognoscere istum dolorem, quia est de luxurioso sicut de febricitante sitibundo cui datur potus cum plasma &c. sic etiam de febre luxuriæ, qui habitat in ossibus, & neruis, & venis. Persona autem casta si sit in matrimonio, contentatur de sorte sua, siue sit iuuenis, siue antiqua, alba, vel bruna. Dicit vir, Sufficit mihi mulier mea, & vxor casta contenta est de viro suo. Alij autem qui non sunt de matrimonio, ita parum loquuntur de illa materia, nec curant, ac si nihil esset, & viuunt læti & quieti. Ideo Dauid in psalmo. 76. Voce mea renuit consolari anima mea, scilicet in bonis carnalibus, ergo &c. In quibus autem delectatur, ostendit, dicens, Memor fui Dei, & delectatus sum &c. Idem de peccato inuidiæ, quid est inuidia, nisi dolor & tristitia de bono alterius? quia quãdo videt quod alius plus honoratur, vel dicatur, vel est in officio regine, in amore principis, tristatur summè, & frangitur per cor. Persona autem charitatiua habet tantã cordis dulcedinem, quod quando videt alium in honore &c. lætatur dicens, Domine conseruetis eum in bonis, sed domine recordemini de me, quia ego sum creatura vestra sicut ille. Et ex ista charitate dominus sibi prouidebit abũdãter. Ideo dicit apostolus, Fructus spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mãsuetudo, fides, modestia, continentia, & castitas &c. ad Gala. 5. Gula etiam secum trahit dolorem corporis, quia communiter gulosi sunt potatores, & habent oculos rubeos & tremunt. Quando autem vinum est bene limphatum, membra ipsum refutant, & remanet in stomacho, & digeritur. Sunt etiam guttosi, podagrici &c. Item gulosus semper famescit ante comestionem, & etiam dũ comedit, quia videtur sibi quod nihil sufficit ei. Post comestionem etiam famescit, quia habet secum, id est, ventrem magnę capacitatis. Persona verò temperata & abstinens comedit illud quo indiget, & sapit sibi, & non vltra. Somnus sanitatis in homine parco, dormiet vsque mane, & anima illius cum ipso delectabitur. Eccles. 31. Ira etiam secum portat dolorem, quando iracundus tristatur de aliqua iniuria, & est cũ desiderio vindictę, semper est cum dolore cordis, cogitans circa vindictas, dicendo, tu facies sic &c. Postquam recepit vindictam, timet amicos illius &c. si capitur, suspenditur, si fugit, perdit bona sua. Persona autem pacifica dicit. Vos mihi iniuriam fecistis ore, ego possem me vin-

vindicare de vobis, sed non volo, quia Deus non vult quod in domo sua aliquis recipiat vindictam. Ideo ego parco vobis, vt Deus pareat mihi peccata mea. Ideo dicit Christus, In patientia vestra possidebitis animas vestras. Lucæ vigesimoprimo. Idem de peccato accidiæ. Acidiosus autem in omnibus attẽdatur, in nullo inuenit saporem, sicut ferrum rubiginatur, quando non est in vsu, ita acidiosus. Dic contra mulieres dicentes, Ego portaui tantum. Modò per virginem Mariam ego nolo facere coquinam, habeat ancillas. Solutio, & vos misera quid facietis? si eritis otiosa, etiam eritis luxuriosa. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum. Iob quinto. Patet regula quod vita bona & mala iam in hac vita portant secum aequalem retributionem. De hoc auctoritas, Nõne si bene egeris, recipies? Sin autem malè, statim in foribus peccatum tuum adest. Genesis quarto. Nota in foribus, id est, sentimentis, & in potentijs animæ, vbi sunt scilicet dolores. Dico secundò quod Deus dat aliam retributionem in morte corporali, quando anima recedit à corpore, & ista retributio est maior quàm prima. Dicit beatus Augustinus in libro de curã pro mortuis habenda, quod anima recedit à corpore in aliquo illorum trium graduum. Quia vel est totaliter perfecta, & bona, vel totaliter imperfecta & impœnitens, vel medio modo se habens inter bonam & malam. De primo quando persona tenuit vitam bonam, & diligenter vitauit peccata, vel si peccauit, fecit condignam pœnitentiam, & bona hora redijt ad Deum conterendo de peccatis, proponendo citius mori quàm ad peccata redire. Fecit magnas orationes, & corporis afflictiones, intantum quod si in statera diuinæ iustitiæ ex vna parte ponerentur mala & peccata quæ facit, & in alia bona, bona incomparabiliter excederent, & superexcrescerent. Quando tales moriuntur, statim euolant sine purgatorio ad paradisum, quia iam in hoc mundo transierunt, & sustinuerunt purgatorium. Nõne videtur vobis purgatorium esse, ieiunare in pane & aqua, portare cilicium, dormire in terra, & sic de alijs? Ideo statim euolant. Auctoritas. Cùm dederit dilectis suis, i. personis sanctis, somnum scilicet mortis, ecce hæreditas domini filij, merces fructus ventris. Sicut sagittæ in manu potentis, ita filij excussorum. Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis &c. Psalmorum 126. Nota, filij merces, id est, merces filij, quia pater aliud salarium dat filio, & aliud seruo & captiuo, quia filio dat suam hæreditatem. Ita Christus pater noster nobis filijs suis dat gloriam paradisi, quæ est sua hæreditas, quia illa est merces filij. Si dicatur, Et quis dat tantum salarium? Respondit fructus ventris, scilicet virginis Mariæ, qui est Christus Iesus, quia per suã passionem & mortem &c. Alij per oppositum sũt ita de mala vita & reprobata, quod sciunt se viuere in peccatis mortalibus, nec pœnitent

Universidad de Deusto
Biblioteca

tent, immo continuè agũt peccata, & semper vellent viuere, vt semper possent peccare, vt dicit Grego. Non confitentur, nisi forte ex verecundia, nec communicant in paschate, vt tenentur. Nolũt parcere inimicis, nec restituere, sed dicunt, ponã in testamento &c. Tales quando moriuntur quò vadunt? Accidit eis vt falconi, habenti lapidem ligatũ ad pedes, qui licèt vellet in altum volare ex inclinatione naturali, trahitur tamen pondere lapidis &c. Ita de anima, quæ naturaliter vellet in altum volare, sed onus peccatorũ, quod sibi impositisti, trahit eam subitò ad infernum. De quibus dicit sequitur, Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Iob 21. Ecce retributio huius gradus, qui est secundus. Tertius gradus consistit in medio, s. de personis perfectis in vita, nec omnino reprobatis, sed pœnitent de peccatis, non tamen tantũ quantũ Maria Magdalena, sed si vera contritio est, nõ est sine gratia, confitetur semel in anno, & cõmunicant, seruãt pœnitentiã à confessore iniũctam, sed nihil addunt, seruant præcepta Dei, & ieiunia ecclesiæ, quãdo tales moriuntur, non vadũt ad infernũ, nec subitò euolant ad paradisum, quia nullum malum impunitum, sed vadunt purgari ad purgatorium, & ibi habent retributionẽ grauissimarum pœnarũ, omnes pœnas huius mundi excedentium, & ibi habent complere tempus à Deo determinatum, nisi ab amicis iuuentur, quia intantũ possent iuuari suffragijs, quod 100. anni minuerentur in decem vel tres annos &c. No. hic contra hæredes, & testamẽtarios, nolentes testamentum complere, & contra mulieres nolentes ire ad cœmiteria, vel ecclesias, in quibus filij vel viri sunt sepulti. Ibi enim efficacius cum lachrymis orarent pro eis quàm alibi. Sancta ergo & salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur. 2. Mac. 12. Ista est oratio, vt dicit Aug. quare in monumentis fiunt imagines, & ponuntur vexilla, vt illa videntes parentes & amici moueantur ad orandum pro illis. Caueant tamen ne intẽtione vanitatis ponantur, quia tunc esset peccatũ. Ideo monumentum dicitur quasi monens mentem. Ecce qualiter secunda retributio fit in morte corporali. Dico tertiò ꝙ Deus dat aliam retributionem in iudicio generali, & ista est maior alijs. Ratio, quia fit in anima & corpore. Modò autem solũ animæ habent gloriam in paradiso, vel pœnam in inferno, & corpora nihil sentiunt. Animę beatorũ, Petri & Pauli, & aliorũ sanctorum, sunt in cęlo in gloria paradisi, corpora autem adhuc sunt in terra, & nihil sentiunt de illa gloria. Itẽ anima Iudę & Macometi, & aliorũ damnatorũ, sunt in pœnis inferni, corpora autẽ eorum sunt in terris incinerata, & nihil sentiunt de illa pœna adhuc. Sed quare prius animę habent gloriã vel pœnam quã corpora? Ratio est, quia in bonis operibus quæ fecimus, seu malis, animæ prius operantur, & habent suum meritũ, vel demeritũ prius, Verbi gratia. Si homo vult

vult facere aliquod bonum opus meritorium, prius anima operatur cogitando, deliberãdo, & ordinando, prius lucratur suum meritum. In executione autem operis corpus iungitur, & iuuat animã, faciẽdo opus quod anima ordinauit, vt orationes, vel eleemosynas, peregrinationes, &c. Ideo anima prius habet suam retributionem. Spiritus i. anima, quidem promptus est, caro autem infirma. Matt. 26. Idẽ de malis operibus, quãdo aliquis vult facere aliquod malum, homicidium, vel furtum, luxuriam, vel adulterium, anima prius tractat cogitando, deliberando, & ordinando. Ideo per prius anima habet suũ peccatum, deinde in executione corpus concurrit, &c. Ideo in die iudicij corpora recipient retributionem gloriæ vel pœnæ, secundum opera quæ fecerunt, quando quælibet anima virtute dei assumet suum proprium corpus. Ideo apostolus, Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. Ratio vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum. 2. Corin. quinto. Ista vltima retributione loquitur thema. Ego cùm rediero reddam tibi.

De eadem Dominica XIII. *post festum Trinitatis.*

Sermo III.

Conclusit scriptura omnia sub peccato. Ga 3. Istud verbum in sancta theologia est multum difficile, & subtile ad intelligendum. Ideo modo id volo vobis declarare, & habebimus speculationes intellectuales, & instructiones morales. Sed prius saluetur virgo Maria, &c. Pro huius verbi declaratione sciendum, quod in summa omnia bona opera spiritualia & personalia, quæ habemus à Deo in hoc mundo existunt, sunt tria principalia.

Primò corpus materiale,
Secundo anima rationalis,
Tertiò vita temporalis.

Licèt autem habeamus alia bona, vt diuitias, honores, officia, & huiusmodi, tamen sunt bona accidẽtalia, & nõ personalia, nec essentialia. Sed corp⁹, anima, & vita, sunt bona personalia & essentialia. Corpus est primum quod formatur à deo in vtero matris, & vix est tam magnum vt auellana, & iam habet omnia membra, & lineamenta. Ratio, quia prius fabricatur domus quã inhabitetur. Ita corpus humanum est vt domus terrestris, & anima seu spiritus est inhabitator. De ista domo apostol⁹. Scimus enim quoniã si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, ꝙ ædificationem ex deo habemus, domum nõ manufactam, sed æternum in cælis. 2. ad Cor. 5. Deinde creatur anima, nõ de materia præexistenti, sed de nihilo, quia hoc est creare, & creãdo infũditur, & infundẽdo creatur, ad habitãdũ in domo corporis. Secundò, ex corpore & anima simul cõiũctis

sequitur

sequitur vita temporalis, & homo viuit per annum vel 5. vel 10. vel 20. vel plures annos, secundum quòd deus dat tempus. Ecce omnia bona personalia. De istis auctoritas. Formauit deus hominem de limo terræ, quantum ad corpus, & inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, quantam ad animam, & factus est homo in animam viuentem. Genes. 2. Nota formauit deus, non dicit creauit, quia corpus de præiacenti materia fuit formatum, & inspirauit in facié eius &c. quia licèt tota anima sit in toto corpore, & tota in qualibet parte, secundū Auguſt. tamen opera animæ plus apparent in capite, in quinque sensibus, quàm in aliis partibus corporis. Modò dico secundum scripturam, quòd omnia ista bona personalia veniunt ad malam conclusionem ex peccato, propter hoc dicit thema, Cōclusit scriptura, id est concludendo dixit, omnia scilicet bona personalia concludens esse mala conclusione sub peccato, id est, propter peccatum. Patet thema. Dico primò quòd primum bonū quod habemus, est corpus materiale cum suis membris & officiis, & istud venit ad malam conclusionem scilicet mortis: Nec vnquam intrauit aliquis in hunc mundum, qui ab ista conditione fuerit exemptus, scilicet de morte corporali, non Christus, nec virgo Maria mater sua, de quibus magis videretur. Rectè iste mundus est vt carcer mortis. Sicut isti prælati & domini tenent iam vnum carcerem, de quo dicitur, quòd si aliqui eo intrant, non exeunt, nisi per mortem. Ita est de hoc mūdo, quotquot intrāt, nō exeūt nisi per mortē. Et sicut ille qui intrat carcerem, dū capitur plorat, di. O miser &c. Ita quando intramus in hunc mundum, omnes intramus plorando. Et si sciremus loqui, & essemus interrogati, responderemus, Plorāmus, quia intramus carcerē &c. Ideo Eccle. 41. Noli metuere iudicium mortis, memento quæ ante te fuerunt, & quæ superuenturā sunt tibi. Hoc iudicium à domino omni carni. Nota, noli metuere iudicium mortis. Dicit philosophus in politicis, quod differentia est inter timorem & dolorem, quia timor non habet obiectū præsens, sed est futurum contingens, & potest euenire vel non. Isto modo marinarij timent periculū maris, quia possunt submergi vel nō, & homicida captus timet furcam, in qua potest suspendi vel non. Sed dolor habet obiectū præsens, quia dolor est de malo præsenti, & inuitabili. Sicut ille qui ducitur ad furcā vt suspendatur, ille nō dicitur timere, sed dolere, quia iam habet obiectū præsens inuitabile. Modò certum & clarum est, quod iudicium mortis est ita inuitabile, quod non potest mutari, & sententia est iam data. Et hoc iudiciū à domino omni carni. Et iam fit executio, quia currēdo vadimus ad mortem, tempus ducit nos. Non enim habemus rationē timendi, sed dolendi. Sicut decapitandus, quia iam tenet caput ad gladium, non timet, sed dolet. Idem de nobis. Propter hoc dicit. Noli

Noli metuere iudicium mortis, sed supple dole, quia iam malum certus præsens est. Ideo apostolus, Statutum est omnibus hominibus semel mori ad Hebræ. 9. Patet ergo mala conclusio corporis temporalis. Dicunt logici, quòd conclusio semper infertur ex aliquo antecedente, siue ex præmissis. Modò videamus, vnde, vel quomodo ista conclusio, mors corporalis sequitur. Dico primò quòd enthimematicè sequitur, scilicet ex vno antecedente, quia Adam peccauit, ergo homo moritur, bona consequentia est. Autoritas. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransiit. ad Rom. 5. Hic aliquis posset arguere dupliciter. Primò per hoc quod dicit Per vnū hominem peccatū &c. Contra diceret aliquis, Imò ex duobus hominibus peccatum in hunc mundum intrauit, quia per Adam & Euam, quia primò peccauit Eua, ergo non ex vno antecedente, sed ex duobus sequitur mors. Responsio. Dico q̄ quando apostolus dicit per vnum hominem &c. apostolus loquitur propriè & litteraliter, quia licèt duo peccauerint, scilicet Adam & Eua, tamen mors non venit in nobis nisi per peccatum Adæ. Dicit, scilicet Thom. in prima secundæ, quòd si sola Eua peccasset, & non Adam, sola Eua portasset pœnam suam, & non Adam neque nos, Et si Adam peccasset solus, & non Eua, Adam & omnes nos fuissemus mortui, sicut nūc sumus. Ratio, quia pater est Principium actiuum generationis filiorum. Et sicut humanitas venit ex patre instrumentaliter, ita etiam peccatum, quia soli homini præcepit deus ne comederet de ligno &c. Ex omni ligno paradisi comedes, de ligno autē scientiæ boni & mali ne comedas. In quacunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Gen. 2. Sed argumentum est cùm dicitur, quia in omnes homines mors pertransiit. Contra, quia dicit scriptura, quòd filius nō portabit iniquitatē patris, sed anima quę peccauerit ipsa morietur. Eze. 18. Quare ergo nos ex peccato Adę patris nostri sumus puniti, & morimur? cū non cōsenserimus peccato, quia nōdum eramus nati? Itē quòd filij non puniantur ex peccato patris, nec in corpore nec in anima, patet, quia non occidūtur filij pro parentibus. Deut. 24. Non occidētur patres pro filiis, nec filij pro patribus, sed vnusquisq; pro suo peccato morietur. Vnde est ergo q̄ filij Adę moriuntur ex peccato patris, in anima per peccatum originale, & in corpore per mortem corporalem? Pro responsione huius sciendū, quòd & homo & omne animal compositum ex quatuor qualitatibus contrariis naturaliter est corruptibile & mortale, ac si haberet homo in ventre quatuor serpentes adinuicem bellantes, & retorquētes se, nullus homo non posset diu viuere. Ita de nobis, quilibet nostrū habet intra se quatuor qualitates contrarias, scilicet calorem, frigiditatem, humilitatem, ficcitatem, quasi serpētes bellantes. Hoc maxime

me sentitur in pueris paruis. Ergo naturaliter homo est corruptibilis & mortalis. Modo certum est, quod Adam Eua etiam erãt compositi ex his quatuor qualitatibus contrarijs. Sed ex singulari priuilegio, quod doctores vocant iustitiam originalem, in Adam & Eua illæ quatuor qualitates erant in tanta æquiparantia, proportione & concordantia, quod Adam & Eua poterant nõ mori. Hoc idem priuilegium habuissent etiam & filij, si ipsi non peccassent. Sed propter peccatum deus abstulit illud priuilegium, quasi vellet dicere, Non volo statim occidere, sed aufero vobis iustitiam originalem, & dimitto vos principijs naturæ, & nos nõdum eramus, nec habuimus possessionem illius iustitiæ originalis, nihilominus nobis abstulit. Si, scilicet antequam Adam peccasset, genuisset filios, illi non fuissent mortui, immo habuissent priuilegium patris. Nota ad hoc similitudinem de rege, qui fecit de rustico militem, qui factus miles, fecit regi proditionem, & pius rex nõ vult ipsum occidere, sed ipse abstulit tibi, & posteris suis priuilegium militare, qui pòst generat filios, qui non sunt milites sed rustici. O diceretis vos, filij sunt puniti non nisi priuatiuè vel pœna damni, quia nisi pater peccasset, habuissent priuilegium militare, sed nõ sunt puniti pœna positiua vel sensus, sed si ante proditionem eos genuisset, tunc nõ fuissent puniti illi filij. Ita de nobis. Adam & Eua ipsi ex conditione & principijs naturæ rustici erant, sed deus dederat eis priuilegium militare, scilicet illius originalis iustitiæ. Sed Adam peccauit, & fecit proditionem, &c. propter hoc deus abstulit eis priuilegiũ, &c. Qui pòst genuerunt filios, sed filijs nullam pœnam positiuã intulit, quia rectè & propriè loquendo mors nõ est nobis punitio, sed naturalis cõditio, sed indirectè est punitio & pœna priuatiua siue damni, quia si Adam non peccasset, nos etiam habuissemus illud priuilegium. Pater ergo quomodo mors corporalis venit ex vno antecedẽte. Sed quia Adam peccauit, nos morimur. De ista quæstione auctoritas in psal. 88. Viam fecit semitæ iræ suæ, & non pepercit à morte animarum eorum, & iumenta eorũm in morte cõclusit, quia conclusit omnia, scilicet corpora sub peccato. Nota, Viam fecit semitæ. Differẽtia est inter viam & semitam. Via enim est lata, multi vadunt per illam. Semita autem stricta, & pauci transeunt. Sic rigor diuinæ iustitiæ antiquitùs erat vt semita, quia mors fuit in punitionem Adæ & Euæ, sed post facta est via lata, quia oẽs comprehendit, nec aliquis à morte eximitur. Ecce quare dicit, Viã fecit semitę iræ suę, & nõ pepercit à morte animarũ eorũ, quãtũ ad peccatũ originale, in quo creatura cõcipitur, & nascitur, & nisi per baptismum purificetur, nõ potest intrabit paradisum. Ratio, quia si nobilis miles vel baro proditor generit filios, semper dicẽtur filij proditoris, nec vult rex eos in suo palatio. Ex ista ratione deus nõ vult filios Adæ in suo p

si dicatur, Quid ergo erit de nobis? quia nos sumus filij Adæ. Dico q̃ nõ est verum, licèt fuerimus filij Adæ ante baptismum, tamen in baptismo facti sumus filij Dei. Dedit eis potestatem filios dei fieri. Io. 1. Ro. 8. Spiritus. s. sanctus testimoniũ reddit spiritui nostro quod filij dei sumus. Ioan. videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij dei nominemur, & simus. 1. Ioan. 3. Iudæi & Agareni adhuc sunt filij Adæ. Ideo &c. Propter hoc quando anima pueri non baptizati petit ingressum paradisi, dicit Christus, Nolo filios proditoris. Si vellet dicere, Ego domine non demerui quia nunquam peccaui. Et Christus, Ego nõ dabo tibi pœnam, sed nolo te in regno meo, quia nolo filios proditoris. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei &c. Iob 3. Et iumenta eorum, scilicet corpora in morte conclusit. Ideo dicit thema, Conclusit scriptura &c. Logici de conclusione extrahunt correlarium. Correlarium ergo quod ad istam conclusionem sequitur est istud. Quia ex quo ad istam conclusionem mortis habemus venire, quòd non curemus de delicijs corporis, nec desideremus mundana, quia citò dimittenda sunt, ideo despicienda. Sicut ille qui ducitur ad furcam, omnia despicit, licèt sit diues, quando cognitur se statim moriturum. Idem debemus facere. Secundum bonũ personale quod in hoc mundo habemus, est anima rationalis, quæ est principium formale, quæ dat esse corpori, & habet malam conclusionem, scilicet infernum. Si volumus loqui de tempore antiquo, ante filij Dei aduentũ, patet quod vltra quinque millia annorũ omnes animæ tam bonorum quàm malorum, iustorum & iniustorum, concludebantur in inferno. Dauid, Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem? eruet animam suam de manu inferi? quasi dicat nullus, licèt in diuersis inferni locis concluderentur. Modò autem propter Christi aduentum multi ab inferno liberati sunt. Si-cut illi de perfecta vita citò euolant, mediocres verò concluduntur in inferno purgandorum. Sed impœnitentes concluduntur in infer no damnatorum. Sed quæritur ista mala conclusio vnde sequitur, & ex quibus præmissis? Dico quod ex duabus præmissis sequitur per formam syllogisticam. Prima, scilicet ex peccato mortali, secũda ex impœnitentia finali. Ex his duabus præmissis sequitur ista cõclusio, Ergo in inferno dãnaberis. Quia sic arguẽdo, Homo peccauit mortaliter, ergo damnabitur, non valet talis cõsequentia, quia potest de peccato pœnitere, & pœnitentiam facere, & tunc non damnabitur, sed valet sic arguendo: Iste homo peccauit mortaliter, sed erit impœnitens finaliter, tunc sequitur cõclusio, ergo damnabitur æternaliter. Et potest dicere anima damnata. Conclusit dominus viam meam lapidibus quadris, semitas meas subuertit. Threnor. 3. Nota cùm dicitur, Conclusit dominus viam meam lapidibus quadris. Nõ

dixit rotundis, quia paries de lapidibus rotundis sine bitumine vel calce, statim diruitur. Ita omnes aliæ pœnæ transeunt, sed paries de lapidibus quadris, & politis, firmus est & stabilis, & signat pœnam inferni de lapidibus quadris, id est insolubilibus, quia nunquam finietur illa pœna. Ideo dicit, Cōclusit &c. Nota vias meas. Quatuor sunt viæ generales, quibus homo potest exire de peccatis, & de mala vita, scilicet,

Munditia baptismalis,
Obedientia generalis,
Pœnitentia sacramentalis,
Patientia martyrialis.

Omnes istæ viæ sunt clausæ animæ damnatæ, quia nullo modo potest de pœnis exire. Ideo di. Conclusit dominus &c. Secundò dicit, semitas meas subuertit, & nō dicit cōclusit, sed subuertit. Semitam autem quæ sunt strictę viæ, signāt pœnitentias quas in hoc mundo facimus pro peccatis. Prima semita est contritio, quæ stringit cor, & oculi distillant lachrymas ex dolore peccatorū. Hęc semita non est cōclusa illis de inferno, sed circundata, quia etiā ipsi habent dolorem de peccatis & plorant. Ibi erit fletus & stridor gentiū. Matt. 22. Sed non est contritio, quia non pro peccatis, sed propter pœnā quā sustinent circundata est. Secunda est confessio. Semita est multum stricta, sic dicere vni homini sua peccata horribilia, quasi diffamādo se, durum est, & sic semita stricta est, sed oportet per istam transire. Et damnati confitentur peccata sua illi malo prelato, sed nihil valet illa confessio, quia semita est subuersa. Quādo superbus videt beatum Paulum, confitetur peccata sua, & percutit se dicens, O miser, & quid valuit mihi superbia? si fuissem humiliatus vt ille, etiā fuissem saluatus. Idem dicit auarus, quando videt sanctum Matthæum conuersum, cōfitetur peccata sua. Idem de luxurioso, quādo videt Magdalenam. Item disciplinæ & afflictiones corporis sunt semitæ, & hæc sunt in inferno, sed nihil valent, quia submersæ sunt. Item ieiunia etiam sunt semitæ, damnati ieiunant, sed inutiliter. Nota de diuite epulone. Lucæ 16. 1000. & 400. 28. anni sunt, quod petiit, & quotidie petit guttam aquæ, quam nondum obtinuit, nec vnquam obtinebit. Idem de alijs asperitatibus, sed nihil eis valent, quia subuertit dominus semitas eius. Patet ergo quomodo illa mala conclusio infernalis sequitur ex duabus præmissis. Ex ista conclusione infertur correlarium morale, quod nulla peccata mortalia, quantumcumque grauia, possunt nos ducere ad infernū sine impœnitētia finali. Ergo faciamus pœnitentiā iuxta consilium Christi, Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnū cælorum. Mat. 4. Ecce quare dicit the. Conclusit scriptura, id est concludendo dixit omnia sub peccato, id est propter peccatū in inferno. Tertiū bonū personale, quod

quod habemus in hoc mundo, est vita temporalis. Magnum bonū est, quia per ipsam possumus operari meritoriè vel demeritoriè ex libero arbitrio, sed etiam venit ad malam conclusionem, scilicet ad iudicium diuinale, in quo oportet nos personaliter comparere, & de omnibus quæ fecimus in hac vita rationem & strictissimum cōputum reddere, s. de omnibus cogitationibus, quas vnquam habuimus, de omnibus locutionibus, operationibus, aspectibus, & passibus quos fecisti, de omnibus bolis panis quos comedisti, de taceis vinis quas bibisti. De hoc in psal. dicit Dauid in persona Christi, Cū accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Not. cùm accepero tēpus. Christus nobis mutuauit tempus vitæ temporalis, non tamen dat, quia suum est, sed mutuat tibi 10. annos, illi 20. mihi 30. & illi 50. Et propterea vide quomodo illud exponis, quia ideo mutuauit vt lucrū faciamus ex eo, & Christus expectat, & quando videt quod tempus male expenditur per te vel per illum, aufert tibi tempus per mortē corporalem. Et si malè & ociosè expēdisti, dicet, Modò redde mihi rationem de tot annis temporis quos tibi mutuaui. Bernardus. Omne tempus tibi impensum à te exigetur, qualiter sit expensum. O stricta conclusio. Nota de illo iuuene dissoluto, cui videbatur quòd erat in iudicio dei, & dicebatur sibi, Redde rationem &c. Canus effectus est. Ecce quare dicit, Cùm accepero tempus, ego iustitias, nō solùm iniustitias iudicabo. Cōcordat beatus Ioan. di. Iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quia tempus non erit amplius. Apoc. 10. dicit, Iustitias iudicabo. O domine, & nunquid sufficeret iudicare iniustitias, sed quod etiam iustitias iudicabitis? Nota iustitias iudicabit. Et hoc rationabiliter. Nam aliqua sunt bona opera de genere, sed quia non fiunt in gratia, vel quia fiunt propter vanam gloriā, vel propter hypocrisim, vel quia facientes bona opera habent in faciendo aliquā sinistrā intentionē: ideo ista opera iudicabit dominus. Alius intellectus est, Ego iustitias iudicabo, quādo bona opera fiūt negligēter, quia nō fiunt cū illo feruore spiritus, & diligētia debita iudicātur à domino. Verbi gratia, Religiosus qui seruat ordinē suū, regulā, & cōstitutiones, iustitias facit. Sed nisi feruet eum cū illo ardore & deuotione, rigore & obedientia debita, hoc iudicabit dominus. Idē de clericis officiū suū dicētibus, qui iustitiā faciūt, sed si dicūt matutinas negligēter, istā negligentiā iudicabit dominus. Idē de sęcularibus euntibus ad missam in diebus dominicis & festiuis prout tenētur qui opus iustū faciūt. Sed si veniūt tardè, vel recedūt citiùs, vel loquūtur de ferijs &c. dū dicitur officiū, vel respiciūt mulieres, vel biberūt antè, ista iudicabit dominus. Idē de mulieribus in ecclesia loquētibus, quid facit dom⁹ &c. catus vester, vel disputatis de vestib⁹ & ornamētis, ista iudicabit dom⁹. Idē de cōfessione, quā deberetis facere in principio quadragesimę, vt haberetis partē in bo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in bonis ecclesiæ, & vos differtis vsque ad vltimum diem. Idem de communione in paschate, & aliqui malè parati communicant. Ista iudicabit dominus. Qualiter quilibet vestrū pararet domum suam, si papa vel rex haberet intrare? Ecce quare dicit, Ego iustitias iudicabo, non solùm iniustitias. Modò videamus vnde sequitur ista conclusio, non enthimematicè vt prima, nec syllogisticè vt tecūda, sed per inductionem, sic dicendo, Ille currit, & ille, sic de singulis, ergo omnis homo currit, Bona est ergo conclusio inductiuè. Ita dicet Christus in iudicio, Tu peccasti contra decem præcepta mea, & in septem peccatis capitalibus, per quinque sensus corporis, & operibus misericordiæ, & in hoc & in hoc. Modò ergo redde rationem villicationis tuæ. Cuncta quæ fiunt supple ab hominibus, adducet deus in iudicium, pro omni errato siue bonū siue malū sit. Eccl. vlt. Ideo dicit thema, conclusit scriptura, id est concludendo dixit, Omnia sup. opera vitę temporalis, sub peccato, id est per peccatū in iudicio diuino. De conclusione ista dicit deus pater filio, Fac cōclusionem, quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Ezech. 7. Duas rationes assignat deus pater, cùm dicit, Fac conclusionem &c. quoniā terra. i. mundus, plena est iudicio sanguinum. In scriptura sanguis in plurali signat peccata. Vnde Dauid petens veniam de peccatis dicebat, Libera me de sanguinibus. i. peccatis. Mundus plenus est iudicio sanguinū i. peccatorū, quia hodie peccata reputantur virtutes. Verbi gratia, de illo magno peccato eundo ad diuinos, sortilegos &c. & quando reprehēduntur dicunt, Et debeo sic permittere quod filius meus moriatur &c. recurro ad illos, qui possunt me iuuare. Ecce quomodo iudicāt hoc peccatum faciendum contra expressum præceptum. Idem iurando falsē, vt iuuent amicū captū &c. Et quādo à confessoribus reprehenditur, dicunt, O domine, proximo damnum &c. Proh dolor, dicunt contra dei præceptum. Idem de vindicta. Quare non debeo me vindicare? naturale est, quia etiam formica vindicat se, brutis non est peccatū, quia non habent rationem refrænantem, quia sicut ille qui equitat sine fræno, excusatur si non potest equum retinere, non tamē excusatur ille qui equitat cū fræno. Idē de peccato luxurię dicunt, Deus dedit mihi talem cōplexionē, ita quod de peccato suo accusant deū, qui nullo modo est caussa peccati, & sic de alijs peccatis, quia omnia colorant aliquo colore, dicentes bonū malum, malum bonū. Itē idem dicunt de vsura, quæ est mala, & dicunt quod est de interesse. Dicatur contra hoc. Item quòd simplex fornicatio non est peccatum, ecce iudiciū sanguinum. Vę qui dicitis malum bonū, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce, & dulce in amarū. Esaiæ quinto. Secunda ratio tangitur ibi, & ciuitas plena iniquitate. Ciuitas, id est, ecclesia plena simonia,

simonia, & sic de alijs. Ideo dicit, Fac cōclusionē. Ista est caussa quare iudicium erit citò. Ex ista conclusione sequitur vnum bonū correlarium, s. quod si volumus bene euadere de iudicio diuino, ꝙ hic faciamus iudiciū de nobismetipsis. Dominus Iesus Christus dedit vnum mirabile priuilegium Christianis, tale, si aliquis rex daret similē suis vasallis, reputaretur stultus, quia quemlibet vestrū fecit iudicem in sua caussa, ita quod si quilibet facit iudiciū de se, Christus non iudicabit eum in suo iudicio. Ecce clausula huius priuilegij, Si nosmetipsos dijudicaremus, non vtique iudicaremur à domino. 1. ad Cor. 11. Paulus fuit notarius huius. Si ergo vultis vti priuilegio isto, facitis iudicium de peccatis vestris, quia tu bene scis in quo peccasti. Si corde, fac iudicium per contritionem, si ore, per orationem, si oculis, per lachrymationem, si auribus, audiendo missam & prædicationem, & sic de alijs. Quando anima venit ad iudicium, & accusatur à dęmonibus dicentibus, Domine, fac iustitiā &c. Dicit Christus animæ, Audis quanta aduersum te testificantur, vel dicunt testimonia &c. Dicit anima, Domine, verum est quod ego feci ista, nec possum negare &c. Sed domine requiro vos, vt seruetis mihi priuilegium quod dedistis naturæ humanæ, quia feci iudicium & iustitiā de corde, ore &c. Ideo non tradas me calumniātibus me, & Christus est contentus. Aug. Cessat enim diuina vindicta, si præcedat humana iustitia. Tunc Christus data repulsa dæmonibus, dicit animæ, Veni, intrain gaudiū domini tui. Patet stultitia illorum, qui nolunt vti isto priuilegio, immo sperant iudiciū dei. Stultus esset homicida, si rex diceret sibi, fac iudicium de te, & ego non suspendam te, & ipse nolet, sperans quod rex faciet. Patet quare dicit thema, Conclusit scriptura omnia sub peccato.

Dominica XIIII, post Trinitatem. *Sermo I.*

NOnne decem mundati sunt? Luc. 17. Pro intellectu literali huius verbi dicatur historia breuiter huius euāgelij, & quomodo vnus de mūdatis redijt ad Christū, sibi suppliciter regratiādo. Cui dixit Christus verbum propositum. Nōne decē mundati sunt? Patet the. literaliter. Salutetur virgo Maria. Modò volēs applicare hoc thema secretis diuinis subtiliter & intricatè inuenio in sacra scriptura ꝙ de' ordinauit tria, per quę homines mundātur à peccatis, & dignificātur ad vitā æternā, & quodlibet cōsistit in numero denario, & sunt ista tria. Pura innocētia. Firma obedientia. Digna pœnitētia. Et de quolibet potest dicere. Nónne decē mundati sunt, scilicet actibus vel operibus mundati? Immo quia per innocentiā, vel obedientiam, vel pœnitentiā. Dico primò quòd ad purificationē animarum, & dignificationem ad vitam æternam, deus ordinauit innocentiam baptismalem, quādo creatura siu eparua siue magna baptizatur, si habet cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

originali peccato peccata actualia, ibi, purificatur ab omnibus peccatis non solùm originali, sed etiam à mortalibus & venialibus, etiã si haberet omnia peccata quæ fuerunt, & possunt fieri, nisi fidẽ accederet. De hoc vide beatum Thom. 3 par. q. 69. ar 1. & 2. à pœna & culpa. Et in 4. dist. 4. Ita quod si moreretur statim euolaret, vt anima virginis, licèt non in tanta gloria. Similiter puer, qui solùm habuit peccatum, vel crimen originale, quod non est factum a creatura, sed receptum. Sicut de imagine quę portatur ad templum, & cadit in luto &c. Sic anima hominis est imago dei. Ad imaginem quippe dei factus est homo. Gen. 9. Sed cadit in generatione carnali in lutum, quia quando creatur in vtero, tunc illam maculam recipit. Ideo non potest intrare templum dei vel paradisum, nisi quis lauetur in aqua baptismi. Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Ioan. 3. Nota renatus, id est iterato natus de vtero ecclesiæ, quæ virgo cõcepit, & virgo parit filios dei. Dedit eis potestatem filios dei fieri &c. Io. 1. Ideo si creatura moritur ante baptismum, dicatur quid dicitur in porta paradisi &c. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens &c. Apoca. 21. Sed in baptismo mundatur, nec est aliqua alia aqua illius maculæ deletiua, quia nec tota aqua maris sufficeret ad mundandum de vno veniali: De isto aucto. Effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamẽtis vestris, Ezech. 36. No. ab omnibus inquinamentis, tam originali, quàm veniali, seu mortali. Ista est pura innocentia. Et forma baptismi consistit in numero denario, scilicet in decem dictionibus siue verbis, quæ continent decem dictiones, quæ hæc est. No. hic formam per decem dictiones, Ego te baptizo in nomine patris, & filij & spiritus sancti, & ideo dicitur, Nónne decem, s. dictionibus mundati sunt? Auisentur clerici & laici, qui in periculo baptizant, ne aliquid mutent, addant, seu minuant, quia si sic, nihil facerent. De hoc vide bea. Tho. 3. part. q. 60. ar. 8. Nota hic de magistro in theologia, à vetula baptizato. Nota contra errorem dicentium, quod pueri ex dolore matris habeant pœnam. Item die quomodo hæc dictio innocẽtia in signum prædictorum habet decem literas. Dico secundò &c. firma obedientia. Pueris sufficit pura innocẽtia, sed de magnis, ex quo habẽt discretionem, & vsum liberi arbitrij, vult deus firmã obediẽtiam, quod homo seruiat sibi de intellectu, memoria, & voluntate, & ore per orationem, & toto corde faciendo eius voluntatem. Quilibet dominus requirit aliquod seruitium à suis subditis, alias nõ daret eis prouisionem. Modò dominus deus qui est rex regum, & dominus dominantium, dat nobis bladum in campis, vinũ in vineis, oleum, lanam, aquam in fontibus, & promisit salarium gloriæ. Ideo dignum est vt seruiamus sibi & faciamus eius voluntatẽ, dicẽte Christo,

te Christo, Qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Mat. 7. Ista obedientia etiam cõsistit in numero denario, s. in obseruantia decem præceptorum. Primum præceptum respicit cor, quod simus deo fideles, ne cum eius inimicis habeamus colloquium, scilicet cum diabolis & diuinis &c. debet dicere bonus Christianus, Domine, nihil volo, nec amitatẽ, nec proles, nec perditum, nisi à vobis. Secundum respicit os, vt cum honore & reuerentia loquamur de deo, quemadmodum de rege vel milite. Ideo non debemus iurare, nec renegare &c. vt faciunt multi miseri. Ideo veniunt tempestates, fames, sterilitates, & cetera huiusmodi. Tertium respicit opus, & dirigit nos in opere, vt scilicet de septem diebus hebdomadæ recipiamus sex pro nobis, & debemus sibi septimum, s. dominicam, in qua non debemus facere aliquod opus seruile, sed audire missam completam. Vult enim deus vt Christianus requiescat illa die ad repręsentandum quietem resurrectionis Christi, in qua quieuit à laboribus, vt patet de consecratio. dist. 3. Pronunciandum. Omnem diem dominicam ob reuerentiam resurrectionis domini nostri Iesu Christi de vespera vsque ad vesperam præcipimus obseruari &c. Ecce ista tria præcepta ordinãt nos erga deum. Alia septem ordinant nos erga proximum. Primi proximi sunt parentes, quos tenemur honorare corde, ore, & opere. Et ad hoc ordinat quartum præceptum, s honora patrem tuum &c. Quintum ordinat erga inimicos, ne recipiamus vindictam, occidẽdo aliquem, nisi iudicialiter. Sextum ordinat nos, vt sciamus custodire corpora nostra à luto luxurię. Vir cum vxore non facit luxuriã, seruatis seruandis, sed aliter quomodocũque fiat luxuria est peccatum. Ideo sicut vultis habere vestes mundas à luto, ita etiã corpora à luxuriæ luto &c. Septimũ ordinat nos in ordine ad proximum, in hoc, vt quilibet contentetur de parte sua. Quilibet paterfamilias vult, q; sui sint contenti de parte per eum eis assignata. Ita etiã vult deus, quod quilibet contentetur de parte sua, quia deus diuisit, tibi dedit parum, illi multum &c. Octauum præceptum est quod nullus diffamet alũ, sed quod custodiat famã alteris. Nonum, q; non debemus appetere vxorem, filiã, vel ancillam alterius, quia deus non vult solũ corpus mundum, sed etiam animam. Modò sicut tactu rei immundæ maculatur corpus, ita concupiscentia corrũpit animam. Decimum præceptum est, quod non debemus concupiscere bona alterius. Omne malũ mundi venit ex cupiditate, quare cõtendunt reges, milites, clerici, nisi ex cupiditate? vnus dicit, meum erit, alius dicit oppositum. Ecce decem præcepta, Nullus peccat mortaliter, nisi faciat contra præceptum dei. Augustinus dicit in libro contra Faustum, Peccatum est dictum, vel factum, aut concupitum contra legẽ æternam. Et sic peccatum mortale est contra præceptum dei. Ex

Universidad de Deusto
Biblioteca

solis venialibus nullus damnatur. Ideo nihil faciatis contra præceptum dei, etiam si lucrari posletis totum mundum, quia parum lucratur qui perdit animam, teste Christo, qui ait, Quid prodest homini si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentū patiatur? Matt. 16. Ista est firma obedientia. Et hoc nomen obedientia habet decem literas, sicut innocentia, quia sicut forma baptismi in quo datur innocentia, consistit in decem dictionibus, ita obedientia in decē præceptis, ergo si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Matt. 19. Nota quod in lege Moysi erant tria genera præceptorū. Quædam erant cæremonialia, quæ ordinabant creaturam erga deum, vt faceret talia sacrificia de obseruantia sabbati, & circuncisionis, & huiusmodi. Quædam erant iudicialia, quæ ordinabant hominem erga proximum, vt qui furabatur ouem, redderet quatuor, qui bouem, quinque, qui amputabat pugnum, quod perderet pugnum, oculum pro oculo, & huiusmodi. Alia erant moralia, scilicet ista decem. De omnibus istis præceptis modò non seruantur nisi moralia, alia antē cassa sunt & vana. Hoc significauit deus quando dedit legem, quia ore suo audiente populo toto dedit decem præcepta moralia, dicēs vt tuba, Non habebis deos alienos, & sic de alijs. Exod. 20. Alia autem præcepta cærimonialia & iudicialia, prædicauit Moyses populo. Item decem præcepta moralia scripsit deus digito suo in lapide, alia scripsit Moyses in papyro vel pergameno, ad significandum q̄ alia nō semper erant duratura. Ideo dixit doctori quærenti, Quid faciendo vitam æternam possidebo? Matt. 19. Respondit Christus. Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et ille, Quæ? Tunc Christus dixit sibi præcepta moralia, & non cærimonialia, nec iudicialia, di. Non homicidū facies. Non adulterabis. Non facies furtum. Non falsum testimoniū dices. Honora patrem tuū & matrem tuā. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Matth. 19. Ideo solùm decem præcepta moralia seruantur modò. Dico tertiò &c. scilicet digna pœnitentia, & non sunt plures modi mundandi. Bene fuit necessarium vt deus ordinaret ista, quia nos iam ex peccatis perdidimus istam innocentiā & dimisimus obedientiam, frangendo decem præcepta. Ité per innocentiā & obediētiā nō possemus saluari, ideo ordinauit dignā pœnitentiā di. Pœnitētiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Matth. 4. Dico enim quod pœnitentia consistit in numero denario, scilicet in decem operibus pœnitentiæ. Primum est peccatorū cognitio, quia aliàs non curat de pœnitentia homo. Si vos non cognoscitis morbum seu plagam, non curabitis de medicina. Si ergo in cognitione peccatorum incipit omne bonum, quando deus facit homini illam gratiam, quod homo cognoscit defectus suos, tunc quandoque recurrit ad pœnitentiam, vt Dauid dicit, Amplius laua me domine ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me. Subdit,

Subdit, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Secundum est cordis contritio, istud secundum etiam est necessarium. Multi cognoscunt peccata sua, sed non contritione, sed cum delectatione illa cogitant dicendo, Certè ego feci talem vindictam, vel luxuriā &c. illum tamen cum dolore deberent dicere, O miser quid erit de me, quia vsurpaui mihi regalia Dei, vel quia cecidi in luto luxuriæ, & sic de alijs. Sic faciebat Ezechias rex di. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Esa 38. Tertium est emendandi propositum, i. quod homo proponat firmiter quod velit emendare viam suā in melius, di. Domine nimis peccaui, ego fui superbus, sed deinceps volo humiliari &c. & debet proponere vel citius mori, q̄ ad peccata redire. Hoc præcepit Christus di. Vade, scilicet de cognitione peccatorū ad contritionem, de contritione ad emēdandi propositum, & iam amplius noli peccare. Ioan. 8. Quartum opus pœnitentiæ est oris confessio, quia debemus projcere extra animā peccatorum immunditias. Si dicatur, O magna verecundia est & dolor. Solutio, verum est, sed aliter non potest curari, sicut nec de glandula vel infirmitate, nisi extra ejiciatur radix putredinis. Propter hoc est præceptum dei, vt in quadragesima quilibet confiteatur, etiam quem debent confiteri, dum habent vsum rationis. Qui abscondit scelera sua non dirigetur, Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Prou. 18. Quintum est corporalis affictio, quia omnia mala & peccata facimus inclinatione carnis, quia anima de se semper vellet stare in sanctitate. Ideo castigare debem' carnem, quia si habetis filios malos, melius est quod vos castigetis eos quàm sagiones, & lictores in furca. Filius vester est corpus, & ideo illud castigate cilicijs, disciplinis &c. & sic euademus pœnas inferni. Augu. Carnem vestram domate ieiunijs, & abstinentia, elca & potu, quantum valetudo permittit. Sextum opus est spiritualis oratio. Quilibet debet tenere certam orationem quolibet mane & sero genibus flexis, & debet se signare, primò signo crucis, quia si vultis intrare camerā papæ vel regis, oportet quod prius aperiatur vobis crux Christi clauis est paradisi, & cogitare debetis q̄ videatis Christum. Ideo præsentate sibi supplicationē, Pater noster, Credo. Idē virgini Mariæ. Ideo Christus, Oportet semper orare, id est mane & sero. Lu. 18. Septimum est eleemosynarum largitio: nā sicut vis vadis ad ecclesiam vt petas à deo eleemosynam, si es infirmus, petas sanitatem, si tristis, petis cōsolationem, si pauper, petis prouisionē. Si secundū facultatem tuā proponas dare tres vel quatuor denarios, vel plus, vel minus, & illos pone in manu tua, sic enim eos certè poteris dare pauperi, & vitabis vanā gloriam. Ideo Christus, Quod superest date eleemosynam, & ecce omnia mūda sunt vobis. Lu. 11. Octauum est debitorum restitutio. Quilibet respiciat domū,

taxiam, & bursam, si est ibi aliquid de vsura, rapina, furto &c. restituas, quia aliàs nō saluaberis. Sicut pomum corruptum omnia alia corrumpit: ita denarius vel florenus iniustè acquisitus corrūpit alia bona, quia vel vos, vel filij vestri ad paupertatē venietis, reddite debita, cui tributum, tributū, cui vectigal, vectigal, & nihil debeatis. ad Rom. 13. Nonum est iniuriarū remissio. Si aliquis displicuit vobis, remittatis faciēdo sic computum, Domine multas iniurias feci vobis, ideo ne vos recipiatis vindictā de me, sed remittatis mihi, ideo nolo recipere vindictam de inimicis meis, &c. Ideo Christus, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cęlestis delicta vestra &c. Mat. 6. Decimum est eucharistię commercio. In hoc cōpletur digna pœnitētia. Omnia prędicta opera pœnitētialia essent nihil sine communione. Ideo est præceptū, q̄ omnes communicēt in paschate, & qui tūc nō recipit Christum, nunquam recipietur à Christo in paradiso, quia virtute illius oportet nos illuc ascendere, quia ex quo homo recipit Christum, nunquā recedit ab eo, nisi expellatur per peccatum. Ideo dicit ipsemet, Amen amen dico vobis, nisi māducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, nō habebitis vitam in vobis. Qui manducat meā carnē, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam &c. Ioā. 6. Ista est digna pœnitentia. Et sicut hoc verbum, innocentia, vel obedientia, habet decem literas, ita hoc nomen pœnitentia, quia sicut forma baptismi, in quo datur baptizato innocētia, consistit in decē dictionibus, & obedientia in decem pręceptis, ita pœnitentia in decem operibus pœnitentiæ præmissis. Ideo dicit the. Nonne, id est, intima certè, decem scilicet operibus pœnitentiæ mundati sunt.

De eadem Dominica XIIII. Sermo II.

TE *ostendite vos sacerdotibus*. Habetur verbum istud textualiter Luc. 17. & officiatur in euangelio hodierno. Sermo erit de sancto euangelio. Deo volente habebimus bonas instructiones, speculatiuas, & morales. Salutetur virgo Maria. Sanctum euangelium huius dominicæ recitat vnum magnū & pulchrum miraculū, qualiter Iesus Christus virtute verbi sui semel curauit decem leprosos, di. Ite ostendite vos sacerdotibus, qui eius exequentes mandatū curati fuerunt. Istud in summa continetur in euangelio hodierno. Amore istius verbi quæsiui in sacra scriptura, tam in vet i quàm in nouo testamento, quot modos tenuit deus ad curandū lepram. Et inueni quod curauit quintupliciter,

Primò per ablutionem corporalem,
Secundò per tactum manualem,
Tertiò per ostensionem visualem,
Quartò per absconsionem simalem,

Quintò per separationem personalem.

Istos quinque modos seruauit deus in leprę curatione. Nō sine magnis secretis, ad ostendendum & figurandū quinque modos quibus animæ curātur à lepra peccatorū mortalium. De tertio modo dicit sic. Ite ostendite vos &c. Dico primò &c. s. per ablutionē corporalem. Iste modus inuenitur. 4. Reg. 5. No. breuiter historiā de illo nobili viro leproso, qui venit ad Eliseū prophetā &c. Cui respōdit propheta, di. Vade & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatē caro tua, ait, mundaberis. & sequitur, Descendit, & lauit septies, & mundata est. 4. Reg. 5. Ecce vnus modus curādi leprā. Modō intremus secreta quę hic tāguntur. Certū est q̄ nulla aqua materialis habet talem virtutē curandi leprā, sed figurabat lauacrū baptismi, per quod animæ mundātur, & curant homines à peccatorū lepra, nō solū originalis, sed etiā actualiū, vt Iudæi, & infideles, quia nō fictè accedūt ad baptismū. Ecce quare dicit, Vade, & lauare septies &c. Sed est hic quæstio. Quare præcepit vt lauaret se in Iordane, cùm tamen essent aliæ aquæ ita bonæ? Solutio, sanctus propheta sciuit spiritu prophetiæ q̄ filius dei secūdum humanitatem assumptā debuit baptizari in Iordane, & ibi baptismū instituere, & vim regenerativā aquis cō ferre ad lauandum peccata. Auctor. Effundam super vos aquā mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis. Ezec. 36. Sed est hic iterum quæstio, quam fortè iam facit aliquis vestrū, quare propheta dixit, Vade, lauare septies &c. quare dicit septies, cùm baptismus non habeat efficaciam nisi semel tantū, sicut semel tantū Christus fuit passus? Nota, quod nunquam baptismus datur ab vno solo, imò sunt semper duo baptizantes, s. sacerdos, vel etiā laicus in necessitate, & hoc instrumentaliter, & Christus deus & homo principaliter, quia quādo sacerdos baptizat corpus aqua materiali, simul Christus baptizat animam aqua spirituali, s. gratia spiritus sancti. Ideo dicit deus pater Ioanni Baptistæ, Super quem videris spiritum sanctū descendentem, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Ioan. 1. De isto fonte spiritus sancti ꝓcedunt septem flumina, quæ in baptismo omnia funduntur super animam, s. spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus cōsilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, spiritus timoris domini. Esa. 11. Septē enim dona spiritus sancti habitualiter dātur animæ in baptismo. De hoc lauacro prohetauit Zacharias di. In die illa erit fons patēs domui Dauid, & habitātibus Hierusalē in ablutionē peccatoris & mēstruatę. Zac. 13. Nota in die illa. s. Christi, in qua sol iustitiæ mundū illuminabit, erit fons patēs domui Dauid. i. Christi. Dauid in scriptura in multis locis sumitur pro Christo, qui fuit de genere Dauid secundū humanitatē, & habitātibus Hierusalē. s. Iudæis, in ablutionem peccatorū, & actualium peccatorū, & mēstruatę. Mēstruum infirmitas est, quæ

venit

venit naturaliter, & signat peccatum originale quod naturaliter venit, quia per vitiatum originem nature. Auisentur hic illi, qui habẽt baptizare, tam sacerdotes quàm laici, de forma. Auisentur patrini de filiolis, vt curam habeant de eis. Quia sicut pater carnalis tenetur prouidere de cibo corporali, ita patrinus de cibo spirituali, vt sciant se signare, & sciant Credo, Pater noster, Aue Maria, quod confiteãtur, & communicent ad minus in paschate, quod vadant ad missam, & sermonem, & quantum possunt tenentur patrini corrigere eos de peccatis, & reducere ad bonam vitam, & ad deum, quia sunt eorũ filij spirituales, & de eis habent reddere rationem deo. Ideo si ex ve stra negligentia damnantur, cum eis etiam ibitis, etiam si aliud peccatum non haberetis. Istam obligationem recipitis in baptismo. Ideo Dauid, Quanta mandauit patribus nostris, s spiritualibus, nota ea facere filijs suis, vt cognoscat generatio altera, s. conuersorum, qui sunt alterius generationis. Psal. 78. Et concordat Esa. di. Pater filijs notam faciet veritatem tuam, Esa 38. Dico quod secũdus modus est per tactum manualem. Christus enim leprosum manu tangẽdo curauit. Hoc inuenitur Matt. 8. Postquam autem Christus prædicauerat in quodam monte, cùm descendisset de mõte, quidam leprosus venit ad eum dicens, Domine si vis, potes me mundare, quasi dicat non dubito de potestate tua, quia potens es, sed solùm stat in tua voluntate. Ideo domine si vis, potes me mundare, dicit textus. Et extendens Iesus manum suam, tetigit eum dicens, Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Figurauit in hoc Christus secũdum modum, quem ordinauit ad curandum de peccatis enormibus &c. quæ post baptismum cõmittimus, quę per baptismum non possunt lauari, sed per tactum. Ecce contritio cordialis. Hic insinuatur, quod quantumcũque peccata sint grauia & horribilia, tanta est virtus contritionis, quæ si vera sit non est sine gratia, quod purificat animam ab omnibus culpis mortalibus. Ideo Dauid, Cor contritum & humiliatũ deus nõ despicies. Si dicatur, Vnde hoc, quod contritio significetur per tactũ manus? Respõdeo, qꝝ nisi deus tactu suæ manꝰ misericordiæ tangeret cor peccatoris, nunquam haberet contritionẽ. Ista manus misericordiæ dei habet quinque digitos, id est quinque motiua contritionis. Primũ motiuum est cogitatio amissionis gratiæ dei, quia quando peccator cogitat quod ex suis peccatis perdidit gratiam dei, & est in ira dei tunc habet motiuũ, & rationẽ conterendi. Sicut miles, qui prius erat in gratia regis, sed quia deliquit, perdidit gratiam, & incurrit iram regis, ita quod rex non vult eum videre, mouetur ad contritionem offensę ex cogitatione amissionis gratiæ regis. Cogitate qualis dolor, maximè si non haberet vnde viueret aliunde. Ita de peccatore &c. nec aliunde potest habere vitam ętern̄. Secundum motiuũ ad contritionẽ est cogitatio amissionis

bonis lucri, quando cogitat peccator quod perdidit quidquid lucratus fuerat vnquam per opera meritoria, tunc habet motiuum & rationem conterendi. O qualis dolor. Ac si mercator in manu perderet quidquid lucratus fuerat vnquam toto tempore vitę suę, quomodo doleret? Plus perdit peccator, sed quando redit ad gratiam per veram pœnitentiã recuperat ista quæ fecit in gratia, quia opera bona mortificata per pœnitentiã veram reuiuiscunt. Cogitate qualis dolor debet esse religioso vel clerico &c. qui propter vnum peccatum perdit quidquid lucratus fuit in quinquaginta vel quadraginta annis &c. Tertium, quia perdit hæreditatem paradisi, quæ ad eũ pertinebat, qualis dolor esset primogenito regis, si ex culpa sua perderet hæreditatẽ &c. Ide de peccatore. Quantũ, quia perdit amicitiam sanctorum angelorũ, & omniũ beatorũ. Iam videtis quantũ doletis, quando perditis aliquem amicum cordialem, quantò magis dolore debetis quando tantos perditis? Igitur. Quintũ motiuum ad cõtritionem est cogitare, quia ex damnatus sententialiter ad furcã infernũ. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezec. 18. Sentẽtia est data, sed executio nõ fit statim. Sed cogitate quomodo dolet captꝰ, quãdo scit qꝝ sententia est data vt suspendatur, etiã si executio non fiat illa die. Istis quinque digitis manus misericordię dei tãgit cor peccatoris. Ideo propheta in persona peccatoris conterentis dicit, Abijt furor meus in indignatione spiritus mei. Manus enim domini erat mea cõfortans me. Ezech 3 Quia cõtritio non solũ purificat à peccato, sed etiã confortat per spẽ. Hic habetis doctrinã, vt bona vel mala pœnalia quæ habetis in hoc mũdo, nõ attribuatis causis secũdis, quia manus dei facit omnia. Ideo sancti patres antiquitùs omnia reliquebant deo: Verbi gratia. De patriarcha Iacob cũ esset puer &c. Dixit pater, Quomodo tam citò inuenire potuisti fili mi? Respondet, nõ aliam rationẽ assignando dicens, Quia voluntas dei fuit, vt citò mihi occurreret quod volebã. Gen. 27. Idẽ ab Esau interrogatus de filijs. Quid tibi volũt isti, & si ad te pertinẽt? Respõdit Iacob, Paruuli sunt, quos donauit mihi deꝰ. Gen. 33. Etiã mala pœnalia sunt deo attribuẽda, quia cõclusio est omniũ theologorũ, qꝝ omnia mala pœnæ facit deus. Ideo Iob postquã perdidit septẽ filios, & filias, per Malum pœna, à Deo est. chaldęos, vt dicit textus, & quingenta iuga boũ, & tot asinos, ab inimicis de Chaldęa acceptos. Itẽ septem milia ouium per ignẽ de cę- lo &c. totũ attribuebat deo di. Dominus dedit, dominus abstulit, fiat domino placuit ita factũ est. Iob. 1. cũ tamẽ textꝰ dicat, qꝝ diabolus & inimici Chaldæi fecerũt. Ita debetis vos facere, nõ attribuere aliquid soli, vel lunę, vel naturę, quia nõ est nisi captiua, id est, ancilla, sicut si rex daret vobis aliquod officiũ vel castrũ, & notarius facit instrumẽtũ, & vos regratiamini calamo vel notario, nõne esset stulticia? De omnibꝰ ergo creatori est regratiãdũ, nõ soli, nec lunę, nec planetis;

planetis sol, luna, creaturę sunt irrationales. Ideo creatori est regratiandum, tam de bonis quàm etiam de malis. Magister sententiarū in primo, de potentia dei dicit, Sufficit Christiano dicere, omnium operationum & actionum quę fiunt in hoc mundo caussam esse dei voluntatem. Si quæratur, quare eclipsatur sol vel luna? Respondeo quòd ita placet deo. Et sic potest homo respondere ad omnē quæstionem mundi. Tertius modus est per ostensionem visualem. De hoc loquitur the. Ite ostendite &c. Dicatur hic breuiter historia euangelij. Dum Christus iret prædicando transiens per mediam Samariam & Galilæam de ciuitate in ciuitatem, de villa in villam, ostendendo gentibus veritatē fidei, in porta cuiusdam castri occurrerunt ei decem viri leprosi, qui extra morabantur, nec audebāt appropinquare, quia est morbus contagiosus, sed steterunt à longe, cogitate quod flexis genibus stabant, & alta voce dicebant, Iesu præceptor miserere nostri, non dixerunt, domine vel creator, sed præceptor. q. d. sicut præcipiendo creasti mundum, ita præcipiendo potes nos curare. Christus verò respiciens eos, dixit thema propositum. Ite ostendite &c. quia sic curabimini, & ipsi recesserunt, & purificati fuerūt. Ecce purificatio lepræ per ostētionem visualem. Sed quæratur, quare sic sunt curati. Respondeo, quod ad ostendendum tertium modū curandi à lepra peccatorum, scilicet confessionem, quæ est tantæ virtutis, quod nisi cor sit actualiter obstinatum, nolens dimittere peccata, nec remittere iniurias, quia in talibus confessio non habet effectum, purificat animam ab omnibus culpis mortalibus, propter hoc dicit, Ostendite vos, non dicit, ostendite caput vel faciem, aut manus, sed ostendite vos, id est, omnes plagas. Recta confessio non est nisi ostensio plagarum lepræ, dicendo pater ex quo fui confessus peccaui in hoc &c. de alijs, Pater interrogate me. Pater ego sum persona superba, auara, retinui salaria seruorum, decimas, vel de mortuis &c. Quando dat absolutionem confessor, anima purificatur ab omnibus plagis & maculis. De hoc auctoritas clara, Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iustus est deus, vt remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate. in cano. 1. Io. 1. Not. fidelis, complens quod promisit, s. purificationem peccatorum per confessionem. Volo vos auisare de vno, quod est, quòd omnia peccata integrè debetis confiteri sacerdoti, quia multi damnantur quia faciūt contra hoc verbum. Ite ostendite vos. Aliqui ex ignorantia, aliqui ex verecundia non ostendunt omnia peccata, etiam necessario ostenda sacerdoti. Sacerdotes aliquando nō audent interrogare, quia fuit inuentum quòd vxor dicebat viro, Confessor petit à me talia &c. Confessores non audent aliquando interrogare vxores, nisi superficialiter dicentes, Seruastis fidem viro, & nihil aliud, cū tamen debeant petere à confitentibus, etiam diligenter singula cū apparet eis

Quomodo persona idiota, crassa modo, cōfiteri debet prius quam à docto confessore distinctius interrogetur de singulis.

vel insufficientia confessionis. Caueat tamen confessor ne sit incautus interrogando, & ne ostendat modum peccandi confitentibus. Item aliquoties peccata sunt grauia, & contra naturam, quod cælum & terra possent submergi. Item dicat confessor, Dicatis filia, negatum debitum viro, quia si mulier negat debitū viro, peccat mortaliter, & damnatur. De hoc etiam debet virum interrogare. Dicatur hi storia quę accidit in Valentia, de muliere negante viro debitū, quæ quolibet die inueniebat excusationē, propter quod vir vocauit anciliam siue captiuam, & decetero abhorruit vxorem, vir damnauit se cū ancilla, & magis vxorem, quę omnium erat caussa istorū. De hoc dicebat apostolus in suis sermonibus. Vxori vir debitum reddat, similiter autem & vxor viro, mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, similiter autem & vir corporis potestatem non habet, sed mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu ad tempus, vt vacetis orationi, & iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos Satanas propter incontinentiā vestram. 1. ad Corin. 7. Dicatur etiam contra illos qui ex verecundia non audent ostendere peccata confessori. Quartus modus fuit per absconsionem simulē. De hoc habetur Exo. 4. de Moyse, qui cùm semel esset coram deo, habuit manum leprosam, & dixit, O domine qualis est manus mea? Dixit sibi deus, Absconde eam in sinu, & sic curata fuit. Quare sic dominus curauit leprā? Solutio, ad ostendum quartum modū curandi peccata, i. per afflictionem pœnitētialem. Si habetis animā lepro sam ex peccatis, per corporis afflictionem poteritis eam curare. Et hoc signat manus habēs quinque digitos, quibus operamur, qui signant quinque opera pœnitentialia. Primum est ieiuniū, quod comprehēdit omnes afflictiones corporales, vt cilicium, disciplinam &c. Secundū est oratio spiritualis, quia sicut os loquitur, sic cor siue spiritus cogitat, oculi lachrymātur, & sic anima purificatur. Tertiū est eleemosyna fraternalis. s. de bono iusto, sed de alijs restitutio fieri debet. Ideo dicit Christus, Quod supererst, s. facta restitutione, date eleemosynā. Et ecce omnia mūda sunt vobis. Luc. 11. Quartū est remissio iniuriarū. Si vis etiā remittere dānū vel debitū amore dei, benefacis, sed nō teneris. Sed remittere odiū, & rācorē cordis, & propositū habeas nō nocēdi inimicis, etiā si posses, sed sine peccato corā iudice potes dicere tuā caussam, & exigere debitū &c. Si vis remittere totū, vt deus tibi remittat, est magis meriti. Si dimiseritis hominibus peccata eorū &c. Mat. 6. Quintū est communio sacramētalis &c. Pater quō manus signat afflictionē pœnitentialē. Sed quare per absconsionē curata fuit? Solutio, ad ostendendū q; opera pœnitentialia nō debēt fieri publicè ad vitandū vanā gloriā. Et si sint aliqua bona, quę non possunt abscondi, ordinetur intentio ad deū. Dicatur contra illos, qui se laudant de bonis operibus, dicendo, heri ieiunaui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

naui, vel disciplinaui &c. Itē de illis, qui clamant pauperi, vt videantur dare eleemosynas. Per hunc enim modum anima non solūm nō curatur, immo magis fit leprosa, ergo attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis &c. Matt. 6. Not. ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus. Aliqua iustitia debet fieri coram hominibus, & aliqua non. De peccatis notorijs iustitia debet fieri coram hominibus, de peccatis secretis iustitia secreta, & dimittatur diuino iudicio, quia ipse condemnabit tales. Sed quando peccata sunt notoria, & rectores sustinent, nec faciunt iustitiam, ira dei est super eos, & super cōmunitatem. Verbi gratia. Si aliquis secretè inuocat dæmones, communitates vel rectores non habent periculum, sed quando est notorium, quia omnes recurrunt, & processionaliter vadunt gentes ad eum, pro liberatione ab infirmitatibus &c. tunc ira dei est super communitatem & rectores. Idem de iurantibus & blasphemantibus secretè. Sed quando publicè & notoriè deus blasphematur, & sustinetur, tunc malè regitur ciuitas. Idem de operātibus secretè in diebus festis. Sed quando publicè & notoriè, corrigendi sunt publicè. Idem de ludo aleæ secreto vel publico dicendum est. Si aliquis fecit aliquam inhonestatem secretè, non debet fieri de ista publica iustitia, sed quando publicè & notoriè habitant meretrices per vicos, vel per hospitia &c. nisi faciatis iustitiā, publicè habebitis super vos iram dei. Item si aliqua mulier in corde suo sit pōposa, & vana, secretè deus cōdēnabit eam, sed quādo est publicè sic vana & pōposa in ornamentis, in caudis &c. potest puniri, si leges de ornamentis frāgat. Secūs est si peccata sint notoria. Ecce quomodo intelligitur, Attendite ne iustitiā vestram faciatis corā hominibus, quod verum est si peccata sint occulta &c. aliàs periculum imminet his qui non corrigunt. Vnde dicit scriptura, Digni sunt morte, nō solūm qui faciunt, sed etiā qui consentiunt facientibus. ad Rom. 1. & 17. quæst. 4. Omnes, quia pari pœna puniēdi sunt agentes, & cōsentientes, cuius est decisus. cap. 1. extra de offic. deleg. gloss. Aug. Consentiunt qui possunt, & debent corrigere, & nō faciunt. 23. quæst. 3. Qui potest. Resistere posset peruersis, & nō facere, est eis consentire. Quintus modus est per separationem personalem. Hoc habetur Numer. 12. Moyses habebat vnam sororem prophetissam, vocatā Mariam. Et quia semel murmurauit contra fratrem suum Moysen, subitò fuit effecta leprosa, pro qua Moyses orauit dominum, Domine obsecro sana eā. Respōdit dominus. Separetur septē dieb⁹ extra castra & postea reuocabitur. Nu. 12. Iste est vltimus modus curādi à lepra peccatorū. s. per separationē, & hoc fit per ingressū religionis. Separare se debet religiosus, vel religiosa ab amicis, & parētibus. Dicatur cōtrā mulieres, quæ in suis partibus vocant moniales, & seruiāt eis, & etiā in

Qui dicuntur in delicto consentire.

infirmitatibus, & q⁹ dimittāt seruitiū Dei, & seruiāt eis, quod indecens est & malū. Itē non debēt moniales ad se vocare amicos in festiuitatibus seu cōuiuijs. Si vultis eis mittere aliquā eleemosynā, bene quidē, sed nō extrahātur religiosę extra monasteria, quia hoc est periculosū: per hoc enim & deuotionē, & Dei seruitiū omittūt. Dicatur quomodo ingressus religionis habet eandē virtutē, vt baptismus, purificādi ab omnibus peccatis. Baptizetur Iudęus, qui haberet omnia peccata, & alius maximus peccator intret religionē, equalis gratia datur vtriq;. Hoc fuit reuelatū cuidā sancto, vt patet per miraculū antè dictū, confirmatū in decretis per Pelagiū papā. Dicatur miraculū de illo sancto, qui æqualē gratiā vidit descendere super vnū nouiter baptizatum, & super intrantem religionem approbatam. Istud non est ex priuilegio papę, sed ex priuilegio Christi, vt expressè dicit S. Tho. in 4. sentē. Et secunda secundę. Vide ibi rationes. Nota cùm dicit, separetur septem diebus. Per septem dies, septem intelliguntur, in quibus stat perfectio religionis, scilicet,

Obedientia generalis.
Paupertas apostolicalis.
Castitas angelicalis.
Deuotio in officio.
In ore silentium.
Pœnitentia corporalis.
Et patientia virtualis.

Nec istis nō potest religiosus saluari. Vnde dicit S. Tho. in quolibetis. Si scirē monasteriū, in quo negligitur cura animarū, non auderē cōsulere alicui q⁹ in tali monasterio eligeret monachatum. Itē attendendū est sollicitè, ne in ingressu religionis fiat simonia, aliàs anima non purificaretur, immo plus macularetur, & tunc sic separatus potent dicere, Asperges me Domine ysopo &c. vel aliter. Ista separatio est recedere à mala societate, quæ est occasio peccandi, iuxta illud, Quæ nocitura tenes, quamuis sint chara relinque.

De eisdem Dominica XIIII. Sermo III.

Vi Christi sunt, carnem suam crucifixerunt. Habetur verbum istud ad Galat. 5. Pro huius verbi declaratione, & materiæ prædicandæ introductione, sciendum quòd creaturæ dicuntur esse Christi tripliciter, scilicet,

Per creationem vniuersalem.
Per redemptionem humanam.
Per subiectionem specialem.

Quantum ad primum, omnes creaturę sunt Christi, quia per ipsum omnia creata sunt & facta. Nam sicut castrum quod proprijs expēsis ædificatur, & non alieno fundo, dicitur esse illius qui ædificauit, ita etiā totus mūdus Christi est, quia dominꝰ Iesus Christus de suis

proprijs, s. potētia infinita, & sapiētia sine alieno adiutorio in ꝓprio fundo ædificauerat castrū, vel domū totius mūdi, cū omnib⁹ creaturis. Ideo omnia sunt sua. Cuius est cęlū, terra, & alię creaturę visibiles & inuisibiles? Respōdeo ꝙ omnes sunt Christi. Et isto modo loquitur Apostol⁹ dicēs: Locutus est nobis, s. Deus pater in filio, quē cōstituit hęredē vniuersorū, per quē fecit & sęcula, Heb. 1. ergo omnes creaturę sunt Christi per creationē vniuersale &c. Quātū ad secūdū mēbrū, s. sciatis ꝙ per redēptionē humanā omnes creaturę rationales, cuiuscuis stat⁹ siue cōditionis sint tā fideles q̄ infideles, omnes sunt Christi, nō solū per creationē, sed etiā per humanā redemptionē, qui enim proprijs pecunijs emit captiuos, illi⁹ sunt. Ita Christ⁹ de propria moneta burse suę, s. eius corporis sanguine, emit nos, & pro omnib⁹ soluit pretiū in mēsa cābij, s. in cruce. Ideo omnes sumus sui, licēt Iudæi, Agareni, & omnes infideles alij, vt falsi captiui fugiāt modo, & latitent per nemora, & cauernas infidelitatis, vnde Apostolus dicit, Siue viuimus, s. per fidē & gratiā, domino viuimus, siue morimur, s. per infidelitatē vel peccata, domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, domini sumus. In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit, vt & viuorū & mortuorū dominetur. Ro. 14. Tertio modo dicūtur aliqui ipsius Christi, per subiectionē specialē. Isto modo solū Christiani boni sunt sui per verā credentiā, & deuotā obedientiā ad eius præcepta, qui habet ista duo, ille dicitur esse Christi, & hoc iā denotatur in nomine Christiani. Quare aliqui dicūtur Aragonēses? quia habēt subiectionē specialē per credētiam ad regē Aragoniæ, & obedientiā. Quare aliqui dicūtur Castellani? vel Gallici? propter subiectionē specialē ad suū regē. Ita Christiani qui habent verā fidē in corde, & deuotā obedientiā in opere, sunt Christi per specialē subiectionē, & ex hoc nominati sunt Christiani. Act. 11. Paulus & Barnabas in Antiochia annum totum cōuersati sunt in ecclesia, & docuerunt turbā multā, ita vt cognominarentur primū Antiochię discipuli Christiani. Ecce antè dicebantur discipuli. Et de Christianis loquitur thema. Qui Christi sunt &c. s. per subiectionē specialē, per verā credentiā fidei, & deuotā obedientiā in opere, carnē suā crucifixerūt. Modò videndū est quomodo nos Christiani debemus crucifigere carnē nostrā ad instar Christi. Declara per quinq; vulnera siue plagas principales quas Christus recepit in cruce. Multas alias plagas recepit in capite propter coronam spinarum, & in toto corpore liuores, quis posset numerare &c. Sed plagæ principales fuerūt quinq;, duæ in manibus, & duæ in pedib⁹, & vna in latere: De quibus prophetauerat Dauid in Psal. 21. in persona Christi dicens: Foderunt manus meas, & pedes meos, scilicet ligone clauorum, Christus ergo fuit crucifixus corporaliter, & recepit quinque vulnera realiter. Sic nos Christiani debemus crucifigi

ad instar Christi moraliter, & recipere istas quinq; plagas virtualiter, & tunc de nobis dicetur thema. Qui Christi &c.

Primò in manu dextra per misericordiam largiendo.
Secundò in sinistra per iustitiam restituendo.
Tertiò in dextro pede per temperantiam abstinendo.
Quartò in sinistro pede per patientiam sustinendo.
Quintò per pœnitentiam in latere continuando.

Quilibet Christianus qui has quinque plagas assumpsit, ad instar Christi crucifixus est, de quib⁹ verificatur thema, Qui Christi sunt &c. Ecce tota materia prædicanda in præsenti summa. Dico primò q̄d ad instar Christi volumus crucifigi, debem⁹ primò clauari, crucifigi in manu dextra clauo misericordiæ. Hoc declaratur sic. Facultates siue diuitiæ huius mūdi dicuntur manus. Ratio, quia manibus facimus opera principaliter. Iti qui habēt magnas diuitias possunt facere multa & magna opera, scilicet magnas domos, castra, vestes, &c. Iam dicitur vulgariter de diuite, multa potest facere. Ecce ratio quare dicuntur diuitiæ domini manus. Ideo dicebat Salomon, Pecunia obediunt omnia. Eccle. 10. No. obediunt omnia, scilicet corporalia & temporalia. Et sicut habemus duas manus, dexteram & sinistram, ita sunt duæ conditiones facultatum seu diuitiarum. Aliquæ de bono iusto, & iustæ, dicuntur dextra manus, aliquæ de malo, quę dicuntur sinistra. De bono iusto sunt diuitiæ quæ acquiruntur iuste, vt de possessionibus, vel de laboribus in officio suo, vel de redditibus iustis, vel de mercationibus, vel de vēditionibus planis, vel de vassallis sine rapina, & sic de alijs. Talis pecunia dicitur manus dextra. De malo & iniusto est pecunia quæ acquiritur iniustè vel per vsuram, siue per rapinam, vel calumniam, vel per retentionem decimarum, & primiciarum salariorum, vel testamentorum, siue interitorum, siue per simoniam. Ista est manus sinistra. De istis manibus dicebat Salomon, Leua eius, s. mūdi, sub capite meo, s. despiciēdo, & dextra illius amplexabitur me. Cant. 2. In dextra ergo debet figi vulnus clauo misericordiæ, s. eleemosynas largiendo, quia solū de illa, hoc est de bonis iustis, per dexteram significatis, est faciendа eleemosyna. Et sicut de manu Christi perforata exiuit sanguis, ita de manu diuitis, de extra clauo misericordię perforata, debet exire eleemosyna ad pauperes, quia de iniustis bonis non debet fieri eleemosyna, sed restitutio. Ideo Christus, Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua. Mat. 6. Propter hoc do vobis hoc cōsilium. Qui habet pecuniam de bonis iustis, & inde do vobis hoc cōsilium. Qui habet pecuniam de bonis iustis, & etiā de iniustis bonis, debet facere mediū in taxia, & ad dexterā portionem illam de bono iusto, & ad sinistram illam de iniusto. Et quando habueritis facere eleemosynam, dabitis de dextra, & si lucramini aliquid iustè, ponetis ibi. Si, quod absit, habetis aliquid fortè

de iniustis bonis, debet poni illud in sinistra parte, vt quotiescunq; videritis, recordemini de restitutione dicendo: O miser, ista habeo restituere. Idem dico de bursa, quia Deus aliquādo dabit vobis cor ad faciendum restitutionem. Ecce quare Christus dicit, te faciente eleemosynam &c. Ecce prima plaga, Qui Christi sunt, carnem &c. Dico secūdo q; ad instar Christi debemus perforari in sinistra secundum q; declarauī. Sinistra autē est pecunia iniusta, vel alia res iniustē habita, quæ debet perforari, & clauari clauo iustitię, restituendo debita, quia sicut dare eleemosynā est opus misericordiæ, ita etiam in restitutione debita est opus iustitiæ. Ideo vos auari perforate manum vestram, si iustitiam vendidistis, reddatis illos duos vel tres florenos, quos recepistis ab illa vidua seu paupere. Item vos mercatores, si emendo vel vendendo defraudastis aliquem. Item dominī temporales, si recepistis aliquid à vassallis per rapinā, vel si retinuistis salarium seruorum, ancillarū, & sic de alijs. Si vultis saluari, oportet restituere totum, vel petere veniā. Ideo dicit scriptura, Reddite omnibus debita, & nemini quidquā debeatis, ad Ro 13. Benedictus est qui cum veritate potest dicere, Licèt modicum habeo, tamen totū est meum, & nulli teneor. Sed auiso vos hic, quia nō solùm est facienda restitutio de hoc quod homo recepit, sed etiā de dāno quod intulit. Verbi gra. Si aliquis falsus notarius amore, seu timore, precio, vel rācore, fecit chartā falsam donationis inter viuos, vel falsum testamentū, & huiusmodi, & dānificauit proximū in 100. vel 1000. florenis, talis tenetur ad totū, & si dixeritis, Nihil recepi. Soluto, non est vis. Idem de falsis testibus. Itē si impignoratis vineā, arborē, vel agrū, soluatis totū lucrū quod inde habuistis, Itē si cōbussistis domū, triticū, & huiusmodi, quilibet tenetur insolidū, nisi alij cōtentiētes velint satisfacere etiā. Proh dolor, quot sunt qui alios dānificant, vel per suū loqui, vel per suū operari, vel per consiliū, & sic de alijs, & tamē nullā faciunt restitutionē. Tertio crucifigēdi sunt pedes. Super hoc sciendū, q; pedes quib⁹ gradimur alternati, sunt prosperitas & aduersitas mūdanalis. Sic enim ambulam⁹ in hoc mūdo, modò per prosperitatē, sanitatē, & abundantiā, modò per aduersitatē, si infirmitatē, & indigētiā. Nec aliquis potest vno pede ambulare. Non dextro prosperitatis, quia superbiret, nec sinistro aduersitatis, quia desperaret homo. Quid ergo faciet De⁹ modò dat lætitiā, modò tristitiā. Fortè fuistis in nuptijs cū lętitia per totū diē, & quādo in sero redieritis ad domū inuenietis filiū vestrū vulneratū in capite, quia cecidit, modò habetis tristitiā. Itē modò habetis infirmitatē, modò sanitatē, modò bonū nuntiū, modò malū. Si semper essemus cū prosperitate, nō cognosceremꝰ Deū. Si semper in aduersitate, nō possemus sustinere. Immo dicit Salomon. Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Prou. 14. In dextro ergo pede

Restitutio ad quā notarij tenentur.

pede prosperitatis assumi debet vulnus clauo tēperantię, ab illicitis & superfluis abstinēdo. Si habetis diuitias, sanitatē, pulchritudinē, & huiusmodi, nō debetis malè vti. Ex his sunt multi miseri, qui si habet pulchritudinē corporalem, eā expendunt in luxurijs, fortitudinem in homicidijs, diuitias in vanitatibus. Ideo clauo temperantiæ perforare debetis pedem dextrū. Si habetis pulchritudinem corporis etiā faciatis q; anima sit pulchra. Si fortitudinem, expēdatur in pœnitētia, disciplinis &c. Si diuitias, recipiatis necessitatē &c. Alia detis amore Dei pauperibus, & in pias causas, quia nō sunt expendenda in vanitatibus. Debetis cōputare & dicere, Videre volo quā si habeo ego de redditibus quolibet anno. 100. vel. 1000. floren. & si habuero mille in anno, expendā quingentos in meis necessitatibus, de alijs quingētis emā censualia, & domū pro alio mūdo. Emūnar autē dādo eleemosynas pauperib⁹, vel mutuādo sine vsura propter Deū. Cogitate q; habetis mori. O miseri quid dicetis Christo, quādo nudi venietis corā eo? Cogitate qualē cōfusionem & capitulationē faciet vobis, dicēdo: O miser quomodo venis sic, cū habueris tot redditus, & tot bona? quid dices? Domine totū expēdi in vanitatibus. Respondit Christus, Ideo vadas ad hospitale miserorum. Ideo clauo temperātię perforare se debet homo. Ideo dicit scriptura. Obsecro vos tanquā aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quę militāt aduersus animā. 1. P. 2. No. Quomodo peregrini, & qualiter vadunt per viā induti simpliciter, licèt sint milites aut ciues, nō induūtur de auro. Itē solū portāt pecunias ad viam necessarias, & quādo sunt in hospitio, nō curāt de magnis delicamē tis, vel delectationib⁹. Itē quotquot sumus in hoc mūdo, peregrini sumus. Vbi sunt illi qui erāt modò sunt. 1000. anni, iā trānierunt, & cōpleuerūt suā peregrinationē. Idē de illis qui erāt modò sunt 100. anni, vel 200. Iste mūdus nō est nisi via, vn⁹ intrat per portā natiui tatis, alius exit per portā mortis, moritur papa, & venit alius. Idē de rege, cardinalib⁹, episcopis, & sic de alijs. Nō habem⁹ hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirim⁹. Heb. 13. Propter hoc rogat nos B. Petrus, q; viuamus vt peregrini abstinēdo. Quartò in pede sinistro, scilicet aduersitatis, debemus clauari & perforari clauo patiētię. Sicut enim desperantia est necessaria in prosperis, ita patiētia in aduersis, æqualiter mala tolerādo & sustinendo. Patientia autem est falsa, quæ omnem cibū quantūcunq; amarū facit sapidū. Ista falsa Iob dulcoratur cibū amarę persecutionis, qui clauo patiētiæ clausus nō murmurauit cōtra Deū, nec in aliquo peccauit, sed dixit, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, Sit nomen Domini benedictum. Iob 1. Sic debemus facere nos in nostris aduersitatibus, miserijs, vel infirmitatibus, in perditione filiorum

vel bonorum, semper dicere debemus, Benedictus Deus, qui facit semper pro meliori, licèt nos nescimus. Nota de illo homine deuoto, qui in suis aduersitatibus semper dicebat, Totum est pro meliori & fit, & mulier impatiens indignabatur. Cùm autē semel vellet surgere ad matutinas ex deuotione, & inimici insidiarentur ei ad portam, vt eum occiderent, cecidit per scalam, & fregit sibi tibiā. Cùm autem mulier reprehenderet eum, quare surrexerat. Respondit, Totum pro meliori factum est. Mane autem sciunt de inimicis suis &c. O dixit ipse, Melius est, quia de fractura tibiæ curabor, & non si fuissem iugulatus. Ideo cum patientia suscipiendæ sunt infirmitates. Ideo dicit scriptura, Fratres patientes estote vsque ad aduentum Domini. Ecce agricola expectat pretiosum fructum terræ, patienter ferens, donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra, quoniam aduentus Domini appropinquabit, & non tardabit. Iacob 5. Quitō, in latere debemus vulnerari vulnere pœnitentiæ. Pœnitentia dicitur lancea, quia sicut lancea habet duo, scilicet ferrum acutum, & hastam longam, ita pœnitentia habet ferrum acutum contritionis quod vulnerat cor timore pœnarum inferni, secundō est ibi hasta longa spei, quia longam spem debemus habere de Dei misericordia, si homo vult à peccatis abstinere, & pœnitentiam facere. Qui timetis Dominum, ecce ferrum acutum, sperate in illum: ecce hastam, & in oblectationē veniet vobis misericordia Eccle. 2. de pœnitentia. 1. nemo. Nemo potest bene agere pœnitentiam, nisi qui speraverit indulgentiam. Iudas proditor ferro contritionis vulneratus fuit, habens contritionem. Dicit textus, Videns Iudas quòd damnatus esset, pœnitentia ductus &c. Matth. 27. sed non fuit ibi hasta spei, quia desperauit dicendo, O miser, tantum malum feci, non debeo viuere, & suspendit se. O miser, si veniisset ad virginem, vt oraret filium suum, vt parceret sibi, adhuc habuisset remissionem &c. Ideo dicit, Qui timetis Dominum &c. Hic lancea debet aperire latus vsque ad cor per amaram contritionem, vt exeat inde sanguis feruentis orationis, vel per disciplinas, & aquas lachrymarum, sicut de latere Christi perforato exiuit sanguis & aqua. Vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit sanguis & aqua. Ioannis decimonono. Hic est qui venit per aquam & sanguinem. Non in aqua solùm, sed in aqua & sanguine. 1. Ioann. 5. prædicto modo crucifixus erat, qui dicebat Christo, confixus sum cruci. Gal. 2. Ité, ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. ad Galatas sexto. Non legitur, quòd Apostolus fuerit crucifixus realiter, sed decapitatus, sed erat clauatus in manu dextera clauo misericordiæ, in sinistra clauo iustitiæ.

Domi-

Dominica XV. post Trinitatem. Sermo I.

Quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius. Habetur verbum istud textualiter Mat. 6. & recitatum est statim in euāgelio hodierno. Noster præsens sermo erit de sancto euangelio huius dominicæ, & habebimus, si placet Deo, multas bonas doctrinas, & speculationes contemplatiuas, ad informationē animarū, & instructiones morales ad reformationē vitæ nostræ. Saluetur virgo Maria &c. Dominus Iesus Christus saluator noster, volens & perficiens saluationē omnium animarum nostrarum, nisi per culpam nostrā impediatur, in sancto Euangelio ostendit tria multum vtilia ad habendā dictam saluationē. Primū est adhærētia diuinalis. Secundū est cōfidentia supernalis. Tertiū est diligētia virtualis, vel spiritualis. In his tribus stat euangelij, & de tertio, s. diligentia spirituali, dicit the. Quærite primū, id est, principaliter. Dico primò q̄ Christus in euangelio ostendit amorolam inhærentiā diuinalē in hoc, s. q̄ non debemus in corde nostro habere maiorē coniunctionē ad bona creata siue creaturas, q̄ ad Deum, sed super omnia toto corde & tota mente adhærendū est Deo. Ratio est. Sicut enim ille qui vult habere aquā purā & claram recurrit ad fontē, quia postquā aqua trānsit alueos, iā non est ita clara & pura. Ita si volumus pura bona, & delitias, ad Deū, tanquam ad fontem omnium bonorū, est recurrendū, quia honores, diuitiæ, seu delitię huius mundi nō sunt nisi lacus fœtentes laboribus, periculis, & miserijs. Ideo Dauid, Mihi autē adhærere Deo bonū est. Ap proximatur homo Deo amādo corde, contēplando intellectu, loquēdo de eo ore. Istā adhærētiam diuinā ostendit Christus in principio euāgelij, cū dicit, Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim vnū odio habebit, & alterum diliget. Aut vnum sustinebit, & alterū contemnet. Non potestis Deo seruire, & Mammonæ, quasi vellet dicere concludēdo, ergo elōgetis vos à Mammona, & adhæreatis Christo. Rectè Christus hic tenet modū logicalē, arguendo in forma syllogistica, scilicet in Ferio, ponēs vniuersalē negatiuā, & particularē affirmatiuā, & concludit per particularē negatiuam. Vniuersalis negatiua est ista, Nemo potest duobus Dominis seruire. Declaretur. Diceret aliquis, Nónne potest homo seruire papę & episcopo, regi & primogenito? Immo, quia seruiendo vni seruitur alteri. Gloss. declarat intellectum Christi dicentis, Nemo potest seruire duobus Dominis, scilicet inter se contrariantibus, & contraria præcipientibus, ita quod duobus dominis contrarijs nemo potest bene seruire, & quia papa & episcopus, rex & primogenitus, non sunt contrarij. Ideo &c. Declarat Christus dans rationē, Aut enim vnum odio habebit &c. Quæreret modò aliquis, Quomodo poterit quis scire, q̄ seruiat aliquis Deo, quia solus Deus scit corda? Dico quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum signum exit extra, s. verbum per os, vt fumus per fumerariū. Cor, vbi est ignis, emittit fumū ad os, quia ex abundātia cordis os loquitur. Mat. 12. Et in hoc cognoscitur qui seruit Deo. Vnde & Petro dictū fuit, Tu ex illis es, nam & loquela tua manifestum te facit &c. Mat. 26. Dicatur cōtra illos hic, qui loquuntur cōtra Deum iurādo, blasphemādo, melius esset illis q̄ essent muti. Quibus dicetur in iudicio, De ore tuo te iudico serue nequam. Ecce vniuersalis negatiua. Nemo potest duobus dominis seruire, & quomodo intelligitur patuit. Sed minor, s. particularis affirmatiua, non exprimitur in textu, sed innuitur, s. q̄ Deus & diabolus sint domini, nō indiget probatione, sed q̄ sint cōtrarij, citō probabitur. Christus est Dominus noster duplici ratione s. creationis & redēptionis. Creationis, quia ipse cū patre & spiritusancto omnia creauit, ergo est dominus. Nā si aliquis in sua possessione de suo proprio ędificat domū, nōne dicitur dominus domus? immo. Ita Christus de suo proprio creauit dominū huius mūdi, ergo domin⁹ est, propter hoc dicebat Mardocheus orās, Domine Deus omnipotēs, in ditione tua cūcta sunt posita, & nō est qui possit tuę resistere volūtati. Tu fecisti cælū & terrā, & quidquid cęli ambitu cōtinetur, dominus omniū es. Hester 13. Secundò iure redēptionis. Nam si aliquis de suis proprijs pecunijs emit captiuum, seu captiuos, dominus est eorum. Ita Deus, qui licēt creauit omnia, diabolus sibi instātiuè occupauit multa. Intantū q̄ dicebatur princeps huius mūdi. Venit princeps mūdi huius. i. diabolus, & in me nō habet quidquā, inquit Christus. Ioā. 14. Christ⁹ suo sanguine emit nos, nō tamē dedit pretiū tyrāno, s. diabolo, quia nullū habebat ius, sed Deo patri. Ergo Dominus est noster iure redēptionis. Ideo Dauid in Psal. Exurgat De⁹ &c. dicit, Iter facite ei qui ascendit super occasum, id est, passionē. Nam occasus solis signat Christi passionē, quia sicut sol occidit cū certitudine, q̄ in crastinū orietur: ita Christus passus fuit cū certitudine resurrectionis. Notanter facite, s. in vestro corde, & vita, & veniet ad vos ille qui fuit passus, quia Dominus nomen illi. Diabolus dicitur Dominus nō verè, sed tyrānicè, & homo peccādo dat se illi, sicut captiuus fugere, & daret se alteri, ille diceretur dominus eius, nō tamen verè, sed malitiosè. Ideo omnes sumus empti Christi sanguine, qui in mēsa crucis aperuit cophinū thesauri, in qua cruce passus est, in capite spinis, in manib⁹ & pedib⁹ clauis, in latere lācea, & quādo homo peccat mortaliter, fugit dominiū Christi, & subijcit se diabolo, licēt nō dicat ore dominū suū, tamē ostēditi propter hoc diabol⁹ dicitur dominus tyrānicus. Ideo dicebat auctoritas apostoli. Nescitis quoniā cui exhibetis vos seruos ad obedientiā, serui estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortē, siue obeditionis ad iustitiā? Rom. 6. Ecce quomodo intelligitur q̄ Christus & diabolus sunt domini, s. diuersimodè, sed sunt oppositi, quia quidquid placet Deo, displicet diabolo, Verbi gra. Deus prēcipit humilitatē, & diabolus cōtinuè laborat inducere gētes ad superbiā &c. De hoc vide S. Tho. 1. par. q. 63. ar. 2. Christus vult q̄ simus liberi, nō nimis nos occupātes de bonis temporalibus, & diabolus inducit ad auaritiā &c. Item Christus vult vt simus casti, vt habeamus illā gloriā paradisi &c. quo nō intrāt porci, nec inquinati, sed diabolus, vt cadamus cū eo in æternā damnationem, prouocat nos ad luxuriam. Christus vult vt habeamus pacem, & bonā dilectionem adinuicem, & charitatem, & diabolus incitat ad inuidiā, & malitiā, cum felle amaritudinis, vel occasione officiorum, dignitatū, beneficiorū, & huiusmodi. Christus vult & prēcipit temperantiā, vt de cibis quos ipse creauit pro nobis recipiamus ad sufficientiā, & non amplius. Sicut nec bestiæ, ex quo bibunt, etiā si papa vel rex inuitaret eas, nō plus biberent, & diabolus tentat de gula &c. Christus præcipit vt viuamus in pace, parcendo inimicis, quia omnes sumus membra vnius corporis, & si quādoq; dextra percutit sinistrā, vel econuersō, nō recipiūt vindictā, sed iuuant se mutuò. Ita nos omnes mēbra corporis ecclesię sumus, cuius caput est Christus, sed diabolus prouocat ad iram & impatientiam, & vindictam. Ita breuiter quidquid placet Deo, displicet diabolo, & tractat oppositum de eo vt fiat, immo statim creatus posuit diuisionē in cælo. Dicatur quomodo respexit, & sub se vidit omnes creaturas, & solùm super se Deum, cui voluit æquari, & multi angeli vt adulatores consenserunt sibi, sed Michaël, Gabriel, Raphaël, & alij boni dixerunt, Ego nō cōsentio. Ecce ibi diuisio, propter quod dixit Deus, Nō habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam. Tunc Michaël cū alijs expulit eū cū sibi consentientibus de cælo. Auct. Factum est prælium magnum in cælo, Michaël & angeli eius prælabant cum dracone. i. Lucifero, qui tot angelos deuorauit, hoc est, seduxit, & homines deuorat. Apo. 12. Patent igitur cōtrarietates Christi & diaboli. Ideo Christus, Qui nō est mecū, cōtra me est. Et qui nō colligit mecum dispergit. Luc. 11. Et loquitur ad literā de Lucifero. Patet minor, quomodo Deus & diabolus sunt domini oppositi. Modò sequitur cōclusio: ergo nō poteris Deo seruire, & Mammonæ. Nota. Māmona significat duo. In lingua enim Syriaca Māmona significat diuitias temporales. Secūdò significat illum diabolum qui tentat de auaritia qui etiā dicitur Mammona. Et secundum hoc conclusio declarabitur dupliciter, quādo dicitur, Non potestis Deo seruire, & Mammonæ, id est diuitijs. Dicit hic Hiero. q̄ homo potest bene seruire Deo, & dominari in diuitijs, sed impossibile est seruire Deo & diuitijs. No. differentia est inter dominari diuitijs, & seruire eis, sicut inter dominū & seruū, quia Domin⁹ quiescit, & seruus seruit sibi, & non econuersō, sed laborat seruus. Itē quādo tu labo-

boras negotiando per mare, terrā &c. & pecunia quiescit in domo, in cista, tunc tu es seruus, & ipsa domina, & nō potes Deo seruire & Mammonę. Sed dominari pecunijs est eas seruitio bono applicare, quia sicut dominus nō permittit quiescere seruū suū, sed dicit, Fac hoc, fac illud. Ita quādo homo facit seruire diuitias, subueniēdo viduis, orphanis, puellis, captiuis, & pauperibus sine vsura, tunc diuitiæ sunt ancillæ, & seruiunt domino, & sic esse dominum diuitiarū bonum est, quia simul potest homo seruire Deo, & dominari diuitijs. Ideo dicit Hiero. Qui enim diuitiarum seruus est, diuitias custodit vt seruus, qui autē seruitutis excussit iugū, distribuit eas vt dominus. Secundò Mammona significat illum dæmonē, qui tentat de auaritia. Et quādo dicit ꝙ non possumus seruire Deo & Mammonæ, Est hic speculatio talis. Nos inuenimus in sacra scriptura septē dæmones, qui tentant de septem peccatis mortalibus, & hic solum nominat Christus Mammona. Primus est Leuiathā, qui tentat de superbia. Secundus est Asmodeus, qui tentat de luxuria. De quo Tob 3. Dæmoniū nomine Asmodæus, occiderat eos mox vt ingressi fuissent ad eā, s. cōcupiscentiā. Tertius qui tentat de inuidia, dicitur Beelzebub, de quo Luc. 11. In Beelzebub principe dęmoniorū eiicit dæmonia. Hoc dixerūt inuidi. Quartus qui tētat de gula, dicitur Beelphegor, de quo Dauid, Initiati sunt Beelphegor, & comederūt sacrificia mortuorū. Psal. 105. Quintus qui tentat de ira, & facit indurare corda, dicitur Baalberith, de quo Iudic. 11. De fano Baalberith cōdauit sibi viros. Sextus qui tētat de acidia, dicitur Astaroth, de quo 1. Reg. 7. Auferte Deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth, & prępărate corda vestra Domino, & seruite ei soli. Septimus qui tentat de auaritia, dicitur Mammona, & de isto loquitur Christus hodie. Quare Christus in cōclusione sui syllogismi nō dixit, Nō potestis Deo seruire & diabolo, sicut dixit, Nō potestis Deo seruire & Mammonę? Respōdeo. Licēt posset cōcludi quęlibet diabolo, tamē Christ⁹ restrinxit ad Māmonā. Ratio, quia qui vult eradicare & expellere malā arborē de suo viridario, ad radicē & nō ad ramos incipiet. Idē in proposito. Vnde veniunt tot mala, quare non fit iustitia? quare fiunt tot quæstiones & litigia, nisi ex auaritia? Propter quod Apostol⁹, Radix omniū malorū est cupiditas, quā quidā appetētes errauerūt à fide. 1. ad Tim. 6. Auarus enim vir habet fidem, quia habet cor inuolutū, ideo perdit fidē dicēdo: Quid scit homo de alta vita? monachi & sacerdotes inuentūt ista, vt detur eis pecunię. Ideo Christ⁹ vt bonus hortulanus, volēs malā arborē eradicare, dicit, Nō potestis Deo seruire & Mammonę. Ex hoc de primo, & patet adhęrētia diuinalis. Dico secūdò ꝙ debemus habere cōfidentiā supernalē, s. vt in nostris necessitatibus cibi, potus, vestitus, & alijs, cōfidamus de Deo,

Septem eacodæmones ad 7. capitalia vitia suadentes.

de Deo, quia si viuimus vt decet, ipse prouidebit nobis de omnibus necessarijs. Et hoc probat Christus quinque rationib⁹, di. Ne solliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, aut corpori vestro quid induamini. Nónne anima plus est q̄ esca, & corpus plusquàm vestimē tū? Ecce prima ratio. Declaretur ista ratio per regulā philosophiæ, & Iuristarum. Regula est philosophiæ cōmentatoris super. 8. Physicorū, ꝙ omne agens naturale, quantum dat de forma substantiali, tātum dat de accidentibus, s. caliditate, siccitate, & claritate, &c. Itē dicunt Iuristæ, cui cōceditur principale, & accessoriū creditur esse concessum, extra, de reg. iur. lib. 6. Accessorium naturā sequi congruit principali, vt si rex facit gubernatorem, si diceret gubernator regi, Ergo detis mihi potestatem citandi homines, & capiendi &c. Non oportet hoc petere, quia ex quo conceditur principale &c. ita Deus dat formam principalem, scilicet animam & corpus, quòd cū vna anima facit vnam essentiam, scilicet humanitatem. Qui ergo dat principale, bene dabit accessorium, scilicet necessaria. Ideo dicit, Ne sollicīti sitis &c. Secunda ratio, Respicite volatilia cæli, quę non seruunt neque metunt, neque cōgregant in horrea, & pater vester cælestis pascit ea. Nónne vos magis pluris estis illis? Ecce secunda ratio talis est. Deus prouidet auibus &c. ergo prouidebit, per locum à maiori, etiam hominibus, cùm homo inter omnes creaturas corporales sit dignissima creaturarum. Vnde bonus Christian⁹ dicere debet, O Domine, qui prouidetis animalibus terræ, auibus aēris, & piscibus maris, prouideatis mihi, qui sum ad imaginem & similitudinem vestrām. Et meritò comparat nos auibus. Nam & ipse de mane dicunt officium suum matutinale secundum suum breuiarium, philomena in media nocte, hirundines in aurora, & sic laudant Deum. Daniel. tertio. Benedicite omnes volucres cæli Domino, & pòst volant, inueniunt iam granum præparatum à Deo, & sic saturantur. Tu ergo facias sic, lauda Deum de mane, vitando tamen multum ne aliquis te perturbet, signādo te, & pòst vola, scilicet laborando in officio tuo, quia hoc significat volatus auis. Iob. 5. Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum, sic Deus prouidebit tibi. Ideo dicit Hieronym. Labor exercendus est, sollicitudo tollenda. Tertia ratio, quis autem vestrūm cogitās potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum, & de vestimentis quid solliciti estis? ista ratio est subtilis, & declaratur per similitudinem magistrorum domorum, qui secundum altitudinem ædificij faciunt fundamentum, in paruis modicum, in magnis & altis ædificijs magnum faciunt fundamētum, ita quodlibet corpus humanum est ædificium, quasi vna turris, cuius fundamentum est cibus, & potus, vestitus. Cùm Deus sit magister, qui ædificat istam turrim, scilicet corpus, sine dubio ipse prouidebit de bono fundamēto. Labora tu,

& fac

Universidad de Deusto
Biblioteca

& fac quod in te est, & ipse faciet adhuc plus. Quarta ratio, Considerate lilia agri quomodo crescūt, nō laborāt, neq; nent. Dico vobis, quoniā Salomon in omni gloria sua nō coopertus est, sicut vnū ex istis &c. vsq; modicę fidei. Ista ratio clara est, quia qui vestit herbas, vestiet nos si in eo cōfidimus. Sed vt liliū, habeamus sex folia, s. sex opera misericordiæ, quę fiunt in vita, quia sepelire post mortē fit, Cibare famelicū, potare sitientem, vestire nudū, colligere peregrinū, visitare infirmū, redimere captiuū. Et habere debemus duo grana, quasi deaurata, vt lilium inter folia. Ista sunt amare Deū super omnia, & proximum sicut seipsum. Quinta ratio est, Nolite ergo solliciti esse, dicētes, quid māducabimus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes, id est, gentiles inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Notate hic pulchram doctrinam, nā Christus vult vt confidamus de eo, vt filij de patre, quia si dicatur puero quinq; vel sex annorum, Vnde habebis aliā tunicā, postquàm ista erit corrupta? Respondet, Pater meus curat de hoc, ipse prouidebit. Et si dicatur puero, Et tu quid facies? Respondet puer, Faciam præcepta & mādata sua. Item si quæratur, De quo comedes? Respondet puer, Pater meus & mater mea curāt. Talē confidentiam vult Christus quòd nos habeamus de eo, & quòd non habeamus sollicitudinem, sed vult quòd seruemus decē præcepta. Sed modò magis confidimus de vno Iudæo. Probatur. nam si habetis instrumentum, quòd talis Judæus quolibet anno dabit vobis centum florenos, cū magna confidentia & securitate estis habē di panem, & vinum, & alia necessaria, & de Christo qui promisit nobis omnia necessaria etiā cū instrumento, notarius fuit Matthæus, si seruamus sua mandata, nō cōfidimus, immo quādo dicitur auaris, ne faciant vsuram, dicunt, Debemus tenere os clausum ad ventum, de quo viuemus? Et nunquid confiditis de Christo patre vestro? Idē de clericis facientibus simoniā, recipiunt pro sepultura simoniacē pecuniā. Benedictus qui confidit in Christo patre nostro pijssimo, in ipsum proijciamus omnem sollicitudinē nostram. 1. Pet. 5. Omnē sollicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniā ipsi est cura de vobis. Proijcitur sollicitudo dicendo: Domine, ego seminabo campum &c. sed si habebo triticum Domine, hoc est in vobis. Ego seruabo mādata vestra, & vos dabitis mihi &c. Idē de vinea, & de omnibus negotijs. Item Apostol⁹, Nihil solliciti sitis, sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescāt apud Deū. Phil. 4. Dico tertiò quòd Christ⁹ in hoc Euāgelio ostendit nobis tertiū necessariū, quod est diligentia virtualis. Hoc dicit the. Quærite primū regnum Dei, & iustitiā eius, & hæc omnia, s. tēporalia, adijcientur vobis. Nō & iustitiā eius. Et dabo declarationē huius per auctoritatē Apostoli di. Non est regnū Dei esca & po-

Septem opera misericordia corporalia.

& potus, sed iustitia, & pax, & gaudiū in spiritusancto, ad Rom. 14. Regnū Dei in tribus cōsistit, s. in iustitia, ne, s. aliquis faciat iniuriā alteri, vt habeat prouisionē, immo si defraudasti aliquē, vel iniuriā intulisti ei, satisfacias. Verbi gra. Si dammificasti aliquē in manu, & sic de alijs membris principalib⁹, ne possit acquirere prouisionē, ecce iniustitia est perpetrata, sed tu debes eidē satisfacere, & in hoc iustitia cōsistit. Ite si aliquis tenebitur tibi in certa quantitate, & nō potest soluere, & p te detinetur captus, melius esset vt seruiret tibi in aliquo, vel vt lucraretur aliquid, quia non est iustitia vt videtur, sed crudelitas. Secūdò regnū Dei in pace cōsistit, quod innuit Apostol⁹ cū addit. Et pax. & illa pax debet hic incipere, quę pax debet esse in corde, & ostendit in ore. Hic errāt aliqui cōfessores, quādo aliquis iniuriatus cōfitetur, dicētes q; illi qui sunt passi iniuriā, debēt remittere totū &c. hoc nō est verū, verūtamē odiū cordis debet remittere offensus, sed si vult, potest prosequi ciuiliter vel criminaliter caussam suā iuridicè, sed requiritur q; habeat propositū nō nocēdi inimico, etiā si ipsum inueniret dormiendō, sine ordine iuris. Itē debet ostēdi pax in ore, salutādo, loquendo &c. Si dicatur, incipiat loqui &c. dicatur q; qui incipit loqui, potiùs videtur lucrari eō quòd ronam, q; ille qui resalutat, quia Iudæo & Agareno salutāti loquitur homo resalutando. Tertiò regnū cælorū in gaudio consistit, quod notat Apostolus cùm dicit, gaudium, de hoc vide S. Tho. 1.2. q. 11. artic. 1. quo quæritur, vtrùm ad beatitudinem requiritur delectatio. Et hoc gaudium est gaudiū de habitatione vitæ beatæ & paradisi, siue de visione beata diuinæ essentiæ, nec immeritò, quia ibi est sanitas sine morte, gaudium sine tristitia, iuuentus sine senectute &c. Sequitur. Et hæc omnia, scilicet bona temporalia adijcientur vobis. Ergo quærite primùm regnum Dei, & iustitiam eius.

Lasi tenentur quidē laudentib⁹ parcere: ordine iuris seruato.

De animabus in purgatorio. *Sermo* II.

Odie est, & cras in clibanum mittitur. Mat. 6. Modò iuxta intellectum quē volo prædicare & pertractare de animabus purgatorij, oportet declarare tres breues propositiones. Prima propositio est talis. Præsens vita tota est sicut vna dies visualis vel artificialis. Secunda, quòd de nulla persona propriè dicitur esse nec viuere, nisi sit in statu gratiæ diuinalis. Tertia, quòd locus purgatorij est sicut caminus vel furnus, in quo fit panis materialis. Prima propositio declaratur sic. Vos debetis scire, q; secundum quòd sancta mater ecclesia diuidit diem, quòd diuiditur in sex horas, s. primæ, tertiæ, sextæ, nonę, vesperarū, & cōpletorij, sic etiā vita hominis diuiditur in sex partes. Hora prima hominis est à nativitate vsque ad. 10. vel. 12. annos. Ratio, quia sicut claritas diei incipit hora primæ, ita tūc, hoc est. 10. vel. 12. anno, homo incipit intelligere, & cognoscere aliqua, nō tamen habet

magnam

Universidad de Deusto
Biblioteca

magnã claritatẽ scientiæ, quia nec hora primę sol dat magnã claritatẽ mũdo. Hora tertia à 12. vsq; ad 20. vel 25. annos. Ratio, quia sicut hora tertia sol est altior, clarior, & calidior, q̃ hora primę, ita tũc homo habet altitudinẽ corporalẽ, & maiorẽ claritatẽ intellectus, nisi sit stultus, & etiã caliditatẽ cõplexionis. Hora 6. hominis est à 25. ann. vsq; ad 40. annũ. Ratio, quia sicut sol in illa hora est in altiori gradu, ita homo tunc est in sua perfectione. Hora 9. à 40. ann. vsque ad 55. annum. Ratio, quia sicut sol in illa hora incipit declinare, ita calor naturalis tunc incipit declinare, & etiã fortitudo. Hora vesperarum hominis est à 55. anno vsq; ad 70. annũ. Ratio quia illa hora iã sol inclinatur ad occasum, sic & homo ad mortẽ. Hora cõpletorij hominis est à 70. anno vel 80. vsq; ad finẽ. Et ex ista ratione vita hominis dicitur vna dies, habẽs istas sex partes prædictas. Aucto. Hodie si vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Psal. 94. Hodie, s. in tota vita presenti, quia in alia vita nõ sunt prædicatores, sed hodie, s. in hac vita, & ita exponit Apost. ad Heb. 3. Auditur autẽ vox Dei legẽdo, vel prædicationes audiendo. Patet ergo prima propositio, s. q̃ tota præsens vita est vt vnus dies vsualis. Secũda propositio dicit, q̃ de nulla persona propriè dicitur esse, nisi sit in gratia diuina, quia qui nõ viuit in gratia, nõ dicitur viuere. Ratio, quia Philosophus dicit, q̃ forma est quę dat esse rei, sicut in homine est materia, s. corpus & forma, s. anima, quæ dat esse corpori. Idẽ de esse spirituali, quia licèt anima sit forma substantialis corporis, & essentialis tamen ipsa anima habet esse per aliã formam, s. per gratiam diuinã, & quandiu est in gratia, viuit: quãdo autẽ anima perdit gratiã Dei, nõ habet esse gratiæ. Ideo Hier. Patres nostri peccauerunt, & nõ sunt, Thre. 5. quia licèt habeant esse naturale post peccatũ, tamen nõ habẽt esse spirituale. Sed ille dicitur esse spiritualiter, qui est in gratia, deuotione, & dilectione Dei. Ideo Christus, Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me. Io. 14. Patet secũda propositio, q̃ nulla persona habet esse &c. Tertia propositio dicit, quòd locus purgatorij est sicut furnus, in quo fit panis &c. quia sicut in furno mittitur panis, nõ ad cõburendum, sed ad coquendũ, & inde extrahitur, & præsentatur papę, prælato, vel etiã regi, & ponitur in mẽsa sua. Itẽ purgatorium est vt clibanus, in quo mittuntur animæ, nõ vt fiant carbones, vt ille de inferno, sed vt mundentur, & purificentur, deinde extrahuntur inde ab Angelis, & præsentantur papæ Iesu & regi Christo, & ponuntur in mẽsa gloriæ eius. Ideo de purgatorio dicit Propheta, Quasi clibanus succensus à coquente. Ose 7. s. post mortẽ. Ideo loquens thema de homine dicit, Hodie, i. in hac vita corporali, est, s. in gratia Dei, & eras. i. post mortẽ, in clibanum mittitur, quia nulla anima intrat purgatorium, nisi sit in gratia Dei. Non loquitur thema de animabus perfectis, quia illę statim euolãt ad

ad paradisum, nec de animabus Christianorum impœnitentibus, nec de infidelibus, quia illę non sunt, s. in esse spirituali gratiæ, ideo statim descendunt ad infernum, sed loquitur solùm de illis quæ vadunt ad purgatoriũ. De qualibet tali dicitur, Hodie est, & eras in clibanum mittitur. Patet thema. Modò volens vobis declarare statum purgatorij, sciẽdum est q̃ purgatorium est in corde terræ. Nam sicut in corde pomi sunt domus, ita etiã in corde terræ sunt quatuor domus. In inferiori est ignis perpetuus, & est plena dæmonibus, & ibi sunt animæ Christianorũ impœnitẽtium. Alia domus est superillã, s. limbus paruulorũ, in quo nõ est ignis, nec dæmones, & eò vadunt pueri non baptizati. Tertia domus est purgatorium, in qua est ignis vt flamma clara, sed nõ sunt ibi dæmones. Quarta domus est sinus patrum sanctorũ, & illa modò vacat. Modò ergo habeo loqui de purgatorio, quod dicitur clibanus, in quo coquitur panis animarum, qualiter hoc fit, declarat Apostolus, cui Deus ostendit clarè cũ adhuc viueret, di. Si quis superædificat super fundamentũ hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulã, vniuscuiusque opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit, quod superędificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius op⁹ arserit, detrimentũ patietur, ipse autẽ saluus erit, sic tamẽ quasi per ignẽ. 1. Cor. 3. No. si quis superędificat supra fundamentũ hoc, s. fidei sine errore, dubio, & falsa opinione, aurũ, s. charitatis, & argẽtũ credulitatis, & lapides pretiosos, s. virtutum & meritorum, ligna, fœnũ, & stipulam, s. peccatorum venialium, detrimentum patietur, sc. in purgatorio, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem. In dicta auctoritate Apostolus innuit quòd in purgatorio sunt tres partes, & in vna fit ignis de lignis, in alia de fœno, & in alia de palea. Et ignis de lignis plus durat quàm de herba siue fœno, & plus de fœno quàm de palea. Ita in purgatorio aliqui stant diu, aliqui nõ tantùm, aliqui modicum. Primi comparantur lignis. Secundi fœno. Tertij paleis. De his tribus conditionibus habebo modò loqui.

Primò ligna sunt imperfectiones pœnitentiales.
Secundò fœnum sunt commissiones venales.
Tertiò palea sunt omissiones carimentales.

Et de qualibet dicit the. Hodie est, & eras &c. Dico primò, q̃ ligna sunt personę quę vadũt ex hoc mũdo cũ imperfectione pœnitentiali, quia licèt fecerint pœnitẽtiã de peccatis, quia aliter irẽt ad infernũ, nõ tamẽ tantũ quantũ requirunt peccata, quia doctrina est canonistarũ, q̃ pro quolibet peccato mortali homo tenetur 7. annis pœnitere in hoc mũdo, aliter restat cõplẽda pœnitẽtia in purgatorio. Si autẽ dicatur, Et nũquid pœnitentiæ sunt arbitrariæ? Dico q̃ in pœnitentia sunt duo, s. qualitas, q̃ sit talis vel talis, & hoc est arbitrium.

Locus scripturæ diuinæ, ex quo probatur esse purgatorium.

Quãdo pœnitentiæ sint in cõfessorũ arbitrio quãtum ad qualitatem, nõ sunt tamẽ quãtum ad quantitatem.

Quarazione ecclesia tauerit septē annos mortali peccato.

rum. Secundū quantitas tēporis est, & hoc nō est arbitrariū secundum canones, quia tā quantitas temporis est taxata & limitata, s. septē annorū. Verbi gra. Si quis furatus fuit, peccauit mortaliter, & fecit ad damnationē, sed nō est de maioribus, pro isto oportet facere septē annis pœnitentiā. Et licēt cōfessor nō dicat, tā limitata est in iure. Sed qualitas est in arbitrio confessoris, s. q̄ ieunet semel in hebdomada, vel in mēse. Si verō peccatum mortale sit maius, vt homicidium, vel periurū &c. qualitas pœnitētiæ erit maior. Sed quālitas tēporis erit septē annorū. Ratiō, quia in quolibet peccato mortali homo facit iniuriā cōtra septē dona spiritussancti, propter hoc sancti Patres scientes Dei voluntatē, in iure ordinauerunt. 7. annos de pœnitētia. Not tamē secundum S. Tho. quōd rationabiliter cōfessores iniungūt quandoq; minorē pœnitentiā. De hoc vide doct. in 4. & sic videtur esse arbitrarie vtroq; modo &c. De dictis auctoritas allegoricè, & sunt verba Dei patris ad filiū, Si emeris seruum Hebræū, sex annis seruiet tibi, & in septimo egredietur liber gratis. Exo. 21. Nota, Si emeris seruū Hebræum &c. Not. emitur in cōfessione, vnde emptor est cōfessor, qui tractat cū Christo, qui pretio sui sanguinis emit nos. Sex annis seruiet tibi, & in septimo, s. cōpleto, egredietur liber. Modò fiat talis deductio. Quotiescunq; recurristi ad diuinos, sortilegos, siue coniuratores, numera, pro qualibet vice pœnitere debes septem annis, eo quōd cōtra præceptū Dei iurasti, & mortaliter peccasti. Item quoties iurasti in vanum, vel falsē renegādo, siue blasphemando, licēt cōfessus fueris, cōputa septem annos de pœnitentia pro quolibet. Item quoties fregisti festa, de quolibet opere seruili. Item nō audiendo missam, numera pro qualibet vice septem annos. Item quoties despexisti parētes, corde vel opere, numera pro qualibet vice septē annos. Ité quotiescunq; cōfensisti in aliquod opus mortale, numera &c. Ité quoties fecisti iniuriā, numera pro qualibet vice septē annos. Ité pro quolibet furto. Item pro qualibet diffamatione, numera septē annos de pœnitētia. Forte est aliquis, qui ex suis peccatis obligatur in cētū mille annorū de pœnitentia. O diceres tu, Si confessor nō dedit &c. Verū est, sed iam est taxata. Si dicatur, Ego nō viuam tātum. Verum est. Ideo cōplebitur in purgatorio. O dicet, Si purgatorium nō durabit tantū. Solutio. Propter hoc cōgregabit Deus pœnā 100. vel mille annorum totā in vna die. O quis poterit sustinere? Sed ecce remedia, quia si vltra pœnitentiā confessoris vis addere, diminuitur tēpus in purgatorio. Propter hoc dicit discretus cōfessor in confessione, Passio Domini nostri Iesu Christi &c. & quidquid boni feceris &c. Ité si vultis orare, ieiunare, vel portare cilicium &c. Ista opera possunt fieri ita deuotè, quōd remitteretur vobis mēsis, vel annus, vel plus, & tanta poterit esse contritio, quōd totum dimitteretur, dicente Psalmo,

Christo, Serue nequā omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Mat. 18. Item audiēdo missas, sermones, dando eleemosynas, lucrando indulgentias. Sic paulatim homo deo obligatur, Ecce quare dicit apostolus, Si quis superædificat supra fundamentum hoc lignū &c. imperfectiones pœnitētiales. Velitis ergo cōgregare & facere opera pœnitētialia. Et sic euadetis de illo igne, & pœna purgatorij, quæ est ita dura & aspera. Magna fuit pœna b. Laurētij in craticula, & etiā beati Bartho, sed nihil fuerūt respectu pœnæ purgatorij, intā tē q̄ momētū videtur mille anni, & clamant animę dicētes, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est &c. Ideo velitis iuuare animas parentum & amicorum, quia continuè petunt di. Domine pone in cor de hæredis mei filij, vel manumissoris, vt compleant testamenta. Modò notate hic quod peccatum est illorum, qui nō cōplent testamēta, & occupant bona corū, qui eis cōmiserūt animā, & ipsi nō curant. Ideo quia animæ nō sentiunt adiutoriū, cōqueruntur deo di. Iustitia fiat illos cōtra traditores in mundo, scilicet filios, hęredes, manumissores &c. Et creditis q̄ deus sit surd⁹, q̄ nō audiat? & cęcus q̄ nō videat, scilicet istas crudelitates? Ideo dicit Christus, Nunquid deus nō faciet vindictā electorum suorum, clamantium ad se die ac nocte, & patientiā habebit in illis? Dico vobis q̄ citò faciet vindictam. Luc. 18. Quia si videres patrem in igne quem posses iuuare, & non curares, quæ crudelitas esset? maior est ista. Ideo dicit scriptura 2. Macha. 12. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluātur. Dico secūdò quōd fœnū seu herba dicuntur personæ, quę transeunt cum peccatis venialibus. Nota hic differentiam inter peccatum veniale & mortale. Peccatum mortale est quodlibet opus q̄ fit cōtra præceptum dei. Venialia peccata sunt excessus vitæ, qui tamen nō sunt cōtra præceptum dei. Verbi gratia, si vos comeditis nimis excessiuę, vel quia frangitis ieiunium ecclesię seu voti, mortaliter peccatis, si cum tali peccato decedetis, ad infernum ibitis. Sed comeditis modicū plus ex bonitate panis, vel bibitis plus, nō tamen inebriamini, quia tunc esset mortale, quia sicut scindere manum vel pedem proximo est peccatū mortale, maius est scindere caput animæ, s. intellectū, inebriando se, & efficitur peior quā bestia, quæ onerata scit transire per viam arctā, & ebrius nescit procedere per viam latam. Secūs si ex bonitate vini bibit bis vel ter, veniale forte erit. No. de fratre prædicatore, bibēte de sero vnā taceā vini sine aqua, vt posset dormire, & surgere ad matutinas, & post mortem apparuit petens adiutorium. Idem de mulieribus, quæ ornantur, aliquæ peccant mortaliter, aliquæ solūm venialiter. Venialiter peccant illæ, quæ solūm vt placeant viris, & ne despiciantur ab eis, ornant se aliquantulum, sed illæ peccant mortaliter nonnunquam, quæ ornant se excessiuę, ostendentes mammillas hominibus

Quid sit ve niale & mortale peccatū.

nibus &c. Iam videtur, quòd vultis eas vendere. Item si mulier in vestitu facit excessum, sed non contra deum, & præceptū dei, quia de suis redditibus, vel patrimonio, vel de suo officio, veniale est. Sed quādo de vsura, rapina, vel furto, vel de falsis aduocatibus viri, mulier vult habere vestes, tales ad infernum vadunt, quia faciunt etiam damnari viros, quia vt prouideant vanitati vxoris, habēt facere vsuram, rapinam &c. quia sunt aliquæ quę non permittunt viuere viros pacifice, nisi earum vanitati satisfaciant. Item multum ridere veniale, sed quando rident in blasphemis, vel truffis, de deo & de sanctis, tunc est mortale. Item in locutione, tanta difficultas esset facienda quanta ad aperiendum bursam solutioni, quia semper dispectat. Idem deberet esse de verbo, quare loquar. No. dicit Amb. in lib. de paradiso. Peccatum est transgressio diuinæ legis, & cælestium inobedientia mandatorum. Alij autem excessus vitæ sunt commissiones veniales. Ideo di. apostolus, Si quis superædificat supra fundamentum hoc fœnum, detrimentum patietur &c. Ecce secunda pars purgatorij in quo comburitur fœnum. Dico tertiò, q̄ paleæ sunt personæ quæ transeunt omissione cerimoniarum, quia sicut palea citò comburitur, sic tales modicum stant in purgatorio, quia per mensem, vel hebdomadam, per diem vel horam, vel transeunt subitò vt sagita ex omissionibus cerimoniarum, quæ sunt quando homo facit aliqua bona opera, sed non ita deuotè, vt fieri debent. Verbi gratia. Quilibet nostrum tenetur confiteri in quadragesima, & vos venitis ad confessionem impræmeditati. & dicitis confessori, interrogetis me, quia non recordor de aliquo peccato. Sed si confessor esset astutus, vt peteret de vicino &c. vos diceretis de illo non solùm mortalia peccata, sed etiam venialia, sed de vestris non recordamini. Ideo quando homo debet ire ad confessionē, primò debet præmeditari quomodo peccauit, corde cogitando, ore loquendo, oculis aspiciendo, auribus audiendo &c. & vos venitis ad confessionem sicut ad forum. Aliqui confitentur negligenter, quia in principio quadragesimæ esset confitendū, & ipsi expectāt vltimam diē. Sed ex quo confitentur, non est mortale, sed si non cōfiterentur esset mortale. Item communicare debemus in pascha, quod qui nō facit, peccat mortaliter, sed qui non bene se præparat, aliquando venialiter peccant. Item presbyteri si nō dicunt officium, mortale est, si autem dicunt, sed non cum illis cerimoniis, vt tenentur, vel nō bene se signando, vel non profundè se inclinando, venialiter peccare possunt. Item si non impletis pœnitētiā iniūctā à confessore, mortaliter peccatis. Propter hoc confessores debent dare pœnitentias tales, & taliter, vt recordentur & impleantur: si autem seruant pœnitentiam sed negligenter & indeuotè, nonnūquam venialiter delinquunt, & sic de aliis negligentiis. Nota min. culū de beato Aug. cui apparuit

apparuit dęmō, cū esset in studio, qui portabat quendā magnū librū in quo scribebat peccata & negligētias hominū per a, b, c. & interrogatus an esset ibi aliquid de eo, Respōdit q̄ sic. Et Aug. O proditor de peccatis ante baptismum factis ego non curo, quia illa remissa sunt post baptismum, non habeo conscientiam de aliquo. Et adiit sanctus dęmon, ostendit sibi librum, in quo legit August. Tali die talis sanctus Aug. dimisit completorium &c. O dixit dæmon, Decepisti me, quia expectabam q̄ ex ista negligentia transires purgatorium. Ideo auiserte vos, & sitis diligentes, quia aliàs ille totum scribit. Ideo dicit Christus, Cū accepero tēp'. i. per mortē, ego iustitias iudicabo. i. opera iusta, Psal. 74. sed negligenter facta, Ideo faciatis ea cū diligētia, & feruore spīritus. Ecce quare dicit apost. Si quis superædificauerit supra fundamentum hoc stipulam, quæ significat tertiā partē purgatorij, in qua cōburentur omissiones cerimoniales. Ecce quare dicit the. Hodie est, & eras in clibanum mittitur, Deo gratias.

De eadem Dominica XV. Sermo III.

Non potestis deo seruire, & Mammonæ. Matthæi. 6. originaliter, & in euangelio currentis dominicæ recitatiue scribitur verbum istud. Pro impetranda &c. Sed salutetur virgo Maria &c. Istud verbum est domini saluatoris nostri Iesu Christi, dicentis omnibus nobis, Non potestis deo seruire &c. Nota q̄ Mammona in scriptura sancta significat diuitias temporales, vult ergo dicere dominus, Non est possibile, quòd simul seruiatis deo, & diuitiis temporalibus. Pro declaratione huius verbi sciendum, quòd differentia est inter seruire temporalibus diuitiis, & dominari. Nam sicut homo dicit esse dominus, qui habet seruos, & vnum mittit ad vineam, alium ad campum &c facit eos laborare & seruire, vt lucrentur, sic ille est dominus diuitiarum qui non permittit diuitias quiescere in raxia, sed facit laborare & seruire eas, & partem mittit in Barbariam, pro redimendis captiuis. Item ad construendum hospitalia, ecclesias, subuenire pauperibus &c. ille est dominus diuitiarum, qui in operibus misericordiæ facit eas laborare, & seruire, & hoc est bonum & sanctū, & concordāt cum ordinatione diuina, quia quando deus ab initio creauit hominem & mulierem, dedit eis dominium super omnem creaturam di. Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus, quæ mouētur super terrā. Gen. 1. Aurū enim & argētū sunt res tēporales, ergo bonū est dominari eis. Et isto modo sancti patriarchæ lucrati sunt paradisum per opera misericordiæ de pecuniis &c. Sed seruire diuitiis est contra naturam, scripturam & contra deū & bonā rationem, q̄ domin' debet quiescere, & seruus laborare, & seruire. Oppositum facit qui fermit pecunias, quia ipse laborat de die & de nocte, per terrā & mare cum periculis, & pecunię

Universidad de Deusto
Biblioteca

quiescunt in taxia siue in domo, vt domini. Hoc dico quòd est contra naturam, scrip. &c. qꝫ homo quem deus fecit dominum, ipse facit se seruũ, & hoc est malũ & peccatũ. Propter hoc dicit Christus. Nõ potestis deo seruire &c. Licet simul possitis seruire deo, & dominari diuitiis, nõ tamen simul potestis seruire deo & diuitiis. Patet the. Ego quęsiui in scriptura, & inueni quòd diuitiæ habẽt quatuor conditiones malas, propter quod homo non potest seruire deo &c.

Primò diuitiæ huius mundi sunt maculosæ turpiter.
Secundò sunt deceptiuæ fallaciter.
Tertiò sunt otiosæ moriter.
Quartò sunt periculosæ finaliter.

Ideo cauendum est ne seruiamus eis. Ideo dicit Christus. Non potestis &c. Dico primò quòd diuitiæ temporales huius mundi sunt maculosę turpiter, qa à capite vsq, ad pedes, intus & extra, maculant hominẽ qui eis seruit. Primo maculatur in intellectu, quo deberet cogitare de suo creatore, de anima, de alio mũdo, sed qui seruit pecuniis, si orat, statim cogitat de negociis, de mercationibus, de festis &c. Item maculatur in voluntate, quę debet inflãmari & desiderare, quãdo erit in gloria &c. exire carcerẽ huius mundi, sed diuitiæ auferunt desiderium paradisi. Dicunt enim nonnulli, quandoque diuites, Domine libenter facerem pactum vobiscum, quod nõ curretis de me, & ego non curabo de vobis. O verbũ infidele. Itẽ maculatur in memoria, quia deberet cogitare quãtũ deus fecit pro nobis. Voluit enim nasci, pati in ligno crucis, & mori, ne aliquis sibi credẽs & obediens &c. damnaretur. Sed diuitiæ faciunt memorari de mercationibus, castris &c. Maculant os per mendacia, & falsa iuramenta. Item maculant aures, quia plus placet diuiti seruienti diuitiis, audire de mercationibus, quàm verba dei, sermones &c. In manibus & pedib⁹, & in toto corpore, quia plus laborat in pecuniis cõgregandis, & in pœnitẽtia &c. Ecce quomodo maculant totũ hominem. & hoc prouenit ex propinquitate rerũ immundarum, per quas maculantur etiam res mundæ si tela lignt albi approximetur tinctura, maculatur. De hoc vide sanct. Thomã, prima secundæ, in materia de macula peccati. Ideo dicit scriptura, Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. Eccles. 13. In cuius signum manifestũ August. quærit in libro de trinitate, de multis, quæ ad oculum videntur, de quibus non potest ratio sufficiens assignari, vt de auro tam mundo, & argento tam claro & albo, quod faciunt lineas nigras, & maculant manus computantium &c. De hoc ratio sufficiens non potest assignari, vt dicit August. nisi quia deus dat signum, quòd sunt sicut maculæ aurum. Ideo dicit scriptura, Argentum eorum foris proiicietur, & aurũ eorũ in sterquilinũ erit, Eze. 7. No. sterquilinũ congestũ in domo corrũpit & facit domũ fœtidã, sed in campo sicco dispersum facit

facit ipsum fructificare. Ita de monera in taxia cõgesta, sed si in terra sicca dispargatur, ipsam faciet fructificare in vitã ęternã. Ecce qua re dicit, Argetũ eorum foris &c. Ex ista ratione deberent multũ ea uere religiosi, clerici, ne macularentur in manibus cõgregãdo pecunias, qa habent tractare corpus Christi. Ideo apostolus, Omnia scilicet, quæ sunt tẽporalia & mũdana, arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciam. Phil. 3. Dico secundò qꝫ diuitię &c. tres magnas deceptiones faciunt. Prima, nã magna deceptio est recipere apparẽtiã pro existentia. Sicut, verbi gratia, esset deceptio, recipere somniũ pro veritate, vt si famelicus somniaret qꝫ comedisset splendidè, & reciperet per veritatẽ, deceptus esset, cũ nihil haberet in stomacho de illis in somnio visis &c. Isto modo diuitię huius mundi decipiunt, quia illi qui credũt se esse diuites, somniant, vt si rusticus somniaret qꝫ esset rex, & mulier qꝫ esset regina, sed quãdo excitatur, inuenit se sup paleas &c. Idem de clerico paupere somniãte qꝫ est papa, sed quando excitatur, inuenit se solũ, ita qꝫ somnia nõ sunt nisi apparẽtia, & quia ea recipit pro existentia decipitur, Ita de diuite dicete, Ego habebo tot milia florenorum, & tot redditus, possessiones &c. sed quãdo excitatur in morte inuenit se vacuum, sicut qui excitatur à somno, qa vita præsens nõ est nisi somniũ, & quando homo excitatur per mortẽ, inuenit se deceptũ. Modo pauper somniat qꝫ sit vel est papa, totũ est somniũ. Patet quomodo pecunię & honores sunt deceptiui, qa apparentia faciunt recipere pro existentia. Auctoritas. Dormierunt somnium suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Psalm. 75. Qui sunt in alio mundo, cognoscunt qꝫ ista vita non est nisi somnium. Secundus modus decipiendi est recipere imaginem pro re, sicut si alicui homini haberet vxorem dilectam depingeretur imago vxoris, & reciperet imaginem pro vxore mortua vel absente. Idem de imagine filij &c. bene esset deceptus. Talẽ deceptionem faciunt diuitiæ huius mundi. Nã verę diuitiæ sunt in cælo, diuitiæ verò huius mundi solùm sunt imagines &c. de istis dicit Salomon, quòd decipit gentes, quemadmodũ tigris decipitur. Dicunt natura quòd tigris est serpens velocissimi cursus, & currit plus quã velox equus, & filij sui sunt boni pro tyriaca, & ab ea dicitur tyriaca. Et dicitur quòd qui vult habere filios, facit istam cautelam, habet magna specula rotunda, & obseruatis prius filiis eius, quãdo tigris est absens, recipit filios, & fugit in aliquo bono equo, & quando tigris venit, & non inuenit filios, naturaliter sentit per quã viam abiit homo, & insequitur eum. Tunc homo sciens eam venientem proiicit vnum de speculis, & ipsa videns in speculo imaginẽ suã, credit ibi filios esse dans ei vbera, & postquam cognouit se deceptam, iterum insequitur fugientem, & ille iterum proiicit secundum, & sic de tertio, & tandem est ille in tuto. Isto modo diabolus decipit

Cur à tygre tyriaca ea dicatur.

nos, impediēs ne possum attingere ad filios nostros. Nā certū est q filij qui moriuntur in statu innocentiæ, rectè euolant ad paradisum & nos debemus currere vt peruenianus ad paradisum, sed diabolus decipit nos cum tribus speculis. Primum speculum est diuitiarum, qa verè diuitię sunt in cęlo, sed istæ diuitiæ huius mundi sunt instabiles, & totæ volubiles vt tigris. Secundum est honorum, prælationum officiorū, habere regimē, quæ nō sunt nisi imagines, quia veri honores & vera officia in paradiso sunt, & tu recipis imaginem pro re. Tertium est delectationum huius mundi, quæ etiam sunt imagines, quia verè delectationes sunt in cęlo, & ista specula retinēt nos, ne ad paradisum perueniamus. Ecce quomodo diuitiæ sunt decepti uę. Tertius modus decipiendi est recipere vmbram pro veritate. Recitetur parabola de quodam cane portāte frustum carnis in ore, qui cū natando transiret flumen, vidit vmbrā carnis, quam volens recipere, apperuit os, & perdidit verā portionē carnis. Idem de diuitiis quas non multum diligatis, quia non sunt nisi vmbra, quia quando moritur diues, nihil de eis secum portat. Modò non cognoscitur q sunt sicut vmbra, sed illi de inferno cognoscunt, qui habent tantam indigentiam quòd guttam aquæ nō possunt habere, vt patet de diuite epulone &c. Vnde dicunt damnati, Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? transierunt omnia illa tanquam vmbra. Sapien. 5. Ideo si habetis pecunias, sitis domini, & non serui, quia tam videtis quomodo sunt deceptiuæ &c. Dicit tertiò quod diuitiæ sunt ociosæ inaniter, quia nullum fructum lęciunt. Verę diuitiæ duos faciunt fructus, scilicet satiant, & faciūt nolo indigere. Ideo in paradiso, vbi sunt veræ diuitiæ, ita beati sunt ꝺ tiati quòd nihil amplius appetunt, vident enim beatissimam Trinitatem, virginem Mariam &c. Ideo Dauid, Satiabor cùm apparuerit gloria tua, qui tamen erat rex gloriosus & ditissimus, qui in morte sua dimisit filio suo Salomoni quàm maximas diuitias, qui cum dicebat, Satiabor cum apparuerit &c. quia diuitiæ huius mundi non satiant cor, immo faciunt plus appetere. Ratio, quia fames diuitiarum est in corde, quo non intrat pecunia, sed replent vel saturant bursam vel taxiam, quo intrant. Sicut de esurienti videte mensam ornatā cibis, & non potest comedere, non tolùm non satiatur, imò esuries augetur, & appetitus. Idem dicendū est de auaro, & si posset comedere vel bibere aurum, satiatur, sed quia non potest, satiatur bene bursa, & non cor. Dicit clericus, O si haberem beneficiū cōpetens, essem contentus, sed quando habet, statim vult maiora &c. Idē de laicis dicentibus, O si ego haberem tot redditus &c. talem possessionem, essem contentus. Ideo dicit scriptura, Auarus nō implebitur pecunia, & qui amat diuitias, fructum, scilicet satiandi nō capiet ex eis. Eccle. 5. Secundò diuitiæ huius mundi nō auferunt inꝺ gentiam,

gentiam, immo augmentant. Nam si habetis campum, indigetis bobus ad arandum, & aratro, & stabulo &c. Ecce quot indigentiæ. Itē si habetis barchā, vel nauē, dicatur quibus indigetis. Itē si habetis vineam, & equum, & similia, indigetis multis. Ideo Apocalypsis tertio capite. Dicis quòd diues sum, & locupletatus, & nullius egeo, & nescis quia tu es miser, & miserabilis, & pauper. Item Prouerbiorum 13. cap. Est quasi diues, cùm nihil habeat, & est quasi pauper, cùm in multis diuitiis sit. Dico quartò quòd sunt periculosæ finaliter, scilicet animæ & corpori. Animæ multum periculosę sunt, quod patet ex multorum diuitum damnatione. O quot religiosi, quot clerici, quot laici ex eis damnantur, & propter eas, quot religiosi, qui cōtra votum paupertatis propter diuitias agunt, quot clerici per symoniam beneficia propter auaritiam cōsequuntur. Item quot per vsuras ditantur. Item faciunt se negotiatores habentes possessiones &c. cùm tamen deberent habere cor liberum ad cogitandum ea quę dicūr, & legūr. ea quę legimus debemus cogitarete. cōtra quos dicit apostolus, Nemo militans Deo implicat se negotiis secularibus, vt ei placeat cui se probauit. 2. ad Timot. 2. Et proh dolor nonnulli clerici & religiosi propter auaritiam damnātur. Idem de vobis laicis, quot mendacia: & quot falsa iuramenta fiunt pro diuitiis? Dicatur contra illos, qui faciunt alios iurare, cum miraculo quod recitat Augusti. de illo homine bonę vitę, qui fuit cōdemnatus in dei iudicio, quia fecit iurare vnum pro debito in curia. Cui dixit deus, quòd melius esset perdere bona quàm animam illius. Quod multum debent attendere officiales, ne faciant iurare falsa iuramēta, quia nō solum damnatur periurans, sed etiam qui iniustè facit alium iurare, non inuoluatis animas cum rebus temporalib⁹. Propter ista pericula dicit Christus, Amen dico vobis, quia diues difficilè intrabit in regnum cælorum. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quā diuitem in regnum cælorum intrare. Matthæi. 19. Item sunt periculosæ corpori vel carni. Nónne quandoque audiuistis quòd duo amici vel socij pro moneta contenderunt? Item socius interfecit socium, seruus dominum, vt patet de quodam episcopo de Tharentasia diuite, interfecto à suo scutifero pro sua moneta &c. Ideo dicit scriptura, Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole, diuitiæ conseruatę in malum domini sui, Eccleſi. 5. Ideo si habetis diuitias de bono iusto, laborent & seruiant in operibus misericordiæ. Si de iniustis bonis, seruiant illi restituendo cuius sunt &c. Non facias iniustitias, vel vsuram, rapinam &c. vt filiis dimittatis magnas diuitias. Detis eis bonum instrumentum, quia de aliis deus prouidebit eis. Nam ipse parauit dotem pro filiis maritandis &c. Recordemini de verbo Christi, Non potestis deo seruire & Mammonæ &c. Deo gratias.

De eadem Dominica xv. Sermo IIII.

Fratres si spiritu viuimus. Habetur verbum istud originaliter ad Gal.5. & recitatiue in epistola currentis dominicæ. In isto sermone ego intendo declarare quot modi sunt bonæ vitæ, & spiritualis, ad seruiendum Deo in mundo, ad habendum gloriã eternã in alio. Sed primo salutetur virgo Maria. Hoc verbũ indiget declaratione, & breuiter veniendo ad materiam prædicandam, sciendum q̃ omnis vita & opus hominum tota est & venit per substãtiã spiritualẽ, ita q̃ nec vita hominis nec opus, potest durare sine substantia spirituali. verbi gratia: Vita corporis, & etiã opus eius, nõ potest esse sine substantia spirituali, s. anima rationali, quia separata à corpore anima, iam videtis quid est corpus, nisi trũcus putridus, nullũ habens sentimentum, quia in oculis non remanet visus, nec in auribus audit⁹ &c. Patet ergo q̃ vita & operatio corporis tota est ab anima rationali, quia quãdiu anima est in corpore, corp⁹ habet visum in oculis, auditũ in auribus, & sic de aliis sentimẽtis: ergo tota vita & operatio corporis est à superbia spirituali. s. ab ipsa anima. De hoc, licet sit verũ, tamẽ aut. Christi di. personis carnalibus, quę appretiabãtur sede corporis pulchritudine, fortitudine, & gratiositate, Spirit⁹ est qui viuificat, caro nõ prodest quicquã. Io. 6. quasi dicat, Vnde habetis pulchritudinẽ, fortitudinẽ, & gratiositatẽ, nisi ab anima? caro autẽ nõ prodest quicquã. Patet ergo &c. Modò videamus de vita & operatione ipsius animæ, hoc est subtilius. Nam anima licèt det vitã corpori, tamẽ ipsa de se non habet vitam, nec operationem, sed ab alia substãtia spirituali maiori, s. à spiritu sancto. Quãdiu anima habet spiritũ sanctũ secum, habet vitã & sentimentũ, quia spiritus sanctus dat sibi visum, cõtẽplationis, auditũ clarũ prædicationi, olfactũ deuotionis, virtutũ, & sanctitatũ, personarũ sanctarũ, in ore verbum confessionis, & orationis, gressus sanctitatis & sentimẽtũ bonę cõscientię, & duratio nis in bona vita. Si autẽ anima ex defectu suo, vel diaboli tẽtatione, vel mũdi occasione, vel carnis inclinatione, perdit substãtiã spiritualẽ. s. spiritũ sanctũ, ita iacet mortua in corpore, vt corpus mortuum in sepulchro. Patet ergo q̃ tota vita, & operatio animæ est à substãtia spirituali. s. à spiritu sancto. Auto. Dauid Psa. 103. Auferes spiritũ eorũ, & deficient, & in puluerẽ suũ reuertẽtur. Nota auferes quia. s. peccauerunt tibi. Ideo auferes ab eis spiritum sanctũ. Sicut in mũdo extrahitur bonus liquor de vase inepto, deinde orat di. Emitte spiritũ tuũ, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, quia anima mortua fit viua, inimica, fit amica, aliena familiaris, sterilis, secũda. Patet ergo doctrina, q̃ omnis vita & operatio, tam corporis quàm animæ, est à substantia spirituali. Ideo bene dicit thema. Fratres spiritu viuimus. Patet thema. Et ego sum in materia prædicanda. Modò videamus quot

quot sunt vitę spirituales, ad seruiendũ deo in hoc mundo, & ad habendum vitam æternam in alio. Et inueni quod sunt tres.

Prima est vita actiua, & ista est laboriosa.

Secunda est vita contemplatiua, & ista est delicioſa.

Tertia est vita prælatiua, & ista est periculosa.

Et quælibet istarum est à substantia spirituali à spiritu sancto, ergo fratres spiritu viuimus. Dico primo quòd prima vita spiritualis est actiua, & ista est laboriosa, sicut quando creatura se dat laboribus corporalibus, vel spiritualibus, ad vtilitatẽ proximi. Et dicitur laboriosa propter grauitatem corporis opera facientis. Ideo apostolus, qui laborabat multum legendo, studendo, ambulando, & prædicando pro vtilitate proximi, dicebat, Viuere in carne hic mihi fructus operis est, scilicet ratione meriti infra. Et hoc cõfidẽs scio, quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrũ, & ad gaudium fidei. Phil.1. Ista est vita actiua, qua quis occupatur in operibus misericordiæ, ad vtilitatem proximi, quæ corpore exercẽtur. Verbi gratia. Primum opus misericordiæ est dare panẽ esurientibus. Istud est primũ opus vitæ actiuæ. Et opus misericordiæ nõ solũ facit, qui dat panẽ, sed etiã qui præparat cibum, farinam, vel bladũ &c. omnia illa sunt opera corporalia vitæ actiuæ. Etiam qui dat animæ esurienti cibũ spiritualem, scilicet ignoranti ostẽdit Pater noster, Aue Maria, credo, & modũ signandi se, & sic de alijs. Tales complent primũ opus vitæ actiuæ. Istis dicet Christus in die iudicij, sedẽs in cathedra iudiciali, Venite benedicti patris mei &c. Esurui enim, & dedistis mihi manducare Matth.25. & respondebunt iusti di. Domine, quando vidimus te esurientẽ, & pauimus te? nunquàm te vidimus in mũdo. Et Christus respõdens dicet illis, Amen dico vobis, quicquid fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Ideo venite, & dabo vobis panem glorię. Secundum opus vitæ actiuę est dare potũ sitibundo, & nõ solùm ille qui dat vinum vel aquã, & qui acommodat vas, canalarum, vel aliud, sed etiam ille qui ministrat, facit secundum opus vitæ actiuæ. Item ille qui ex suis monitionibus & verbis inducit peccatorem ad lachrymas cõpũctionis, quæ sunt potus animæ. Talibus dicet Christus, Venite benedicti &c. & dabo vobis potũ in fonte vitæ æternæ, sitiui enim, & dedistis mihi potum, &. Matt.25. Tertium opus est recipere peregrinum in domo vestra, dando sibi lectũ, pellem &c. Idem de illo, qui recolligit spiritum, vel animã vagabundam, & totam in negotiis mundi occuparam, quæ recolligitur quãdo inducit talem personam, vt vadat ad missam in domo dei, & ad cõsilium, & communicandũ. Istud opus est maius, talibus dicet Christus, Venite benedicti &c. scilicet in domum meam pulcherrimam. Quare domine, & quare. Et Christus respõdet, Hospes eram, & collegistis me. Quartum opus est vestire nudum, nõ solùm ille qui dat tunicã vel pan-

vel pannū, sed etiā ille qui cōsulit vel luuat amore Dei sine pecunia, cōplet opus hoc. Itē qui vestit animā nudam, & hoc fit quādo homo docet virtutes proximū. Nā vestes animæ sunt virtutes. Philosophi vocat virtutes habit⁹. Istis dicet Christ⁹, venite &c. & induā vos vestī b⁹ glorię quę sunt clariores sole, qa nudus erā, & cooperuistis me &c. Quintū op⁹ est visitare infirmū, nō solū q visitat, sed etiā q mittit sibi cibaria, vel alia, & qui seruit sibi patiēter, vel qui ipsum provocat ad patiētiā. Itē etiā qui visitat animā infirmā, & qui licēt teneat bonā vitā, tentatur tamē de superbia, auaritia, vel luxuria. Et vos dicitis sibi, Vultis vos tantū lucrū, & tāta & tot opera bona, mortificare spiritualiter. Vnde si vultis vos viuere castē, caueatis de occasionibus, & cogitatiōib⁹, & viuetis castē. Itē si tētatur de inuidia, oret pro illo cui inuidet. Ista est purgatio inuidiæ. Idē de ira, vt recipiat vindictā, cui dicere debetis qp Christus & mater sua remiserunt &c. Talibus dicet Christ⁹, Venite &c. Sextū opus est redimere captiuū, qp implet nō solū ille qui trāsit in Barbariā, sed ille qui iuuat, dādo pecunias &c. & etiā ille qui iuuat captū, qui nō potest soluere, vt sunt multi, q iuuant vel pecunia, vel lingua. Puta, vt si est iurista, vel notarius, omnes tales cōplent opus istud. Idē de illis, qui redimūt animam de captiuitate diaboli cathenis peccatorū ligatam, quæ redimitur prædicationibus, bonis monitionibus. Nam animæ quę cōfitentur, & dimittunt peccata, redimuntur. Hac de causa venit Christus in Barbariam huius mundi, ad redimendum animas. Ideo dicitur redēptor, quia pretio sui sanguinis eas redemit. Talibus dicetur à Christo, Venite &c. Septimum & vltimum opus vitæ actiuæ est sepelire mortuos. Istud opus cōplent non solùm qui faciunt fouea, & etiam qui portant funus, & qui associant, & cooperiunt, sed etiam clerici, qui amore Dei sine pecunia faciūt sepulturā, quia aliàs: Amē dico vobis, receperunt mercedē suam. Idem de sepultura animæ. Anima est mortua mūdo, quādo non curat de mūdo, nec negocijs ei⁹, nec de familiaribus, nō visitat, nec visitatur, talis sepelienda est in sepultura Christi, scilicet in vulnere lateris, quia pro tali morte talis sepultura acquiritur. Talibus dicet Christus, Venite, & dabo vobis sepulturā in cælo. Ecce opera vitę actiuæ, propter qp Christus dicet in iudicio, Venite benedi. &c. Dic. hic glosa Petri Rauenatis, vel Petri Damiani, quòd Christus quādo erit in cathedra iudicij, solum faciet mētionem de operibus misericordiæ actiuæ. Nō dicet tunc Petro. Tu pro honore, & gloria, & amore mei fuisti suspensus in cruce &c. Ideo nec dicet Paulo, Tu fuisti decapitat⁹, nec Bartholomeo, Tu es excoriatus, nec Laurētio, Tu fuisti positus in craticula &c. Ideo volo tibi dare glorią, sed solùm faciet mētionē de operibus misericordiæ di. Venite benedi. &c. In quo ostēdit, quantū sibi placeant opera misericordiæ. Ecce quid est vita actiua laboriosa. Dico qp ista est

est spiritualis. Si dicatur, & quō est spiritualis, eū eius opera sint corporalia, qa dare cibū esurięti op⁹ est corporale &c. Dico qp quāuis vita actiua corpore exercetur, tamen spiritualis dicitur ꝓpter principiū, & mediū & finē, q principiū vitæ actiuæ spiritualis debet esse. Quare tu das cibū pauperi, nōne amore Dei? Si dicas qp sic, & sic est de re, tale principiū illi⁹ dationis est spirituale. Sed si dicis, Illa intētione, vt habeas familiaritatē cū illa muliere, & tandē tuā cū eadē exple re valeas libidinē, nihil valet ista datio, quia malū habet principiū. Et tunc habet mediū spirituale, quando opus bonum, bonū habens principium, continuatur spiritualiter, & bene, scilicet propter Dei honorem, alias nihil valet opus, scilicet dum bonum habens principium, malum habet mediū. Bonum enim ex integra causa est. Itē vita actiua etiā dicitur spiritualis propter finem, qui finis debet esse vt habeatur gloria spiritualis, dicēdo, Audiui qp ex istis operib⁹ vos debitis gloriā vestrā. Ideo volo ea facere, vt mihi detis &c. propter hoc prędicta vita actiua dicitur spiritualis. De hoc figura Eze. 1. Qui vidit quatuor rotas, quas præcedebat spiritus Dei, Dicit textus, Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu & rotæ pariter eleuabā tur, sequentes eū. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Operationes vitæ actiuę sunt rotę ꝓpter tēporis volubilitatē. s. hyemis, & veris, ęstatis & autūni, in quib⁹ rotatur & voluitur tota vita nostra. In his enim fiunt omnia opera misericordiæ, quia in alio mundo non est mutatio tēporis, nec sunt ibi rotę. i. operationes vitę. s. actiuæ, nō oportet ibi dare cibū ęsurięti, qa null⁹ esurit, & sic de aliis operib⁹ misericordię, sed tantū in hac vita sunt rotæ operationū misericordię. Rotas istas vocat volubiles. Eze. 16. Et dicūtur spirituales, quia quocūq; ibat spiritus. Ecce principium. Finis tētio spiritualis ꝓpter Deum, & nō ꝓpter aliud, illuc eunte spiritu & rotę pariter eleuabātur, sequētes eum. Ecce medium. Spiritus enim vitę erat in rotis. Ecce finis. Ideo dicit ibi. si spiritu viuimus. Secūda est vita cōtēplatiua, & ista est delitio sa, & sicut vita actiua cōsistit in opibus corporis, ita vita cōtēplatiua cōsistit in operibus animę. Ideo delectabiliter fiunt ꝓpter animę aplitatē. Itē vita cōtēplatiua sequitur vitā actiuā, licēt de cōtēplatiua sit melior. A simili patet de corpore hoīs, & anima hoīs, pri⁹ corpus formātur in vtero, & cōsequēter formato corpore De⁹ creat animā, bonum est corp⁹, sed melior est aīa. Ita de duab⁹ vitis. Actiua vita est prima, & bona est, sed melior est vita cōtēplatiua, quæ fit ꝓ animā sicut anima est melior corpore. De hoc dicit apost. Nō prius qp spirituale est, sed qp animale, deinde qđ spirituale est. 1. Cor. 15. quia vita actiua debet esse prior. Nam debes seruire in hospitali aliquo infirmis, & quādo ibi eris probatus in patiētia, diligētia, & humilitate, & spiritualitate, tunc poteris recipere vitā cōtemplatiuam, alias nōnum quam magnum periculum est. Item quanto plus humiliatur homo

in vita

in vita actiua, tanto efficitur perfectior in vita contemplatiua. Ideo dicit, Non prius quod spirituale, s. vita contemplatiua, sed quod ani male, id est, vita actiua. Notate hic vnam pulchra historiam ad propositum, quę scribitur Gen. 29. De isto sancto patriarcha Iacob, qui quęrebat sibi vxorem, quia nōdum erat cōsuetudo seruare virginitatē. Nam illa beata vxor Maria incepit &c. quęrebat eam de bona generatione, & venit ad domū Labā consanguinei sui, qui habebat duas filias, maior vocabatur Lya, quę erat lippa oculis, & turpis, minor vocabatur Rachēl, quę erat pulchrior, quā videns Iacob dixit O si possem habere istam in vxorē, quia sicut erat pulchrior corpore, sic etiā anima, quia erat multū deuota. Iacob in illius domo habitante, benedictio dei fuit in domo illa, quia quandiu aliqua bona persona in aliqua bona domo moratur, tandiu benedictio dei est ibi. Ideo dixit Laban ad Iacob, Experimēto didici, quōd benedixit mihi deus propter te. Ideo vis manere mecum? Respōdit Iacob, Placet mihi vt seruiam tibi pro Rachēl filia tua minore septem annis vt des mihi in vxorem. Respōdit Laban, Melius est vt tibi eam dem, quàm viro alteri. Mane apud me. Seruiuit igitur Iacob pro Rachēl septē annis, & videbantur ipsi pauci dies præ amoris magnitudine. No. de magnis nuptiis factis, & tota die nuptiarum Rachel erat vt noua sponsa, sed in sero Labā posuit Lyā in lecto sine lumine, & abscōdit Rachel in alia camera. Quo cōperto Iacob in mane reputauit se valde deceptum, neque mirum. Qui dixit Laban, Quid est quod facere voluisti? Nōne pro Rachēl seruiui tibi, quare Lyā supposuisti mihi? Respondit Laban, Non est in loco nostro consuetudo, vt iuniores antē tradamus ad nuptias. Ideo ista est vestra vxor. Sed si vis seruire aliis septem annis, dabo tibi Rachel, & placuit Iacob. Si dicatur, Et quo modo potuit habere duas sorores in vxores? Respondeo, quōd nōdum erat data lex Moysi prohibitiua illius, quia in lege naturæ solum filia prohibebatur patri, & mater filio. Genesi. Propter hoc dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ &c. Matt. 19. No. quomodo Iacob completis aliis septem annis duxit Rachēl in vxorem, & amorem sequentis prætulit priori. Videns autē dominus quōd despiceret Lyam, aperuit vuluam eius sorore stērili permanente. Dicit hic Gregor. & alij doctores, quōd istæ duę sorores signant istas duas vitas. Lya lippa oculis signat vitam actiuā, in qua est multa lippitudo, scilicet displicentia, tristitia, impatientia, tædium, seruiendo infirmis, & sic de aliis, nec potest vitæ actiuæ intendens orare liberē. Sed ista lippitudō leuiter mundatur, tergendo oculos in confessione. Ideo dicit quōd lippa erat Lya, id est, vita actiua, tamen est fœcunda, quia generat multos filios, scilicet meritorium ex operibus vitæ actiuæ. Rachēl decora signat vitam contemplatiuam, pulchram, sine lippitudine, quia sine tædio contemplatiua

Gradus coniugij in lege naturæ prohibiti.

De vita actiua & contemplatiua.

contemplatiua persona contemplatur opera creationis dicendo, O quale est posse dei, quia magistri fabricando domū vel arcam, indigent fundamento & materialibus, & sic de aliis, & deus sine his ędificauit domū huius mundi, & cęlos &c. Ideo Rachēl interpretatur videns principiū. s. opera creationis contēplando. Item cōtemplatiua persona cōtemplatur opera gubernationis, & prouisionis, qualiter deus prouidet omnibus creaturis &c. Item contemplatur finem mundi, diem iudicii, opera redēptionis, paradisum, infernum, purgatorium. Item contemplatur orando, legendo, audiendo sermones, missas. Ecce Rachēl. i. vita cōtemplatiua, ista est melior. Nota q⁹ melioritas meriti stat in maioritate charitatis dei. Seraphini qui interpretātur in charitate ardentes, sunt superiores in paradiso, sed nō habent pro hac a tot merita accidentalia, sicut habet vita actiua. Quōd autēm vita contemplatiua sit melior actiua, patet auctoritate Christi. Maria Magdalena elegit vitam cōtemplatiuā, & beata Martha vitam actiuam. Quare quando Christus veniebat ad domū suam, licēt esset nobilis domina præcingebatur, & parabit &c. Magdalena sedēs ad pedes Christi contemplando audiebat verba Christi. Et Martha dicit Christo, Domine nō est tibi curæ, q⁹ soror mea reliquit me solā ministrare? dic ergo illi vt me adiuet. Et respondit illi Iesus, Martha Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Ecce lippitudinē. Maria optimā partē elegit, quæ nō auferetur ab ea Luc. 10. Ecce sentētia Christi, quomodo vita cōtemplatiua est melior. Sed primō oportet facere matrimonium cū Lya, id est vita Christiana. Primō exercitare se in operibus misericordiæ, quæ sunt septē, significatæ per septē annos seruitutis Iacob. Tertia vita est prælatiua, & ista est periculosa. Ista est vita prælatorum, & ista est aliis prædictis melior. Ratio, quia includit vitam actiuam & cōtemplatiuam. Quid vult dicere vita prælatiua, nisi q⁹ prælatus sit perfectus in vita actiua, & cōtemplatiua? alias non esset bonus prelatus. Ideo vita prelatiua est melior, sicut bonum est corpus, melior anima, sed multo melius corpus & anima simul coniuncta. Ideo dicit scriptura, Formauit deus hominē de limo terræ, ecce corpus bonum. Et inspirauit in faciem eius spiraculū vitæ. Ecce anima melior. Et factꝰ est homo in animā viuentem. Ecce coniunctio corporis, & animæ. Gene. 2. Sic vita prælatiua cōprehendit vitam actiuā, & cōtemplatiuā. Dicit Greg. in pastorali, Sit rector ornatus operatione præcipuus, pre cunctis cōtemplatione suspensus, interiorū curam, & exteriorū occupationē non relinquens. Nota cùm dicit, Sit rector actione præcipuus &c. Non oportet episcopū dare cibū pauperi, sic quōd ipsemet præparet seu ministret, sed præcipuū vitę actiuę est prædicare, quia prędicator cōplet omnia opera misericordiæ, sollicitēdo alios vt dent panē esurienti, potum sitienti, & sic de aliis. Dicunt de rege dicente thesaurario, quōd faciat eleemosynam tali

pauperi,

pauperi, vel tali viduę, siue captiuo. Quis facit illā eleemosynā, nō? ne rex principaliter: imò, sic prædicator principaliter cōplet opera misericordię vitę actiuę, quādo dicit, & inducit gētes ad opera misericordię corporalia, & spiritualia. Quādo prędicat, dat cibū animab⁹ esurientib⁹, & quādo prouocat ad cōtritionē, dat potū, & vestit, quando ex prędicatione sua supb⁹ deposita superbia induitur veste humilitatis, auar⁹ liberalitatis, luxuriosus castitatis &c. Recolligit peregrinos, sicut ego vos, modò visitat infirmos, i. tētatos, & visitat mortuos, propter peccatū. Ecce quare dicit, Sit rector actione prędicans. Non oportet q̄ ipsemet sit coquinari⁹, sed prędicet, q̄ in signū huius, quando episcop⁹ cōsecratur, ponitur liber euāgeliorū in dorsū eius, & vn⁹ tenet librū cōtinuè super eum dū cōsecratur, & dicitur sibi, Vade & prædica, quia ad hoc specialiter es electus, & modò quis prælatus prædicat? patet q̄ valde pauci sunt. Item, Sit rector præ cunctis cōtemplatione suspēsus, & hoc in sacrificio missæ. De quo dicit S. Tho. q̄ est præcipua cōtēplatio. Ideo episcopi debēt quotidie, vel saltē frequenter celebrare. Omnis namque pontifex ab hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in his quę sunt ad deum, vt offerat dona, & orationum, & sacrificia pro peccatis. ad Hebræ. 5. De quibus Dauid, Et sacrificent sacrificium laudis. Ecce missa & annuncier⁹ opera eius in exultatione psal. 106 Talis prælatus potest dicere, Volatariè sacrificabo tibi, ecce missa. & confitebor nomini tuo domine, ecce prędicatio. Ista est vita prelatiua. Sed dico quòd est periculosa. Tria magna pericula habet, quę possunt intelligi per similitudinem amphore vitree, existētis super colūna in platea, cōtra quā cēc homines proiicerēt lapides. Secundò q̄ oēs aues cæli cōtra eā pugnarēt, Tertiò q̄ maxima tēpestas super eā de cælo descēderet. In quo periculo esset talis amphora. Dico quòd non posset stare. Talis est vita prelatorū. Quilibet prælatus est altus, super colūnā dignitatis cōstitutus, cōtra quos proiiciūtur lapides, maxime si sunt boni, quia aliàs nullus dicit sibi aliquid, vel pauci. Sed si prælatus vult ire humiliter, & simpliciter, sine multis scutiferis, statim oēs dicent. O ille ypocrita, quò vadit &c. Ita etiā fuit de illo primo prelato ecclesię Christo q̄ reprehēdebatur de discipulis, & doctrina nova quā prędicabat, vt patet Io. 18. Ideo potest dicere prelatus, Posuit me dominus sicut signū ad sagittā. Thre 2. Secundò oēs aues cęli impugnātes vnātēt cōtra prelatū, i. dæmones ad rētādū, quia si vos habetis vnū demonem cōtra vos, prelatus habet mille contra se, quia sicut in bello ille qui volūt hab. victoriā, mouādūt maximū vexillū, quo ad terrā prosto, oēs sunt pditi, & fugiūt, sic prælati portāt vexillū. Ideo cōtra eos maxime dæmones instāt &c. Tertiò quia maxima inquisitio & districtio iudicij vēnit super eos. Quādo prælat⁹ moritur statim venit ad iudiciū, sup quē descēdit tēpestas quæstionū qualis intrauit, qua-

uisit, quot ex eius negligētia sunt damnati, quare sustinebat peccatores notoria, licēt de se esset sanctus, si tamē in suo officio fuit negligens, ex peccatis aliorum dānabitur, quia nō abhibuit diligētiam in corrigendo. Ideo dicit scrip. iudiciū durissimū his qui præsunt fiet. Sap. 6. Ecce quomodo vita prælatiua est periculosa. Ideo dicit. Augu. Præpositus quāto in loco superiori, tanto in periculo maiori versatur. Bona est vita actiua, melior cōtēplatiua, sed optima vita prælatiua, & quęlibet est spiritualis. Ideo dicit them. Si Spiritu viuimus, vel in vita actiua, vel etiam contemplatiua, vel etiam prælatiua &c.

De eadem Dominica x v. post Trinita. Sermo v.

Ministerium tuum imple. 2. ad Tim. 4. Istud verbum dicitur cuilibet Christiano. Ministerium quod debemus deo, implere debemus, si volumus habere salarium paradisi. Et vt simus voluntarij, sciendum q̄ inter omnia officia, gradus, seu dignitates huius mūdi, magis excellentius est seruitium Dei. Vnde dei prælatio ecclesiastica, nec dominium tēporale sunt aliquid in comparatione seruitij dei. Si dicatur, Papa vel rex est seruitor dei. Respōdio, q̄ papa vel rex maiorē excellentiā seu dignitatem recipit, quia est seruitor dei, quàm quia est papa vel rex. Ratio, nam quælibet creatura constituta inter maiorem, vel superiorem, & minorem, vel inferiorem, maiorem dignitatem seu excellentiam recipit ex subiectione superioris, quàm ex dominio quod habet respectu inferioris. Declaratur primò in elementis. Aqua enim est media inter aērem & terram, à terra recipit immunditiam, lutum &c. ab aēre, cui subiicitur, recipit purificationem & claritatem, igitur &c. Secundò probatur in metallis. Argentum est medium inter aurum & plumbum, quia respectu auri habet subiectionem, quia valet minus: respectu plumbi, dominationem, quia valet plus: maiorem excellentiam & valorem ex subiectione recipit ab auro. ideo citius deauratur, quàm ex dominio seu valore respectu plumbi, igitur. Idem patet in hominibus, primò in prælatis, qui si habēt magistrum bonum, & spiritualem, perfectum, & virtuosum, & vasallos vicioſos, à magistro recipiunt bonas doctrinas, à vasallis autem tristitias, displicētias, appellationes, & similia. No. quid est dicere esse papam? Solutio, habere curā omniū gētium, in quib⁹ sunt multa solicitudo &c. Et quid est dicere esse seruū dei? Habere lętitias, cōsolationes, & cōtēplationes spirituales. Item quid est dicere esse imperatorem? Solutio, esse dominum honorum, & malorū, sine periculo, sed seruum dei esse est habere lætitias &c. vt supra. Ideo dico quòd maius officium huius mundi est esse seruum dei, vt patet ex dicta ratione, quæ dat scientiam. Philosophus, Tunc vnumquodq. scire arbitramur, cū causas eius cognoscimus, & quæ nam illius est causa? Primò Poste. Auctoritas, quæ confirmat credē

tiam.

tiã.1.ad Cor.4.Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispẽsatores mysteriorum dei. Et nõne Petr⁹ erat papa, & omnes alij apostoli erãt episcopi, & legati Christi à latere tãmo. quare ergo nõ dixit, sic nos existimet homo vt episcopos &c. qa pl⁹ apparebatur se de seruitio Christi. Item alia auctoritas. Ministri Christi sunt, & ego 2.ad Cor.11. Itẽ alia.2.ad Cor.3. Si ministratio dãnationis in gloria est, multomagis abundat ministeriũ iustitię, i. iustẽ seruiẽdi deo. Vt possimus acquirere salarium paradisi, dicit the. propositũ, Ministeriũ tuũ imple, Diceret aliquis, frater, bene videtur esse magnum esse seruitore dei, sed videamus quomodo possem⁹ implere dei seruitium. Ego amore vestri quæsiui, & inueni. 8. virtutes, in quadã auctoritate beati Petri dicẽtis, Vos autẽ curã omnẽ subinferetes, ministrate in fide vestra virtutẽ, in virtute autẽ scięti ã, in scientia abstinẽtiã, in abstinẽtia patiẽtiã, in patiẽtia pietatẽ, in pietate autẽ fraternitatis amorẽ, in amore autẽ fraternitatis charitatẽ, & subditur, Sic enim abũdãter ministrabitur vobis introitus in regnũ domini, & saluatoris nostri Iesu Christi.2. Pet.1.10o. Si istas virtutes habem⁹ in nostro seruitio, abũdãtur ministrabitur nobis introitus &c. Ideo dicit the. Misteriũ tuũ imple. Dico primò q̃ in seruitio dei debem⁹ ministrare fidẽ, hic ponit fundamẽtũ, nã fides sancta Christiana est fundamentũ totius boni. Ideo q. vult edificare, primò curat ponere bonũ fundamentum, vt ædificium nõ tremat, aliãs destruitur, ita fundamentũ Christiani firmũ est fides. De isto fundamẽto dicit scrip. Fundamẽtum aliud nemo potest ponere, prẽter illud q̃ est positũ, q̃ est Christus Iesus. Gl 1. fides Iesu Christi. 1. ad Corn. 3. Ideo auscultemus vos, sicut illi, q̃ sunt obsessi ab inimicis, qui sepè visitãt fundamẽta, ne fiãt cauationes in fundamẽto, quia ibi est periculũ, nã si diruitur fenestra, seu vna turris, nõ est tã magnũ periculum, q̃ si fundamẽta diruitur, qa totũ ędificium cadit. Ita modò, quãdo magis instat finis mũdi diabol⁹ fodit fundamẽtũ. i. fidẽ, dicendo, q̃ño tu potes credere hoc vel hoc &c. Ecce cũ pala tẽtationis fodit fundamẽtum. Ideo do vobis optimũ cõsiliũ, vt sæpè visitetis istud fundamẽtũ, ad min⁹ bis in die de mane & sero dicẽdo, Credo in deũ &c. flexis genib⁹ cũ protestatione, sicut miles faciẽs homagiũ regi, dans sibi fidẽ. Si nescitis addiscatis &c. Sic recognoscitur fundamentũ fidei, an diabol⁹ fodierit cũ pala tẽtatiõis, aliãs si omnia bona mũdi fecerit is nisi habeatis fundamẽtũ fidei, factũ nihil valeret. He.11. Sine fide impossibile est placere deo &c. ergo ministerium tuũ imple. f. fidei. Dico secũdo q̃ secũda virt⁹ ministrãda dicitur virt⁹, cũ dicit, Ministrate in fide vestra virtutẽ, i. opera virtuosa, qa hic virtus sumitur p̃ qualibet actu virtuoso, ista sunt ministrãda, quia licèt haberetis fidẽ veram, nõ sufficeret ad saluationẽ, imò oportet simul cũ fide habere opera virtuosa. Ratio, q̃a nullus rex esset cõtẽtus de fide suorũ vasallorũ sine obe-

Ministrationes quibus Deo inseruitur.

dientia. Nã si diceretur regi, nos reputamus & credimus vos verũ regẽ esse, tamẽ nihil præcipiatis nobis, quia nihil faceremus, esset hoc bonum. Ita Christiano, qui crederet Christum verum regẽ & dominum, sed nihil vult seruare de suis præceptis. Item præcepit humilitatẽ, & nos sumus superbi, & sic de alijs septẽ peccatis. Ideo licèt haberetis tantã fidem, quantã habuit B. Petrus, vel Paulus, nisi haberetis vitã virtuosam, non saluaret vos. Ideo dicit, Ministrate in fide vestra virtutẽ. i. bonã vitã, & bona opera. Ideo dicit scrip. Quid proderit fratres mei, si fidẽ quis dicat se habere, opera autẽ non habeat, nũquid fides poterit saluare eum? Si autem frater & soror nudi sint, & indigeant victu quotidiano, dicat autẽ aliquis ex vobis illis, ite in pace, calefaciamini, & saturamini, nõ dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori, quid proderit? Sic & fides, si nõ habeat opera, mortua est. Iac. 2. Nam bona opera & virtutes debẽt correspõdere credulitati. Verbi gratia. Vos creditis q̃ tres personę, pater, & filius, & spiritussanctus sint vn⁹ Deus. Huic credulitati correspõdetur, quãdo anima, corpus vestrũ, & vita, ista tria cõcordant operãdo bona opera. Sic ostẽditur extra credulitas, quæ est intra. Itẽ creditis q̃ Christus humiliauit se tantũ, ad recipiendũ vestrã humanitatem, cum miserijs &c. ergo ostẽdatis opera, quaotũcunq; sitis alti, & eleuati in dignitate, & dominio, officio, scięti a &c. humilietis vos &c. Itẽ creditis q̃ Christus elegit virginẽ in matrem, cùm tamẽ de alia potuisset nasci &c. nec sciuit experimẽtaliter quid esset illa carnalis delectatio, ostẽdatis opere igitur vos, & amore sui castè viuatis, quilibet in suo statu &c. Itẽ creditis q̃ vixit pauper, intantum quòd dicitur Mar.11. Circunspectis omnibus &c. Dicit glos. &c. Si aliquis ipsum inuitaret. Luc.6. Apostoli fricabãt spicas, vel ibant Bethaniã &c. Itẽ de nocte ibat ad dormiendum in desertũ, si nõ haberet aliũ locum. Ista credulitas ostenditur opere, non habendo auaritiam, nõ faciendo vsuras, furta, nec recipiẽdo bona aliena. Itẽ creditis quòd Christus fuit passus iniurias, derisiones, & tandem mortem, & noluit recipere vindictã, nec permisit patrem recipere. Item credulitas opere ostenditur virtute patientiæ, remittendo iniurias inimicis &c. Item creditis quòd fuit mortuus, & tertia die resurrexit. Ita si estis mortui à peccato mortali, tertio die, f. cõtritionis, cõfessionis, & satisfactionis, potestis suscitari. Itẽ creditis q̃ Christ⁹ in die ascẽsionis ascendit in cælũ, hæc credẽtia ostẽditur opere, quando nos in dominicis, & festis ascendimus, contemplando, orando, audiendo missam cõpletam cum silentio, nõ cogitando, nec loquendo de aliquare reporali, sed cogitãdo vt habeatis ascendere per bonã vitam &c. Item creditis quòd Christus est in hostia consecrata, hæc credentia ostenditur deuotè cõmunicando in paschate, iuxta præceptum, & intra annũ secundum bonũ consilium. Ecce quare dicit,

Ministrate in fide vestra virtutē &c. Ecce quid dicit Christ⁹: Quid vocatis me domine domine, & nō facitis quę dico? Lu. 6. quianō omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnū cęlorū, sed qui facit voluntatē patris mei qui in cęlis est, ipse intrabit in regnū cę lorū. Mat. 7. Patet necessitas bonorū operū. Ideo di. the. Ministeriū tuū imple. Tertiò dicit, Ministrate in virtute vestra sciētiā quę sumitur hic ꝑ discretione, & nō prout sciētia est vna de septē liberalib⁹ artib⁹, sed ꝑ discretione, s. ꝙ opera virtutū fiāt discrete, & cū debitis circūstātijs. Prou. 9. Sciētia sanctorum prudētia, quia alias si alicuius indiscrete facit bona opera, s. de genere bonorum, punietur ex eis. Quidquid boni cū discretione feceris, virtus est. Virtus enim indiscreta ꝑ vitio reputatur. Dicatur hic miraculū, ꝙ legitur in vita B. Dominici patris nostri, cui de nocte orāti, apparuit diabolus tripudiās, & cātans corā eo, dicēs, magis & minus, & adiurat⁹ à B. Dominico, super hoc respōdit, ꝙ quidquid ipsi fratres lucrātur, faciendo plus q̄ possunt, & destruendo se, amittūt & dāoātur, vel minus faciēdo q̄ tenētur, amittūt, sed dixit diabol⁹ ꝙ satisfaciēdo destruit eos. Propter quod B. Dominicus admonuit fratres. De hoc ad Ephe. 5. Nemo vnquā odio habuit carnē suā, sed nutrit & fouet eā, sicut & Christus ecclesiā. Sed sicut miles diligit equū, cum quo habet militare, & victoriā obtinere, ita nos cū corpore. Ideo conseruandū est, sed nō debem⁹ dare sibi tantū de annona vt recalcitret. Ideo discrete est ꝓgubernandū, ista est sciētia. Quilibet scit suus asinus quātum potest portare, & de naui quātū portare potest &c. ita de asino corporis, seu naui. Et sicut marinarij in periculo proijciūt onus, ita debet facere persona discreta in infirmitatib⁹, deponēdo onus pœnitētiæ, quod post recōualescentiā est reassumendū. Sed multi nō faciunt. Propter quod di. scrip. Propter ea ductus est captiuus popul⁹ meus, quia nō habuit sciētiā. Esa. 5. Quartò dicit, Ministrate in sciētia abstinentiā. Personę quę habent magnā scientiā acquisitā, debēt abstinere à tribus, s. ꝙ nō extollāt se nimis, & ꝙ nō decipiāt proximū, & ꝙ nō dimittant Deū, quia vt dicit Apost. 1. ad Cor. 8. Scientia inflat, di. Omnes sunt bestiæ, nisi ego. Ex isto peccato ceciderunt quāplures de ordine Cherubin, qui interpretatur plenitudo sciētię, & effecti sunt diaboli. Qui de angelis fecit diabolos, quid faciet de hominib⁹ præsumptuosis &c. Ideo Apost. 1. ad 1 Cor. 8. Si quis se existimat aliquid scire, nondū cognouit quomodo oporteat eū scire. Hoc sciebat Socrates philosophus magnus magister Platonis, qui interrogatus quid sciebat, respōdit, Hoc tantū scio, quod nescio. Itē tales scientes non debent decipere, nec defraudare proximū. Nolite, inquit Apost. fraudari inuicē. 1. ad Cor. 7. Tertiò caueāt tales ne obliuiscantur Deū, quia hodie siue inter religiosos, siue inter clericos, siue laicos, quādo maiorē habēt scientiam, tāto habēt peiorem cōscientiā, eū tamē plus deberēt Deū timere, quia habēt maiorē notitiā. Ideo Apost. Charissimi, obsecro vos tanq̄ aduenas & peregrinos abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militāt aduersus animā, cōuersationē vestrā inter gētes habētes bonā. 1. Pet. 2. Quintò ministrate in abstinētia & patiētia. Ratio, quia abstinētia, & ieiunū &alia, dāt cholerā vel melancholiā, sed cibus & potus dant lætitiā. Multi sunt cū quibus nō potest homo pacificē loqui, quādo sunt ieiuni. Ideo necessāria est patiētia, ne meritū abstinētiæ perdatur. Dicatur cōtra impatiētes, qb⁹ esset meli⁹ ne abstinerēt, quia vnica impatiētia perdit totū thesaurū meritorij. Sicut qui poneret ignē in camera, vbi haberet omnia bona cōgregata, ita de igne irę seu impatiētia &c. Ideo Apost. Heb. 10. Patiētia vobis est necessaria, vt volūtatē Dei faciētis reportetis ꝓmissionē. Sextò ministrate in patiētia pietatē, s. ad proximū. Si habetis bona tēporalia, vel spiritualia, subueniatis indigētib⁹, si habetis panē, detis esuriēti, vinū sitiēti, vestes nudo, & nūquā deficiet vobis. Multi decipiuntur di. Si ego darē, deficeret mihi &c. Dico tibi ꝙ nūquā persona misericors deficiet in bonis, imò Deus multiplicabit tritice ū in horreo, farinā in sacco, panē in cophino, vinū in cellario, pecunias in bursa &c. Itē de bonis spiritualib⁹, debetis ꝓpudere animæ de cibo spirituali. Postquā laboratis sex diebus, in dominica quiescatis audiendo missam, sermones &c. sed hodie ecclesia nō est nisi forū. Cōtra hoc recipitur aqua benedicta in introitu ecclesiæ, & fit signū crucis in frōte, vt intellect⁹ nō cogitet nisi de Deo, & in ore, vt nō loquatur nisi de Deo, & iuxta cor, vt nō cogitet mala. De ista pietate dicit Apost. Exerce teipsum ad pietatē. Nā corporalis exercitatio, vt ieiunia, & alia ad modicū vtilis est. Pietas autē ad omnia vtilis est, promissionē habens vitæ quæ nūc est, & futuræ. 1. Tim. 4. Septimò ministrate in pietate fraternitatis amore, ne scilicet sint inter vos odia, rancores, malitię &c. Sed sicut fratres eiusdē patris & matris diligunt se, ita nos Christiani immediatē sumus filij eiusdē patris, s. Christi, & matris, s. ecclesię, semine verbi Dei in vtero fontis baptismi geniti. Ideo debem⁹ nos diligere ad inuicē, & iniurias remittere. Ideo Christus. Omnes fratres estis. Et patrē nolite vocare vobis super terrā. Vnus enim est pater vester qui in cęlis est. Mat. 23. Octauò ministrate in fraternitatis amore charitatē. Maior autē horum est charitas. 1. Cor. 13. Charitas sumitur hic pro amore Dei, s. vt quidquid facimus, faciamus amore Dei. Si diligimus parentes, & amicos, super omnes eū diligāmus. Dicatur hic miraculū de illo heremita, qui cupiebat scire fines hominum, s. quomodo animæ ibant in alio mundo. Et venit lupus, sibi quasi innuens vt eum sequeretur, & secutus est lupum vsque ad introitum cuiusdam ciuitatis. Qui recedente lupo intrauit ciuitatē, & vidit gētes tristes ꝓ quodā sancto homine, vt dicebatur in extre

mis laborãte. Qui iuit illuc, & in circuitu illius infirmi erãt multæ sanctę personę lugẽtes &c. Et post pauca ductus heremita, vidit vnũ magnum dęmonem, cum magna multitudine dæmonum cameram intrãtem. Cui dicebat dæmones, Recipe illã animã quia nostra est. Respõdit nõ audeo ad eã appropinquare, quia ibi sunt multæ personæ in circuitu eius. Ad quem dixit Deus, Diabole recipe animã ei*, quia nunquã quieui in anima sua, quia nihil fecit amore mei, sed ꝓ vana gloria, vt laudaretur, & honoraretur, & subitò à diabolo sunt suffocata, & multum plãctus &c. Quod videns heremita, dixit intra se, Modò cognosco finem hominum, Non est totum aurũ quod lucet, propter hoc custodiã me &c. Et dum recederet à dicta domo, & trãsiret per plateã, inuenit ibi vnum pauperem iacentẽ, qui laborabat in extremis, qui deridebatur, & iudicabatur à trãseuntib*, Vnus dicebat ebrius est &c. Heremita vidit cælũ apertũ super morientẽ, & Michaëlem cum multis descendentem ad eum, & inuitãtem animã, quia cùm nollet statim exire, Deus misit Dauid, vt pulsaret cytharã & psalterium, vt anima exiret, & sic factum est. Quo mortuo, curatus noluit ei tradere ecclesiasticã sepulturã &c. O dixit heremita, Modò cognosco fines hominum. Notare hic de illo qui sanctus reputabatur, sed quia nõ habebat charitatem, ideo perijt. Deus soluit ei in hoc mundo de honore, & magna sepultura, pro bonis factis de genere. Pauper autem ex peccatis pro purgatorio habuit, vt sic despectiuè moreretur, vt anima haberet gloriam. Ideo attendatis, ne in operibus bonis sit vermis vanæ gloriæ. Propter hoc dicit Apost. Super omnia charitatẽ habete, quod est vinculum perfectionis, ad Coll 3. Ecce quare dicit, Ministerium tuũ imple, quia abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum &c.

Dominica XVI. post Trinitatem. Sermo I.

Deus visitauit plebẽ suã. Habetur verbum istud originaliter Luc. 7. & officiatur in euãgelio hodierno. Sermo noster erit de sancto euãgelio, quod cõtinet vnũ magnum miraculum quod Christus fecit de suscitatione illius iuuenis &c. Et vt det Deus virtutem & efficaciã suis sanctis verbis, & dicatur ad Dei laudem, & honorem, & audiãtur: saluetur virgo Maria. In præsenti sermone volo tenere modũ Iuristarum, qui primò ponunt casum, & post captãdo mouent quæstiones: Ita faciã, Casus legis Christi est miraculum sancti euãgelij hodierni. Nota historiã. Modò super isto casu legis euãgelicę mouendæ sunt quæstiones spirituales. Prima quæstio, Quare Christus voluit istum mortuum suscitare publicè & notoriè. Ratio huius quæstionis est, quia legitur Matt. 9. quod quando Christus suscitauit puellã filiã principis, noluit ꝙ aliquis esset præsens, paucis exceptis, s. patre cum matre, Petro, Iacobo, & Ioanne, & secretè ipsam suscitauit. Quare &c. Ratio, quia puellã inuenit secretè mortuã in camera, ideo secretè ipsam suscitauit. Sed istum iuuenem inuenit publicè & notoriè mortuum, ideo publicè & notoriè suscitauit eũ, in quo innuitur ꝙ peccatori secreto, qui habet filiã, id est animam mortuã secretè in camera corporis, sufficit talis secreta pœnitentia, si vult a Christo suscitari à morte culpæ ad vitã gratiæ. Sed peccatori publico, & notorio, si vult à Christo suscitari, notoria pœnitentia est sibi necessaria, & publica. Verbi gratia, de quolibet statu. Primò de religioso, qui à parte extra videtur bonus & deuot*, sed forte secretè est proprietarius, vel nihil seruat de regula, talis habet filiã, id est animã mortuã secretè in camera corporis. Tali sufficit vt secretè cõteratur, & doleat de peccato, & proponat nõ redire, & vt cõfiteatur &c. Idem de clerico. Item sunt alij superbi intus in corde, sed nihil ostendunt extra, tales habent filiã mortuã in camera, quibus sufficit secreta pœnitentia. Idem de alijs peccatis. Ex ista ratione Christus suscitauit secretè puellã mortuã. De hoc Hier. Thre no. 3. Sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se. No. sedebit, s. cessãndo a peccatis, solitarius, id est secretè, quia leuauit se super se, s. secretè peccãdo, & nõ super alios, ad extra publicãdo. Ideo Christus loquens secretis peccatoribus dicit, Attendite ne iustitiã vestrã i pœnitentiã, faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis. Matt. 6. Sed istum iuuenem inuenit Christus mortuum publicè & notoriè extra ciuitatem. Ideo publicè & notoriè ipsum suscitauit. In quo innuitur ꝙ peccatori publico & notorio nõ sufficit secreta pœnitentia, sed publica est sibi necessaria, & notoria, vt ædificet quos scãdalizauit. Verbi gratia de superbis, qui nõ solũ secretè, sed extra faciunt vanitatem in ornatu, tã homines q̃ mulieres. Nõ opus est collo suspendere cymbala collo. Et omnes scãdalizantur de vanitate illorum. Talib* nõ sufficit secretè cõteri & cõfiteri, sed oportet extra humiliari, vt omnes qui fuerãt scãdalizati, ædificentur, & laudent Deum. Idem de notorio vsurario, qui mutuat 10. pro 12. per mensem, vel emit pro parata pecunia minoris, vel vẽdit pluris propter dilationem solutionis. Talibus nõ sufficit secretè confiteri. Idẽ de notorio raptore, vel latrone, vel dãnificatore, vel malo aduocato &c. Idem de notorio cõcubinario, ecclesiastico, vel laico, nõ sufficit promittere cõfessori secretè ꝙ nõ redibit ad peccatum, sed oportet reddere vt omnes sciant pœnitentiã. Idem de notorio inuido, qui palã alium diffamauit, talem oportet notoriè reuocare, etiam si sit verum ꝙ dixit, sed erat secretum. Idem de notorio secundo, qui notoriè alteri inimicatur, hunc oportet facere notoriè pacem &c. De hoc auctoritas Eccl. 20. Quod bonum est correptio manifestare pœnitentiã, sic enim effugies voluntarium peccatũ. Ergo Christus, Sic luceat lux vestra corã hominib*, vt vid. ope-

ra. &c. Mar. 5. Secūda quæstio. Quare Christus tetigit loculum, & illi qui portabāt steterunt, quia sine hoc ipsum potuisset suscitare. Respō sio. Quatuor portatores portant peccatorē in loculo corporis, ad sepulchrum damnationis, de quo Christus Lu. 16. Mortuus est diues, & sepult⁹ est in inferno. Quos oportet stare, si peccator vult de morte culpæ ad vitam gratiæ suscitari. Duo portatores à parte antè sunt longa consuetudo, & mala societas. Secundo duo portatores à parte posteriori sunt falsa spes de lōga vita, & vana cōfidētia de misericordia. Isti quatuor infinitos mortuos, i. peccatores, portant ad sepulchrū inferni. Primus portator dicitur cōsuetudo. Verbi gra. Quādo cōfessor, vel aliquis alius reprehēdit aliquē, quia iurat, statim respōdet, quia cōsuetudo est. Dicito quomodo leges hominū siue dominorū abrogantur per cōtrariam cōsuetudinem, sed nō lex Dei dicētis, Nō assumes nomē Domini Dei tui in vanū. Nec enim habebit insontē, i. impunitū eū, qui assumpserit nomē Domini Dei sui frustrà. Exo. 20. Sed potestis per aduerbiū affirmare. Idē dicunt mercatores, barbitonsores, sutores, &c. quando in diebus dominicis, & festis frangūt festa, faciēdo ferias & forū &c. cōsuetudo est. Hęc cōsuetudo nō valet cōtra legē Dei dicētis, Memēto vt diē sabbati sanctifices. Exo. 20. Itē quādo reprehēduntur, quare recurrunt ad diuinos, dicūt, Est cōsuetudo. Est excusatio cōtra legē Dei dicētis. Non habebis deos alienos corā me. Exo. 20. Itē quādo reprehēdūtur de vindicta, quā nullus debet recipere, dicūt, consuetudo est. Sed nō valet illa cōsuetudo cōtra legē Dei dicētis, Mihi vindictā, & ego retribuā, dicit Domin⁹. Ro. 12. & Deu. 32. Mea est vltio, & ego retribuā. Itē, Nō occides. Exo. 20. Idē de diuitibus, qui mutuāt ad vsurā, quando reprehenduntur, dicūt, cōsuetudo est, & ecclesia permittit. Nō est verū q⁹ ecclesia approbet, vel permittat vsurā. Nec valet cōsuetudo cōtra legē Dei dicētis, Nō fœneraberis fratri tuo ad vsurā, nec fruges &c. Deut. 22. Itē de furtis fructuum cōsuetudo nō valet cōtra legē Dei, Nō furaberis. Exo. 20. Secundus portator est mala societas. O quot dānantur, qui irent ad paradisum, nisi propter malā societatē impedirētur, quot viri sunt, qui despectis vxoribus societatē cū inhonestis querūt personis. Itē quot viri saluarētur, qui dānantur ex mala societate vxoris, quæ habet malā linguā. Idē de moribus, quæ despectis viris peccant cū alijs &c. Ideo recede à mala societate. Poē. Quę nocitura tenes, quāuis sint chara, relinque. Tertiꝰ portator est mala spes de lōga vita, sed vbi est charta? Vnde quādo iuuenis inducitur ad pœnitentiā, respondet, Quando ero senex, tūc faciā pœnitentiam. Ecce falsa spes de vita. Itē iauus dicit, Quando ero infirmus. Alius dicit, cras. Alius, anno sequēti, alius in sequēti quadragesima, & interim venit mors. Ideo dicit scrip. Nō tardes cōuerti ad Dominū, & ne differas de die in diē. Subitò enim veniet ira illius, & in tēpore vindictæ disperdet te. Eccl. 5. Quartꝰ portator est vana cōfidentia de misericordia Dei, dicēdo: Parcet mihi Deus, sicut pepercit latroni, & Marię Mag. Die quomodo Deꝰ est summè misericors pœnitentibus, sed est summè rigorosus impœnitentibꝰ. Pœnitentibus Deus reuocat illam sententiam, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, Ezech. 18. Sed si totus mundus, & etiam virgo Maria supplicarent sibi pro vno impœnitenti, non remitteret. Ideo dicit scrip. De propitiato peccatori noli esse sine metu, neq; adijcias peccatum super peccatum, & ne dicas: Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. Eccl. 5. Ecce quare Christus tetigit ad innuendum q⁹ quando vult suscitare peccatorem, tangit ipsum per tribulationes, & tūc isti quatuor portatores stant & dimittunt eum. Ideo Iob 19. Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Tertia quæstio super hoc, quod dicit Christꝰ, Adolescēs tibi dico, su. Quęritur, cum quo Christus tunc loquebatur, quia nō videtur quòd loqueretur corpori mortuo, quia nullum sentimentum habebat, immo videretur stultitia, loqui mortuo corpori. Respondeo, quòd tunc Christus loquebatur animæ in inferno existenti. Cogitate quomodo ad Christi clamorem anima exiuit subitò de inferno, nec dęmones ipsam potuerunt retinere, ex quo vocabatur à Deo, & statim venit ad corpus. Habemus hic instructionē de generali resurrectione in die iudicij, quomodo ad clamorem illius vocis, Surgite mortui, venite ad iudicium, omnes animę mortuorum, tam de inferno, quàm de purgatorio, quàm etiam de paradiso, quælibet redibit ad suum corpus à Deo præparatum, & quælibet cognoscet suum corpus, sicut manè quilibet cognoscit suam vestem. De hoc Christus, Nolite mirari hoc, quia omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. Ioan. 5. Nō mirabatur Iob, qui dicebat, Scio quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum. Iob. 19. Quarta quæstio super thema, cùm dicit: Deus visitauit plebem suam. Quæritur, quæ visitatio est ista? Respondeo quòd in sacra scriptura inueniuntur tres visitationes Dei, erga populum siue plebem suam.

Prima visitatio est de misericordia copiosa.
Secunda visitatio est de gratia abundanti.
Tertia est de iustitia rigorosa.

Prima visitatio est de misericordia copiosa. Hęc fuit quando voluit incarnari & nasci, & ire p mūdū prędicādo. Hęc visitatio fuit ad instar boni medici, qui postq̄ studuit in studio, venit practicare, & infirmos visitare, ordinando medicinas virtutū, & sacramētorū cōtra

infirmitates peccatorū. Ideo Aug. Magnꝰ de eçio ad nos venit medicus, quia magnus per totū mundū iacebat ægrotus. De ista visione prophetia Lu. 1. Visitauit nos oriēs ex alto &c. De ista dicit thema in propria forma, Deus visitauit plebē suam. Secūda visitatio est de gratia abūdanti. Et hæc est præsens quotidie quando descendit in hostiā consecratā, & tamen non recedit de cælo, sicut nec radius solis, qui visitat & intrat plura foramina, seu plures fenestras, & tamē non recedit de eçlo, sic Christus vt amicus noster visitat nos in hoc sacramento. De ista visitatione Dauid, Memento mei Domine in beneplacito populi tui, visita nos in salutari tuo. i. in sacramento altaris, quod est nostra salus. Sicut ergo Christus venit de tā longinquo pro nobis ad ecclesiā, sic nos amore sui debemus venire ad nostram in die festo, iuxta illud Dauid, Populꝰ eius, & oues pascuæ eius, intra. por. eius in cōfes. &c. De ista potest dici, Deus visitauit plebē &c. Tertia visitatio erit in die iudicij, per iustitiā rigorosam, ad instar regis seu domini rigorosi, qui venit visitare suos vasallos bonos & malos cum gladio in manu, ad puniendum malos, qui faciūt cōtra suas leges, & ad præmiandū bonos. De ista visitatione prophetauit Esa. Ecce Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatem habitatoris terræ cōtra eum, & reuelabit terra sanguinem suū, & nō operiet vltra interfectos suos. In die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grādi, & forti. Esa. 26. & 27. Not. sex clausulas in dicta auctoritate. Prima clausula tāgitur cùm dicitur, Egredietur Dominus de loco suo, i. de cælo empyreo in hoc qꝺ dicitur, egredietur Dominus, ostēdit suā potestatē & rigorē. In primo aduentu nō venit vt dominus, sed vt seruus & minister. In secūdo aduentu, s. in sacramento altaris, venit vt socius. Sed in tertio, i. ad iudicium, veniet vt Dominus rigorosus, intantū qꝺ totus mūdus timebit tremendo. Dic similitudinē de arbore plena auiculis cātantibꝰ, quæ quando vident falconē venientē, timent, &c. Ideo ecclesia in persona cuiuslibet Christiani orando dicit, Libera me Domine de morte æterna &c. De isto aduētu Luc. 21. Tunc videbunt filiū hominis venientem in nubibus cæli cū potestate magna. Secunda clausula tāgitur cū dicitur. Vt visitet iniquitatē habitatoris terrę cōtra eū. Ecce quare veniet. Et nota qꝺ magnus rex nō venit solus ad visitandū, præmiandum, & puniendum, sic nec Christus veniet solus, imò veniet cū omnibus sanctis & angelis. Nam illa die nulla creatura rationalis nec intellectualis remanebit in cælo. Esa. 3. Stat ad iudicandū Dominus, & stat ad iudicādos populos. Dominus ad iudiciū veniet cū senioribus populi sui, & principibus eius. Seniores dicuntur sancti, ad denotandū meritū, & sapientiā, quibus acquisiuerant paradisum, quia in antiquis est sapientia. Et quia ipsi seruerunt media habendi paradisum, ideo dicuntur senes. Principes dicuntur angeli. Dic

Dic practicè quomodo veniet. Primò præmittet angelos, & ipse cū matre veniet, & post sequentur sancti. Tertia clausula tāgitur cùm dicitur, In die illa visitabit Dominus in gladio suo. Gladius est verbū Christi. De quo Io. Apoc. 1 De ore eius gladius acutus ex vtraq; parte exibat. & ad Hebr. 4. Viuus est enim sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens vsq; ad diuisionē animæ & spiritus. Quarta clausula tāgitur, cū dicitur, duro, quantū ad malos, quibus dicet, Discedite à me maledicti &c. Mat. 25. Quinta clausula tangitur ibi, & grādi, quantum ad bonos quos faciet ascendere di. Venite benedicti &c. Sexta tangitur ibi, & forti, & hoc quantū ad durationem gloriæ bonorū, & pœnæ damnatorum, quæ æternaliter durabunt. De ista possumus dicere, Deus visitauit &c.

De eadem Dominica. Sermo II.

Misericordia motus est super eā. Luc. 7. Pro breui declaratione huius verbi, & introductione materię prædicādæ, sciendum qꝺ inter omnes virtutes, & opera meritoria est vna virtus singularis, per quā homo efficitur similis Deo, & ista virtus est misericordia. Licèt enim ex qualibet virtute homo efficiatur Deo similis, proprius tamē virtute misericordiæ. Ratio, vna persona dicitur similis alteri, quando in facie assimilatur illi, nō tamē dicitur similis illi, si secundū manꝰ ei assimiletur, vel secundū pedes, sed in facie, quæ est pars altior & nobilior hominis. Modò videamꝰ de operibꝰ Dei erga nos, Quod est altius & nobilius? Dico qꝺ misericordia. Nullū opus Dei in hoc mundo est nobis manifestius. Quanta fuit Dei misericordia, qꝺ dimisit palatium cæli, & voluit in hunc mundū venire. Quanta misericordia velle indui sacco humanitatis passibilis, corruptibilis, & mortalis, totū venit ex misericordia erga nos, voluit pati, ne sibi credentes & obedientes patiantur in furca inferni. Itē quolibet die dat nobis suū corpꝰ in hostia cōsecrata, & sanguinē &c. Quāta est eius misericordia, cū quolibet die offendatur à nobis, & tamen sustinet nos, sperās nostrā correctionē. Ecce facies Dei, s. misericordia, quæ alijs operibus suis altiùs ostenditur nobis. Miserationes enim eius super omnia opera eius, ergo altior operibus eius, & ergo similitudo creaturę ad Deū, propriè deber sumi secundū misericordiā, quasi secundum faciē. Iustitia dicitur dorsum, quæ in iudicio ostenditur. Ideo Christus dicit, Estote misericordes sicut pater vester misericors est. Lu. 6. Vbi ponitur similitudo. Et ideo sicut thema ad literā intelligitur de Christo, de quo quādo vidit illā viduā, dicitur qꝺ misericordia motus est &c. ita de homine misericordiæ ad pauperes, potest dici, misericordia motus est &c. Patet the. De ista virtute misericordię volo modò prędicare, & ostendā in quo statu simus similes Christo, hîc per gratiam, & in futuro per gloriā. Dicunt doctores

res theologi, quòd misericordia corporalis cõsistit in septem operibus, & etiam misericordia spiritualis in septem, & sic essent 14. Sed nunc volo comprehendere in quatuor, ne sim nimis prolixus.

Primum dare liberè.
Secundum mutuare purè.
Tertium restituere plenè.
Quartum seruire promptè.

In his quatuor stat tota misericordia. Primũ opus misericordię corporalis & spiritualis est dare liberè, s. de bonis temporalibus seu spiritualibus, quę Deus tibi cõmisit, vt des liberè indigẽti, quia ideo tibi dedit Dẽ, vt des & cõmunices liberè. Ratio. Nã omnes creaturę hoc ostendũt, quia quęlibet creatura dat liberè, & cõmunicat, quod Deus sibi dedit. Patet primò in sole, cui cõmisit Deus claritatẽ, virtutẽ calefactiuã, & fructificatiuã, omnia ista liberè cõmunicat, propter quod sibi Deus cõseruat prædicta. Idẽ de luna & stellis. Nã de illa modica claritate, quã habẽt etiã nobis partẽ cõmunicant. Idẽ de elemẽto ignis, q̃ seruit nobis ad calefaciẽdũ, illuminandũ, & coquẽdũ. Itẽ idẽ de cãdela, quę multis dat lumẽ, & nõ minuitur. Itẽ idẽ patet de aẽre, q̃ dat se nobis vt respiremus, alias moreremur, eò q̃ tanẽ est calor cordis. Itẽ dat nobis nubes, pluuiã &c. Itẽ dat nobis aquã ad lauandũ, aqua dat nobis pisces. Itẽ terra plãtas, fructus dat, & herbas, & animalia. Patet ergo q̃ omnes creaturę dãt nobis liberè, quia Deus dedit eis. Modò audi auare, si creaturę irrationales sunt ita liberales, nõne tu qui habes intellectũ, & rationẽ, & expectas retributionẽ, & resurrectionẽ, deberes liberè dare? Vnde de his quæ Deus tibi dedit, si habes vicinũ, pauperẽ, viduã, vel pupillũ, da eis liberè, & Dẽ cõseruabit tibi omnia bona tua, & nũquã eris pauper. Idẽ de bonis spiritualibꝫ. Si habes magnã scientiã, da doctrinã ignorãti. Si habes aliquẽ in domo, qui nescit se signare, nec Pater noster &c. instrue eũ. Si habes magnã discretionẽ, consiliũ da illi q̃ nescit quid facit. Da correctionẽ deficiẽti in aliquo, sed bono & dulci modo, ne indignetur. Itẽ da cõsolationẽ tristi, & orationẽ mortuo, nã hoc magna pœnitẽtia est. Idẽ de alijs operibꝫ pœnitentię p̃ mortuis, ecce quid est dare liberè. Aucto. Oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, quoniã ipse dixit, Beatꝫ est magis dare q̃ accipere. Act. 20. Ratio, quare beatius est dare q̃ accipere, quia accipere obligat hominẽ, dare verò ponit hominẽ ad retributionẽ sperãdã. Si dẽ vobis magna bona tẽporalia, vel spiritualia dat, obligat vos, & de omnibꝫ tenemini sibi dare cõputũ quomodo administratis, quare fiere deberet homo, cui Deus dat magnã p̃speritatẽ. Sed dare importat retributionẽ, qa si das amore dei, nõ solũ ille cui das, sed etiã dẽ obligatur tibi volũtariè ad retribuẽdũ. Ideo apost. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo, nõ ex tristitia aut necessitate. Hilarẽ enim

enim datorẽ diligit Deus. Potẽs est autẽ deus omnẽ gratiã abũdare facere in vobis, vt in omnibꝫ semp omnẽ sufficiẽtiã habẽtes, abundetis in omne opꝰ bonũ, sicut scriptũ est, Dispersit, dedit pauperibꝫ &c. 2. Co. 9. Ecce primũ opꝰ misericordię, aliàs quãdo homo nõ vult dare liberè, Deus aufert quidquid homo p̃ ignẽ, vel aquã, siue p̃ itã dare liberè, Deus aufert quidquid homo p̃ ignẽ, vel aquã, siue p̃ itã domini, vel alio modo. Itẽ ecclesiastici debẽt dare liberè de gratijs ecclesiasticis, eis gratis collocatis, si habẽt magnã scientiã vt p̃dicẽt, aliter deꝰ aufert ab eis scientiã intãtũ, q̃ quãdo habẽt prædicare, indigent vno mẽsẽ ad studendũ. Ideo dare debetis liberè, & nõ debetis p̃dicare p̃ pecunijs, nec vana gloria &c. sed p̃ honore dei, & saluatione animarũ. Idẽ de sacram. ecclesię, s. cõfessione. Dicatur cõtra illos, q̃ libẽter audiũt diuites, sed pauperibꝫ dicũt, habeo facere aliud. Idẽ de alijs sacramẽtis. Secundũ opꝰ misericordię est mutuare purè. Aliquoties homo nõ vult dare, sed mutuare, q̃ etiã est opus misericordię, & aliquoties est maior misericordia mutuare q̃ dare. Declaretur. Quia plꝰ facit ille qui mutuat 10. floren. pauperi laboratori, cũ quibꝫ faciet sua negotia, vt viuat ipse, & vxor, & filij, q̃ ille qui sibi dat 18. denarios &c. quia ille solũ dat p̃ vna die vitã etiã miserabilẽ, & qui mutuat, vt dictum est, dat sibi vitã p̃ annũ. Sed opꝰ vt mutuet p̃ximo purè, s. sine vsura, & mutuãs nõ debet inuoluere vermẽ vsurę dicẽdo, Ego mutuabo 10. florenos, sed quãdo veniet notarius, dicetis q̃ mutuauit 12. & ita scribetur in instrumẽto. Istud nõ est misericordia, sed crudelitas. De isto mutuo aucto. Iocũdus homo, q̃ miseretur, & cõmodat, & dispo. sermo. suos in iudi. quia in eter. nõ cõ. Ps. 111. No. disposuit sermon. suos in iudicio, in quo sibi dicetur à Christo. Videamꝰ quid fecisti p̃ me. Ecce quid ego feci p̃ te, O in quãto erit periculo qui nõ poterit ostẽdere aliquod opus. Sed ille qui mutuauit pauperibus amore Christi, respõdebit, Ecce domne, ego mutuaui &c. Christꝰ est cõtẽtꝰ. Ideo di. in eternũ nõ cõmouebitur. Sed istud opꝰ misericordię corrũpitur verme vsurę, mutuãdo 10. p̃ 12. p̃ securitate accipiẽdo pignꝰ, s. cãpũ, & fructus, vel bestias, quę seruiunt sibi. Hoc enim vsura est. Itẽ emẽdo p̃pter solutionis anticipationẽ minoris, vel pluris vẽdendo p̃pter solutionis dilationẽ, vsura est & dãnatio. Si di. quis. Nõne de pecunijs aut bonis meis potero recipere lucrũ aliquod? Dicendum q̃ non, quia Dominus pecuniæ nõ vult. Nõ estis vos dominus, sed dispensator. Ideo caueatis ne cõtra volũtatem Domini ministretis suas pecunias. Si dicatis. Nũquid habebo aliquã cõmoditatẽ? &c. Dico, Imò, quia cẽtuplũ accipietis in hoc mundo, & vitã eternã possidebitis in alio, si amore Dei mutuatis, & nũquid eritis pauperes? Dauid, Iunior fui, etenim senui, & nõ vidi iustũ derelictũ, nec semen eius quęrens panẽ. Tota die miseretur, & cõmodat, & semen illius in benedictione erit. Tertium opus est restituere plenè, s. restituere illud quod retinetis: & timetis

quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ nō sit vestrū, & licèt sit opus iustitię, tamē fundatur in misericordia. Primò si tenetis aliquid de mortuis, restituatis. Dicatur cōtra testamētarios seu hæredes, occupātes bona defunctorum, illud quod habetur. 13. q. 2. Qui oblationes defunctorū aut negāt ecclesijs, aut difficulter reddunt, tanquā egentium necatores excōmunicentur. Itē 12. q. 2. Qui abstulerit, est magna crudelitas, ac si patrem videres in igne, & posses eum iuuare, & nō iuuares, quāta crudelitas? Et maior est crudelitas erga animas in purgatorio existentes, cùm ille ignis sit maioris actiuitatis, & ibi comburuntur animę patris seu matris, & tu non vis iuuare retinēdo bona. Ideo auisetis vos. Secundò restituatis, si debetis aliquid ecclesiæ, vt si retinuistis decimas, seu primitias, seu alia bona ecclesiæ, restituatis. 16. q. 1. Decimę ex debito requirūtur, & qui eas dare noluerint, res alienas inuadunt, inquit Augu. Tertiò restituatis, si retinuistis salarium seruorum, ancillarū, vel laborantium in cāpis, vineis, seu alijs locis vestris, aliàs ira Dei est cōtinuè sūper domū vestrā. Propter hoc dicebat Tob. filio suo, Quicūq; tibi aliquid operatus fuerit, statim mercedem ei restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat Tob. 4. & Leuit. 19. Opus mercenarij tui nō maneat apud te vsq; mane. Eccle. 34. Qui effundit sanguinem, & qui fraudē facit mercenario, fratres sunt. Per oppositum, si seruiuistis alicui in domo, cāpo seu vinea, & feciſtis debiliter dretā, in solutione debetis dicere, Nō debetis mihi dare tantū, quia dormiui. Itē si recepistis aliquid mutuo, restituatis, etiā si nō sit instrumentum cōfectum de illa obligatione, vel creditor fuerit obligatus. Itē si habetis aliquid de vsura, vel furto, reddere debetis. Hæc dicit script. Reddite omnibus debita, cui tributū tributū, cui vectigal vectigal, cui timorem, s. prelato timorē, s. reuerentialē, cauete a sententia excōmunicationis, cui honorē, vt filij patrētibus, honorē, quos si offendistis, petatis veniā. Nemini quidquā debeatis, nisi vt inuicē diligatis. Rom. 13. Nota, nemini quidquā &c. Patet hic stultitia eorum, qui in vita sua nolunt viuere sine debito. Sunt multi, qui debent vel de vsuris, vel aliàs, & quādo à cōfessore dicitur q̄ satisfaciāt, dicunt, Ego in testamento meo omnia ordinabo. Vultis cognoscere istā stultitiā? Fides Christiana habet clarè, q̄ qui moritur in peccato mortali damnatur. Quando ergo dicitur, Ego dimittā in testamento, & vos in vita vestra, nō vultis satisfacere in toto, seu parte, voluntatē habetis nō restituendi, ergo in peccato mortali decedetis, igitur ad infernum ibitis. Si hęres satisfacit, liberat animā suam de inferno, sed non tuam, quare ergo in vita tua non satisfacis? Grego. ad magnā iustitiam Dei omnipotentis pertinet, vt in alia vita non careat supplicio, qui in hac vita noluit carere peccato. Secunda stultitia: quia credunt quòd hæredes post mortē eorum satisfaciant: tamen videmus quòd nihil fit. Ideo benedictus

est ille, qui invita sua satisfecit & dicit filio, Nō oportet te aliquid satisfacere. Ecce quare dicit, nemini &c. Benedictus ille, qui potest dicere parū habeo, sed totū est meū &c. Itē nō tolùm furta sunt restituēda & reddenda, sed debitū etiā cordis & operis. Debitū cordis est diligere. Charissimū, si Deus dilexit nos, & nos debemus alterutrū diligere, 1. Ioā. 4. Si illud debitū abstulisti alicui ex odio &c. redde ei, &c. Debitum oris est salutare & loqui. Ad loquendū requiritur imaginatio, & os formans verba, & requiritur visus, s. filius cui homo loquitur, & audit: ergo requiritur etiā vnio corporis & animæ in vna essentia, quę locutio discretè nō potest fieri nisi per personā viuā. Hoc legitur in historia B. Petri de illo Symone Mago, q̄ dixit se hominē suscitasse, quia mouit caput, & dixit B. Petr⁹: Si vere surrexit loquatur, aliàs scias fantasma diabolicū esse, & nō potuit loqui. Patet ergo q̄ locutio discreta est signū certū resurrectionis. Ideo Christus voluit q̄ ille iuuenis loqueretur discretè in signum &c. qui erat mortuus &c. Modò declaretur moraliter. Inuenio q̄ in multis sit oppositum, vt latiùs inuenies sermone sequēti. Item quaintercūq; aliquid abstulisti, facto vel cōsensu, & oportet reddere &c. Idē de notarijs, quādo recipiūt testamenta. Dicit infirmus, Volo dimittere tali ecclesię, vel sic &c. & nō curetis, dicit notarius, quia clerici nimis habent. Oportet illud dānum satisfacere, si vultis saluari, alias &c. Idem de falsis instrumentis. Idem de illis qui falsè testificātur, & aliàs perdit, oportet restituere reuocādo. Item si per vestrū malè loqui abstulistis famā &c. oportet restituere reuocādo, etiā si sit verum & secretum. Istud nō solùm est iustitia, sed misericordia. Epiloga, quia mortui habebunt suū, & ecclesia, & sic de alijs. Matt. 18. Redde q̄ debes. Quarto seruire prōptè est opus misericordiæ. Sani possunt seruire infirmis, & iuuare in necessitatibus, exemplo Christi, qui voluit humiliari ad seruiēdum nobis. Ideo dicit, Filius hominis nō venit ministrari i. vt sibi seruiatur, sed ministrare. Mat. 20. Quale seruitium fecit in nocte passionis, quia lauit pedes Apostolorum? Item in vita seruiendū virgini matri, & Ioseph. Ita debemus nos facere ad inuicem ex charitate. Vos in libertatem vocati estis fratres, tamē ne libertatē in occasionē detis carnis, sed per charitatē spiritus seruite inuicē. ad Gal. 5. Vultis scire quod meritū est? dicatur hic miraculō, quod legitur in vita S. Iacobi, de socijs peregrinis euntibus ad S. Iacob. & nolētibus remanere cum socio infirmo, tādem remāsit vnus Et socio mortuo in die S. Iacobi, dum alter vellet ire ad S. Iacobū, apparuit sibi miles &c. & duxit eum ad S. Iacobum, di. q̄ diceret socijs q̄ nullam indulgentiam fuerant lucrati, sed q̄ totam indulgentiā ipse, qui seruiit socio, lucratus fuerat. Ex isto miraculo patet quantum placet Deo seruire infirmis, quando dulciter fit seruitium. Ergo vos in libertatem &c. Deo gratias.

De

De eadem Dominica XVI. Sermo tertius, notabilis multum.

VT erat mortuus efferebat loqui. Verbum istud habetur textualiter, Lu. 7. Recitatiuè autē &c. Vt Deus det virtutē & efficaciā suis verbis, quę nūc volo deuotioni vestrę predicare. Salutetur virgo Maria. Istud verbū loquitur de homine quodam mortuo, quē Christus suscitauit, de quo dicit the. Qui erat mortuus &c. Pro intellectu literali huius verbi, antequā veniam ad intellectum moralem, sciendum quòd signū certum resurrectionis alicuius mortui est loqui discretè, quia nec spiritus malignus ingressus in corpore mortui, posset discretè loqui. Ideo signum certum & euidens quòd aliquis resuscitatus est, est quando loquitur discretè, quod nō potest fieri nisi anima sit rationalis, & sit corpori vnita. Ratio, quia tot requiruntur ad loquendum discretè, requiruntur enim 12. s. lex membra corporalia, & sex potentiæ animæ. Membra corporalia quæ requiruntur, sunt illa, de quibus dicit Logicus, Instrumenta quibus vox formatur sunt ista, labia, dentes, lingua, palatum, guttur, & pulmo. Sex potentiæ animę sunt. Intellectus qui ordinat verba. Voluntās quæ mouet membra ad loquendū, vt dominus mouet seruos ad operandum. Memoria cōcurreas, & memorās de quibus est loquendū. Imaginatio formās verba, & requiritur visus, s. illius cui homo loquitur, & auditus, ergo requiritur etiam vnio corporis & animæ in vna essentia, quia locutio discreta nō potest fieri nisi per personam vnam. Hoc legitur in historia B. Petri, de illo Symone Mago, qui dixit se homine suscitasse, quia mouit caput. Et dixit B. Petrus. Si vere surrexit. Ideo loquatur, alias sciatis fantasma diabolicū esse, & nō potuit loqui. Patet ergo q; locutio discreta est signū certę resurrectionis. Ideo Christus voluit q; ille iuuenis loqueretur discretè in signū &c. qui erat mortuus &c. Modò declarando moraliter inuenio quod persona dicitur mortua ex peccato mortali. Dicitur mortale, quia occidit animam. Peccatū enim est cū consummatum fuerit generat mortem. Iacob. 1. Et signum certum resurrectionis, in quo de se vel de alio poterit cognoscere, si de morte resurrexit quis ad vitam gratiæ, est locutio discreta, & requiruntur quatuor locutiones, scilicet,

Loqui sibiipsi dolorosè.
Loqui sacerdoti verecundè.
Loqui proximo veraciter.
Loqui Deo reuerenter.

Ista quatuor parlamēta sunt necessaria, & potest homo de tali dicere, Qui erat mor. &c. Dico primò &c. s. per contritionem, quia cōtritio nō est nisi quædam locutio reprehēsiua suiipsius de his, quæ malè fecit homo, di. O miser, quid feci? verbi gratia Si aliqua persona fuit multum vana & pomposa &c. quando Deus per cōtritionem tangit eor, loquitur intra se di. O miser, quid feci? quid tibi profuit tāta vanitas? totum transiuit, & ego sum pœnis inferni obligatus. O miser, quid erit de me? Idem de auaro, qui obliuiscitur thesauros paradisi pro istis corruptibilibus &c. Idem de luxurioso, qui vitiuit vt porcus in luto luxuriæ, qui dicit, O miser, & vbi sunt illæ delectationes quæ mihi tanti cōstant? Patet ergo quòd vera contritio est parlamentum animæ reprehendentis se amare. Ideo cognoscere potest quilibet vestrūm si habetis contritionem vel non. De isto parlamento ille sanctus homo Iob. 10. Tædet animam meam vitæ meæ, s. in peccatis. Remedium ergo subditur, Dimittam aduersum me eloquium meum, & quomodo loquar in amaritudine animæ meę? Et loquitur Iob in persona conterentis. Vultis ergo intelligere clarius, dicatur parabola de quodam mercatore prædiuite vnicū filium habente, cui filio dare volebat vxorem, & non inueniebat. Quia licēt esset diues, nihil sciebat facere, in omnibus erat inexpertus. Quia pater tantū diligebat eum, quòd noluit, vt iret vt alij mercatores, vltra mare &c. Propter quod pater misit filium ad quandam fœminam cum magna quantitate monetę, vt emeret bona, & fieret fama quòd sciret aliquid facere. Dicatur quomodo emit lapides viteos pro lapidibus pretiosis, quos emit pro 30. milibus florenis, & non valebant triginta denarios. Idem de scutellis, emit de auricalco, credens quòd essent de auro, & oculos cancrorum, credēs quòd essent perlæ, & reputauit se beatum, credens multum lucrari. Qui dum rediret de via, obuiauit cuidā amico suo, qui interrogatus, vnde veniret, dixit quòd de tali fœmina, de qua emerat pretiosa iocalia, & ostendit illā amico. Qui statim cognoscens illa, dixit sibi, Ista nihil valent. O vos estis perditus & confusus, semper erit fama q; estis bestia &c. Tunc ille cognoscens deceptionem, & suam indiscretionem, cœpit flere amarissimè, quasi desperando, sed ille amicus consolabatur eum dicendo: Non curetis, quia pater vester est diues &c. sub ista spe ille consolabatur. Ecce hic ostenditur propriè quid est contritio. Iste stultus mercator est homo, vel mulier, qui quando facit peccatum, credit se inuenisse margaritas, & aurū &c. non est nisi lutum. Auarus credit se inuenisse aurum, & totum est lutum, vanitas &c. Luxuriosus quādo videt mulieres albas vel formosas, credit se inuenisse margaritas, & non sunt nisi sterquiliniū. Sed quando amicus, scilicet angelus bonus vel prædicator dat vobis intelligere quod emistis, scilicet lutum & fimum &c. tunc mercator, scilicet spiritus, redit ad se, & inueniens se deceptum, incipit flere di. O miser, quid emisti, & desperaret, nisi quia pater, scilicet Deus est diues, & sub ista spe transit. Diues est in omnes qui inuocant illum. ad Romanos decimo. Iudas habuit displicentiam, sed non sperauit in diuitijs patris. Patet ergo quomodo contritio est

incre-

increpatio suipsius. Ideo Dauid, Filij hominū vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatē, & queritis mēdaciū? Psal. 4. Nota, filios hominum vocat nos, quia nos moraliter loquēdo sumus bestiæ, & filij hominū, & nō homines: quia homo est animal rationale. Homines & ratione vtentes fuerūt aliqui patres, qui in baptismo nos genuerūt, quia anteq̄ fecissent aliquid quærebāt ratione an erat bonū, & nō cōtra Deum, sed nos, proh dolor, vt bestiæ, secundū sensualitatē & desiderū gubernamus frequēter nos. Ideo dicit, filij hominū, quasi bestiæ, scientes &c. quia si homo bestialis habet opportunitatē faciēdi peccatū, s. vindictā, luxuriā, vel aliud, nō respicit si est secundū Deū vel cōtra. Ideo Salomon, Dixi in corde meo de filijs hominū, vt probaret eos Deus, & ostēderet similes etiā bestijs. Eccl. 3. Et declarat Dauid tres bestialitates di. Vsquequo graui corde. Ecce auaritia, quia diuitiæ nō sunt lapides pretiosi, sed lapides animā onerātes, & faciūt descēdere eā ad infernū. Mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Secūda tāgitur ibi, vt quid diligitis vanitatē, s. in ornamētis, & queritis mendaciū, i. in luxuria, quę vnū ostēdit extra, s. delectationē, & aliud tenet intus, s. corruptionē & fœtorē. Est enim quasi pulchrū monumētū extra pāctū, & intra plenū immūditia & fœtore &c. Ita pulcher homo, vel pulchra mulier, sunt vt monumētū, quia intra nihil est nisi corruptio, tripa de porco &c. Ecce primū parlamētū. Ideo quilibet visitet sua peccata, malā vitā, tēp⁹ perditū, & reprehēdat se amarè, & de eo dicetur, Qui erat mortu⁹ &c. Secūdū est loqui presbytero vel sacerdoti verecūdè. Ecce hic cōfessio, q̄ dū est necessaria post cōtritionē. Ratio, quia quādo aliqua persōa habet aliquā plagā mortalē in suo corpore, nō sufficit illā respicere & videre, sed debet ostēdere eā medico. Idē in cōtritione respicitur & videtur plagę peccatorū, sed nō sufficit, sed oportet ostēdere medico, s. cōfessori di. pater gētes putāt me sanum &c. Sed pater ecce plagas meas. Ego sum van⁹, auar⁹ &c. Ideo Christ⁹ Lu. 18. Dixit decē viris leprosis, Ite ostēdite vos sacerdotib⁹. Modò potemus hic respōdere duab⁹ quæstionib⁹ quas vos cōmuniter facitis. O Domine mi, quare dicitis q̄ homo cōfiteatur sacerdotib⁹. Nunquid valet tantùm cōfiteri vni probo viro, vel mulieri deuotę? Maximè, quia Iac. 5. dicitur, Confitemini alterutrū peccata vestra, & orate pro inuicē, vt saluemini. In ista auctoritate fundāt suū argumentū. Quare ergo nos tantùm restringitis? vos solùm vultis scire peccata nostra? Respōdeo, quòd duplex est confessio. Prima propter impetrationē orationis. Secunda propter impetrationē absolutionis. Prima confessio potest fieri cuilibet personæ, & deuoto homini, vel etiā mulieri potest homo dicere sua peccata, ego sum vanus, vel auar⁹. Ideo rogo vos oretis pro me, vt Deus det mihi humilitatē, vel liberalitatem, seu castitatē &c. Istā cōfessionem facit sacerdos laicis, & non debet

debet dicere, absoluatis me, sed oretis pro me, nec debet petere pœnitentiam pro peccatis &c. Et de ista loquitur beatus Iacobus, cùm dicit, Confitemini &c. Patet, quia sequitur, & orate pro inuicem vt saluemini, ibidem &c. Secunda confessio est sacramentalis, in qua datur absolutio & remissio peccatorum. Ista non potest fieri nisi sacerdotibus. Ratio, ecce rex tenet vnum gubernatorē, sed est malus homo, ribaldus, & sceleratissimus est. Et vos cōmisistis furtum vel homicidium, & timetis aduentum regis. Ad quē recurritis ad petēdum remissionē de crimine vestro, ad aliquē sanctum hominē, vel ad gubernatorē? Nullus sanctus homo potest vobis remittere peccata, quia nō habet potestatē regis. O diceretis vos, Gubernator est malus homo, quantūcūque sit malus, potestatē habet regiā remittē di &c. Ita cōfessores seu clerici gubernatores sunt regis Christi, & Christus dedit eis potestatē absoluēdi, & non alijs. Quorū remiseritis peccata remittūtur eis. Io. 20. hoc solō fuit dictū clericis. Si ergo vultis remissionē peccatorū, oportet ire ad clericos, si orationē vultis, potestis ire ad alios. Et si rex vellet dicere. Quare iuisti ad gubernatorē, nū quid ipsum malū hominē esse sciuisti? &c. Respōdeo, Domine ideo, quia vos eū sustinetis. Idē de clericis, Et quādo anima alicuius bene cōfessi venit ad iudiciū corā Christo, & dæmō accusat, & requirit vt dānetur, quia fecit hoc peccatū &c. & hoc, & Christus licèt sciat, tamē interrogat iustū & impiū. Quid dicis anima ad hoc? Domine verū est, quia illa feci, nec possum negare, sed dñe habui remissionē à vestro gubernatore, seu locū tenēte, & ostendit chartam quā portat in fronte, quia licèt in cōfessione nō detur character indelebilis, datur tamē quidā ornatus. Secūda quæstio. Dicunt aliqui, maximè Valdēses, absoluere & remittere peccata est soluere ligatū, quia quot peccata habet homo, tot cathenis ligatur anima. Si ergo sacerdos sit ligatus peccatis, fortè plus q̄ ille qui cōfitetur, quō poterit ligatus soluere ligatū? Istę rationes sunt hęreticorū, ad recipiēdū simplices. Respōdeo q̄ verū est, q̄ absolutio est soluere à peccatis, ideo solis sacerdotibus dicit Christus, quęcūque solueritis super terrā, erūnt soluta & in cęlis &c. Matt. 18. Et si sacerdos esset ligatus in parte per quā habet soluere, s. in lingua, quod esset mutus, cōcedo vobis q̄ nō posset aliū soluere, quia nō posset proferre formam absolutionis, sed adhuc si manus, & pedes, & totū corpus ligatū sit peccatis, si potest, pferre verba absolutionis, soluit, quia illa solutio non fit virtute sacerdotis, sed virtute Christi, cuius est instrumentū. Et habetur clarè ex ista auctoritate, quādo Christ⁹ dixit decē leprosis, Ite ostēdite vos sacerdotib⁹. Isti sacerdotes erāt ribaldi, symoniaci, auuidi &c. cōtra quos Christus pdicabat. Potuissent dicere leprosi, Domine quare mittis nos ad malos homines, & peccatores, quare non mittis ad matrem vestram, vel ad Ioannem Baptistam, & ad

apostolos? Solutio, quia non erant sacerdotes. In hoc Christus ostẽdit, quod solùm sacerdotibus est fienda confessio sacramentalis, tamen quilibet quantum potest debet eligere bonũ confessorẽ, scientem discernere inter leprã & non lepram, & qui sciat soluere & ligare, de pœ. di. 1. Qué pœnitet. & dist. 6. c. 1. si quis. De isto parlamẽto dicit scriptura. Iob. 7. Quapropter. s. amore absolutionis habendę, & ego non parcã ori meo. Loquar. s. ore, in tribulatione spiritus mei, cõfabulabor cũ amaritudine animę meæ. Et hoc dicitur ad differẽtiam veteris testamenti, in quo nõ confitebantur peccata ore. Si dicatur, illud tẽpus erat bonũ. Solutio, q̃ non omniquaque, quia nunquã habuerunt remissionẽ peccatorũ vt intrarent paradisum. Ideo dicit. Loquar. s. dicendo ore peccata mortalia specialiter ventalia in genere. In tribulatione spiritus mei, & hoc quantũ ad propositũ nõ redeundi ad peccata, de quo debet interrogare cõfessor, & est maxima tribulatio habendi tale propositũ, cùm omnis homo sit inclinatus ad oppositũ. Confabulabor. s. de pœnitentia cũ confessore, quando dicit confessor, Ego video q̃ estis totus vanus, & superbus, ideo humiliabitis vos in oratione. Idẽ de alijs. Auiset se cõfessor, ne det pœnitentiã vltra voluntatẽ peccatoris. Ratio, quia si dimitteret pœnitentiã, confessor culpã incurreret. Laboratoribus detur ieiunium, de quo non poterunt se excusare. s. vt audiant missam, sint ieiuni in diebus festis. Contra inuidiam detur medicina orandi pro illa persona &c. Ecce quare dicit, Loquar in amaritudine animæ meæ, quia pœnitentia est amaritudo sensualitatis. Tertiũ parlamentũ est loqui proximo veraciter. Modò addiscatis quõ est summè cauẽdũ ab omni mẽdacio, si attenditis ad ea quę dicã. Cuilibet membro corporis deus dedit suũ ofũciũ, oculis officiũ videndi, auribus audiendi &c. Sicut rex dat officia diuersa diuersis in regno suo, ita deus dedit mẽbris diuersa officia. Modò si officiũ oculi impediretur per albuginẽ, esset magnus defectus oculi, quia perderet officiũ suũ. Idẽ de auribus &c. Modò officiũ oris est significare cordis intentionẽ. Philosophus. 1. Periher. Voces sunt notę. i. signa earum quę sunt in anima passionũ. Quando ergo homo mẽtitur, mẽtiri enim est vnũ dicere ore, & aliud habere in corde. Lingua perdit officiũ suũ. s. significãdi ea quę sunt in corde. Ideo sicut nullus vellet habere maculã in oculo, ita nec debet velle mẽdaciũ in ore. Pater ergo q̃ homo debet loqui veraciter. Licèt nõ omne verũ, nec secreta cordis sunt dicenda, quia esset stultitia, nõ tamen debemus dicere mendaciũ pro quacũque causa contra illos, qui dicunt bonũ esse mendaciũ, q̃ nulli nocet. Ideo Prou. 8. Veritatẽ meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impiũ. Guttur enim significat cogitatus cordis. Et labia detestabuntur impiũ. Hoc tãgit mercatores, qui aliquoties emẽdo & vendẽdo dicunt multa mendacia, etiã cum iuramentis, in fraudẽ proximi,

proximi, hoc etiã tangit tractatores matrimoniorũ, qui etiã dicunt multa mendacia, quãdo homo interrogat, quid est de tali puella &c. dicunt quod omnia, & aliquãdo nihil scit facere, erit vna vana cõfusio &c. & nõ habent cõscientiã mentiri. Itẽ tractatores pacis dicunt multa mendacia, quod pro nulla causa est dicendũ. Dicatur miraculũ quod legitur Exo. 1. quomodo Pharaon cõcepit destruere populũ Iudæorũ, & præcepit obstetricibus &c. Cũque reprehenderentur à rege, timentes respõderunt, Non sunt Hebreæ sicut Aegyptiæ mulieres, ipsæ enim obstetricandi habent scientiã, & antequã veniam ad eas, pariunt, & rexerunt mendaciũ, & sic euasit populus Israël. Bene ergo fecit deus obstetricibus, & quia timuerunt deũ, ædificauit illis domos. Dicit hic Greg. dans eis multa vt remunerarẽtur, quia ex mendacio perdiderunt regnũ cęlorum. Ideo pro toto mundo nõ est dicendum mendaciũ. Ideo apostolus, Deponentes omne mendaciũ, loquimini veritatẽ vnusquisq; cum proximo suo, quoniã sumus inuicẽ membra. Ephe. 4. Quartum parlamentum ex quo homo fuit locutus sibijpsi dolorose, cũ cõfessore verecunde, cũ proximo vera iuste, sequitur quod debet loqui cum deo reuerenter, & hoc fit in oratione. Ratio, quia oratio est vt canale, per quod aquę gratiarũ veniant de fonte cæli. Dicatur quomodo de alto fonte, si vultis habere vel recipere aquã ad hortũ vestrum, oportet ponere canale. Idem fons totius boni corporalis, & spiritualis, tẽporalis, & æternalis, est altẽ collocatus. s. in cęlo. Fons sapientię verbũ dei in excelsis. Eccle. 1. Hortus noster, in quo venimus, est iste mundus. Si ergo volumus quod aqua gratiarũ. s. pacis, & sanitatis, diuitiarũ, & prosperitatis, & benedictionis, veniat ad nos de illo fonte, oportet quod ponamus canale orationis, cuius pes est in ore, & summitas in cęlo, cogitãdo essi homo loquitur, & sic canale est rectum. Ideo Christus, Oportet semper orare, & nõ deficere. Lu. 18. No. semper. i. in omni hora ordinata. Clerici in septem horis canonicis. Laici mane & sero, & sic venient aquæ gratiarũ. De hoc figura Nu. 20. quando filij Israel fuerunt in deserto, moriebantur siti, & Moyses & Aaron qui habebant curã & regimen illius populi, oranerunt dicentes, Domine deus audi clamorem populi huius, & aperi eis thesaurum tuum fontẽ aquæ viuẽtis, vt sitiam cesset murmur eorum &c. Quibus respõdit deus dicens, Loquimini ad petrã coram eis, & illa dabit aquas. Et ita factũ est. Illa petra, cui est loquendũ, est Christus, qui totum mundum sustinet. 1. Cor. 10. Petra autẽ erat Christus. Si ergo indigetis aquis gratiarum, sanitatis, pacis, remissionis peccatorum &c. loquimini ad petram orando, vt dixit deuotè, quia sine dubio dabit vobis necessitatẽ, non vanitatem. Ecce ergo quatuor parlamenta necessaria illi qui vult in gratia dei post peccatum, de quo potest dici, Qui erat mortuus cœpit loqui.

Retribũtio quã Aegyptiæ obstetrices ideo habuerunt propter mendacium.

De eadem dominica xvi. Sermo IIII.

Porta ciuitatis ecce defunctus efferebatur. Lu.7. originaliter, & recitatur in euangelio currentis dominicę scribitur verbum istud. Volens impetrare gratiã & benedictionẽ super nos, in hoc præsenti sermone remediũ habeo. s. recurrere ad virginem Mariã. Salutetur ergo &c. Pro intellectu spirituali huius verbi, secundũ q̃ modò volo illud pertractare, sciendũ q̃ est doctrina cõmunis doctorũ in sacra theologia, quia à principio mundi, ex quo Adam peccauit, cælũ fuit ita clausum, q̃ nullus quantumcunque sanctus & amicus dei, potuit intrare, vsque ad Christi ascensionem, quia tunc Christus aperuit ianuam cæli: Vnde quando animæ sanctorum antiquorum exibant de corporibus, respiciebant si possent cælum ascendere & intrare, sed nõ poterant, quia ianua erat clausa. Chrys. Erant prius obstacula quędã & impedimenta salutis, quibus obsistentibus animæ defunctorum, introire nõ poterant cælos. Nullã enim animã, ex quo Adã peccauit, & clausi facti sunt cęli, arbitror ascendisse in cęlũ. Sed venit Christus, & meritò suæ passionis, & virtute resurrectionis, & opere ascensionis, aperuit ianuã. Ideo modò possunt intrare qui volũt. De ista materia auctoritas plena secretis. Hęc dicit dñs deus. Porta atrij interioris, quę respicit ad orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus fit, die autẽ sabbati aperietur. Ezec. 46. Nota platea interior est gloria paradisi, quę dicitur platea, ppter eius magnã latitudinẽ, quia totus mundus in eius respectu nõ est nisi pũctus. Porta huius est introitus, quę respicit ad orientẽ. In oriente enim primò apparet claritas solis. Ita quando anima intrat per portã paradisi, statim videt claritatẽ solis. s. Christi. De quo dicitur virgini Marię, Ex te enim ortus est sol iustitiæ Christus deus noster. Hæc porta clausa erit sex diebus, in quibus operatur. Hic sumuntur dies pro ætatibus mundi, quę sunt septẽ. Prima fuit ab Adam vsq; ad Noẽ. Secunda à Noé vsque ad Abraham. Tertia ab Abraham vsq; ad Moysen. Quarta à Moyse vsq; ad Dauid. Quinta à Dauid vsque ad transmigrationem. Sexta à transmigratione vsq; ad Christum. In quibus fit opus, quia tunc illi sancti, qui tunc erant, laborabant in seruitio dei plusq; nos, tamen in fine diei. i. vitæ, non habebant salariũ gloriæ, sed pro quiete ibant ad carcerem inferni, ac si vos in sero, quando seruus vester deberet quiescere, mitteretis eum in carcerẽ. Hęc die sabbati. i. quieris, aperietur. Ista dies fuit in septima ætate, quando Christus descendit. Ideo modò porta est aperta quia cõdignè pœnitentes statim intrãt quando moriuntur. Hoc dicit the. Portę ciuitatis &c. Cõstruitur sic. Defunctus efferebatur portę (datiui casus est) ciuitatis. Patet the. Occasione huius the. ego quęsiui quot sunt portę intrandi paradisum, siue cælum, & per gratiam dei inueni. Nehe. 3. per figuram ciuitatis Hierusalem, quæ habebat sex portas, quæ vocabantur his nominibus. Porta fontis, porta sterquilinij, porta vallis, porta vetus, porta piscium, porta gregis. Quæ significant sex portas cæli, quas Christus aperuit ad intrandũ gloriam &c. Prima porta ciuitatis Hierusalem dicebatur porta fontis, hãc ædificauit Sellum princeps. Ratio, quia illo tempore ciuitas Hierusalem erat ita nobilis, q̃ ad vnã portam ciuitatis erat fons magnus, vt qui veniebãt ab extra, ibi lauarentur à pulueribus, & sic intrarent ciuitatẽ mundati. Propter hoc ista porta dicebatur porta fontis. Hæc figurabat primam portã cęli quam Christus aperuit, quæ dicitur innocentia baptismalis, quia tã nobilis est illa ciuitas cælestis, q̃ nulla anima cum aliqua macula etiam veniali potest eo intrare. Ideo quando Christus ostendit illam Ioan. euang. dixit Ioannes, O domine & quis intrabit huc? Respondit Christus, Non intrabit in eã aliquid coinquinatũ. Apoc. 21. Ideo parauit deus portam fontis, s. baptismalis innocentię. Si habetis faciẽ, vel manus immundas, lauantur ibi. Aliqui habent faciẽ immundam, sed habent manus mundas, vt pueri, qui opere nõ peccauerũt, sed originali peccato maculati sunt, q̃ nõ est peccatum factũ ab eis, sed receptum, sicut de imagine cadente in lutum, sic pueri habent faciem lutosam ex illa carnali generatione. Ideo si tales debent intrare ciuitatẽ paradisi per istam portam baptismi, oportet q̃ lauẽtur in porta fontis à sacerdote vel laico in periculo. Auisentur de forma. Si moritur in hoc statu, rectè vt anima virginis euolat ad paradisum, sine purgatorio, & intrat per portam fontis. Alij autem habent nõ solùm faciẽ lutosam ex originali peccato, sed etiam manus ex peccatis actualibus &c. qui nõ possunt purificari nisi per baptismum, vt sint Iudæi, & alij infideles. Vnde quando tales nõ fictè accedunt ad baptismũ, tanta est virtus baptismi, & ita purificat, q̃ si morerentur antequam peccarent, statim euolarent, & intrarent per portam fontis. De isto fonte Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Hierusalem, in ablutionem peccatorum. De ista porta dicebat Iob anagogicè, Petra fundebat mihi riuos olei, quando procedebã ad portã ciuitatis, & in platea parabant mihi cathedrã. Iob 29. No. secreta. Baptismus habet fieri per aquã naturalem, dulcẽ, vel salsam, de mari, nõ enim potest dari per aquam artificialẽ, vt rosaceam &c. Cũ aqua naturali lauatur corpus baptizati. s. petra, id est Christus. Petra autem erat Christus. 1. ad Cor. 10. simul fundit septem riuos olei. s. septem dona spiritus sancti, quæ ponuntur Esa. 11. Spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Vnde spiritus sanctus dixit Ioan. Baptist. de Christo, vt ipsemet dicit. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum sanctum descendentem, & manentem super

Probatur sententia Chrysostomi, vsq; ad Christi ascensionem nõ patuisse in cælũ aditum.

Nomina portarũ ciuitatis Hierusalem dicebatur porta fontis, hãc ædificauit Sellum princeps. Ratio, quia illo tempore ciuitas Hierusalem erat ita nobilis, q̃ ad vnã portam ciuitatis erat fons magnus, vt qui veniebãt ab extra, ibi lauarentur à pulueribus, & sic intrarent ciuitatẽ mundati. Propter hoc ista porta dicebatur porta fontis. Hæc figurabat primam portã cęli quam Christus aperuit, quæ dicitur innocentia baptismalis, quia tã nobilis est illa ciuitas cælestis, q̃ nulla anima cum aliqua macula etiam veniali potest eo intrare. Ideo quando Christus ostendit illam Ioan. euang. dixit Ioannes, O domine & quis intrabit huc? Respondit Christus, Non intrabit in eã aliquid coinquinatũ. Apoc. 21. Ideo parauit deus portam fontis, s. baptismalis innocentię. Si habetis faciẽ, vel manus immundas, lauantur ibi. Aliqui habent faciẽ immundam, sed habent manus mundas, vt pueri, qui opere nõ peccauerũt, sed originali peccato maculati sunt, q̃ nõ est peccatum factũ ab eis, sed receptum, sicut de imagine cadente in lutum, sic pueri habent faciem lutosam ex illa carnali generatione. Ideo si tales debent intrare ciuitatẽ paradisi per istam portam baptismi, oportet q̃ lauẽtur in porta fontis à sacerdote vel laico in periculo. Auisentur de forma. Si moritur in hoc statu, rectè vt anima virginis euolat ad paradisum, sine purgatorio, & intrat per portam fontis. Alij autem habent nõ solùm faciẽ lutosam ex originali peccato, sed etiam manus ex peccatis actualibus &c. qui nõ possunt purificari nisi per baptismum, vt sint Iudæi, & alij infideles. Vnde quando tales nõ fictè accedunt ad baptismũ, tanta est virtus baptismi, & ita purificat, q̃ si morerentur antequam peccarent, statim euolarent, & intrarent per portam fontis. De isto fonte Zach. 13. In die illa erit fons patens domui Dauid, & habitãtibus Hierusalem, in ablutionem peccatorum. De ista porta dicebat Iob anagogicè, Petra fundebat mihi riuos olei, quando procedebã ad portã ciuitatis, & in platea parabant mihi cathedrã. Iob 29. No. secreta. Baptismus habet fieri per aquã naturalem, dulcẽ, vel salsam, de mari, nõ enim potest dari per aquam artificialẽ, vt rosaceam &c. Cũ aqua naturali lauatur corpus baptizati. s. petra, id est Christus. Petra autem erat Christus. 1. ad Cor. 10. simul fundit septem riuos olei. s. septem dona spiritus sancti, quæ ponuntur Esa. 11. Spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris domini. Vnde spiritus sanctus dixit Ioan. Baptist. de Christo, vt ipsemet dicit. Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum sanctum descendentem, & manentem super

eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto &c. Io. 1. Ecce quare dicit, Petra fundebat mihi riuos olei, quando procedebam ad portam ciuitatis. Secundò dicit in platea f. in ciuitate paradisi, parabant mihi cathedram. f. derelictam a malo angelo, quia quando anima alicuius nouiter baptizati intrat paradisum, statim collocatur in vna illarum cathedrarum. Et de tali potest intelligi thema. Portæ ciuitatis &c. Secunda porta dicitur sterquilinij, quia post baptismum facti sumus immundi &c. Si di. aliquis. Ego volo iterum baptizari &c. Dico q̃ baptismus non habet virtutẽ nisi semel, quia Christus solũ semel fuit passus, imò peccaret quis grauiter, si iterum baptizaretur. Baptismus enim est sacramentum irreiterabile, quia imprimit characterẽ, qui est indelebilis. Et ideo nisi esset alia porta, nos possemus desperare. Ideo est secunda porta figurata per portam Hierusalem, quæ dicitur sterquilinij, quã ædificauit Melchias. Ratio est, quare sic nominatur, ciuitas Hierusalẽ tũc erat sita in altitudine f. in quodam pede montis, sed iam non est illa, quia dominus extra portam passus est, & sepulchrũ extra erat, & modo est in medio ciuitatis, & ille populus Iudaicus erat immundus, & quando pluebat, oẽs immunditiæ de illa altitudine deducebantur per aquã ad illam portã, ideo dicebatur porta sterquilinij. Et signat secundam portam exili, quę dicitur pœnitentia sacramentalis, quæ rectè est sicut illa porta ciuitatis Hierusalem, quia oẽs immunditię congregantur in cõscientia. Iam videtis in domo vbi stamus & comedimus, q̃ ibi spurcitiæ congregantur, sed plures in domo cõscientię, sed quando venit illa pluuia benedictionis, f. lachrymarum pro peccatis, quando f. cerebrum restringitur vt spongia, & homo vadit ad confessorẽ, per portam oris vadunt immunditiæ peccatorum, sic ciuitas cõscientiæ purgatur, quia sicut pluuia impetuosa ducit secum oẽs immunditias, ita cõfessio dolorosa facta cum gemitibus & suspirijs, purificat totam conscientiam, in qua congregantur tot immunditiæ. Cogitate si esset aliqua domus, vbi homo comederet &c. & de toto anno non mundaretur, quot in illa essent cõgregatæ immunditiæ? Modò cogitate quid debet esse de cõscientia, quæ solùm semel in anno à nobis mundatur. O quot immunditiæ quotidie congregantur, comedendo, bibendo, loquendo, negotiãdo &c. Sunt multi miseri, qui nec semel in anno mundãt domũ cõscientię, quia nõ confitentur. & tales damnationem merentur, & nõ debent habere ecclesiasticã sepulturam, sed sicut anima est cũ dęmonibus in inferno, ita corpus debet esse cũ brutis in campo, extra de pœ. & re. Omnis. Ideo dicit script. Si confiteamur peccata nostra, fidelis & iust⁹ est deus, vt remittat nobis peccata nostra, emũdet nos ab omni iniquitate. 1. Io. 1. De ista porta Dauid in Psal. Cõfitemini dño. Hęc porta dñi, iusti intrabunt in eã. ps. 117. No cũ dicit, Cõfitemini domino. Diceret aliquis, Nõ dicit, cõfitemini sacerdoti. Dico

ti. Dico q̃ cõfessio quæ fit sacerdoti fit deo, in cuius loco stat sacerdos, intantũ q̃ si cõfessor per iudicẽ interrogaretur de peccatis, si aliter nõ potest euadere, potest iurare q̃ nihil sit, quia deo fit cõfessio, & nõ scit peccata vt homo. Item hęc porta domini. Hic extirpatur error aliquorũ presumptuosorũ dicẽtium, q̃ Christus nõ ordinauit cõfessionẽ, sed beatus Iacobus quãdo dixit, Confitemini alterutrũ peccata vestra, & orate pro inuicem, vt saluemini. Iaco. 5. Respõdeo, dicere q̃ Christus nõ ordinauit cõfessionẽ est error, qa nõ Petrus, nec alij apostoli possent ordinare vnũ sacramẽtũ, sed Christus proprio ore ordinauit, sed apostoli fuerunt baccalarij, & Christi repetitores. Ideo Christ⁹ dixit eis, Nolite vocari, nec vocemini magistri, qa magister vester vnus est Christ⁹. Mat. 24. Ideo quãdo apostoli loquũtur de aliquo sacramẽto, nõ loquũtur vt ordinatores, sed vt repetitores. Itẽ iusti intrabũt in eã. i. per eã quãtuncũq; sunt peccatores, in cõfessione iustificãtur, & quãdo talis sic mũdatus moritur, potest dici, Portę ciuitatis defũct⁹ efferebatur. Tertia porta dicitur valles. i. Iosaphat. Expedit vobis, vt sit alia porta, qa pauci sunt q̃ faciũt cõdignã pœnitẽtiam. Ita q̃ si in statera diuinę iustitiæ in vna parte ponerẽtur omnia peccata, & in alia omnia bona &c. Pauci sunt religiosi, clerici, vel laici, de quibus nõ plus põderarent mala & peccata quàm bona. Ideo tales nõ possunt intrare per primã portã, nec secundam, ideo aperuit deus tertiã portam, figuratã per portam vallis, quã ędificauit Annom & habitatores Zanoe. Dicatur quare illa porta Hierusalẽ dicebatur porta vallis, quia antiquitùs tẽpore gentiliũ erat iuxta illam portã vallis profunda, in qua incendebatur ignis, & ibi offerebãt filios idolis per ignem. Ideo ab Esaia & Hieremia dicitur vallis Tophet. i. tribulationis, & à Christo vocatur gehẽna. Hec porta figurabat tertiã portã paradisi. f. afflictionẽ purgatorialẽ, quia sicut illa vallis erat bassa, ita purgatorium est bassum, quia circa centrũ terrę, & dicitur vallis tristitię & tribulationis, quia conclusio est omniũ theologorũ, quod minima pœna purgatorij est maior quacũque pœna huius mũdi, & quãdo moritur qui condignè non satisfecit, & in gratia decedit, in purgatorio satisfacit, & purgatur, & illi decedenti dicit Christus, Vadat ad portam vallis. i. ad purgatoriũ. Dicatur modus quomodo anima portatur ab angelo bono dicente, Vides quot maculas habes. Dicatur qnomodo proiicit animã in purgatoriũ, vel ponit dicẽs, Tu stabis tãtũ, nisi inueris ab amicis &c. Ideo bonũ est facere pœnitẽtiã in hoc mundo, ne homo habeat transire per istã portã dolorosam. De ista porta auctoritas allegoricè Trãseũntes primã, & secũdã custodiã, venerũt ad portã ferreã, quę ducit ad ciuitatẽ, quę vltro. i. spõte aperta est eis. Act. 12. Prima & secũda custodię sunt duæ custodię angelorũ bonorũ quas habem⁹. Prima est in hoc mũdo, quãdo creatura nascitur, deus mittit angelũ ad custodiã,

Quam intensa sit purgatorij pœna.

ne à diabolo submergatur, & custodit semper. Vnde Dauid, Angelis suis deus mandauit de te, vt custodiant te in omnibus vijs tuis &c. Psal. 90. Secunda custodia est in fine, quando homo exit hunc mundū, in ingressu & exitu dat custodiā. Sunt enim in exitu dęmones obseruantes animā, & nisi deus mitteret angelos &c. & propter hoc dicit, Transeuntes primā & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream. i. purgatorij, quia sicut ferrū est durius ligno, ita pœna purgatorij est durior ferro, & pœna purgatorij pœnā istius mundi excedit, sed consolatio est eis, qꝫ peracta purgatione ad ciuitatem paradisi intrant. Vnde subditur in dicta auctoritate, quæ vitro aperta est eis. Ideo quando moritur, qui non fecit condignam pœnitentiam, potest dici, Porta ciuitatis &c. Quarta dicitur porta vetus, hanc ędificauit Ioiada. Ratio, quia dicit magister historiarū quod erat antiquior alijs, intantum qꝫ ibi ostendebantur ædificia de tępore Melchisedech, qui obtulit panem & vinū. Figurabat vetus porta contritionem cordialē. Nam contritio cordialis ab initio mundi vsq; modò fuit bona & virtuosa, quia tanta potest esse cōtritio de peccatis, quod sine hoc quod transeat secundā vel tertiā portā, intrabit paradisum per portā veterē. s. cōtritionis. Dicatur hic miraculū de pulchra meretrice, veniente ad sermonē, credatis quod nō ex deuotione, sed quia ibi erāt homines, ideo vt videretur &c. ornauit se, vt homines post sermonē peccarēt cum ea, sed deus cogitauerat aliud, & à casu frater prędicabat contra vanitatē & ornamentū mulierum, & contra immunditiā luxuriæ, & quomodo puniūtur, & illa quę prius cachinnabatur, incœpit flere, & tantus fuit ignis contritionis, quod subitò & sine cōfessione fuit mortua &c. Ista intrauit per portā veterem. s. cōtritionis. Ideo bonum est ꝫuocare se ad dolorē peccatorum. Per istam portam intrauit Maria Magdalena, quando venit ad pedes Christi &c. Per istam intrant plures. Magnū est affligere corpus ieiunijs & disciplinis &c. Sed super omnia est afflictio cordis ꝫ contritionem. De ista porta aucto. Conuertit me ad portam domus. & ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad orientē. Ezec. 47. Nota, peccando homo auertitur à deo, & conuertitur ad creaturas &c. sed in contritione conuertitur ad deum, & vertit dorsum ad peccata. Ideo dicit, Conuertit me ad portam domus, id est ciuitatis, s. contritionis. Subter limen domus. Limen est memoria peccatorū, à quo procedunt aquæ lachrymarū ex contritione, quando religiosus, clericus, vel laicus dicit, O miser quid erit de me &c. plorat &c. recognoscendo vitam malam quā tenuit. Item dicit ad orientem, id est pœnitentiam dei, significat quod in contritione homo debet habere respectum ad deum, quem homo offendit, non ad periculum, seu honorem, vel famam, sed ad orientem. Quando quis moritur bene contritus, de eo potest dici thema. Portę ciuitatis &c. Quinta porta

porta dicitur porta piscium, hanc ædificauerunt filij Asnaa, dicitur autem porta piscium. Ratio, qui per illam intrabant piscatores portantes pisces de portu Ioppes, qui nunc dicitur Iaffa Hæc porta figurabat quintam portam paradisi. s. obedientiā supernalem ad dei mandata. Figuratur enim per pisces, quia sicut pisces delitiosè & leuiter vadunt. Ita obedientes delitiosè & totaliter debent se immergere, & cum delectatione & lætitia seruare mandata dei & ecclesiæ, die dominica audire missam cōpletam cum silentio &c. Idem in quadragesima cōfiteri, in pascha cōmunicare, non venire cum tristitia, sed cum lætitia sicut ad conuiuiū. Idem de alijs. Ideo Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua man. Mat. 19. Patet ergo qꝫ obedientia est porta ad intrandū paradisum. De ista porta auct. Beatus vir qui implet de fide. suum ex ipsis, nō confun. cū loque. inimi. suis in porta. psal. 126. No. ex ipsis. s. ex dei mandatis, delectabiliter & nō cum fastidio ea seruando. Item nō confundetur s. per dānationem æternam. Cū loquetur inimicis suis. i. diabolis, in porta. s. mortis, dicētibus, Nūquid tu eris dānatus? nunquid tu fecisti hoc & hoc &c. Sexta dicitur porta gregis. Hanc ædificauit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius. Dicitur porta gregis. Ratio, quia erat iuxta templū, per quā intrabant greges pro sacrificio faciendo. Figurabat sextam portam cæli, quę dicitur patiētia martyrialis. Martyres enim rectè dicūtur oues, quia sicut ouis quando ducitur ad locū mortis nō clamat, nec se defendit, sic martyres nihil dicebāt in quolibet ictu, nisi Iesus, & licet sentirent dolores, tamē patienter sustinebāt. Ideo de eis cantat ecclesia. Cæduntur gladijs more bidentiū, nō murmur resonat, nō querimonia, sed corde tacito mēs bene cōscia conseruat patientiā. Ecce grex. De isto dicit Dauid psal. 44. & recitatur ab apostolo. ad Ro. 8. in persona martyrū, Propter te mortificamur tota die, ęstimati sumꝰ sicut oues occisionis. O quot homines, quot mulieres, ò quot pueri, ò quot puellæ intrauerunt per illam portā. De ista porta dicit Ioā. Beati qui lauāt stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas eorum in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem, s. Hierusalem. Apoca. 22. Nota, in sanguine agni, non dicit in sanguine proprio, quia virtute sanguinis Christi quem habebant in memoria quando martyrizabantur, purificabantur. Ideo dicit, Beati qui lauant stolas suas, id est opera vitæ in sanguine Christi, Nota cùm dicit, Et per portas intrent in ciuitatem. In alijs dicit per portam in singulari, hic verò dicit in plurali per portas, quare hoc? Respondeo, qꝫ ad ostendendū quod martyriū non solū est ex vna virtute. Alioqui credunt qꝫ solū sit martyr qui moritur ꝫ fide Christi. Nō est ita, imò moriēs ꝫ quauis virtute resistendo peccatis, martyr efficitur. Verbi gratia. Ioan. Bapt. nō fuit mortuus ex confessione fidei explicitè, sed ex correctione proximi, tamen martyr est. Pia potens martyr heremiq, cultor,

canit ecclesia. Item si mulier resisteus ribaldis &c. & occiditur per eos, martyr est cum beata Catharina. Ecce quantum deberetis vos custodire, imõ dico fortius, sed bono modo, tamen intelligatis me. Si esset aliquis vir malè nutrit⁹, & vellet de corpore vxoris aliquid, q̃ esset cõtra deũ, & vxor nolens cõsentire interficeretur, martyr efficeretur. Item si aliquis dans bonum consilium pro republica, occiditur, martyr efficitur. Patet q̃ pro omni virtute manutenenda efficitur martyr quis. Ecce quare dicit, Et per portas intrent in ciuitatẽ. Ideo Christus quãdo fuit locutus de martyribus, dixit, Beati qui persecutionẽ patiũtur ꝓpter iustitiã, non dixit, propter fidẽ, quoniã ipsorum est regnum cælorum. Mat. 5. Patet thema, Portę ciuitatis &c.

Dominica xvi. post Trinitatem, de epistola. 1.

Sermo notabilis quintus.

Flecto genua ad patrẽ domini nostri Iesu Christi. ad Ephe. 3. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi, & introductione materię deuotę quã volo prædicare, sciendum quod Christus dans regulam & doctrinam suis sanctis apostolis, & discipulis, & in persona, quomodo est orandũ, ostẽdit q̃ in nostris orationibus dirigamus verba ad deum patrem. Non credatis tamen quod hoc fiat, qui pater sit maior filio &c. in potentia, vel sapientia, vel voluntate, vel quod maior sit spiritu sancto. Quia sicut est vna deitas, & vna essentia in tribus personis, & etiam est vna potentia, vna sapientia, & vna voluntas. Et omnis oratio quæ fit patri, fit etiam filio, & spiritui sancto, quia cùm non sit nisi vnus deus, adorando patrem, adoratur filius, & spiritus sanctus, & ita dicitur in articulo fidei, Credo in spiritum sanctũ, dominum, & viuificantem, qui ex patre filioque procedit. Qui cum patre & filio simul adoratur & cõglorificatur. Ideo siue faciatis orationem patri siue filio dicendo, Adoramus te Christe, vel spiritui sancto dicendo, Veni sancte spiritus &c. Simul fit patri, & filio, & spiritui sancto. Quia adoratio, reuerentia, vel honor, quæ vel qui fit vni, fit etiã alijs personis, quia non est nisi vna maiestas, siue deitas. Ideo in orationibus vestris potestis dirigere patri, filio, vel spiritui sancto secũdũ vestrã deuotionẽ. Sed dicêres, Quę est ergo ratio q̃ Christ⁹ ostendit dirigere verba patri? Respõdeo, quod inter alias conditiones orationi necessarias vna est confidentia in orante obtinendi q̃ iustè petit, non dubitare si faciat vel nõ faciat &c. Qui enim hęsitat, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid à domino. Iacob. 1. Ideo oranti est necessaria confidentia de diuina bonitate. Non confidatis de operibus vestris bonis, quia illud non debet dici cõfidentia, sed præsumptio. Sed dicatis, Domine licèt sim peccator, tamen confido de vestra bonitate &c. Dico vobis omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Mat. 11. Modò quomodo potest haberi maior confidentia quã de patre? quia vulgaliter dicitur, Qui patrem habet iudicem, obtinebit causam. Itẽ ordinauit Christus vt dirigamus verba orationis ad patrem, quia istud nomen pater est nomen confidentiæ, propter hoc Christus in oratione quam ostendit apostolis, dixit, Sic orabitis, Pater noster &c. Mat. 6. Quare nõ ostendit eis modũ orandi dicens, Deus noster, vel creator noster, aut rex noster, seu imperator noster? Ratio, quia ista nomina sunt timoris, & terroris, sed pater dat cõfidentiã. Ecce ratio quare Christus ostẽdit dirigere verba patri in oratiõe, licèt etiã intelligatur filius & spiritussanctus. Et iuxta istã doctrinã orabat Paulus: Flecto genua &c Patet the. Et sum in materia prędicãda super illo verbo, Flecto genua. Et nũquid est ali⁹ mod⁹ orãdi? Dico q̃ sic. Octo enim modos bonos & deuotos orandi inuenio in sacra script.

Primus est eleuando oculos ad cælum ex confidentia.
Secundus deprimendo caput ad terram ex verecundia,
Tertius extendendo manus in altum ex indigentia,
Quartus crusando vlnas ex conscientia,
Quintus tundendo pectus ex contritione,
Sextus inclinando corpus ex deuotione,
Septimus flectendo genua ex subiectione,
Octauus prostrando se totum ex defectione.

Quilibet istorũ modorũ habet bonã rationẽ. De septimo loquitur hic, quia istũ modũ maximè seruabat apostolus. Primus modus orãdi est eleuare oculos ad cęlũ, quasi suspirando, siue quis oret vocaliter, siue mentaliter. Ratio huius orationis est ꝓpter confidentiam, quia de cælo habemus omnia bona, quia iste mũdus nõ est nisi formax miseriarũ, & tribulationũ, à quo nõ habemus nisi malum, vt illi tres pueri de quibus habetur Dan. 3 & à cælo habuerunt bona. Ita & nos. Ex ista cõfidẽtia eleuamus oculos quasi dicẽtes, Tu domine scis quõ sumus in miserijs &c. Domine ante te omne desiderium meũ, & gemitus meus à te nõ est absconditus. Psa. 37. Et iste modus est ita naturalis q̃ etiã bestię seruãt istũ modũ in necessitate positæ. Legitur enim Iohel. 1. de fame magna & siccitate, quia nec inueniebatur herba nec aqua: ꝓpter quã animalia cõgregata vlulãdo leuauerũt oculos ad cęlũ, licèt nescirẽt quid facirẽt. Bestiæ agri quasi area sitiens imbrẽ suspexerũt ad te, quoniã exiccati sunt fontes aquarũ, & ignis deuorauit speciosa deserti. Iohel. 1. Itẽ Psal. 146. dicit Dauid, Qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorũ inuocantibus eum. 1. reganibus eum. Prima pœna & prima pluma quã habent pulli coruorũ est quasi alba, & coruus zelotypus de coruo suspicatur q̃ non sunt filij sui, & nõ dat eis pastũ, nec ꝑmittit q̃ mater det, quasi dicat. Nũquid filijs alienis ꝓuidebo ego? Sed quãdo pẽnę & plumæ mutantur,

tantur, & efficiuntur nigrę, tunc nutrit pullos illos. Sed tunc quæritur, De quo viuunt interim? Dicit glos. ꝙ deus mittit rorem de cælo, quando ipsi inuocant sibilando. Quantò ergo magis nos, qui sumus rationales, & cognoscimus creatorem nostrum in nostris necessitatibus, tribulationibus, & periculis, debemus ad eum recurrere, quasi diceremus, Domine derelictus sum ab amicis, & ab omni humano suffragio. Auct. de hoc. 2. Paral. 20. Cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solùm habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Ideo orando oculos nostros ad deum leuemus. Istum modum tenuit Dauid, qui de se dicit, Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cælis. Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum. Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ, ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Psal. 122. Autsentur hic mulieres si volunt tenere bonum modū orandi, ne ostendant aliam faciem, s. depictam, sed illam, quam à deo receperunt &c. Dicatur contra vitium mulierum fuco vtentium. Lauēt eam vt virgo Maria cum aqua distillata, s. lachrymarum, ad quam spiritussanctus dicit, Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es. Oculi tui columbarum. Canti. 4. Ideo hodie in mundo sunt tot mulieres tribulatæ, & varijs infirmitatibus grauatæ, quæ quando orant non exaudiuntur, istis vanitatibus impedientibus orationis exauditionem. Hiero. Deus nō libenter aspicit vultus quos ipse nō fecit. Ideo antefetis vos vt in vestris necessitatib⁹ positis securè recurrere ad deū, sicut ista sancta mulier, cōtra quam fuerat data sententia &c. quę ſes suspexit in cælum, erat enim cor eius fiduciam habens in domino. Dan. 13. Secundus modus orandi est propositum, deprimendo caput ad terram. Iste procedit ex verecundia, Quilibet vestrum scit & credit quod deus videt & scit omnia peccata hominum, quantumcumque secretè fuerint facta, quę & si homines possunt latere, nō tamē deum. Quando ergo homo orat, & recordatur peccata sua, deprimit caput quasi dicat, O miser quomodo respiciam &c. Istum modum ostendunt nobis pueri, quia si pater, mater, vel magister redarguit eos de aliquo minus benefacto, quando cogitant tunc intra se, di O pater vel mater vidit quod ego feci hoc &c. ex verecundia inclināt caput, non audent eleuare caput, & est bonum signum in pueris. Ita de nobis, quando venimus coram patre & magistro nostro deo, & matre virgine Maria in oratione, cogitando quod sciunt omnia peccata nos malefacta, deprimamus caput suspirādo, & plorando, & iste modus orādi optimus est. Istū modum tenuit ille sanctus homo Esdras dicens, Deus meus confundor, & erubesco leuare faciem meā ad te, quoniam iniquitates nostrę multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cælum. primi Esdrę nono. Nota differentiam inter iniquitates & delicta, licèt vulgariter pro eodem

dem sumantur, tamen propriè loquendo & strictè, differunt, quia iniquitates propriè loquendo sunt defectus facti de directo contra proximum. Sed delicta sunt peccata facta directè contra deū. Verbi gratia. Si vos vaditis in hortum, vincam vel campum, recipiēdo fructus &c. contra voluntatem domini sui, istud est iniquitas, id est nō æquitas. Sed quādo vaditis ad diuinos &c. pro sanitate, vel pro filijs, vel ad inueniendum perditum, hoc dicitur delictum, quod ascendit vsque ad cælum, quia tangit deum de directo. Item si loquendo cū aliquo homine dicitis mendacium, vel diffamando aliquem, hoc est iniquitas. Sed iurare, blasphemare, est delictum. Item si seruitis vel laboratis in possessione alicuius domini, & defraudatis eum in seruitio, hoc dicitur iniquitas, sed quādo nō facitis seruitiū deo debitum, sicut est in dominica audire missam &c. est delictū &c. Tertius modus est extendēdo manus in altum, sicut fit cōmuniter in eleuatione corporis Christi. Iste modus prouenit ex indigētia. Attēdatis quāta sit indigētia humana, plus omnibus animalibus indigētes sumus, tā in corporalibus q̄ spiritualibus. Primò in corporalibus cogitate quantum tardatur creatura, hoc est homo, antequā possit ire, & cum instrumētis ostenditur sibi modus ambulandi, & vnus capreolus vel pullus perdicis adhuc habens testam de ouo in capite currit. Itē animalia iā nascuntur cum veste sua, vt agnus, canis, vulpes, & sic de alijs, pro hyeme & æstate, sed nos nec cum lana, nec cum pelle, imò si volumus nos induere, oportet deprędari ouē, & recipere lanā, & parare. Primò lauādo, filādo, texēdo, quassare in mollēdino, coquare, fuere, suspēdere &c. quot labores? Idē de cibis. Animalia nō semināt, nec colligunt, nec faciunt prouisionē. Nos verò si volum⁹ viuere, oportet habere cāpos, vineas, bestias, arare, seminare, metere, portare ad horreum, triturare, pinsere &c. Itē animalia nō faciunt domos, iā inueniunt domicilia sua, sed nos oportet emere fundum, ponere fundamenta, habere lapides, calcē, portas, fenestras &c. Item animalia habent arma sua, catus vngulas, & leo, bos cornua, & cervus etiā, lepus tibias ad fugiendū, arma sunt defensiua. cyrogrillus iam habet sua castra & speluncas &c. Et nos oportet perquirere ferrum, post liquefacere, deinde malleare, deinde cultellos fabricare &c. Patet ergo indigentia humana in corporalibus. Idem in spiritualibus in anima, dicit Philosophus, ꝙ intellectus hominis est à principio tanquam tabula rasa, in qua nihil est depictum, sed sicut pergamenum album. Animalia in prima die habent totam scientiam & industriam, statim quādo est natus capreolus, catulus, agnellus, iam scit vbi inuenit vbera, & quis ostendit sibi ꝙ ibi sit suum nutrimentum? Et puer etiam, qui habet vbera ad duos digitos distantia, moritur fame, nisi à matre ponātur in ore eius. Item pullo apponatur lapis pretiosus, & panis, sciet eligere & comedere de pane, & non

de

de perla: iam habent suam scientiam. Sed si puero detur candela ardens, tangit digito, si pruna, mittet in os. Ecce defectus. Item agnus vel capreolus inter centum oues cognoscet matrē suā in balatu, sed nō sic pueri &c. Idē di. Ambr. in hexameron. quod perdices furātur sibi oua ad inuicem, sed quando pulli sunt nati, in voce cognoscunt matrem suā &c. & puer vnius anni nō cognoscit parentes. Itē agnus vel capreolus si vident lupum, statim fugiunt, iam sciunt quod est eis inimicus. Item pullus quādo videt miluum. Sed si lupus veneret ad puerum, respiciet eum, nec timebit eum. Itē animalia sciunt sua medicinas, licēt nō studuerunt in monte Pessulano, vt patet de mustella contra venenum serpentis, & de ceruo. Et nos nisi studeamus in medicina, nescimus quid sit bonum seu malum. Patet ergo nostra magna indigentia tā in corpore q̄ in anima. Ideo Dauid in psal. 78. Citō anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. s. plus quàm bestiæ. Ex ista ratione, quia indigemus bonis spiritualibus, extēdimus dexterā, & quia indigemus bonis corporalibus, extendimus siniſtram, quasi dicendo deo. O mi domine detis mihi. Leuemus corda nostra cum manibus ad dominum in cælos. Threnos. 3. Istum modum ostendunt nobis pauperes, nam si in hac villa modō ab aliquo diuite fieret ordinatio, & publicaretur & daret duos florenos de fenestra sua omni venienti. O quot venirent extendendo manus, dicendo, Domine detis mihi. Ita Christus dines, quia domini est terra. 1000. 400. & 28. anni sunt quasi, quod fecit vnā ordinationem di. Petite & accipietis, omnis qui petit accipit. Lu. 6. Ideo orando extendimus manus quasi dicamus, O domine sum pauper, detis mihi. Auisentur hic homines, qui iuxta illud apostoli, Volo viros orare in omni loco, leuantes puras manus sine ira. i. appetitu vindictæ, & disceptatione. i. placitando, contendendo, seu accusando. 1. Tim. 2. No. puras manus, s. à luto vsurę. Abac. 2. Vt ei qui multiplicat nō sua. Vsque quo, & aggrauat cōtra se densum lutum &c. A fimo luxuriæ. ad Philip. 3. Omnia arbitror vt stercora, vt Christum lucri faciam. A sanguine. Esa. 1. Cùm extenderitis manus vestras, auertā oculos meos à vobis, & cùm multiplicaueritis orationem, nō exaudiā. Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Multi enim extendunt manus in oratione in vanum. Ratio, quia nō habent manus mundas. Quia sicut vos non daretis eleemosynam pauperi, immundissimas manus habenti, sic nec deus. Quartus modus est crucsando vulnas, & procedit ex conscientia, quando homo cogitat sibi. O miser de meis peccatis iā factus est processus in curia iustitiæ dei, & sententia data. Anima quę peccaueris, ipsa morietur. Eze. 18. Ideo recurrit homo ad crucē. q.d. Verum est quod multa peccata feci, sed domine filius vester fuit suspēsus in cruce, ne aliquis sibi credens & obediens suspendatur in furca inferni. Iste modus ostenditur nobis à sententia

tis ad mortem de aliquo crimine, quando eis datur sententia à iudice vel principe, sententiatus facit tunc istum gestum, crusando vlnas. Nō est cōtentus extendere manus di. O domine parcatis mihi, ego promitto vobis quod decetero ero correctus. Bon⁹ modus est. q.d. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, in quo est salus, vita, & resurrectio nostra. &c. ad Gal. vl. Quintus modus est tundendo pectus iunctis digitis. Iste modus procedit ex aduertitione. Ratio, quia corde procedunt omnia bona vel mala quæ facimus, quia si aliquis faciat aliquod bonum, non tamen ex corde, sed vi, non habet meritum. Idē de malo, vt si aliquis ponit gladium in manu mea, dicens, per corpus &c. vos percutietis istum, & violenter manum meam mouerit percutiendo proximum, sibi imputabitur. Auct. De corde exeunt cogitationes male, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, & blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Matt. 15. Ideo percutitur cor quasi radix, quia si in vestro viridario habetis arborem malam, infructiferam, eradicabitis eam, & nō sinetis crescere, quia iterum posset pullulare. Ista mala arbor est peccatum, cuius radix est cor, rami sunt sensus. Ideo percutitur cor tanquam radix, nō oculus, nec auris, quia rami sunt, sed cor q.d. Iam enim securis ad radicem arboris posita est. Mat. 3. De isto bono modo dicā vobis miraculum quod à Christo recitatur. Lu. 17. de quodam homine malæ vitæ, & peccatore publico, qui semel voluit orare, & ascendit in templum, & considerans peccata sua, nō audebat templo appropinquare, nec audebat ex vere cundia peccatorum oculos ad cælum eleuare, sed percutiebat pectus suum di. Deus propitius esto mihi peccatori. Dicatur nesciens aliā orationem. De isto dicit Christus, Amen dico vobis, quia descēdit hic iustificatus in domum suam &c. Lu. 18. Sextus modus est inclinando corpus ex deuotione vsque ad genua. Ratio, quia vera deuotio nō est nisi delicamētum animæ, quia sicut superbus stat erectus, & persona humilis & deuota inclinatur ex temeritate animæ. Ideo ita persona deuota loquēs Christus sanctis angelis dicit, Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Canti. Anima enim deuota est vt mulier generosa, quæ hinc inde sustentatur. Sic anima est, ostendens suum delicamentum, & inclinatur &c. Istum modum seruant deuoti, clerici, religiosi, quia quando dicunt, Gloria patri, ad vltimum versum psalmorum, semper inclinant se, & quando transeunt coram altari. Sed iam non curant istas inclinationes aliqui, sed bene inclinant mulieribus, & dominabus, sed deo quasi nihil. Iste modus est ita deuotus, quod plus seruatur in missa quàm alij modi. Quinquies enim inclinatur sacerdos in missa.

Primò dicta confessione accedens ad altare, quando dicit, Auser à nobis domine cunctas &c.

Secundò

Secundò post ablutionem digitorum, quando dicit, In spiritu humilitatis, & animo contrito suscipiamur domine à te &c.

Tertiò postquàm dixit, Sanctus, incipis canonem dicens, Te igitur clementissime pater &c.

Quartò post corporis eleuationem, quãdo dicit, Supplices te rogamus omnipotens deus &c.

Quintò postquàm sacerdos dixit, Ite missa est, vel benedicamus domino, vel requiescant in pace, quando dicit, Placet tibi sancta Trinitas &c.

Patet ergo quod iste modus est valde deuotus, quia ita seruatur in ecclesia, & etiam ecclesia orat pro eis in quadam collecta di. Inclinantes se domine maiestati tuæ propitius intende. Septimus modus orandi est flectendo genua, & iste venit ex subiectione. Istum modum tenebat apostolus. Ideo dicitur in themate, Flecto genua &c. Ratio, quia sicut Christus cum patre, & filio, & spiritu sancto est creator animarum, & formator corporum, ita etiã est dominus. Et sicut creauit, ita conseruat in esse, & occidit, dans bonis gloriam, & malis pœnam. Ergo quia est dominus corporis & animæ, tibi flectenda sunt duo genua, dexterum in signum quod est dominus animæ, & sinistrum, quia est dominus corporis. Si autem fiat reuerentia regi, vel alicui domino temporali, sibi est flectendum genu sinistrum solùm, quia solùm est dominus corporis, & non habet dominium in animam. Prælato verò spirituali dextrum genu flectendum est, quia habet dominium super animam, absoluendo, dispensando &c. Confessori duo genua, quia tenet locum dei. Item quando petitis benedictionem ab aliquo sacerdote. Viuo ego, dicit dominus, quoniam mihi flectetur omne genu. ad Roman. 14. Ideo dicit, Flecto genua. Non dicit, genu. Ideo patet hic quod peccatum est illorum, qui in eleuatione corporis Christi non flectunt duo genua, quasi non credant Christum dominum animæ & corporis, nec amouent caputium. Item quando in sero pulsatur Aue Maria, nonnulli paruam vel nullam exhibent reuerentiam. Item quando dicitur, Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis, & incarnatus est de spiritu sancto ex Maria virgine, & homo factus est, crucifixus &c. debent duo genua flectere. Dicatur miraculum quod accidit Romæ in ecclesia dum eleuaretur corpus Christi. Quidam iuuenis ita fortiter ligatus erat, quod non potuit flectere genua, subitò venit diabolus in forma visibili, dans sibi alapam, dicens, O proditor christiane, pro quibus tantum fecit Christus. Si Christus fecisset centesimam partẽ pro nobis, eorum quæ fecit pro vobis, nocte & die seruiuissem' sibi genibus flexis, & subito interfecit eum. Cogitate quid sit de illa anima. Octauus modus est prosternendo se totũ vsque ad terrã, & iste modus procedit ex defectione. Istum modũ seruat ecclesia solùm in hebdomada sancta, quando

In eleuatione corporis Christi vtrunq; genu à fidelib' flectendũ est, vt eum dominũ esse corporis & animæ profitean-tur.

quod leguntur passiones. Et quando dicitur, Emisit spiritum, prosternimus nos. Ratio, quia in nocte passionis in oratione se prostrauit. Iste modus signat nostram defectionem, innuens quod ad terrã oportet nos redire, & quasi homo iam se reputans morituru prosternitur. Iste modus mouet cor ad præparandũ se. Sicut sententiatus quando ducitur ad furcam, parcit, & petit vt sibi parcatur, remittit, & cõfitetur. Ita debemus nos facere, quia iam vadimus ad mortẽ. Ideo non solùm semel in anno, sed sepe confiteri, & communicare debemus, parcere inimicis, & restituere. Ideo Dauid de isto modo dicit, Venite adoremus, & procidamus ante deũ, ploremus coram domino qui fecit nos, quia ipse est dominus deus noster &c. Psal. 94. Si dicatur ab aliquo, De istis modis quem seruabo? Respondeo quod secundum quod spiritus sanctus mouet vos, seruetis illum modum deinceps continuando.

De eadem dominica decimasexta post festum Trinitatis.

Sermo VI.

Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus. Ephes. 3. Sermo noster erit quomodo debemus sustinere tribulationes & aduersitates. Nam dicit Greg. quod magna imperfectio est velle habere bona & prosperitates, & nescire vel nolle sustinere mala & aduersitates. Sicut enim habemus duo brachia ad amplexandum prosperitates, ita ad sustinendum aduersitates. Sed primò salutatur virgo Maria. Secundum quod experientia vsualis declarat de quolibet die, vita præsens est plena laboribus, aduersitatibus, & tribulationibus, intantum quod post vnam consolationem plures sequuntur tribulationes, talis est cõditio huius mũdi. Et potest declarari per regulam philosophię di. Omne medium participat naturã extremorum. Declaratur in quatuor elementis, de quibus duo sunt in medio. s. aër & aqua. Aër recipit ab igne caliditatẽ, & ab aqua humiditatẽ, ideo est calidus & humidus. Pater quomodo mediũ participat naturã extremorum. Item aqua participat cum aëre superius in humiditate, cũ terra inferius in frigiditate. Ideo aqua est humida & frigida. Idem patet de animalibus. Nã si equus sit inter magnam niuẽ, & magnũ ignem, ex vno latere participabit cũ niue in frigiditate, ex alio cũ igne in caliditate. Idem patet in hominibus de villis quę sunt in finibus regnorũ, quia participant cũ vtroq; idiomate. Ideo loquuntur mixto modo. Patet regula philosophiæ. Modò videamus presens vita vbi cõsistit. Dico quod est in medio inter paradisum, qui est superius, & infernũ qui est infimus in centro terrę, & sunt contraria in omnibus, quia cõditio paradisi est gaudere, lętari, & de nullo tristari &c. Lętitia sempiterna super capita eorum. Gaudium & lętitiam obtinebunt, & fugiet dolor

& gemitus. Esa. 35. Conditio verò damnatorum in inferno est dolere, tristari, laborare in pœnis continuis, & de nullo consolari, imò quidquid sit pro eis, vertitur eis in luctum & tristitiam, quoniam sciunt quia nihil prodest eis. Si fiat oratio pro patre vel matre, & si est in inferno, & tu nescis, tristatur, quia nihil sibi prodest. Item propter inuidiã de amicis qui saluantur, dolent. Item si damnantur, quia eorum pœna augmentatur. Sicut quando igni adduntur ligna, ignis augmentatur. Vnde damnati plangendo dicunt, Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri, Vę nobis, quia peccauimus. Propterea mœstum factum est in dolore cor nostrum. Thren. 5. Modò audite rationem ex quo nos sumus in medio. Nam superius est paradisus, vbi est summum gaudium, & inferius infernus, vbi est summa tribulatio & tristitia. Et quia ex regula nos participam' naturam extremorum, habemus hic aliqua gaudia comedendo, bibendo, delectãdo &c. & habemus etiã tribulationes, aduersitates, quia infernus est nobis propinquus, plus abundant tribulationes. Gaudia enim huius mundi sunt gutte, quæ distillãt de fauo spiritus sancti, qui distillat in tę vnam guttam, in alio aliam &c. Ideo Boëtius, qui licet fuisset philosophus, fecit libros Theologiæ dicens, Omnis dulcedo felicitatis humanæ multis amaritudinibus est respersa, id est inuoluta. Et ita abundant tribulationes. Vnde apostolus exhortans nos dicit, Obsecro vos &c. vt patienter sustineatis, non dimittendo amorem dei, nec perdere deuotionem debetis, nec bonam vitam. Patet thema. Inuenio in sacra scriptura tres rationes maximè, quare non debemus deficere, sed patienter sustinere tribulationes & aduersitates, quia per tribulationes huius mundi

Homo depuratur à magnis defectibus,
Homo præseruatur à multis offensionibus,
Homo augmentatur multum in gratijs & meritis.

Ex his tribus non debemus deficere in tribulationibus, sed patienter sustinere. Ideo apost. in the. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus. Dico primò quod homo per tribulationes & aduersitates huius mundi purificatur à magnis defectibus, quia de peccatis præteritis, de quibus nullus potest excusare, tribulationibus, infirmitatibus, & aduersitatibus, si patienter recipiantur non murmurando contra deum, nec indignando, sed dicendo, Domine, ex quo vobis placet, faciatis de creatura vestra sicut vobis placuerit, purificatur. Dico quod tunc homo depuratur, & purificatur anima de peccatis & defectibus. Ratio, Quando peccator cõfitetur confessori omnia peccata sua, nullum abscondendo, & in fine dat sibi pœnitentiã, si peccator humiliter recipit, & seruat illam pœnitentiam, anima depuratur, & deus sibi remittit peccatum. Hæc est fides nostra certissima.

Fiat ergo ratio. Si pœnitentia data à simplici cõfessore & peccatore purificat animam, si illam seruatis humiliter, quantò ergo magis purificatur ex pœnitentia data à papa Iesu, vt sunt tribulationes, & aduersitates, quia omne malum penè est à deo. Creditis vos quod Christus delectetur quando est in lecto infirmus, vel quando aliquam aduersitatem habetis? profectò vt sic sibi non placet, sed sicut placet confessori, quando peccator seruat pœnitentiam per eum iniunctam, non quod illa pœna placeat confessori, sed inquantum ex illa remittuntur sibi peccata. Ita placet Christo propter peccatorum & pœnarum remissionem, quando nos patienter sustinemus pœnitentiam per eum nobis iniunctam, scilicet tribulationes. Nam vobis dedit febres, illi dolorem capitis, alteri dolorem stomachi, torsiones &c. cholicam passionem, perditiones filiorum, vel bonorum temporalium, lapides, siccitates, mortalitates, & sic de aliis. Omnia ista sunt pœnitentiæ à papa Iesu iniunctæ. Si ergo seruando pœnitentiam simplicis confessoris homo depuratur, quantò magis ex pœnitentia Papæ Iesu? Immo pro nostra consolatione dicam plus. Quando vadtis fodere, lauare, secare ligna, & ad similia, totum hoc est pœnitentia. Postquam enim Adam peccauit, deus in forma alicuius honestæ personæ venit ad Adam, vt audiret eius confessionem, & Euæ, & absconderunt se, quemadmodum aliqui abscõdunt sua peccata, sed tandem audiuit, quibus auditis, Adæ iniunxit pœnitentiam di. Maledicta terra in opere tuo. In laboribꝰ comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuę. Spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vescēris pane tuo. Gen. 4. Euæ autem iniunxit pœnitentiã di. Multiplicabo ærumnas tuas. In dolore paries filios tuos. Et sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. ibi. Ex quo patet quod omnes tribulationes huius mundi pœnitentiæ sunt datę à papa Iesu, Auct. Benedictũ enim nomen tuũ deus patrum nostrorum, qui cùm iratus fueris misericordiã facies, & in tẽpore tribulationis peccata dimittes his qui inuocãt te. Tob. 3. No. secreta. Primũ cũ dicit patrũ nostrorũ. Patres nostri sunt patriarchę, prophetę, apostoli, & martyres &c. qui nos in fide genuerũt, & illi semper habuerũt tribulationes, intantum quod dicit vnus de maioribus eorũ, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorũ. Act. 14. Item Dauid. Multæ tribulationes iustorũ, & de omnibus his liberabit eos dominus. psal. 33. Mirũ est quod curabant infirmos &c. & seipsos curare non poterant. Paulus suscitabat mortuos, & nõ poterat sanare se à dolore lateris. Quãdo ergo dicit, Deus patrum nostrorũ, reducit nobis ad memoriam exempla tribulationum sanctorum. Secundum secretum tangitur cùm dicitur, Cũ iratus fueris, s. secundum iudicium hominum, quando venit siccitas, mortalitas, grando, terræmotus, & huiusmodi, dicitur est iratus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus,& dicit,misericordiam facies, & certē ita est,quia sicut medicus quando aperit vel penetrat vulnus, vel scindit membrū putridū, videtur esse iratus cōtra infirmū dans ei dolorē, cū tamen faciat misericordiā,quia p sanitate corporis. Ita de tribulationibus huius mundi videtur nobis q̄ deus sit iratus, cū tamē faciat misericordiā, vt saner à plagis peccatorū. Ideo di. Cū iratus fueris misericordiā facies. Et cōcordat Abac.3. Cū iratꝰ fueris misericordię recordaberis. Et declarat cū sequitur. Et in tēpore tribulatiōis peccata dimittis. Sed quibꝰ? Respōdet, His q̄ inuocāt te. Nō credatis q̄ omnibꝰ q̄ habēt tribulatiōes remittātur peccata, qa illi q̄ impatienter recipiūt, vel murmurādo cōtra deū dicētes, Ego ieiuno, vel vado ad missā, & similia, ecce deꝰ dat mihi aduersitates,& nō tali &c. Talis nō solū nō purificatur, imō magis deturpatur. Sed quādo patiēter recipiūt, di. Domine, mala quę patimur, peccata nostra meruerunt,& quia ego sciebā paucā pœnitētiā, vel nullā, vos dīe dedistis mihi istā, talis purificatur. Ideo di. His q̄ inuocāt te intus vocāt te. Patet ergo ratione & auctoritate, q̄ ex tribulationibus purificamur &c. De ista materia audiatis pulchrū verbū Grego. cū tribus similitudinibus. Quod formax auro, & lima ferro, q̄ flagellū grano, hoc facit tribulatio viro iusto. De primo quādo argētariꝰ liquefacit aurū, & bullit, videtur habere dolorē aurū, tamē purificatur. Itē quādo hō habet febrē, tūc est in fornace, & videtur bullire, sed si habet patiētiam, aurū.i. anima, purificatur à mixtura falsi metalli peccatorū. De secūdo quādo ferrū limatur, clamat, ac si patiatur, tamē purificatur à rubigine, & remanet lucidū. Ita in doloribꝰ hō clamat. Itē mulier cū parit, dicit multa, O maledicta Eua. Et decetero nō accedā ad virū &c. lima doloris tenet vos. Idem de dolore dētiū, tūc ferrū limatur, quia oēs sumus rubiginati peccatis. Ideo quādo limatur homo in doloribꝰ, nō debet dicere mala verba, quia peccatū est, sed clamare potest homo, quia dolor mitigatur. De tertio, q̄ flagellū grano, quando laborator flagellat bladū, videtur eius inimicus, tamen hoc facit vt granū purificetur à paleis. Idō de nobis. Cogitate q̄ iste mūdꝰ sit area, nos verò blada Flagella sunt tribulationes, tēpestates lapidū, fulgurū, mortalitatū, siccitatū, & similium. Ideo fiunt processiones &c. & videtur quod deus sit iratus, sed hoc facit ad purificandū nos à paleis vanitatū &c. Igitur dulciter & patienter sunt tribulationes suscipiendæ, quia sicut seruando pœnitentiā confessoris patienter purificatur cōfessus, sed nō si seruat eī ira & impatiēter di. Maledictus sit cōfessor, quia talē pœnitentiā mihi dedit, quia sic hō nō purificatur, sic homo purificatur à peccatis, si aduersitates sustinetis patienter & gratāter. Si tamē dicatur, Talis pœnitētia dat mihi magnū tēdiū, tamē ex quo cōfessor iniūxit mihi seruabo ꝓpter remissionē peccatorū meorū, tūc est bona. Ita de christianis, qui in tribulationibꝰ p. tientes sunt & grati &c. Ideo

Ideo dicit apostolus, Obsecro vos &c. Dico secūdo &c. Prima ratio dicit q̄ homo purificatur à peccatis præteritis, & ita dicit q̄ homo preseruatur à peccatis futuris, sine fiant. Et ecce quō. Quot sunt qui ex tribulatione tēporali retinentur ne peccēt? Erit enim aliquis qui eundo ad lupanar vulneratur in capite à tegula &c. & peccatum nō fit. Item de multis in lecto iacentibus. Quot mulieres essent vanæ & pōposæ, & deus dat eis plagam aliquam, vel infirmitatē, & viuunt bene & honestè. Verbi gratia de Magdalena, & Martha sororibus simul nutritis, & pulcherrimis, quæ post morte paremū remanserūt equaliter dominæ. Quę fuit causa q̄ Magd. ita fuit peccatrix, quod perdidit nomen? Martha verò fuit semper virgo? Gratia dei & tribulatio. Nā dicit Ambr. q̄ Martha fuit illa mulier, quæ duodecim annis habuit fluxū sanguinis, intantū q̄ fuit facta macilenta, sine colore fœtebat. Quando Magdalena cecidit in peccatū, Martha cecidit in infirmitatem, quia alias fuisset vt Mag Quando Mag. fuit curata in anima, & etiam Martha in corpore. Patet ergo quod tribulationes præseruant à peccatis futuris. Quot mulieres sunt castę ex tribulatione? vel quia habēt hippitudinē in oculo, vel est gibbosa, vel curua, tunc nullus curat de ea. O benedicta infirmitas, quæ facit seruare castitatē. Et quot homines infirmi orant deum vt sanentur? Sed quia deus scit q̄ essent ribaldi, non exaudiūtur. Ideo Danid de se, & de peccatore dicit, Tribulatio & angustia inuenerunt me, quasi perquirant hominē. Ideo mandata tua meditatio mea est, s. ad seruandū. Patet ergo recte, quia sicut frænum vel chamus refrænat & retinet equum, quia si ille qui equitat nō teneret frænum in manu, non posset equum regere. Ideo tribulationes frænum sunt, equi enim sunt corpora nostra, seu inordinati motus & tentationes, sed tribulatio refrænat ea, tunc enim homo recurrit ad orationes, & ad personas deuotas, exemplum de beata Petronila filia beati Petri febricitante. Ideo dicit scriptura allegoricè, Nolite timere, vt enim probaret vos venit deus, s. tribulando, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Exod. 20. Ergo non debetis deficere in tribulationibus, sed patienter sustinere. Dico tertiò q̄ homo per tribulationes augmentatur in meritis & gratijs. No. similitudinē de illis qui faciūt caldaria, quia de vno frusto ferri faciunt vnū caldariū magnum, Percutiendo cū martello, & hoc verū est si sit ignitū, quia si esset frigidū, cuius frāgeretur. Malleationes sunt tribulationes. Si amore dei, deuotione, & patientia igniti, patienter sustinuerint tribulationes, augmentabunt eos in sanctitate & meritis. Patet in Iob, qui fuit malleatus. Itē vna die perdidit septē millia oues ab igne cæli, quingēta paria boum, quingentos asinos, tria milia camelorum, septē filios, & tres filias. O quot ibi fuēre flagellationes, & aduersitates. Item vxor eiecit eum de domo. Item eodem die fuit percussus in corpore, &

Tertia
Ambro.
Martha
fuit illa
quam
Christꝰ
à fluxu
sanguinis
sanauit
non fama
uit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

in sterquilinio positus. Sed erat ferrũ igitũ in deuotione. Dicit textus ꝙ in omnibus his nõ peccauit Iob, neque stultum quid cõtra deũ locut⁹ est, sed dicebat, Nud⁹ egressus sum de vtero matris meę, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, dominus abstulit &c. Iob.1. & fuit augmẽtatus in tãta sanctitate, ꝙ multũ notabiliter fuit in maiori sanctitate quã antè. Sed si fuisset ferrũ frigidum per impatientiã dicendo, Maledictus qui me fecit, nõ solũ perdidisset bona, sed etiã animã. Ideo apostolus de se & alijs dicebat, Gloriamur in tribulationibus, sciẽtes ꝙ tribulatio patientiã operatur. Ro 5. No. gloriamur. Non solũ supportamus patienter, sed gloriamur. Quod in tribulationibus sit gloriandum, potest declarari per parabolam de duobus pauperibus obligatis domino in magna quantitate, sub pœna mortis. Certa die vocati nihil soluerũt, quia nihil habebant. Quibus dominus pius cõpatiens secretè & sigillatim massas auri intũlutas pannis rudibus proiecit in captiuitate, vni fregit caput, qui iratus se volens vindicare, remisit massam. Alteri fregit brachiũ. Sed postquam fuit dies, recognouit & inuenit massam, & gloriabatur di. Deo gratias, nõ curo de fractione brachij, ex quo habeo vnde soluã dominõ &c. Iste euasit, & ali⁹ fuit suspẽsus. Ita quilibet nostrũ obligatur deo ꝙ quolibet peccato mortali, magno vel paruo, septẽ annis de pœnitentia, quia peccat cõtra septẽ dona spiritus sanctus. Iam est tempus taxatũ in iure. Sed qualitas pœnitẽtiæ est arbitraria. De hoc tamen supernus in quodã sermone latius inuenies. Modò ꝙ quolibet peccato mortali cõputa septẽ annos de pœnitẽtia, forte est hîc aliquis qui obligatur deo in decẽ milibus annorũ de pœnitẽtia. Et remedium est lucrari indulgentias, facere pœnitentiã, quot dies lucrantur, tot resecantur, & si in hoc mũdo non cõpletur pœnitentia, in purgatorio cõplebitur. Sed qui in hoc mũdo nõ vult incipere, nec pœnitere, nec satisfacere, in inferno patietur, sed non valebit aliquid sibi. Ideo pius dominus mittit massam auri, vel globũ, s. tribulationẽ coopertã, sed intus est thesaurus. Ideo attẽdatis ꝙ nõ proijciatis foras per impatientiã, murmurãdo vel blasphemando, sed debetis dicere, deo gratias, dicẽdo, Nõ possum soluere debitum, quia domine ego valde modicũ solui. Sed modò citò possum soluere. Ideo Ia. Omne gaudiũ, f. in corpore & in anima existimate fratres mei, cũ in tentationes varias incideritis, scientes quia probatio fidei vestrę patientiam operatur, patientia autem opus perfectum habet. Iac. 1.

Est quidam pœnitẽtia arbitraria quantũ ad qualitatẽ, nõ aũt quãtum ad quantitatẽ, seu diuturnitatem

De eadem Dominica. Sermo VII.

LAtitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Ephe. 3. Iam videtis quod istud verbum indiget magna declaratione. Sed saluetur virgo Ma. Et vt intelligatis quomodo signat res altas & vtiles ad nostrã salutem, sciendũ est ꝙ apostolus inter alias orationes deuotas, quas faciebat

ciebat Christianis, ista erat præcipua, dicens ꝙ deus daret Christianis latitudinem. Hoc patet in epistola cùm di. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, vt possitis comprehendere cũ omnibus sanctis quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Et quia talis apostolus & tantus, de quo creditur quod sit de maioribus sanctis paradisi, petebat istas quatuor dimensiones quantitatiuas, potestis scire, quod significant res vtiles.

Nam latitudo est beneuolentia, vel dilectio generalis,
Longitudo est perseuerantia, vel duratio temporalis,
Sublimitas est sapientia, vel intentio supernalis,
Profundum est pœnitentia, vel humiliatio virtualis.

Ecce latitudo &c. De istis quatuor volo modò loqui, audite. Dico primò ꝙ apostolus orat petens ꝙ nos Christiani habeamus latitudinẽ cordis, s. beneuolentiam, & dilectionẽ generalẽ. Tam generalis debet esse ista dilectio, ꝙ in corde Christiani debent recipi omnes gentes per dilectionẽ, & non debemus dicere, Ego diligo omnes, sed non talẽ, qui interfecit patrem meũ &c. vel furatus est mihi hoc, vel diffamauit me, tales non habent cor latũ, sed angustum. Vultis quod dicã vobis vnum mirabile? Latius debet esse cor Christiani quàm cælũ vel terra in beneuolentia. Diceret, Quomodo possibile esset? Dico ꝙ est possibile, ꝙ declaro sic. Cælum empyreũ licèt sit immẽsurabile, tamen nõ potest retinere, nec recipere nisi bonas personas & sanctas, non enim recipit infideles, nec malos Christianos, sed latius debet esse cor Christiani, quia ibi nõ solùm bonæ personæ, sed etiã malæ, & nõ solùm Christiani, sed etiã infideles, vt Iudæi, & Agareni, debẽt recipi in dilectione. Christiani boni debẽt diligi, vt conseruentur in fide catholica, vt saluentur, mali autem vt ad veram pœnitentiã reducantur. Iudæi verò amando & desiderãdo diligi debent, vt illuminentur ad veritatem fidei. Idem de alijs infidelibus. Patet ergo quod cor Christiani debet esse latius cælo. Item cor Christiani etiam debet esse latius quã terra, quia cor Christiani debet continere per dilectionem generalem & viuos, & mortuos, de paradiso, & purgatorio, & de inferno. De paradiso, laudando deũ de eorum saluatione, de purgatorio, orando pro eorum liberatione, de inferno, non rogando pro eis, quia esset contra deum, nec desiderando pro eis paradisum, sed diligendo in eis imaginẽ dei, ad quam facti sunt, non diligendo eorum malitiã, sed quasi compatiendo imagini dei, vt sic, quod ita crucietur: sicut esset compatiẽdum imagini Christi, si proijceretur in ignẽ. Ecce quid est latitudo. Et Christianus, qui habet istam latitudinem, potest dicere cũ Dauid, Ambulabam in latitu. quia mandata tua exquisiui. psal. 118. No. ambulam, aliqui habent cor ita angustum & captiuum, ꝙ non diligunt nisi se, ex quo ipsi habẽt sufficientiã, non curant de alijs, etiã si habent affines &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Alij modicum plus, quia diligũt se, & vxorem, & filios, & alios amicos, & ex quo eorũ dom⁹ habet prouisionẽ de pane, vino, & de alijs, qui voluerit moriatur fame, nõ curant. Alij diligunt se, & oẽs de vicini à villa, sed nõ extraneos. Alij diligunt solũ amicos, sed non inimicos. Tales habent cor angustũ, & non possunt dicere, Ambulabã in altitudine, sed in restrictione. Itẽ quia mandata tua exquisiui. Preceptũ dei est habere istam latitudinem cordis, dicit enim, Auditis quia dictũ est antiquis, Diliges proximũ tuũ, & odio habebis inimicum tuũ. Ego autem dico vobis, diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Et sequitur, Si enim diligitis eos qui vos diligũt, quã mercedẽ habebitis? nã & publicani hoc faciunt. Mat. 5. Etiã bestiæ diligunt benefactores suos. Ecce quare dicit, Ambulabã &c. Et dicit, Omnis consummationis. i. perfectionis vidi finẽ, latum mandatum tuum nimis, quia non habet finem. Psal. 118. Not. omnis consummationis, omnis status seu conditio huius mundi finẽ habebit. Verbi gratia Dominium temporale, vt esse regem &c. finem habet per mortem. Item prælationes, vt esse papam &c. finẽ habet. Religio, clericatus finẽ habet per mortem. Matrimonium etiã finem habet per mortem, intantum q̃ si moriatur hodie vir vel vxor, & in crastinũ resuscitaretur, posset ducere aliã vxorem, vel ipsa aliũ virũ. Item reuerentiæ & aliæ honores finem habent per mortẽ, sed mandatum de dilectione proximi nõ habet finẽ, imo in morte augmentatur, quia beati plus diligunt se, & nos plus quã nos. Qui habet istã latitudinẽ cordis, potest dicere, Eduxit me in latitudinẽ, quia prius habebam cor angustũ, saluũ me fecit, quoniã voluit me. Psal. 17. Dico secundò q̃ lõgitudo est perseuerãtia, vel duratio tẽporalis, s. q̃ in bona vita, deuotione, pœnitẽtia, perseueretis hodie & eras &c. plus & plus. Nullus dicat, ego seruiã deo per annum, vel per duos annos, sed vsque ad mortẽ seruire deo in bona vita debemus. Ratio theologicalis, quia seruitiũ debet esse secundũ salariũ quod homo petit. Si vos petitis magnum salariũ, magnum seruitiũ tenemini facere. Hoc enim ratio dictat, & equitas. Modò videamus quod salariũ promisit Christus suis seruitoribus. Dico q̃ gloriã paradisi, quæ nõ datur ad annũ vel duos annos, sed quandiu deus erit deus i. sine fine. Ideo ex quo ipse dat salariũ, q̃ durat quãdiu ipse est, & ipse semper erit deus, vos tenemini ei exhibere seruitiũ quandiu fueritis in mundo. Nullus dicat, Ex quo seruiui Christo, 10. annis vel 20. modò volo quiescere, quia nõ haberes salariũ, sed continua de die in diẽ, de anno in annũ. De ista longitudine dicit Dauid, Domum tuã, id est personam deotã, quę est domus dei, decet sanctitudo domine, in longitudinẽ dierũ. Psal. 92. Aliter homo non haberet salarium. Nam si aliquis in magna sanctitate seruiuit deo centũ annis, & per horam ante mortem dimisit seruitium dei, peccando mortaliter, quia aliter non dimittitur, damnatur, quia non continuauit. Aliqui ex ignorantia faciunt hic quæstionẽ di. Mirabile est hoc, quod ego seruirẽ deo per centũ annos, & per horã dimittere seruitiũ ex aliquo peccato mortali, q̃ propter hoc perdam totũ seruitiũ quod feci. Nã reputaretur rex crudelis, si militẽ qui ei seruiuit. 10. annis, per vnã displicentiam priuaret salario totius sui seruitij, nisi esset crimen læsæ maiestatis &c. Cùm ergo deus sit summè bonus & misericors, ergo non videtur q̃ propter vnũ peccatũ quis debet damnari. Respõdeo, ista similitudo de seruitio regis nõ est ad propositũ, quia seruitiũ quod facit miles regi, & opus, & labor, & seruitiũ, totum est militis, & rex nihil facit in illo seruitio. Ideo per vnã displicentiam miles non debet perdere salarium, aliàs crudelis esset rex. Sed in seruitio quod homo facit deo, ieiunando, & seruando bonã vitã &c. labor, opus &c. hoc totum est dei, quia homo de se nihil posset, & maiorem gratiã facit deus homini in hoc, quàm homo deo. Dicatur hic parabola de mercatore, qui cõmisit capsulam pretiosissimam vni, vt portaret vsque ad portam domus, qui attædiatus, quando fuit iuxta domũ, in quendam torrentem proiecit fardellum. Quo facto, iuit ad petendum salarium, nunquid merebatur salarium? Patet q̃ non, imò meruit magis furcã. Sed diceret quis, Videtur q̃ meruit tale, quia portauit capsulã &c. Solutio. Non portauit vsque ad portam, sed proiecit, & fures tulerunt illud. Ideo &c. Idem est in proposito. Seruitiũ dei nihil aliud est, q̃ portare fardellum. Verbi gratia. Quãdo religiosus intrat ordinem, recipit onus fardelli à mercatore Christo portandũ vsque ad portam paradisi, quæ est mors. Si antequam sit ad portã, proijcit fardellum per vitam malã, nõ solũ non meretur salariũ, sed & pœnã. Idem de clerico & laico. Ecce quomodo decipiuntur illi qui dicũt, Videtur crudelitas q̃ totum seruitiũ centum annorũ &c. perdatur, quia proiecisti fardellum tibi commissum à Christo mercatore, & ideo dixit Christus, Esto fidelis, s. custodiendo fardellum vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. O quantum laboraret aliquis, si sciret q̃ ex suo labore posset acquirere coronã regis Aragoniæ, vel papatus &c. & mulieres coronam reginæ, cũ tamen non sint alicuius reputationis, respectu coronæ gloriæ. Ecce quid vult dicere lõgitudo. Ideo Dauid in persona Christi. Lõgitudine dierum replebo eũ, & ostendã illi salutare meũ. Psal. 90. Dico tertiò q̃ sublimitas, sapientia, vel intẽtio est supernalis. s. q̃ in omnibus operibus nostris habeamus intentionẽ sublimẽ ad deũ. Verbi gratia, Si ieiunatis, vt bonã habeatis intentionẽ, sed si facit quis vt dicatur deuotus &c. intentionẽ habet bassam & peruersam. Idem de oratione, & de alijs operibus pœnitentiæ dicendũ est. Sed si habet intentionẽ aliã, dicendo, Ego ieiuno, & facio talẽ pœnitẽtiã, vt in iudicio diuino recipiatur mihi in cõputũ de peccatis meis &c. Itẽ do eleemosynã, vt

Matrimonij vinculũ ita per mortem soluitur vt vir no teneatur vxori resuscitatæ contra quoad vinculũ

quãdo anima mea ad portam paradisi veniat, eleemosyna detur fibi. Item quare dicis missam &c. Itẽ quare ponis filiũ vel filiam in religione, & sic de alijs. Nam sicut in floreno magis respicitur pondus q̃ color, vel sonus, ita antequam positis intrare burſam paradisi, respicitur põdus intẽtionis. Nam quæ facta sunt propter vanã gloriã, nihil ponderant, quia ventus est. Itẽ nec pro diuitijs seu honoribus, quia vanitates sunt. Eccl. 1. Vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Sed põdus est, quãdo fiũt bona opera pro honore dei, & saluatione animarum. Auct. In sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis, non contẽplantibus nobis quæ videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt, q̃ autẽ non videntur, æterna sunt. 2. Cor. 4. Ergo teneamus consilium apostoli dicentis, Siue mãducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriã dei facite. 1. Cor. 10. Dicatur exẽplum de vitis patrum, de illo sancto homine, qui quãdo volebat facere aliquod opus, stabat modicũ cogitando contra se. De hoc interrogatus quare staret, respõdit, Quia scio q̃ bona opera nihil valent de se nisi bona intentione fiant. Ideo antequã facio opus bonũ, ordino intentionẽ meã. Sicut balistarius antequã mittat sagittã, aduertit signũ. Cogitare ideo debes, quare vis ire ad ecclesiã, & si ideo vadis vt videas mulierẽ &c. Melius esset nõ ire. Si intentio sit, vt laudes deũ, & impleas præceptũ de missa audienda, tunc vade, quia intentio est bona. Item cogita & cõsidera, quare das eleemosynã, & si ideo das vt dicaris misericors, melius esset nõ dare &c. Idem de oratione. Idem de missa. Nam si principaliter dicat propter pecuniã, melius esset nõ dicere. Patet igitur, q̃ propter prauitatẽ & nõ aduertẽtiã intẽtionis multa bona opera perdũtur. Querit S. Tho. in quotlib. Si religiosus vel sacerdos prædicat pro vana gloria, & pòst pœnitet, an ex illa pœnitẽtia lucretur coronã, & meritũ, vel laureolã, quę habuisset si sancta intẽtione prædicasset? Dicit q̃ non, quia nunquã illa fuit lucratus, quia fuerunt opera mortua, quæ per sequentẽ pœnitentiã non viuificãtur, licèt peccatũ sibi remittatur ex illa pœnitẽtia. Ideo attẽdatis q̃ semper in operibus vestris dirigatis intẽtionẽ ad deũ. De ista sublimitate intẽtionis dicebat deus Iob, Si habes brachiũ sicut de', & simili voce tonas, circũda tibi decorẽ, & in sublime erigere, & esto gloriosus. Iob. 40. No. hic quæ requiruntur in prædicatore euãgelij. Primò, si pro quia, si habes brachiũ sicut deus, i. ad faciendũ bona opera. Secundò, & simili voce tonas. i. prædicas, & hoc quantũ ad doctrinã prædicandam, nõ poëtarum &c. sed euãgelii. Tertiò, circundat tibi decorẽ, quantũ ad honestatẽ vitæ, & bonæ famæ. Quartò, in sublime erigere, quantum ad intentionẽ, s. pro honore dei, & saluatione animarũ, non pro vana gloria &c. quid sequitur? Esto gloriosus, quia sic prædicando gloriã prædicator meretur, & glorificabitur. Dico quartò quòd profundum est humiliatio seu

contritio virtualis, de qua Iudith 8. Humiliemus illi animas nostras, & in spiritu contrito & humiliato seruientes illi. No. quatuor considerãda, ex quibus causatur profunda humiliatio pœnitẽtiæ, & ista quatuor sunt,

Primò perditio cælestis gloriæ,
Secundo acquisitio infernalis pœnæ,
Tertiò dolor diuitæ essentiæ,
Quartò afflictio carnis propriæ.

Ideo Dauid, Dixit dominus, ex Basan conuertã, conuertam in profundum maris. Psal. 97. Basan secundum Hebraicam interpretationem, idem est quod confusio, & signat vitam hominis, vel mulieris inordinatam, qui viuũt vt bestiæ secũdum sensualitatem, quãdo volunt comedere, bibere, facere luxuriam, vel vindictam, nescitẽtes se in suis operibus & affectibus gubernare secũdum rectam rationem, & diuinam legem, qui nesciunt se refrænare, tales nõ habent certam horam orandi, sed aliquoties orant, aliquoties non. Item sacerdotes nonnulli inordinatè viuunt, non seruantes ordinem in celebrando, vel dicendo horas, aliquando dicunt matutinas de mane, aliquando de sero, aliquoties primam post prandium, confusio est & inordinatio. Item mulieres quando depingunt se, dicunt Aue Maria &c. Dicatur quomodo pœnitentia debet dici deuotè genibus flexis, cogitando quod videtis Christum iratum &c. Sed aliqui quando induũt se &c. inordinatè eam dicunt. Sed ex Basan, dixit dominus, conuertam peccatorem ad bonam vitam, conuertam in profundum maris, s. pœnitentiæ & amaritudinis. Et hoc fit quando peccator pœnitens dixit, O miser quot peccata feci &c. & potest dicere, Profundum abyssi penetraui. Eccl. 24. Abyssi, s. pœnitentiæ humilis, quia pœnitentia superborũ nihil valet. Si vos ieiunatis, diaboli nũquam comedunt. Si vigilatis, diaboli nũquam dormiũt. Si vos disciplinatis, plus diaboli disciplinantur, quamuis contra eorum volũtatem, quia pœna eorum incomparabiliter maior est, quàm disciplina vel pœnitentia pœnitentium hic in ista vita. Vnde diaboli in nullo superantur, nisi humilitate, quia ipsi nõ possunt humiliari. Ideo nihil valet eorum pœnitentia. Ideo quãtò pœnitens facit maiorem pœnitentiã, tantò plus debet humiliare se. Vnde Dauid in Psal. 33. Humiliabam in ieiunio animam meam &c. Patet igitur quare dixit apostolus, Latitudo, longitudo &c. Deo gratias.

De eadem dominica XVI. post festum Trinitatis.

Sermo octauus.

Accessit & tetigit loculũ. Lu. 7. Pro declaratione thematis, & sermonis introductione, notãdum q̃ theologicalis conclusio est, q̃ postquam peccator cõmisit peccatum suum, licèt actus & operatio peccati transeat, remanet tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen macula quædam animæ, & immunditia, turpior & fœtidior omnibus corporalibus immunditijs huius mundi. Verbi gratia. Quando vir luxuriosus commisit immunditiam suam delectatione & complacentia cum muliere luxuriosa, quid remanet de tota complacentia? nunquid totum transit, & nihil remanet nisi macula, quæ est fœtidior omnibus immunditijs huius mundi & nunquam recedit, vsque ad displicentiam sufficientem & condignam de peccato perpetrato? Hanc conclusionem probat doctor sanctus in 1. 2. quæst. 86. in 1. & 2. articulis. In primo ostendit quid sit macula peccati, dicens, quòd sicut in corporalibus macula dicitur, quando aliquod corpus nitidum perdit suum nitorem ex contactu alterius corporis, ita oportet dici in spiritualibus. Habet autem anima duplicem nitorem. Vnum ex refulgentia luminis naturalis, scilicet rationis, per quod dirigitur in actibus suis. Alium ex refulgentia luminis diuini, scilicet sapientiæ & gratiæ, per quæ perficitur ad bene & decenter operandum. Est autem quidam tactus animæ, quando inhæret aliquibus rebus per amorem, qui autem peccat, inhæret aliquibus rebus per amorem contra lumen rationis, & diuinæ legis, & ex hoc prouenit macula peccati. Quod autem remaneat ista macula post peccatum, probat in secundo articulo dicens, quod dum cessat actus peccati, per quod homo discedit à lumine rationis, & diuinæ legis, non statim redit homo ad illud lumen in quo prius fuerat, sed requiritur aliquis motus voluntatis contrarius primo motui, sicut aliquis distans ab aliquo per aliquem motum, non statim cessante motu sit propinquus, sed oportet & appropinquet, rediens per modum contrarium. Et si ita obijcitur, Hoc modo se habet macula ad peccatum, sicut vmbra in camera ad clausionem fenestræ, sed cessante clausione fenestræ, non remanet vmbra in camera, ergo cessante actu peccati, non remanet macula in anima. Respondet doctor sanctus, quod non est omnino simile, quia aër semper est in æquali habitudine ad recipiendū lumen, ideo statim transit vmbra. Sed remoto actu peccati, non remanet anima in eadem habitudine ad deum, & ideo non est similis ratio. Et sic patet quod post peccatum remanet peccati macula. Et confirmatur per illud quod habetur Iosue vltimo capitulo. An parum vobis est, quod peccastis in Beelphegor, & vsque in præsentem diem macula huius sceleris in vobis permanet? Si autem quæras vbi sit hæc macula, quia non videtur nec apparet in quo sit, Responsio, quod est in loculo conscientiæ, quia sicut mortuus statim ponitur in ferretro, in loculo, quia horrēdum esset videre hominem mortuum, etiam cùm quis peccauit mortaliter, mortuus est. Peccatum enim cùm consummatum fuerit, generat mortem, inquit Iacobus primo capite, & reddit peccatorem in anima turpiorem, & fœtidiorem cunctis cadaueribus mortuorū, & similem

Quo pacto macula peccati anima inficiatur.

similē diabolo in macula peccati, & similē horrorē causſat de diabolo & peccatore dānato, quia simile est videre dęmonē in figura dęmonis, & peccatorē saltē obstinatū & dānatum cū macula peccati. Ideo hæc macula abscōditur in loculo cōscientiæ, nec inde recedit quousque deus accedit ad peccatorē, per gratiā prēuenientē, & tangit loculū conscientiæ per cōtritionē & displicentiā condignā & sufficientē, de tali accessu & tactu dicit the. Accessit & tetigit loculū. Notandum est quod triplex inuenitur in sacra script tactus Christi.

Primus omnino corporalis in quo tangens & tactum est corpus,

Secundus omnino spiritualis, in quo tangens & tactum est omnino spiritus,

Tertius partim spiritualis & partim corporalis, in quo tangens est spiritus, & tactum est corpus.

Primus est omnino corporalis. Vnde sciendum est quod iste fuit in miraculis Christi, quādo tangendo sanabat oēs infirmitates, vt patet in multis locis scripturarū & euāgeliorū, & principaliter in prēsenti euāgelio. No. historiā. Vnde de isto tactu dicitur Lu. 6. Omnis turba quærebat eū tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat oēs. No. virtus. Duplex enim erat virtus in Christo. Vna diuina, per quā erat omnipotens, sicut pater, & spiritus sanctus, & hac virtute principaliter faciebat miracula, & sanabat oēs infirmitates. Vnde psal. Qui sanat oēs infirmitates tuas. Et ideo in omnibus infirmitatibus nostris debem⁹ ad eū principaliter recurrere, quia est summus medicus, vt det sanitatē, si sit vtilis pro salute animę nostrę. Alia est virtus in Christo humana, & ministerialis, & meritoria, quia pœnę, labores, & mgrita Christi deseruiebant nobis: his enim nobis meruit, sicut caput membris: & hęc erant excellentissima in Christo: & excellentiora in beata virgine, quā in ceteris sanctis alijs, à Christo: & excellentia in ceteris sanctis Et ideo ad ipsos recurrere debemus in infirmitatibus nostris, & prius in spiritualibus quā in corporalibus, quia spirituales infirmitates maiores sunt. Venerunt enim primitùs infirmitates corporales propter spirituales. Et frequenter si aliquid patimur, corporaliter peccata nostra meruerunt, & ideo debemus prius primò deprecari deum, vt sanet has infirmitates spirituales ad tactū absolutionis sacerdotis, & debemus facere quod in nobis est. Et tūc cessante causa, cessabit effectus. Nā vt habetur Mat. 6. Quotquot tangebant eum, salui fiebant. Si dicas, nō possum corporaliter tangere Christum, Responsio, quia licēt non possis eum tangere in propria persona, potes tamē tangere eius sacramēta, in quibus reliquit virtutē sanandi oēs infirmitates, non solū spirituales, sed etiam corporales, & ideo si es infirmus, veni ad cōfessionē, si ponderosus, vade ad confirmationē, & hoc tantū semel, & confirmaberis nō tantū spiritualiter, sed corporaliter. Ecce quomodo Christus tangebat

Duplex virtus in Christo respectu miraculorum.

omnes,

omnes, & quō tāgit nos tactu corporali. Secundus tactus est omnino spiritualis, quia deus qui tangit est substantia spiritualis, & cōscientia nostra quę tangitur est spiritualis, quare debetis scire quod tunc cōscientia nostra tangitur à deo, quando immittit nobis remorsum cōscientiæ, & cognitionem peccatorū, cùm peccator redit ad se, & cogitat suum statum superbum & pōposum quem ducit, & quō per superbiam rebellis fuit, & inobediens deo, & superioribus, & cogitat vlterius lites, & iniurias, & diffamationes, & blasphemationes nominis domini & sanctorum, quas ore misero protulit, & vlterius procedēs cogitat furta, vsuras, & fraudes, comessationes, ebrietates, & luxurias, in quibus vixit, & finaliter tēpus dolenter considerat, q̄ per acidiam suam perdidit, & breuiter sūmariè cogitat quod nihil boni fecit, & cogitat exinde & cōsequenter, quod si in tali statu decedat, damnatus erit in anima, & consequenter post diem iudicij in corpore & anima. Hæc omnia bene cogitans & reuoluens intra se exclamat di. O miser quid facis, & quid cogitas, quare non audas te vt te emendes? aliàs tu perditus es. O qualis stimulus. O qualis punctura spinarum. Antea punctura non ita conturbabat eum, sicut ista. Quod patet per experientiā in lachrymis, Nunquā pūctura calcaris fecit ita citò currere equū, sicut aliquando ista punctura peccatorem facit citò relinquere peccatum. De quo habemus exemplum Act. 9. de beato Paulo, qui plusquā ceteri Iudæi erat feruens in persecutionem christianorū. Sed subitò circumfulsit eum lux de cælo, & cecidit in terrā, & statim cōtinuè habuit cognitionē magnitudinis sui peccati. Et taliter fuit tactus s. stimulo remorsus conscientiæ, q̄ stetit tribus diebus, & tribus noctibus, non manducans neque bibens, sed incessabiliter plorans, gemens, & orans deū vt sibi parceret, & indulgeret sibi peccata, licēt iam pepercisset. Et quid significabat illa lux corporalis, quę circūfulsit eum? profectò significabat lumen spirituale inspirationis diuinæ, quæ taliter remordet eum, & punxit, vt statim curreret à profundo inferni vsque ad tertiū cęlum, in quod fuit raptus, & de statu peccati ad statū gratiæ, & de esse multum longè & distante à deo ad esse multum prope ad deū. Ecce mirabilis punctura, & valde pungens aculeus. De quo ibidem dicitur, Durum est tibi cōtra stimulum recalcitrare. Et nota bene durū. Nā vt ait doctor sanctus, Hic instinctus quādoque non pertingit ad finē suum, nō ex defectu sui, sed ex obstinatione peccatoris, qui rebellis est, & inobediens, qui propter quācunque inspirationē, quā immittit ei deus, nō vult dimittere peccata sua, & aliquoties aliqui pluries punguntur, qui tamen instinctum dei & spiritus sancti nō sequuntur, quod est magnū signum reprobationis. Et tales grauius peccant q̄ alij qui nō habēt tales inspirationes, vel nō tot, & ideo grauius puniuntur, quia si peccant qui faciunt aliquod bonū cum remorsu cōscientiæ

scientię errantis à fortiori, illi peccant faciendo aliquod malū cum remorsu conscientiæ non erranus. De istis dicitur, Dura ceruice, & incircuncisis cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto resistitis. Act. 7. Ecce quare dicit, Durum. Verum hic instinctus quādoque pertingit ad finem suū, s. iustificationis, vt in illis qui emendantur & obediūt inspirationi diuinæ, & tactui diuino, de quo tactu scribitur. 1. Reg. 10. Abijt cum Dauid pars exercitus, quorum deus tetigerat corda. Dauid interpretatur manu fortis, per quem intelligo hunc stimulum, qui est ita fortis, q̄ conuerti facit peccatorem, quod est difficilius quām cælum & terrā creare, vt dicit beatus Augustinus de quo vide S. Tho. 1. 2. q. 113. de iustificatione impij. Et hoc stimulo pungunntur & procedunt peccatores quando conuertuntur. Et ideo de quolibet tali conuerso & ceteris potest dici thema. s. Accessit, & tetigit loculum. Tertius tactus est, quādo deus, qui substantia spiritualis est, tangit nos per afflictionem corporalem. Videns enim deus quod conuerti nolumus, nec per inspirationes, nec per promissiones, nec per minas, nec per exempla, finaliter ad modū boni patris posit multas minas flagellat nos virgis aduersitatum, guerrarum, fames, & mortalitatis, quæ omnia mala proueniunt à deo principaliter, quia vt habetur in Amos 3. Non est malum in ciuitate, s. mundi, & corporale & pœnę, quod dominus non fecerit. Si enim habetis guerram, & aduersarij deprędantur equos vestros, hoc malum facit dominus principaliter, sed instrumentaliter aduersarij vestri illud faciunt. Et si inferat, Ergo non peccant, quia executor diuinæ iustitiæ iudicis nō peccat, quia executor est iustitiæ. Respondeo q̄ peccant, & nō est simile de tali executore iustitiæ, quia talis nō peccat, quia est ei iniunctum à iudice. Deus autem non iniunxit istis vt facerent, licèt dederit sententiam quod illi paterentur, & est simile. Si iudex dedisset sententiā contra aliquem latronem, qui esset adhuc in nemore, & aliqui causa venandi, vel consimili, post sententiā latam transirent per nemus, & reperirent latronē in habitu mercatoris, qui cogitantes q̄ habeat pecunias, occiderent eum, nihil scientes de sententia iudicis, nunquid illi eum interficientes homicidæ essent? Certè sic. Sic à simili est propositio. Itē dicendum est cōsimiliter, si perdis aliquid, Manus domini tetigit me. Iob 19. Not. enim, q̄ hæc manus habet quinq; digitos. Primus vocatur pollex, qui virtute est super oēs alios digitos, per quem intelligo potentiā diuinā. Dequa Iob 19. Non est qui de manu tua possit eruere. Nota quod legitur de quadam ciuitate obsessa, quæ in necessitate quadam extrema constituta misit ad quendā ducē, vt eis subueniret. Tunc ille dux remisit nuncios di. Est ne inquit ciuitas vestra superius cooperta, vt ira dei super eam descendere nequeat? quod si ita est, veniam & defendā vos, si nō, tunc peccata vestra contra irā dei ego defendere

non

non audeo. Secundus digitus est iudex, per quem intelligo discretionem dei in punitione nostra, quia nunquam punitur nos vltra cõdignum, quod debet nos extrahere à murmure contra deum. Tertius digitus est medius, per quem intelligo benignitatem diuinam, quia per hanc aduersitatem reconciliamur deo, si patienter tolleremus, de quo psal. Fiat manus tua vt saluet me, quoniam mandata tua elegi, cõcupiui salutare tuum domine, & lex tua meditatio mea est. Erraui sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuum domine, quia mandata tua nõ sum oblitus. psal. 118. Quartus digitus est medicus, quia per hanc aduersitatem habemus medicinam non solùm curatiuam peccati, sed & præseruatiuam. Iob 15. Increpationem domini nõ reprobes, quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum. Quintus digitus est auricularis, per quem intelligo exauditionem orationum. Vnde psal. Oculi omnium in te sperant domine, & tu das escam illorum in tempore opportuno. Aperis tu manũ tuam, & imples omne animal benedictione. psal. 144. Et de talibus personis nostrum potest dici thema, videlicet, Accessit & tetigit loculum. Deo gratias.

Dominica XVII. post Trinitatem. *Sermo I.*

OMnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Verbum istud habetur textualiter Lu. 14. & recitatiuè in euangelio hodierno. Sermo noster in præsenti erit de sancto euangelio hodierno huius dominicæ, & habebimus multas bonas doctrinas intellectuales, & instructiones multas morales. Sed prius salutetur beatissima virgo Maria &c. & resumatur thema. Omnis qui se exaltat humiliabitur &c. in sancto euangelio hodierno huius dominicæ habemus quatuor doctrinas à Christo, ad informationem & ordinationẽ totius vitæ nostræ. Vita enim nostra debet esse ordinata quadrupliciter.

Primò erga se,
Secundò erga pauperes,
Tertiò erga inimicos,
Quartò erga amicos.

Ista quatuor ostendit Christus. Primò quod simus ordinati, quò ad nosmetipsos, per virtutem temperantię. Secundò quo ad proximos nostros per virtutem misericordię. Tertiò quo ad inimicos nostros per virtutẽ beneuolentiæ. Quartò quo ad amicos nostros per virtutem modestiæ, scilicet in bonis & ordinatis moribꝰ, verbis, & sic de omnibus alijs, non superbiendo in conuersatione: & de isto loquitur propositum thema, Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur. Dico primò quod simus ordinati, quo ad nosmetipsos, per virtutem tẽperantiæ. Tunc enim homo est ordinatus

natus in vita sua, quando in cibo & potu scit tenere temperantiam, quando recipit solùm necessitatem ad sustinendũ corpus, vitãs superfluitates & excessus, in hoc stat virtus temperãtię. Modò audite istã virtutem, quomodo Christus ostendit eã, sed secretè in principio euãgelij. Cùm intrasset Iesus &c. vsq; ad, obseruabant eum. Ista verba indigent declaratione. Sciendum qꝺ Christus in hac vita humanis mundi seruauit magnã paupertatem, ad ostendendum qꝺ homo non debet se nimis dare in istis mũdanis rebus, quia hodie vel cras sunt relinquendæ, & intãtum voluit esse pauper, quòd non habuit domum, cameră neq; cellam. Ideo quãdo inuitabatur ad prandium cum discipulis, recipiebat pro sustentatione naturæ necessitatem, sine qua natura humana non posset viuere. Recipiebat temporalia, sed bene soluebat in orationibus, & communibus instructionibus. Ideo dicit Apost. in persona sua, & aliorum apostolorũ, Si nos vobis spiritualia seminamus, non magnum est si nos carnalia vestra metamus &c. 1. Cor. 9. Ideo & Dominus ordinauit his, qui euangelium annunciãt, & de euãgelio viuere. Et istum modum Christus seruauit. Ideo Iudæi inimici Christi & maximè Pharisæi, qui erãt maiores, & doctores ipsius legis, qui inuidebant Christo de honore, miraculis, & sequela sua, propter quod tenuerũt cõsilium, vt in aliquo possent eũ confundere, & reprehendere, vt diffamarent eũ. Ideo dixit vnus magnus princeps pharisæorũ, Iã scitis quomodo ipse recipit cõuiuium. Ideo inuitabo eũ & dabo sibi multas escas, & de multis vinis &c. & dissoluet se in verbis, & sic cognoscetur qs est, quia communiter quando homo bibit bis vel ter, homo discõponit se loquẽdo indiscretè per trãsuersum &c. ante prãdiũ verò homo est totus cõpositꝰ, & loquitur homo discretè, & credebãt qꝺ Christꝰ discõponeret se. Ecce quale consiliũ, & qua ratione inuitabat eũ ille princeps pharisæorum. Sed ecce quid prophetauerat Salomon, Non est sapientia, non est prudentia, non est concilium contra Dominum. Prou. 21. Tripliciter bellabant Iudei contra Christum vt confunderent eum. Primò per sapientiã. Illi doctores superbi & inflati veniebãt ad sermones suos, dicẽdo: Iste homo qui nunquã habuit magistrum, nec fuit in studio, vult prædicare, impossibile est quin dicat multos errores, & stultitias, & obseruabant eum. Ideo Salomon dixit. Nõ est sapientia cõtra Dominũ, quia ipse est fons sapientię. Secundò per disputationes, quia faciebant sibi quæstiones de theologia subtiles, quas ipsi nesciebant determinare, di. Videamus iste faber lignarius quid dicit ad istã &c. Ideo Salomõ dixit, Non est prudentia, s. disputandi cõtra dominum. Tertiò Iudæi bellabant contra Christũ inuitãdo. Cũ enim illis primis duobꝰ modis nõ poterãt cõtrà eum, tenuerunt cõsilium vt inuitarẽt eũ &c. Sed dicit Salomon, Non est consilium cõtra Dominum, Modò intelligitis principium

euangelij. Postquã Christus prædicauerat in die sabbati, ille princeps phariseorũ accesit ad eũ, & inuitauit eum di. Magister ex quo dedistis nobis bonum prãdium spirituale, placeat vobis mecũ recipere prãdium corporale. Et Christus acceptauit. Dicatur quomodo cũ magno honore fuit ductus ad domum, vbi erãt mensę paratę. Et Christus benedixit di. Oculi omniũ &c. No. cùm dicit, manducare panẽ. Quæstio. Non dabat ille princeps nisi panẽ in cõuiuio? Respõdeo q̃ in scriptura panis recipitur pro omni prouisione & esca. Vnde legitur 4. Reg. 6. de militibus qui venerũt ad regnum Israel, de quibus dixit propheta regi, Pone panem & aquã corã eis, vt comedãt & bibant, & vadant ad Dominũ suum. Et sequitur, Appositaque est eis ciborum magna præparatio, & comederunt & biberũt. Ita etiam hic ille princeps præparauit multas escas triplici ratione. Primò propter festum, quia dies sabbati. Secũdò quia ipse erat magnus princeps. Tertiò, quia ipse inuitauerat multos pharisæos & doctores, vt in aliquo possent eum cõfundere. Item alia expositio. Cùm intrasset Iesus in domum cuiusdã principis pharisæorum sabbato manducare panẽ. Nõ dicit euãgelium q̃ ille inuitasset eum ad manducandum panem, sed cũ intrasset Iesus &c. quia talem modum tenebat Christus, q̃ plus manducabat de pane quàm de alijs. Dicatur practica quomodo ponebantur coram eo diuersi fructus, & dabãtur diuersa vina &c. & ipsi obseruabant eũ si comederet de omnibus &c. sed ipse comedebat cõpositè & sobriè. Itẽ fortè prononebant diuersa verba, & truffas, & risus, sed ipse fons virtutum fuit adeò cõpositus, & tã temperatus, q̃ nõ poterant ipsum in aliquo cõfundere vel reprehendere. Hic dico ego q̃ docet nos exẽplo virtutem temperãtiæ, sicut iã verbo prædicauerat eã dicẽs: Attendite vobis ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Luc. 21. Nota, attendite vobis, quãtum ad corpora, quæ destruuntur nisi teneat homo tẽperantiam. Quot homines sunt qui habent morbũ caducum ex superfluitate cibi & potus, quia sicut quando olla bullit, ascendit humiditas, ita de stomacho ascendit gutta, & cadit illa gutta super cor, &c. Quot homines ex vino habent oculos lippos, os rubicundum &c. & perdunt visum, & debilitantur in membris. Nam vini est ita amicabile naturæ, q̃ omnia membra quærũt illud, & prodest homini & eius membris temperatè sumptum, & lymphatu. Quot homines perdunt bonum colorem faciei ex vino, & videntur quasi semimortui, habẽt anhelitum fœtidũ, perdunt dentes, habet dolorẽ ex humiditate vini, patiũtur in stomacho, quod est ex superfluitate, superfluitas cibi non potest decoqui, ideo sunt multi leprosi. Sed qui tenet temperantiam, habet bonum caput, intellectum clarum, bonos oculos, bonum colorem, bona membra, longæ vitę est, & poterit diu seruire Deo. Ecce quare dicit, Attendite vobis ne grauentur

grauentur corda vestra, s. per intemperantiam. De omnibus istis auctoritas, Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnẽ escam. Ecclesiast. 37. Nota, auidus, Nam prima digestio debet esse in ore, secunda in stomacho. Sunt enim aliquæ bestiæ, quæ ruminant, & si esca non sit bene in ore masticata, non potest coqui in stomacho. Item non effundas te super omnem escã. Ratio, quia non omnes sunt vnius digestionis, sicut non omnes sunt vnius decoctionis in olla &c. In multis enim escis erit infirmitas, quia grauant stomachum. Propter crapulam multi obierunt. Dicunt medici q̃ plures interficit gula quàm gladius, licèt multi moriantur in bello prælijs. Sed qui abstinẽs est, adiciet vitam. Ecclesiast. 37. Dicatur de magno Alexandro, quando vidit Bragmãnas antiquissimos, interrogabat qualem vitam seruabant, & quam medicinam, vt tantum viuerent. Respõderunt q̃ tẽperantiam, solùm semel in die comedẽbãt, & de vno cibo solũ. Ecce quare dicit, Attendite vobis. Quãdo dicit corda dicit, ne grauentur corda vestra, id est animæ. Hoc maximè intelligunt clerici, religiosi, & personæ deotæ, quando multum comedunt, vel nimis cœnant, nõ possunt ita surgere, & dormiunt in matutinis seu orationibus suis. Ecce quomodo grauantur, id est deprimitur anima. Vnde sciendum q̃ Deus ordinauit hominẽ medium inter angelos & bestias. Angeli sunt spirituales, homo verò vtrunque, bestiæ sunt substantiæ corporales, homo verò vtranque naturam in se habet. Et si homo viuit spiritualiter secundum animã, est similis angelis. Sed si homo viuit secundum sensualitatẽ, & secundũ corpus, bestijs similis factus est, secundũ illud psal. Homo cũ in honore esset, nõ intellexit, cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus, & similis factus est illis. Dico enim q̃ homo ex peccato superbiæ, auaritiæ, luxuriæ, iręe & acidiæ, efficitur similis iumẽtis. Sed ex peccato gulæ efficitur minus q̃ bestia, quia bestia transibit cum onere per viam strictam, petrosam &c. & homo ebrius non potest se portare per viam latã & planam, immo cespitabit & corruet &c. Ideò asinus vel equus, ex quo biberunt aquam etiã turbidam, si pòst per papam vel regem inuitarentur, non biberent, & tu, si inuitat te aliquis, bibis, &c. ideo plus quàm bestia es gulosus. Ecce Christus verbo & exemplo ostendit nobis virtutem temperantiæ. Dico secundò &c. Ex quo visum est quomodo nos habere debemus erga nosipsos, videndũ est quomodo erga pauperes nos habere debem⁹ per virtutẽ misericordiæ, s. subueniendo eis de bonis temporalib⁹, & spiritualib⁹. Hoc ostẽdit ibi, Et ecce homo quidã hydropic⁹. vsq; demisit. Pro huius intellectu sciendũ est q̃ doctores & pharisęi erãt in quodã errore & falsa opinione, dicendo q̃ die sabbati nullũ erat opus faciendum, medicinam infirmis non dare, ita q̃ non deberet eis dari purgatio, nec syrupus, nec fieri vulneris apertura, vel simi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lia, dicentes q̄ festū frāgebatur. Sed hoc est error, quia festum solū frāgitur ex operibus corporalibus & seruilibus, vt fodere, secare ligna, suere, nere, & similia, aperire operatoria, ambulare per viā &c. Nam his operibus frāgitur festū. Deus dedit nobis sex dies, & retinuit sibi vnum. Ideo nolite tangere partē suā. Non facietis mercimonia, vel cōtractus in diebus festis. Propter fractionē festi veniūt siccitates, fames, mortalitates, tempestates &c. homo vult lucrari & perdit magis. Vult enim Deꝰ q̄ sicut ipse quieuit in die resurrectionis glorioſus, ita & nos quiescamus. de cōie. dist. 3. in prin. Omnem diē dominicū ob reuerentiā resurrectionis Domini de vespera vsq; ad vesperā precipimus celebrandū. Et Christianus qui nō seruat festa, videtur q̄ nō credat Christi resurrectionē. Possumus enim facere opera necessaria pro infirmis cōtra illorū errorē. Videntes ergo Iudæi æmuli Christi q̄ nec in cōuiuio poterāt eū reprehendere in aliquo, ordinauerūt vt hydropicus quidā poneretur corā Christo, qui nō audebat petere sanitatē, quia culpassent eum de sabbati fractione. Sed respiciebat Christū. q. d. Domine ante te omne desiderium meū &c licēt ore nō audeā dicere, propter istos q̄ditores, qui interficerēt me. No. misericordiā Christi. Cū ille hydropicꝰ nō auderet appropinquare ad Christū, neq; petere eleemosynam sanitatis, propter inimicos Christi circunstātes, Christꝰ benignē surrexit de mēsa, portās eleemosynā sanitatis quā indigebat. Licēt in mēsa manēs solo nutu potuisset ipsum sanare, tamen voluit surgere, & ire ad ipsum, & tāgere, dās nobis exēplum misericordiæ. Et pharisēi intra se dicebāt, Nūc potest accusari, quia fregit festū. O stulti, dico enim q̄ hic Christꝰ ostendit virtutē misericordiæ, & quomodo erga pauperes debemus nos habere dādo & mittendo eleemosynā. Dicatur contra illos qui habent aurē surdā corā pauperibus, vosmet vel per alios mittatis eleemosynā, & sic filij nutrientur ad opera misericordię. Ideo di. quomodo potueris, ita esto misericors, si multū tibi fuerit, abundāter tribue, si autē exiguū, libēter impertiri stude. Tob. 4. Dico tertiò q̄ ostēdit quomodo debemꝰ nos habere ad inimicos p virtutē benuolentię, cū dicit: Et respōdens Iesus dixit ad legispertos vsq; respondere illi. Ex quo curauit hydropicū, dedit ei eleemosynā corporalem, & dedit eis eleemosynā instructionis spiritualis. Mat. 5. Audistis quia dictū est antiquis. Diliges amicū tuū, & odio habebis inimicū tuū. Ego autē dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderūt vos &c. Ecce benuolētia quā eis ostēdit, dās nobis exemplū quomodo ad inimicos nostros nos habere debemꝰ exēplo suo. Dico quartò q̄ ostēdit quomodo cū amicis sit conuersandū per virtutē modestię, nō superbiēdo &c. hoc ostēdit cùm dicebat ad inuitatos &c. In histor. euāge. mysticè loquitur Christꝰ de nuptijs quas Deus pater fecit filio, spōsa est natura humana, quia sicut

Loc⁹ in iure canonico vbi præcipitur sanctificatio dei dominica.

sicut vir & vxor nō sunt duo, Mat. 19. ita diuinitas Christi & humanitas faciunt vnam personam. De his nuptijs habetur Mat. 22. Simile est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo &c. Inuitati sunt omnes Christiani per apostolos, martyres, & cōfessores, ideo lauetis manus, sed attendatis ne velitis tenere primum locum. Primatum vult, qui se ingerit, quando vacat aliquod beneficiū vel officium, dicendo: Verè ego ero papa, & de episcopatu &c. De qualibet cura animarum iam vos vultis esse in primo loco superiùs. Quando veniet Dominus, & videbit vos qui non estis digni, nec scitis regere domum vestram, dicet: Ribalde, porce, luxurioſe, & quid facis tu hic guloſe, & pōpoſe &c. Sed simplici religioso, vel clerico, qui fugiunt, & vadunt simpliciter, dicet: O fili mi, & quid facis tu hic? ascende, & sic superiùs colloceabit eū. Omnis enim qui se exaltat, humiliabitur &c. Idem in dominio seculari, vel regimine cōmunitatum, volunt nōnulli habere primatum dicendo: Ego ero iuratus baliuus &c. quia omnis qui se exaltat in regimine se ingerendo, humiliabitur in iudicio descendendo &c. sed qui fugiunt humiliādo se, exaltātur. Aucto. Dominus mortificat, & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, Dominꝰ pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. 1. Reg. 11. Item alia, Ne glorioſus apparcas corā rege, & in loco magistrorum ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc, quàm vt humilieris coram principe. Prouerb. 25.

De eadem Dominica, scilicet XVII. *post fest. Trinit. Sermo* II.

Vade recūbe in nouissimo loco. Lu. 14. Volo nunc predicare de cōditionibus animarum &c. quia stultus est qui scit quid est de eis in alio mundo, si nō emendat vitā suā. Salutetur virgo Maria &c. Secundum q̄ clarè inuenitur in scriptura diuina, & declarat manifestè experientia, vita ista nō est nisi via, in qua cōtinuè ambulamus ad aliā vitam, intantum q̄ statim quando puer nascitur, in illo puncto incipit viam ambulandi, licèt stet in lecto iuxta matrem. Nos omnes cōtinuè ambulamus, siue comedamus, bibamus, & dormiamus &c. Hoc poteris videre per similitudinem de naui eunte per fluuium, in qua illi qui sunt intus, siue comedant, siue bibant, semper progrediuntur. Ita præsens vita cooperturarum, religioſorum, clericorū, & laicorum, vadit per fluuium temporis subitum, plusquàm sagitta vel aliꝰ, quæ ad motum solis mouetur. Quantum creditis q̄ sol ambulauerit ex quo incœpi prædicare &c. tandiu ambulamus ad mortem, comedēdo, stādo, & sedēdo. Ideo dicit scrip. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terrā, quę nō reuertuntur &c. 2. Reg. 14. Clarè ergo potestis videre quòd præsens vita est via. Et quò dicit nos? Dico quòd non vadimus omnes ad vnum locum. Quatuor enim sunt loca in alio mūdo, & omnes vadimus ad aliquē illorum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Primus est locus damnatorum intolerabilis.
Secundus puerorum irrenocabilis.
Tertius tribulatorum remediabilis.
Quartus beatorum inæstimabilis.

De vltimo dicit thema, Vade & recumbe in nouissimo &c. Dico primò &c. Iste locus est infernus, qui est in corde terræ, sicut nux domunculæ in corde pomi. Scitis qui vadunt ad istum locum? religiosi, clerici, & laici, qui tenent malam vitam, & viuunt in peccatis, & nolunt corrigere se. Sciunt de certo, & cognoscunt peccatum in quo viuunt, & nolunt se corrigere secundum regulã, quia licèt totã habeant in scriptis: magis tamen sequuntur proprios sensus, quã diuinam admonitionem, magis suam sensualitatem, quàm diuinam voluntatem, magis suã inclinationem, quàm diuinam ordinationẽ. Tales quando moriuntur, ad istum locum vadunt condemnatorũ, vbi sunt tormenta intolerabilia. Ideo dicit scriptura, præcipiẽs prædicatori vt denuntiet & prædicet de illis tormentis, dicens: Testetur illis ne & ipsi veniant in hunc locũ tormentorum. Luc. 16. Nota cùm dicit, locum tormentorum in plurali, & non in singulari, q̃ secundum quod sunt diuersa peccata, ita sunt diuersa tormenta ei correspondentia. Aliqui enim peccant, & maximè per superbiam, ornando se, & parando, vanè superbiendo, vt possint ascendere in dominio, regimine, &c. Huic peccato correspõdet vnũ tormẽtum, s. q̃ conculcantur à diabolis, quia tantum quantum in hoc mundo voluerunt esse super alio, tantum in inferno sunt sub pedibus dæmonum, sicut vuæ in torculari calcantur, & quilibet diabolus ponderat plusquàm turris, & tunc voluissent fuisse humiles. Ideo dicebat Christ⁹, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Mat. 11. Alij peccant maximè per auaritiam, in vsuris, furtis, rapinis, retinẽdo bona defunctorum, salarium seruorum, decimas & primitias &c. Huic peccato correspondet tormentum de caldarijs plenis auro & argento liquefactis, & ibi cruciantur, nec possunt mori. Ideo Christus auisando nos dixit, Attendite vobis, & cauete ab omni auaritia, quia nõ in abundantia cuiusquam vita eius est ex his, quæ possidet. Luc. 12. Alij viuunt in luxuria, vt porci, non sunt contenti de vxoribus &c. Religiosi, & clerici inhonesti, & alij, qui nõ sunt in matrimonio, faciendo corruptiones & vilissima peccata &c. Correspondet huic peccato vnum tormentum, quia ad similitudinem cyprogrilli ponũtur in vem, nec possunt mori. Ideo dicit scriptura, Abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrũm vas suum possidere in sanctificatione & honore, nõ in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. 1. Thessal. 4. Ideo refrænare debemus corpus fræno pœnitentiæ. Alij viuunt in peccato inuidiæ, maximè, s. pro regimine, vel inuident famæ alterius, vel honori, seu diuitijs. Inuidia enim nõ est nisi venenum interficiens animam, de isto prodeunt diffamationes, malę loquelæ. Ideo tormentum correspondẽs huic peccato est, q̃ mordentur à serpẽtibus, & viperis, & inflantur eorum corpora veneno, nec possunt mori. Ideo dicit scriptura, Deponentes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modò geniti infantes rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite charitatis, vt in eo crescatis &c. 1. Pet. 2. Alij viuunt gulosè, non seruant ieiunia ecclesiæ, sciunt in ieiunio audire missam. Tormentũ correspondens est esurire & sitire, quia non obtinebunt guttam aquæ sed plumbum liquefactum &c. Ideo Christus dicit, Attendite vobis ne fortè grauentur corda vestra. Luc. 21. Alij viuunt in peccato iræ cum desiderio vindictæ, nolunt parcere si in aliquo fuerunt iniuriati, factum est irremisibile, vel si parcunt, nolunt loqui nec salutare, signum est quod adhuc retinent odium. Tormentum istorum est furca magna ferrea, in qua suspenduntur, & ignis infernus, & reperduntur vices, ex quo per ignem iræ peccastis, ideo per ignem puniemini, & quia in gutture non loquendo peccauerunt, ideo in gutture cum igneo ferro punientur. Ideo Christus dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cæleſtis delicta vestra. Mat. 6. Alij viuunt in peccato acidiæ, permittunt perdere tẽpus quod Deus dedit nobis ad pœnitentiã, nõ ad cõgregandum pecunias, nec facere magnas domos, nisi ad necessitatem, quia principaliter laborare in pœnitentia debemus, sed sunt multi qui non curant confiteri in quadragesima, nec communicant in paschate, nec sciunt audire missam in dominica, nisi loquendo &c. Tormentum est quod semper verberãtur à dæmonibus, nec permittũt eos quiescere. Ideo Christus, Dico vobis q̃ nisi pœnitentiã habueritis, omnes simul peribitis. Luc. 13. Patet quare dicit, Testetur illis, supple prædicator, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. In istũ locum iuit Iudas. Act. 1. Præuaricatus est Iudas, vt abiret in locum suum. Nota, præuaricatus, id est fregit. Fregit enim legem naturæ, scripturæ & gratiæ. Legem naturæ, quia natura dictitat q̃ si homo recipit dona & gratias ab aliquo, quod homo sibi seruiat & retribuat. Iudas enim accepit gratias à Christo, quia pepercit sibi mortẽ patris, & luxuriã matris, quã duxerat in vxorẽ, & dicitur de eodem, Remisit sibi homicidiũ filij regis, dederat sibi potestatem faciendi miracula &c. fecit eum discipulum suum, apostolum, & procuratorem, & prodidit eũ. Secundò fregit legem scripturæ, quę tota ordinatur erga Messiam, vt honoretur &c. Itẽ fregit vendendo Messiã pretio vnius asini triginta denariorum. Tertiò fregit legem gratiæ, quæ dicit q̃ de peccatis faciat homo pœnitentiã, sed ipse desperauit. Ideo dicit, præuaricatus est Iudas &c. Bonum erat ei si natus nõ fuisset

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuisset homo ille. Mat. 26. Dico secūdò &c. Iste locus est altior loco dānatorum. Illuc vadunt animę puerorū sine baptismo decedentiū, ibi nō est ignis, nec dæmones sunt, nec tormenta, sed sunt ibi tenebrę, s. carētia claritatis, gratię & glorię. Illuc enim vadunt filij Christianorum, & aliorum infidelium, qui nō habent nisi originale peccatū, quia paruuli infidelium, qui actualiter nō peccauerunt, non habent nisi peccatum originale, vt filij Christianorum ante baptismū. Et quia nō sunt mūdi, Deꝰ nō vult eos recipere in paradiso. Et quia ipsi nō peccauerunt peccato personali, non dat eis pœnam inferni, mittit eos ad illum locum, peccato originali debitum irreuocabiliter. Vultis intelligere rationem, & scietis quid est peccatum originale? Iam scitis quando in aliqua villa sunt aliqui leprosi, eiiciuntur de villa, & separātur, nō ex peccato aliquo ipsorum, quia forte erāt bonæ vitæ, sed ex illa infirmitate, nec datur eis aliqua pœna seu molestia. Imò fiunt eis eleemosynę, sed q̄ sint separati. Et ita ordinauit Deus, Num. 5. Locutus est dominus ad Moysen, dicens, Præcipe filijs Israël, vt eijciant de castris omnem leprosum. Idē in proposito, peccatū originale nō est factum à creatura, imò displiceret tibi sicut leproso illa infirmitas, sed venit ex corruptione, s. illius carnalis generationis, quia si aliter Deꝰ crearet hominē, sicut formauit Adā & Euā, sine illa carnali generatione non haberet peccatum originale. Sed ex illa vili generatione anima efficitur leprosa. Ideo Deus non vult eam habere in paradiso, sicut nec vos leprosos vultis habere in villa, in societate vestra. Ideo separantur in illo loco, qui dicitur limbꝰ puerorum, quia originale peccatū est tā fortis lepra, q̄ nō potest curari nisi balneo baptismi, quod Christꝰ ordinauit. Ideo anima ante baptismū est ita turpis, q̄ nō posses sustinere eiꝰ aspectū. Sed post est ita pulchra, q̄ si posses eā videre, nolletis comedere nec bibere &c. Ideo dicit Iob 14. Quis potest facere mundū de immundo cō ceptum semine? Nōne tu qui solus es? Auisentur hic mulieres quādo sunt grauidę, quia si debet esse masculus, in quadragesima die habet animā. Si fœmina, duplicātur dies, quia est frigidioris cōplexionis, ne tripudient, nec equitent. Item viri auisentur ne malè tractēt vxores suas. Dicatur quādo animę talium sine baptismo decedentiū vadunt ad portā paradisi, petentes ibi recipi, dicentes se nō peccasse &c. Dicit eis Christus: Respicias te quomodo es leprosus &c. remittit eum ad socios suos. Et si omnia bona mundi fierent q̄ illis, non possent reuocari ab illo loco. De illo loco Deus facit quæstionem Iob. di. Si nosti omnia, indica mihi, in qua via habitet lux, & tenebrarū quis locus sit. Iob. 38. Iob nesciujt respōdere, sed Christus declarauit q̄ via lucis est baptismus, per ipsum enim vadimus ad lumē glorię. Et tenebrarum locus est limbus puerorū. Nō credaris q̄ habeāt tenebras omnimodas. Imò habent intellectū clarū, & disputāt

Quoto die à cōceptione anima rationalis infunditur.

&c. Sed nō habēt lumen Dei nec glorię. Modò cogitate quod peccatū est illorū, ex cuius vel quorum culpa tales pueri moriūtur sine baptismo. Et in iudicio petent iustitiā à Christo de patre vel matre, vel matrina, seu sacerdote, si nō dicit bene formā, vel de illis qui secretè occiduot, ne peccatū diuulgetur, & de illis qui cōsentiūt. Auisetis vos, quia de maximis peccatis mundi est occidere corpus & animā. De isto loco dicit Christus cuilibet puero illorū allegoricè, Ecce, inquit, est locus apud me, & videbis posteriora mea, facię autem meā videre non poteris. Exo. 33. No. videbis posteriora &c. In Christo primum est diuinitas, posterius humanitas. Dicit ergo q̄ videbit posteriora, s. corpus cū suis membris in iudicio, facię autem meā. i. diuinitatem videre nō poteris. Dico tertiò q̄ est alius locus tribulatorum remediabilis, s. purgatorium. In isto est ignis, s. flāma pura, quæ Dei volūtate durat & durabit vsq; ad iudicium, & pōst nō erit purgatorium, & cruciat animas, & est quasi puteus, sed latus & profundus, & animæ stant intus, aliquæ intra ignē, à cingulo, & inferius. Anima enim omnia membra habet, sed illa membra sunt spiritualia, sed corpus carnalia membra habet. Ad istum locum vadunt personæ quæ licèt peccauerunt, tamē de bona hora cōuertuntur ad Deū &c. seruāt Dei mandata & ecclesię, tales sunt in gratia. Sed quia cōmuniter pœnitentia, quæ datur à cōfessoribus nō est tanta quantum peccata requirunt, tamen habet virtutem quando seruatur liberandi à pœnis inferni. Ideo in purgatorio cōplent residuum. Dicatur practica quomodo anima portatur à bono angelo, & cōfortatur ab eo. De isto loco dicit Iob, Habet argētum venarum suarum principia, & auro locus est in quo cōflatur. Iob. 28. Nullus intrat purgatorium, nisi sit aurum vel argentum, aurum, s. per charitatem, argentum per claritatem fidei, sine dubio, sine errore, & falsa opinione, & per soni claritatem, s. dicendo Credo in Deum, quolibet die mane & sero cū protestatione. Multi sumunt argentum, sed nō sonant dicendo: Credo in Deum &c. Ideo dicit, Habet argentum, s. fidei, venarum suarum principia. Christus est principium. Ioan. 8. Ego sum principium qui & loquor vobis. Venę sunt apostoli, & per istas venas fides venit ad vos. Auro. i. Christiano, quia in purgatorio non intrat Christianus qui habet claritatem & gratiā Dei, locus in quo cōflatur. i. purificatur. Pro isto loco ecclesia petit pro defunctis, Dona eis requiem, & locum indulgentiæ, s. purgatorij. Et dicitur locus indulgentiæ propter suffragia, quia intantum posset quis iuuari suffragijs, quòd mox liberaretur. Dico quartò quòd locus beatorum est inæstimabilis, s. cælum empyreum. Et de isto dicit the. Vade, s. in hac vita taliter, vt possis quiescere in nouissimo loco. Scitis qui vadunt ad istum locum? illæ personæ sanctæ, & perfectæ, quæ licèt peccauerunt, faciunt tamen tantam pœnitentiam, & habent tantam

contritionē de peccatis, & propositū nō redeundi ad peccata, quòd citiùs vellēt mori, q̄ recidiuare vellēt in peccatum, & cōfitentur sępissimè, & cōmunicāt cū magno feruore charitatis, ieiunāt nō solū ieiunia ecclesiæ, portant cilicium, plangunt se intātum q̄ maius est bonum q̄ malum quod fecerunt. Tales habent hic purgatorium: Nunquid vobis videtur purgatoriū, portare cilicium? Idem est dicendū de alijs. Ideo quādo moriuntur tales, statim euolāt ad paradisum, & ab angelis portantur in cælū, vt spōsa ducitur ad ecclesiam, qui eleuāt animā, quēadmodum cantatur de beata Maria Magdalena. Et ergo multum prodest hic facere pœnitentiā. De hoc Dauid fecit vnū Psalmū in persona animæ sanctæ dicens, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. No. Dominus regit me, ad seruandū bonā vitā, & mādata sua. Et si aliquādo peccaui, feci tantā pœnitentiā q̄ nihil mihi deerit. Dico vobis q̄ omnes labores pœnitētiales deberēt esse vobis dulcissimi, vt possetis illā gloriā acquirere, de qua dicūt sancti, Vidimus terrā valdè opulentā & vberē, nolite negligere, nolite cessāre. Eamus vt possideamus eā, nullus erit labor. Intrabimus ad securos in regione latissimā, tradetq̄ vobis Dominus locū, in quo nullius rei est penuria. Iudi. 18. No. vidimus, s. per scripturā, & per sanctā cōtemplationem, terram, s. beatorum, valdè opulentam, vbi nō erit penuria alicuius rei, nullus erit ibi senex, nec infirmus, nec habens dolorem, sed gaudium consolationis. Ergo vade & recumbe &c. Deo gratias.

De eadem dominica. XVII. post Trinitatem. *Sermo III.*

Ascende superiùs, & tunc erit tibi gloria. Istud verbū habetur textualiter Luc. 14. Pro declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicādæ in præsenti, sciendū secundum q̄ clarè inuenitur in scriptura diuina, magna differentia est inter principiū hominis & finē, quia principium hominis est in hoc mundo, & finis in cęlo. Principium enim est in vtero mulieris. Nam quando cōceptum & formatū est corpus, & membra in vtero, anima in illo creatur, & incipit viuere homo, & pòst nascitur &c. Sed finis est in cęlo. Nō creauit nos Deus ad diu habitandū in hac vita, vt patet, sed ad cōsequendum gloriam paradisi. Ideo dicit scriptura, Non habemus hic manentē ciuitatē, sed futurā inquirimus. Heb. vlti. Nota, nō habemus hic manentem ciuitatem, vel villā, vel castrum &c. Ecce diuersitas inter principiū & finē hominis est. Non est sic de animalibus & auibus, quia sicut habent principium in hoc mundo, ita etiā & finē, quando enim moriuntur, totum resoluitur in quatuor elementa. Et ecce signum huius quod Dominus dedit nobis. Omnia animalia respiciunt ad terrā, & vadunt curua, quasi vellent dicere, si scirent loqui, Nos nihil habemus in cælo, sed in terra. Nos verò solùm cum plantis tangimus terram, ostendentes q̄ in terra habemus initium. Sed sumus erecti, & ad cælum respicientes quasi ad domum nostram. Et licèt corpora incinerētur, tamē in iudicio resurgēt, & simul cum animabus ascēdent in cęlum. Aucto. Nostra cōuersatio in cælis est, quantum ad animā, vnde & saluatorē expectamus Dominum nostrū Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratū corpori claritatis suæ, ad Phil. 3. Patet differentia inter principium & finem hominis. Ideo dicit thema, Ascende superiùs, & erit tibi gloria, primò quātum ad animā, & post iudicium simul in anima & in corpore. Patet thema. Modò diceret aliquis vestrūm, Ego bene libēter vellem ascendere, quia licèt habeamus hic principiū cōceptionis, formationis, & creationis, & nutritionis, tamen bene video q̄ nō possum hic remanere, & vellem ascendere, sed per quā scalā possumus ascendere nescio, sed opto scire. Propter hoc volo vobis modò ostendere scalā, & recipiam fundamentū à quadam relatione facta Iacob, qui quadam nocte vidit scalam stantē super terrā, & cacumē eius tangebat cælum, & angelos quoque Dei ascēdentes & descendētes per eam, & dominū innixum scalæ. Gene. 28. Illa scala est bona vita, quia si ad cælum volumus ascendere, per istā nos oportet transire, quia in paradiso nullus intrat ratione generis, prælationis, dominij temporalis, nec diuitiarum, nec scientiæ. Nota cùm dicit, Stantem super terram, quia bona vita hic habet suum principium, quod est recedere à peccatis, à mala societate, & facere pœnitentiam, confiteri, satisfacere, parcere inimicis &c. Cacumen eius tangens cælum, quia bona vita hic incœpta, & continuata, ducit ad cælum. Angelos quoq; ascendētes, quia per scalam bonæ vitæ aliqui ascēdunt, & aliqui descendunt. Ascendunt illi qui incipiūt bonā vitam, & continuant eam de bono in melius. Sed descendunt qui incipiunt cū magno feruore, sed paulatim refrigerātur, vt aqua calida remota ab igne frigescit, & reuertuntur tales ad pristinum statum, vel efficiuntur peiores. Ideo Dauid, Ascēdunt vsq; ad cęlos, scilicet illi qui perseuerant, & descendunt vsque ad abyssos, s. qui nō perseuerant, anima illorū in malis tabescebat. Et dominum innixum scalæ, quia Deus est merces & prēmium bonorum operum. Vnde dicit Christus, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Matth. 11. Ecce scala, ascēde superiùs. Declaraui vobis duo. Primò rationem quā habemus ascendere in cælum, quia ibi est finis noster. Secundò scalā, per quam habemus ascēdere. modò oportet scire gradus per quos habemus transire. Pro quo notandum q̄ septem sunt gradus in quibus stat bona vita.

Primus credentia articulorum duodecim.
Secundus reuerentia diuinorum.
Tertius benevolentia proximorum.

Quartus regentia membrorum.
Quintus diligentia agendorum.
Sextus prudentia dicendorum. *Septimus custodientia internorũ.*

Primus ergo est credentia articulorũ, ſ. ꝙ homo habeat credẽtiam fidei firmã ſine errore, dubitatione, & falſa opinione, dicens: Licẽt nõ habeã rationem de hoc naturalẽ, nec intellectu poſsim cõprehẽdere, tamẽ quia vos Domine, qui nõ poteſtis mentiri, nec decipere, nec decipi, dixiſtis hoc ore veſtro, & dimiſiſtis in ſcriptis per quatuor euãgeliſtas. & determinat idem eccleſia, ideo credo Domine. Ecce fides neceſſaria. Ratio, In omni vita primum quod eſt homini neceſſarium, eſt ſcire terminum quò vadit. Cùm ergo nos in hoc mundo ſimus viatores, & terminus ad quem ſit Deus in cælo, oportet vt à nobis ſciatur. Modò nulla alia res in hoc mundo dat nobis cognitionẽ de Deo, niſi fides. Cùm ergo di. the. Aſcende, & quò aſcendã? ſuperius, ſ. ad Deum in cælo: & quis & qualis eſt Deus? dicit fides ꝙ vnus eſt ſubſtãtia, & trinus in perſonis. Item declarat fides, quòd de illis tribus perſonis nõ pater, nec ſpiritusſanctus, ſed filius factus eſt homo, cõceptus, & natus de virgine. Fides tenet ꝙ eſt indutus de ſcarlata rubea, propter paſsionẽ & ſanguinis effuſionem, & ꝙ voluit ſuſpendi in ligno crucis, ne aliquis ſibi credens & obediens ſuſpendatur in furca inferni. Itẽ dicit fides ꝙ ſurrexit die tertia, indutus mantello gloriæ &c. Item ꝙ modò eſt ſuper omnes ex los regnans, & ſuper omnem creaturam. Item eſt indutus de albo, quolibet die in hoſtia cõſecrata. Ecce quomodo fides declarat quis & qualis eſt Deus. Oportet ergo habere credentiã articulorum ad cognoſcendum Deum. Ideo Apoſt. Credere enim oportet accedẽtem ad Deum, quia eſt, & quòd inquirẽtibus ſe remunerator ſit, ad Hebr. 11. Si ergo vis Deum cognoſcere per fidem, oportet te ſcire Credo in Deum, in quo continentur articuli fidei, & dicere quolibet mane & ſero cum proteſtatione, ſicut miles qui facit regi homagiũ. Ideo Dauid, Credidi, ſcilicet corde, propter ꝙ locutus ſum in ore, ego autem humiliatus ſum nimis in corpore. Ecce primum gradum. Secundum eſt reuerentia diuinorum. Ex quo habemus credẽtiam articulorum, requiritur quòd etiam habeamus reuerentiã diuinorum. Ratio naturalis, motus reuerentialis ad aliquem eſt ſecũdum credentiam, æſtimationem, & excellentiam quã habes de illo. Si veniat inter nos miles, facitis ſibi magnã reuerentiam, ſed maiorem duci, & multò maiorẽ regi. Item magnam reuerentiam facitis epiſcopo, maiorem cardinali, ſed multò maiorem papæ. Patet ergo ratio. Si ergo per primum nos credimus ꝙ Deus ſit infinitæ excellentiæ, & dignitatis, requiritur ꝙ ſecundum illam credentiam ſeu æſtimationem faciamus ſibi reuerentiam. De hoc dicã vnum miraculũ de biblia, de vno cæco à natiuitate, quem Chriſtus curauit, dans

dans ſibi viſum. Cui poſtquã fuit illuminatus, dixit Chriſtus, Tu credis in filium Dei? Reſpõdit ille & dixit, Quis eſt Domine vt credã in eũ? Dixit ei Ieſus, & vidiſti eũ, & qui loquitur tecũ ipſe eſt. At ille ait, Credo Domine. Et procidens adorauit eum. Io. 9. Ecce quomodo ex credẽtia ſecuta eſt reuerẽtia. Sic debet eſſe in nobis ſi habemus credentiã de Deo, portemus & exhibeamus ei reuerentiam tripliciter, ſ. in corde, in ore & in opere. In corde ei reuerentiã exhibere debemus, ſpẽ noſtrã in eo ponẽdo, ꝙ ſi non creditis ipſum in miſericordia infinitum, in potentia, & pietate, magnã iniuriã ſibi facitis, quãdo in his veſtris neceſsitatibus, ſ. pro ſanitate habenda, vel pro liberis, vel ꝙ re perdita inuenienda, vaditis ad diabolos, diuinos &c. inimicos ſuos, cũ in neceſsitatib⁹ ad Dominũ ſit currendũ, quia ipſe ſolus poteſt dare ſanitatẽ filijs. Ergo dicit, Amen dico vobis, ſi quid petieritis patrẽ in nomine meo, dabit vobis. Io. 16. In ore Deo reuerentia exhibẽda eſt, reuerẽter de Deo loquẽdo, quia ſi creditis ipſum Deũ & hominẽ Dominum noſtrũ, cùm de Domino ſit loquendũ cum reuerẽtia, etiã de Chriſto loqui reuerenter debemus. Vnde magnam irreuerentiã ſibi faciunt qui per ipſum iurãt in vaniũ, & deſpiciũt, & blaſphemãt, & enſe linguæ diuidũt &c. In opere Deo reuerẽtia exhibẽda eſt, ſi creditis ꝙ ipſe Deus ſit omniũ prouiſor, & tributor, dãs nobis prouiſionẽ de omnib⁹, triticũ in cãpis, & vinũ in vineis &c. cõſeruans omnia. Ideo meritò eidẽ ſeruire debeꝛis. Vnde magnã irreuerentiã ſibi facit qui in dominica nõ ſeruit ſibi, audiendo miſſam &c. Memẽto vt diem ſabbati ſanctifices. Sex dieb⁹ operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die ſabbatum Domini eſt. Nõ facies in eo omne opus tuũ, tu & filiꝰ tuus, ſed & filia tua, ſeruus tuus, & ancilla tua, iumentum tuũ, & aduena, qui eſt intra portas tuas. Sex enim dieb⁹ fecit Deus cælum & terrã, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo ab omni opere. Idcirco benedixit Deus diem ſabbati, & ſanctificauit eũ. Exo. 20. Tertius gradus eſt beneuolẽtia proximorũ. Habere enim debemus dilectionẽ, & bonã volũtatẽ adinuicẽ, expellẽdo odia, rãcores, & malitias. Ratio theologalis. Certũ eſt ꝙ nos portamus tantã reuerentiã Deo, ꝙ amore ſui diligimus & honoramus imagines ſuas, ſiue ſint de auro, argento, ligno, ſiue lapide, non ꝙ adoremus imagines, vt res quedã ſunt, ſicut nec adoram⁹ literas, nec aurũ, nec argentũ, & ſic de alijs, ſed honorãtur & diligũtur ratione illius quẽ repreſentant. Idẽ de imagine virginis Mariæ, & ſanctorum. Modò nulla imago Dei eſt magis propria in mundo inter creaturas corporales q̃ homo. Ad imaginem quippe Dei factus eſt homo. Gene. 9. Si ergo habem⁹ credentiã de Deo, & portam⁹ ei reuerẽtiã, oportet nos habere beneuolẽtiã ad imaginẽ ſuã, ſiue ſit de auro, vt ſunt ꝓſonæ ꝙ charitatiuę, ſiue de argento, per clarã ſcientiã, ſiue de lapide, per

duram

durã pœnitentiã, siue de ligno, vt̃ sunt personæ mũdanę, siue de cæ bone, vt sunt personę peccatrices, & inimici Dei, quia ad imaginem Dei sunt, sed est denigrata peccatoris imago per malã vitã; tamen imago est diligẽda. Aucto. Si quis dixerit, Diligo Deũ, & fratrẽ suũ oderit, mẽdax est. Qui enim nõ diligit fratrẽ suũ, quẽ videt, Deum quẽ nõ videt, quomodo potest diligere? 1. Io. 4. Quãtus gradus est regentia mẽbrorum, s. regere corpus suum, quia modicũ esset diligere alios, nisi homo sciret regere seipsum. Quilibet est cõstitutus a Deo, quasi rex in terra corporis proprij ad gubernandũ subditos videlicet mẽbra sua, s. oculos ab aspectib⁹, & sic de alijs. ver. Si bene mẽbra regis es dignus nomine regis. Non est aliquis vestrũ habẽs animal, asinũ, vel equũ, quin sciat ipsum regere. Iã scit qua hora ẽi dat ad bibendum, & quantam annonam daret, & nõ daret amplius, ita debetis facere de corpore vestro, si veró facis oppositũ per intẽperantiã cibi & potus, nõ bene regis. Itẽ quilibet vult quod animal suũ sit castũ, nec permittit femellã approximare, & tu quare approximas meretricib⁹? minùs te regis q̃ bestiã. Itẽ quilibet scit quantũ potest portare suũ animal, & nõ imponit ei amplius. Idẽ est faciendũ de onere pœnitẽtię. Aliqui recipiũt pœnitentiã indiscretè, ideo deficiũt, & est periculũ animę. Aliqui minùs pœnitẽt deficiẽdo, vel minùs faciẽdo, dicẽdo: Quare plagas te, quare portas ciliciũ? Item on⁹ debet proportionari secundũ corporis cõplexionẽ, & secundũ vitã, s. vitã qua secundũ naturã habẽt viuere. Ideo dicit ecclesia, De⁹ cui seruire, s. in pœnitẽtia, regnare est. Quintus gradus est diligẽtia agendorũ, s. q̃ in nostris bonis operibus simus diligẽtes. Alia debet esse diligẽtia religiosorũ, & alia clericorũ. Diligẽtia religiosorum est, seruãdo nõ solũ tria vota quę sunt obediẽtia generalis, paupertas apostolicalis, castitas angelicalis, sed etiã ceremonias obseruando &c. Diligẽtia clericorũ est in diuino officio in horis dicẽdis, & sic de alijs, clerici enim nõ debẽt vagari p̃ plateas. Negligẽtia enim ab eisdẽ vitari debet, quia negligẽtia disponit ad casum. Maledict⁹ qui facit op⁹ Domini fraudulẽter, seu negligẽter. Hier. 48. Diligẽtia laicorũ in quatuor est, s. de qualibet die, de qualibet septimana, de quolibet mẽse, & de quolibet anno. Quolibet die diligẽtiã habere debẽt laici, quia debẽt orare de mane & de sero, cogitãdo q̃ videt Christũ iratũ, quẽ suis precibus placare debẽt. Diligẽtia cuiuslibet hebdomadæ, in dominica audire missam cõpletã cũ silẽtio, & orãdo. Nõ enim in missã debẽt loqui etiã cũ patre nouiter veniẽte. Itẽ diligẽtia de quolibet mẽse cõsistit in hoc, quod est quolibet mense cõfiteri, quod licèt nõ sit præceptũ, est tamen bonũ consiliũ. Dabo rationẽ de camisia &c. De quolibet anno diligentia in hoc cõsistit, quod est cõmunicare in paschate. Nam sicut ille qui debet prãdere cũ papa vel rege ornat se vestimentis, & lauat se, ita hi qui cõmunicare

care debent, vestire virtutib⁹, & lauare se debẽt pœnitẽtia, & lachry mis cõpunctionis & deuotionis. Nã Christus rex & papa inuitauit nos omnes christianos, vt comedamus cũ eo in die paschę. Ideo lauetis vos per cõfessionẽ, & ornetis vos vestimẽtis virtutũ, & bonæ vitę. Ecce diligẽtia, Sit timor Domini vobiscũ, & cũ diligẽtia cũcta facite. 2. Paral. 19. Sext⁹ grad⁹ est prudẽtia dicẽdorũ, s. ne verba sint scãdalosa, diffamatoria, iniuriosa, nec minarũ, nec peccatorũ occultorũ reuelatoria, sed diligere famã proximorũ debem⁹. Ideo apost. Sermo vester semper in gratia sale ẽt cõditus. ad Col. 4. No. sale sit cõdit⁹, quãdo comeditis carnes vel pisces nõ salsos, man⁹ vestra via recta nõ ducitur, nec vehitur de scissorio ad os, sed diuertitur ad sal vel ad salinã. Ita debet esse de verbis vestris, quia nunquã verbũ debet venire de corde recta via ad os, sed diuerti debet ad sal discretionis, cogitãdo. Quod ego volo modò dicere, erit scãdalũ an diffamatorũ, an iniuriosum? & si sic, tũc cõclude, ergo nõ dicã. Septim⁹ gradus est custodia internorũ, s. custodire cor à malis cogitationibus, desiderijs, & concupiscentijs. Iste gradus est maioris perfectionis, quia de corde procedũt bona & mala. Augustꝰ. Ideo peccatum, quia voluntarium. Ratio, quia si ego teneam manum extentam & apertam coram vobis, vos poteritis in ea ponere rem ignitam vel lutũ, sed in potestate mea est cõburi vel non, quia possum statim proiicere. Ita imaginatio cordis nostri aperta est angelis bonis & malis, & possunt in ea ponere malas imaginationes & cogitationes, vigilando & dormiendo, dicẽdo: O modò tu posses te vindicare de tali vel tali, vel tu posses habere delectationẽ cum tali muliere, quia talis opportunitas &c. sed in te est proiicere vel retinere: & istę retinentur quando homo cogitat, & morosè delectatur, & sic anima cõburitur. Ideo custodiatur cor. Omni custodia serua cor tuum, quia ex ipso vita procedit, quod verum est, si bene custodiatur, alias si malè, sequitur mors. Prouerb. 4. Ideo dicit scriptura in persona Dei. Præbe cor tuum fili mi mihi, scilicet custodiendo à malis cogitationibus, & oculi tui vias meas custodiant &c. Prouerb. 23.

De eadem Dominica XVII. Sermo IIII.

Ipse verò apprehensum sanauit eum. Habetur verbũ istud originaliter Luc. 14. & recitatiuè in euãg. currẽtis dominicę. Modò volo vobis prędicare totũ cursum medicinę, quẽ Christus seruat in sua curatione animarũ. Sed priùs saluretur virgo Maria. Inuenitur satis clarè in sacra scriptura, tã in veteri quàm in nouo testamẽto, q̃ Christus dicitur medicus. Ratio clara est euidẽs. Propriè & verè ille appellatur medic⁹, qui habet duo, s. scientiã speculatiuã, & cursum medicinæ, qui, s. sciet proprietates herbarũ & lapidũ &c. & quomodo debẽt applicari infirmitatibus. Secundò requiritur q̃ habeat practicã in

opere,

opere, aliàs non esset medicus, si in altero istorũ deficeret. Si enim nõ habet scientiã, tunc errabit, & multos interficiet. Talis nõ debet dici medicus, sed merdicus. Per oppositũ si habet scientiã tantã vt Galen⁹, siue Hippocrates, & si nõ habet practicã, baccalarius potest dici, sed non medicus. Oportet enim habere medicum scientiam, & intellectum, & practicam in opere. Quod autem Christus habeat ista duo, nullum vestrũm credo in hoc dubitare. Quis enim melius scit proprietates herbarum, lapidum & constellationum quàm ille qui creauit omnia? Not. q̃ philosophi nõ senserunt ꝓprietates omnes de vno folio saluiæ. Sed de scientia Dei dicit Apostolus, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientię absconditi, ad Col. 2. Et sic patet quòd habet theoricam, habet etiam practicam, quia a principio mundi vsq; ad nunc semper practicauit. Nunquam aliquis fuit curatus ab aliquo morbo nisi per manus Christi, maximè in anima, intantum quòd Dauid qui fuit vulneratus in corpore, & etiam in anima per peccata, quando fuit curatus, non regratiabatur medicis, sed Deo, faciés vnũ psal. de hoc di. Benedic anima mea Domino, & omnia quę intra me sunt nomini sancto ei⁹. Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Psal. 102. Ergo magnus practicus est Christus. Si ergo aliquis dicitur medicus, quia habet scientiam, & practicam, & vtrunq; Christus habet, ideo bene potest dici medicus, & ipsemet vocauit se medicum, cùm esset inter publicanos & peccatores, & pharisæi murmurarent, dixit eis Iesus, Non egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Luc. 5. Quia vnus illorum erat infirmus de superbia, alius de auaritia &c. Ideo bonum est quòd medicus sit inter eos. Dicit hic gl. Augu. Magnus ad nos de cælo venit medicus, quia magnus per totum mundum vbique iacebat ægrotus. Patet ergo ratione & auctoritate quòd Christus dicitur medicus, maximè animarum. Ideo dicit them. Ipse verò, scilicet Christus apprehensum, scilicet infirmum in cura sua sanauit eum. Patet the. Cogitaui quomodo possem vobis declarare curam & modum quem Christus seruat in curatione animarum. Et vt intelligatis, declarabo secũdum modum & practicam quam seruant medici in curatione corporum. Et inuenio q̃ medici secundum artem medicinæ seruant decem modos, scilicet,

Primò per sudorem.
Secundò per vomitum.
Tertiò per dietam.
Quartò per vncliones.
Quintò per minutionem.
Sextò per cauterium.
Septimò per clisteres.
Octauò per somnum.
Nonò per exercitium.
Decimò per potum.

Omnes

Omnes istos decem modos Christus medicus seruat in curatione animarũ à peccatis. Ideo dicit the. Ipse verò appre. &c. Dico primò q̃ secũdũ artẽ & cursum medicinę aliquæ infirmitates sunt quę curantur ex sudore, quãdo dicit medicus, cooperiatur & sudet &c. & sic mali humores exeũt p̃ poros, & corpus purificatur. Isto modo Christ⁹ curat multas animas infirmas à peccatis, sudore lachymosę cõtritionis, quando homo se rigat cũ memoria & recordatione peccatorũ, di. O miser, tali die feci hoc, & tali hoc, & homo lachrymatur, illæ lachrymæ cõtritionis sudores sunt animæ. Iste sudor est tantæ virtutis, q̃ vna gutta siue lachryma veræ cõtritionis curat animã ab omnibus culpis mortalibus. Scitis quomodo generantur sudores istius illo modo quo Christus sudauit in nocte passionis, de quo Luc. 22. Factus est in agonia, & prolixius orabat, & factus est sudor eius sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Nota agonia. Nõ credatis q̃ in Christo fuerit tale bellũ quale est in nobis. s. cõtradictionis sensualitatis, & spiritus vel rationis, quia in Christo optimè cõcordabant. Sed bellum Christi erat sensualitatis circa obiectũ passionis, quia sciebat & videbat coram se q̃ debebat capi, verberari, & tandẽ mori, sensualitas videbs q̃ ista habebat sustinere restrinxit se, & sudauit sanguineũ sudorem. Isto modo debent in nobis generari lachrymę cõtritionis, quilibet debet videre corã se pœnã æternæ dãnationis ex peccatis sibi debitam, cogitando, O miser qũo euadam de manibus dæmonum? quid dicã quando ero in iudicio? quando dicetur tibi, quid feci sti? & non feci nisi peccata. Cogitãdo sic, veniet sudor lachrymarum, qui debet esse sanguineus, tanta est illa pœna. Ecce medicina animæ ex sudore. Ideo dicit the. Ipse verò appre. &c. Secũdus modus est per vomitum. Iam scitis quando aliquis comedit nimis, & habet stomachũ cõstipatũ, & nõ potest digerere, nec potest quietè dormire, sed anxiatur etiam, ac si perceperit potiones venenatas, remedium est per vomitum superflua eiicere, antequã veniãt ad cor. Isto modo Christus ordinauit q̃ per vomitum sanaretur anima. Cõfessio enim nihil aliud est nisi vomitus ciborũ indigestibilium, qui sunt in stomacho cõscientiæ. Quot potiones venenatas spiritualiter homo sumit infra annum? Remediũ igitur est ad pedes cõfessoris vomere. Nã cõfessor tenet caput quãdo absoluit, & post homo sentit se leuẽ. Et sicut vomit⁹ fit cũ labore, maxime quãdo homo habet pect⁹ strictũ, ita cõfessio cũ labore fit propter verecũdiã diffamationis suiipsi⁹. Aut. Si coact⁹ fueris in edẽdo multũ, surge de medio, & vome, & refrigerabit te, & nõ adduces corpori tuo infirmitatem. Ec. 31. No. si coact⁹ fueris &c. Absolutè nullus cogitur edẽdo, nisi rogando, comedatis, & sic cogitur comedere vxor à viro, & econuerso, & amicus ab amico, & ita est de peccatis, quia quasi coactè homo peccat, nõ coactè absolutè, sed est vna talis coactio, s. co-

gas me, q̃a placet mihi. Quãdo dicit aliquis alicui amico, Volo me vindicare de tali iniuria, venias mecum. & alter nolo, imò venies, & sic vadit. Ecce coactio quæ fit, nõ est coactio cogens. Ite quando aliquis dicit muheri, faciamus tale peccatum, quia nullus scitet &c. cogis me, ego faciam quia placet mihi. Item quando proxeneta dicit diuiti, Ciuitas indiget pecunijs, ideo si vultis lucrari mutuetis, & habebitis 12. pro. 10. propter mutuum. O dicit diues, Vsura esset. Cui alius respõdet, Oportet, quia ciuitas indiget &c. Alter placet mihi si cogitis. Item quando iuuenis dicit alteri, Vadamus ad iupanar, vel ad horum ad furandum fructus Proh dolor, sic ad peccata cogũtur gentes, sed ad illa quæ dei sunt nullus cogitur. Nullus dicit, Vadamus ad missam, sermonem, confitendum, communicandum &c. Remedium ergo, Surge de medio, scilicet recedendo à mala societate. O benedictum vomitum, vbi post dolorosam contritionem sequitur verecũda cõfessio. Tertius mod⁹ est per abstinentiã. Dicit enim medicus febricitanti. Auiste tis vos non comedatis carnes, nec fructus, nec bibatis vinum, sed comedatis brodium piscorum &c. & sic natura reformatur. Greg. Dignitas conditionis humanæ per immoderantiã, scilicet excessum sauciata i. distemperata, medicinalis parsimoniæ studio, i. dieta reformetur. Isto modo etiã Christus sanat animas, q̃ cõtingit quando aliqui volunt abstinere à delitiis carnalibus amore Christi. Christ⁹ enim amore nostri amarissimas sustinuit passiones, ideo amore sui & pro saluatione animæ debemus abstinere. Abstinere etiam debemus ab esu carnium certis diebus. Item à cena, à fructibus, & spacijs, à lecto, à camisia, à tripudijs, à vanis ornamentis, à superfluitatibus. Et istam abstinentiam amore Christi factã, licèt etiam sit parua, ipse reputat magnam. Item abstinere debemus amore Christi ab illo, ad q̃ homo magis inclinatur, vt à potu ante missam, à ludo &c. Si enim pro sanitate corporis homo facit tantã abstinẽtiã & dietam, licèt homo sit delicatus, nónne multo amplius pro sanitate animæ est aliquid faciendũ? Quando aliquis confitetur & habet febrem luxuriæ, etiam in ossibus, vel auaritiæ, inuidiæ, & cõfessor dicit, Abstinentias à carnibus tot diebus, vel à vino, vel ieiunetis, dicit O pater & quid comederem non possem dormire, & similia. Nõ excusant se coram medico corporis, sed coram medico animę, magnus defectus est. Qui enim abstinet amore Christi, ipse remittit peccata. Ideo dicit scriptura, Charissimi obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, qui solùm in via recipiunt necessitatem, & non curãt de delicamẽtis, abstinete vos à carnalibus desiderijs, quæ militãt aduersus animam, conuersationem vestrã inter gentes habentes bonã. 1. Pet. 2. Hic omnes sumus viatores. Domus nostræ sunt in cęlo. In domo patris mei mãsiones multæ sunt. Io. 14. ergo refrenare desideria carnis debemus. Quart⁹ mod⁹ est per vnctione, quãdo homo est cõ-

stipatus

stipatus vel caro intumescit, vel in vulneribus medici vngunt &c. Isto modo Christus curat. Vnguentum est oratio, quia quãtuncumque sitis cõstipati, & inflati per superbiam, vngi potestis per deuotam orationem. f. genibus flexis, & cogitando quòd videtis Christũ indignatum &c. Tũc venit terror, & cor mollificatur, & sic humiliatur. Bern. Oratio vngit. O quot vulnera peccatorum curãtur vnguẽto orationis. Exemplũ in euangelio de quodam peccatore vano & põposo, contra quem deus protulit sententiã cõdẽnationis, sed postra tus rogauit di. Patientiam habe in me. Et respõdit sibi di. Serue nequã omne debitũ dimisi tibi, quoniã rogasti me. Mat. 18. l'ersona enim deuota in oratione semper erit humilis, sed orationes quas vos facitis nõnunquã nõ faciunt humiliare cor, quia indeuotè fiunt, indaendo vos &c. Mulieres pingendo se, nihil vel parũ valet. Quãdo supplicatur papæ vel regi humiliter fit supplicatio. Vnguẽtarius facit vnguẽta suauitatis, & vnctiones cõficiet sanitatis. Ec. 38. Quintus modus est per minutionẽ, quãdo. f. infirmi habẽt sanguinẽ corruptũ vel abũdãt nimis in sanguine &c. Isto modo Christus vtitur, & hoc quãdo diuitibus damna rerũ ordinat, & prouidet. Nã vos diuites q̃ abundatis in pecunijs, pane, vino &c. nisi faciatis minutionẽ, corrũpemini &c. quia diuitiæ sunt occasiones peccatorum, vindictę, luxuriæ &c. Dicũt diuites. Quid erit mihi expẽdere. 50. florenos, vt habeã istã puellã, vel viduam &c. Ideo vt caueãtur peccata, & peccatorũ occasiones, fiat minutio diuitiarum in redẽptione captiuorum, in puellis maritandis pauperibus. Ista minutio fit de vena cordis, quia vbi est thesaur⁹ tu⁹, ibi est & cor tuũ. Mat. 6. De ista minutione dicit Christ⁹, Quod supereſt date eleemosynã, & ecce omnia mũda sunt vobis. Luc. 11. Hæc auctoritas, & hoc Christi verbum deberet scribi lizeris aureis in parietibus diuitum. No. Quod supereſt, nõ dicit expolietis vos in hyeme, & detis pauperi, vel vxorẽ, vel filios, nec q̃ amouestis panẽ de ore vestro, vel vxoris, vel filiorũ, sed q̃ supest recepta necessitate detis pauperib⁹. Pretiosę vestes nónũquã corrũpũtur à tineis, & pauperes moriũtur fame & frigore. Et triticũ corrũpitur in horreis diuitum, & pauperes fame & paupertate affligũtur. Et hoc tãgit maximè ecclesiasticos, quia laici qui habent hęreditare filios, & maritare filias si cõgregẽt vel thesaurizẽt nõ mirum, q̃ pueros habẽt, nec est par ratio de ecclesiasticis personis, sacerdotib⁹, & secularibus. Ratio, si aliquis habet domum in loco sicco, si facit ibi cisternam vbi congregantur aquę pluuiarum, sapienter facit, sed qui habet puteum in domo, ea non eget. Laici sunt in sicco, quia non semper habent certos redditus, sed sicut dat deus in campis, vineis, &c. sic congregant. Quando non crescunt, nihil recipiunt. Et si deus in isto anno dat, fortè in alio non dabit. Ideo oportet eos cõgregare pro se, vxore, filiis &c. Sed sacerdos qui habet puteum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

scilicet redditus, quare faceret cisternam in taxia vel bursa? Ecce damnatio vel periculum. Ideo dicit. Quod supereſt. Sextus modus est cauterium, quando enim aliquis habet plagam corruptam, oportet cum cauterio, hoc est, cum ferro ignito de ossibus extrahere immundicias. Et ista medicina est valde dolorosa. Isto modo Christus sanat illos qui sunt corrupti, id est inueterati in peccatis siue indurati, nolunt dimittere peccata, & malam vitam, nec confiteri. Si dicatur eis, & quare non emendatis vos? Dicunt, Vadatis, quia ita bene saluabor sicut & vos. Obstinati sunt. Sed Christus cum cauterio.i. tribulatione, frangit sibi tibiam, vel brachium, vel cum igne sancti Antonij, & tunc cum plagati tales nonnunquam conuertuntur ad deum, & confitentur. Item idem dicendum est de mulieribus, quę nec prędicatores, nec cõfessores volunt dimittere vanitates, quin ostendant mamillas: sed Christus cauterio de lepra vel alia infirmitate sanat, & curat eas. Et bona est tribulatio corporis quæ curat animam. Sicut medicus qui scindit carnes extra, vt intus curentur &c. Iob.5. Beatus homo qui corripitur à domino. Increpationem ergo domini ne reprobes, quia ipse vulnerat, & medetur, percutit, & manº eius sanabunt. Septimus est clistere, medicina est verecũda, sed dicũt me dici q̃ est valde proficua. Ecce remissionẽ iniuriarum. quãdo enim mali humores non possunt exire de corpore, datur clistere. Ita qui habet odiũ, rancorem &c. cõtra aliquem, & malam materiam, & venenatam in corde tenet, hoc remedio vtatur, quod remedium est recipere clistere. Scitis q̃ clistere fit de multis materialibus, ita clistere remissionis debet fieri de multis materialibº. Dicũt aliqui. O quomodo possem remittere mortẽ patris, fratris &c. Recipiatis clistere cõpositũ ex materialibus. Primũ passionis Christi, qui in maioribus doloribus clamauit, Pater ignoſce eis. Videbat enim patrem ad recipiẽdum vindictam paratum. Secundũ de virgine Maria. Ab ista vos mulieres recipiatis materiale, quæ tota desolata, postquã depositum fuit corpus de cruce, & sepultũ, rediens Hierusalem quando crucifixores filij sui videbant eam, dicebant, Ecce ista est mater Iesũ crucifixi, salutabat eos dicens, Deus sit vobiscum, quamuis diabolus erat cum eis. Sed mulieres nonnullæ iracundæ & vindicatiuę non loquuntur sibi, allegãtes, quia dixit mihi, tu es loquax &c. Tertium materiale à sanctis martyribus accipiatis, scilicet à beato Stephano, qui orauit pro lapidantibus se, & pro aliis. Ab his tribus cõsiciatur clistere, & ponatur in manica memoriæ, & transeat per canale timoris dãnationis, & sic exibit materia, medicina est verecũda, sed proficua. Relinque proximo tuo nocenti te, & tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Homo homini reseruat iram, à deo quærit medelam, quasi dicat non potest fieri. In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur. Ipse cũ caro sit, reseruat

reseruat irã, & propitiationẽ petit à deo. Quis exorabit pro delictis illius? quasi dicat nullus. Memento ergo nouissimorũ, & desine inimicari, Eccl.28. Octauus est per somnũ, Ratio. Quãdo homo vigilat, omnes sensus, & vitus, & ceterę potẽtię animę laborãt, ideo non habẽt occasionẽ curandi, sed quãdo infirmus dormit, natura recreatus & sanatur. De hoc auctorit. Christus loquẽs de morte Lazari dixit, Lazarus amicus noster dormit, & discipuli non de morte, sed de somno intelligentes, respõderunt. Si dormit, saluus erit. Ioan.11. Isto modo Christus sanat animas infirmas. Somnus enim animę est cessare à negotiis temporalibus, & contemplari de alio mundo, s. quomodo sunt animę in cælo cum angelis in quanta beatitudine & gloria, respiciendo cęlũ, cogitando pulchritudinem interiorem, cũ exterior sit ita pulchrum. Item qualis delectatio debet esse videre deum in trinitate, Christum deum & hominẽ, virginẽ Mariam, & sanctos. Iste est somnus animæ, & sic cor inflãmatur in desiderio paradisi, & despicit mundum. Ideo Dauid, In pace in idipsum dormiam, & requiescam. Item cogitando infernum, & pœnas damnatorum, purgatorium &c. Item dei prouidẽtiam circa huius mũdi gubernationẽ. Sed vos laici tot negotia habetis infra hebdomadam, q̃ nõ potestis sic dormire, tamen in die dominica debetis sic dormire, cessando ab omni negotio temporali, nõ solùm nõ faciẽdo opere, sed nec etiam loquendo, nec cogitando. Et si conterendo ita facitis peccata, quæ infra hebdomadam cõmisistis, remittentur vobis. Hæc dicit dominus deus sanctus Israel, Si reuertamini, & quiescatis, salui eritis, In silentio & spe erit fortitudo vestra. Esa.30. Not. si reuertamini. Infra hebdomadã spargitis & distrahitis vos, vnº ad cãpũ, aliº ad vineã, aliº ad forũ, sed in dominica reuertamini, s. à negotiis, & quiescatis. Nonus est per exercitiũ. Aliquæ infirmitates sunt, de quibus dixit medicus, laboretis &c. sicut de magnis patet dominis, qui tantum ingurgitant se, q̃ impinguantur & infirmãtur, quibus dicit medicus, exerceatis vos. Dicatur historia de quodam pinguissimo, capto à Barbaris, & curato à pinguedine hoc modo, Isto modo deus curat animã per exercitium pœnitentiæ, ieiunando, portando ciliciũ, dormiẽdo super terrã. Exerce teipsum ad pietatem, nam corporalis exercitatio ad modicũ vtilis est, pietas autem ad omnia valet. 1.Ti.4. Pietas & misericordia differũt, quia misericordia est laborare circa vtilitatẽ proximi, sed pietas est laborare in operibus spiritualibº ad vtilitatẽ & saluationẽ sui. Corporalis exercitatio circa negotia huius mundi ad modicũ vtilis est, quia totũ remanet quando homo moritur. Dicatur cõtra detractores, quando vident orantes. Dicunt, Ecce ociosi sunt, sed quãdo laborant in mundanis, dicunt. Iste nõ est ociosus, sed in sero mortis apparebit quis fuerit ociosus. Decimus modº est per potionem seu purgationem purificantem totum corpus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

datur cooperta in aliquo vase, vel si sit comestibilis cooperta, vel hostiis, vel similibus. ita etiá Christus curat animas hoc modo. Nã Christi vltima medicina, & aliis melior est cõmunicare & mãducare corp⁹ & sanguinẽ Christi. In hostia enim est caro Christi vera sicut est in cælo, sed cooperta &c. qa esset abominatio comedere carnes humanas, imò si per miraculũ videretur ibi aliquid in specie carnis, nõ esset sumẽda illa hostia. Ista purgat animã. Ecclesia cãtat, Cui pat caro. s. peccãdo, purgat caro. s. Christi, regnat deus dei caro. Ideo Lu. 19. de Zachęo ipsum recipiẽte, dicit Christus, Hodie salus huic domui facta est. Ideo quolibet anno in paschate cõmunicate, alias nõ recipiet vos in cælo. Etiã pueri. 12. annorum, qui habent vsum rationis, cõmunicare debent. Vnde Christus, Qui manducat meã carnem, & bibit meum sanguinem &c. Ioan. 6.

Si per miraculũ caro Christi in hostia appareret visibiliter, talis hostia nõ esset sumẽda.

Dominica XVIII. *post* Trinitatem. *Sermo* I.

NEmo poterat ei respondere verbũ. *Habetur verbum istud originaliter* Matt. 22. Sermo noster erit de sancto euangelio, si placet deo habebimus multas bonas doctrinas. Salutetur virgo Maria &c. In sancto euangelio fit mẽtio de tribus magnis disputationibus, quæ fuerunt inter Christum ex vna parte, & Iudæos inimicos Christi ex alia.

Prima de generali resurrectione.
Secunda de generali dilectione.
Tertia de æternali generatione.

Et in qualibet Christus vicit intantum, quod non habebant replicam nec responsionem, immo dicit thema, Nemo poterat &c. Tanta erat Christi sapientia, quod non poterant respondere. Prima disputatio fuit cuiusdam sectæ Iudæorum, scilicet Saduczorum cõ Christo. Saducæi enim falsè iustos se dicebant esse, cùm tamen essent hæretici. Dicebant enim non esse resurrectionem generalem, sed quod sicut corpus, ita & anima moritur dicẽtes homines similes bestiis, ita quod nihil remanet, dicebant enim non esse angelos in cælis, non intelligentes quid est spiritus, & subst ãtias spirituales nõ esse. Ita asserebant. Not. igitur quod corpus totam virtutẽ habet ab anima, quæ habet membra vt corpus, sed nõ videntur à nobis, quia spiritualia sunt, tamẽ corp⁹ nõ posset mouere manũ nisi intus esset manus animæ, nec oculꝰ videret nisi per oculos animę, & sic de aliis membris. Clarum enim est qꝫ omnes potentiæ animę inorganicę & organicę fluunt ab anima, sicut à radice fluũt folia, flores, & fructꝰ. Anima humana est perpetua &c. Vnde Christꝰ iesus, qui est creator corporũ & animarũ, prædicabat de resurrectione generali, quomodo boni & mali in iudicio resurgent, & quælibet anima assumet iterum corpus, etiam si fuerit combustum, vel comestum à bestiis &c. vt simul anima cũ corpore habeat gloriam vt in bonis, vel pœnã sicut in malis. Christus prædicabat istam veritatem. Saducęi autẽ voluerunt disputare cum Christo. Euangelium hodiernum non dicit nec tangit clarè disputationẽ, sed tangit parum di. Audientes Pharisæi qꝫ Iesus silentium imposuisset Saducęis. Sed ista disputatio ponitur a duobus euangelistis. Mar. 12. Lu. 20. ideo bonum erit vt dicam eã vobis. Dicatur qũo Saducęi venerunt ad Christum dicendo, Vos magister prædicatis resurrectionem, modò respondeatis nobis. Vna puella fuit &c. dicatur quomodo habuit septem viros, vnum post alium. Quæritur in resurrectione cum quo ibit, si cum primo, qui virginitatem ei abstulit, quid facient alij? Si cum omnibus, hoc non videtur verum, quia nunquam fuit quod vna mulier haberet simul plures viros, licet diuina dispensatione vnus vir habuerit plures vxores. Ecce rationem illorum, qui arguunt Christo, sed parum valet argumentum. Respondit Christum di. Mar. 12. Erratis, nescientes scripturas, neque virtutem dei. Cùm autem à mortuis resurrexerint, neque nubẽt, neque nubentur, sed erũt sicut angeli dei in cęlis. Non erratis, nescientes scripturas. In quibus deus reuelauit resurrectionem esse. Secundò & virtutem dei nescitis, qui de hominibus faciet angelos in cõditione, quia sicut angeli non curant de illo actu, nec nubunt, ita nec homines post resurrectionẽ. Ecce prima disputatio. Sed nota secretum cùm dicitur, Erunt sicut angeli dei in cælo. Ly sicut dicit similitudinem, quia post resurrectione homines erũt similes angelis in quatuor, in immortalitate, in spiritualitate, in charitate & in dignitate. Dico primò qꝫ homines erũt similes angelis in immortalitate. Angeli enim nõ possũt mori. Tot angeli boni hodie sunt, quot remanserũt post casum, nullus est mortuus, nec senescũt nec infirmantur. Et quia nõ moriuntur non est sibi necessaria generatio, sicut in nobis hominibus necessaria est generatio, aliter iam defecisset natura humana. Sed quia post resurrectionem erimus immortales, ideo tunc non erit necessarium matrimonium, nec generatio, quia numerus ordinatus à deo saluandorum, vel damnatorum, non augebitur nec minuetur. Istam rationem tangit Lucas dicens, Filij huius seculi nubunt, & traduntur ad nuptias. Illi verò qui digni habebuntur seculo illo in resurrectione ex mortuis, neq; nubent, neque ducent vxores. Ratio, Neque enim vltra mori poterunt. Luc. vigesimo capite. Secundò erimus similes angelis in spiritualitate. Diceret aliquis. Prima similitudo de immortalitate bona est, sed non satisfacit. Si angeli enim non habent vxores, nec mirum, quia non sunt carnales, sed de nobis, qui habemus carnem, qua inclinamur, nisi habeamus desiderium completum, non erimus perfectè beati. Respõdeo, quòd nos iam habemus carnem & sanguinẽ inclinantes intantum, quòd nisi persona sit bene spiritualis, & abstinens, non posset castè viuere. Sed post resurrectionem, sicut à carne remo-

Quatuor in quibus post resurrectionem homines erunt angelis similes.

remouebitur mortalitas, ita etiam remouebitur illa inclinatio, & de sideriū libidinis, & voluntas, intantū ꝙ sicut puer vnius anni nō cō cupiscit. Itē sicut Adā & Eua in statu innocentiæ, qui nudi stabant in paradiso, nō fecerūt, sed postquam peccauerūt, venit cōcupiscentia, & motus, & tūc cooperuerunt se. Brace fuerunt folia de ficu. Ita post resurrectionē erimus sine illa cōcupiscentia, sicut angeli. Caro nostra, si fuerimus beati, tūc erit clarior crystallo à sole illuminato. Ideo apost. Seminatur corpus animale, surget corp⁹ spirituale. 1. Co. 15. hoc facit virtus dei. Ideo dicit, Erratis, nescientes scripturas, neq; virtutem dei. Tertiò erimus similes angelis in charitate. Bonus vir iam diligit vxorem suam, nec despicit ex quo est proba &c. Tales post resurrectionem in paradiso singulariter diligēt se, regratiando deo, quia sicut fuerunt hic in societate, ita ibi: sed ita parum curabūt de actu carnali, sicut nec Michaël, vel Gabriël. Non enim angelus custos curat de muliere sibi cōmissa, quo ad actum illum, licet diligat eam plus quàm vir. De ista ratione dicit scrip. Non erūt in memoria priora. s. opera, & nō ascēdent ad cor. s. illę inclinationes, sed gaudebitis, & exultabitis vsque in sempiternum. Esa. 65. Quartā similitudo erit dignitatis, quia erimus æquales angelis. s. si fuerimus beati. Angeli sunt diuisi per nouem ordines, & quādo homo intrat cęlū empyreum, inuenit primam plateam, vbi sunt palatia corporalia. s. de materia cæli, vbi stant angeli in isto ordine, & erunt æquales angelis personę pœnitentes. Et in secunda platea altiori sunt archāgeli, & in ordine isto erūt æquales eis personæ in deuotione ardentes, & sic de aliis. De ista ratione Lu. 20. Aequales enim angelis sunt, & filij sunt dei. Secūda disputatio fuit alterius sectę. s. pharisæorum. Pharisæi enim idem est quod diuisus, quia ab aliis diuidebatur in vestibus, portabāt enim vestes spirituales, vt religiosi portant, in frōtibus portabant vnum chartam, in qua erāt scripta. 10. præcepta, innuētes ꝙ semper cogitabāt de eis. Sed magis de taberna, coquina &c. Item portabāt quatuor vittas hyacintinas. q. d. ꝙ essent cęlestes, affirmabant etiam multos errores, & valde inimicabantur domino Iesu Christo. Et cùm audissent quod Iesus silentium imposuisset Saducęis, venerunt ad Christū, vt disputarent cum eo. O illę bestiæ quantū iactabāt se, & vnus doctor proposuit quæstionē Christo di. Magister, ꝙ est mandatum maximum in legē? In lege enim Moysi sunt multa præcepta & diuersa. Iudei dicunt esse præcepta affirmatiua legis 248. Et tot ossa secundum Physicos sunt in corpore humano, scilicet 248. præcepta verò negatiua erant 365. sic sunt in summa omnia præcepta 613. Sed deus omnia reduxit ad numerum denarium, sicut decem digitis operamur, sic præceptis decem meremur, & doctores quolibet die inter se disputabant quod erat maius præceptum, nec poterant concordare. Ideo venerunt ad Christum despecti-

despectiuè dicendo, Videamus quis est iste faber lignarius, qui nunquā fuit in studio, & intromittit se de prædicatione. Ideo dicūt, Tēcemus eum. Magister, ꝙ est mādatū maximū &c. Respōdit Christ⁹, qui est sapiētia ęterna, Diliges dominū deū tuū ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximū & primū mādatū. Secundū autē simile est huic, Diliges proximū tuū sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet, & prophetę. Dilectio enim dei super omnia iungit creaturā cū creatore, intellectu, memoria, & voluntate. Dilectio proximi iungit proximo. Ideo ista duo præcepta sufficiunt ad saluationē. Ideo Christus. In his duobus tota lex pendet, & prophetæ. Sicut enim. 600. & 13. præcepta reduxit ad decē, ita decem præcepta reduxit ad duo, vt nullus possit ex ignorantia excusari. Et sicut duabus tibiis ambulam⁹, ita duobus præceptis charitatis in via dei proficim⁹. Præceptū primū est. s. diliges dominū deum tuum &c. & est tanquā tibia dextra quidē quo præcepto deus diligitur toto corde. i. intellectu. Ecce hic fides, quia si diligis deū ex toto corde, eris fidelis, & nō ibis ad diuinos, &c. quia esses proditor recurrēdo ad inimicos Christi, qui nullius habēt posse &c. Item in tota anima tua. i. voluntate, ex hoc cauebis ne inhonores nomē suū, in vanū sumendo, falsè iurādo, ꝙ nō est faciendum, nec pro restauratione proprię personę, nec pro aliquo lucro. Parū lucratur qui perdit animā. Mat. 16. Quid enim prodest homini si mundū vniuersum lucretur, animę verò suæ detrimentū patiatur? Itē in tota mente tua. i. memoria, quantū ad dominicam seruandam. Postquā laborasti feria secunda, tertia, quarta, &c. Memēto vt diem sabbati sanctifices, &c. Exo. 20. Secundum præceptum de dilectione proximi, tanquā tibia sinistra, Diliges proximum tuū sicut teipsum. Si habes filios, & vis honorari ab eis, tu etiā honora parētes &c. Itē sicut nō velles ꝙ aliquis cum vxore vel filia tua faceret inhonestatē, sic etiā noli tāgere vxorē proximi tui impudicè. Item sicut nolles ꝙ aliquis te occideret, nec tibi iniuriaretur, ita occidere debes alium, nec alteri iniuriari. Idem de vxore. Nulla vellet quòd alia curaret de viro suo, tantum tenetur vir vxori, sic cōuerso ad æqualia inducantur, & sicut vxor diceretur infidelis viro, cum alio viro luxuriam committens, ita & vir. Item sicut nolles quòd aliquis furtiuè reciperet pecunias tuas, & bona tua, siue fruct⁹, ita &c. Item sicut nolles diffamari, quia fama est pretiosa, sic nec alium diffames. Caue &c. Et nota ꝙ sicut omnia præcepta, affirmatiua, & negatiua, quæ ordināt creaturā erga deum, cōprehenduntur in isto, Diliges dominum deum tuum &c. ita omnia quæ ordinant erga proximum cōprehenduntur in isto. Diliges proximum tuum &c. Omnis lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum &c. ad Gala. 5. Plenitudo ergo legis est dilectio. ad Ro. 13. ibidem, Qui diligit proximum, legē impleuit &c.

Tertia disputatio fuit altis subtilior, de æterna generatione, quomodo Christus, vt verus deus, æternaliter generatur à patre. Quēadmodum de sole vno videmus & tenemus q̄ de se generat radiū, quem mittit in hunc mundum ad illuminandum, calefaciendū, & fructificandum, & non recedit ab eo. Ita filius in diuinis splendor patris æternaliter à patre generatur, & tamen à patre non recedit, sed in patre manet sicut verbū in dicente. De quo vide. s. Tho. 1. parte, quæst. 27. de processionibus. Et etiā. 1. parte, quæst. 34. de verbo in diuinis. Et quæst. 42. arti. 5. ad secundum arti. vt sicut sol sine vxore generat radium de sua substantia, ita deus filiū &c. Et sicut sol non est prior suo radio, nec pater filio. De hoc vide, s. Tho. 1. par. quæsti. 32. Iudas autē nō credunt Messiam esse filium dei æternum, sed Dauid. Ideo Christus volēs eis probare diuinitatē in Messia, & filiationem dei, quādo iā nō poterant sibi respōdere, vt victi voluerūt recedere, sed Christus dixit eis, Respōdeatis mihi ad vnam quæstionē. Quid vobis videtur de Christo. 1. Messia, cuius filius est? Responderunt, Dauid. Christus verò non negando quin esset filius Dauid secundum carnem, voluit tamen probare maiorem filiationem in hoc dicens, Quomodo ergo Dauid vocat eum in spiritu dominum, dicēs, Dixit dominus domino meo, sede &c. Si ergo Dauid vocat eū dominum, quomodo filius eius est? quia nullus rex vocat filium suum dominum. Cùm ergo Dauid fuisset rex, & nullum habuisset dominum nisi deum, igitur finaliter nemo poterat ei respondere verbum, imò di. textus, Nec ausus fuit quisquā ex illo die eū amplius interrogārē. Moraliter hic super the. Nemo poterat ei respōdere verbū. Tria peccata sunt, ex quibus in iudicio, vbi Christus disputabit cum hominibus, nō poterunt sibi respondere. De ista disputatione auctoritas. In diebus illis, & in tēpore illo, cùm cōuertero captiuitatem Iuda & Hierusalē, cōgregabo omnes gentes, & deducā eos in vallē Iosaphat, & disceptabo ibi cū eis. Iohelis. 3. In ista disputatione tria peccata claudent os, quòd nō poterūt respōdere. Primū est malevolētia in corde. Secundū obloquētia in ore, vel detractio. Tertiū est negligētia vel acidia in opere. De primo sunt illi, q̄ in hoc mūdo habēt malam voluntatē adinuicem, & rancorē, & licēt timore dominū nō audeant se tangere, tamē tales in iudicio nō poterūt respōdere argumēto Christi dicētis, Quare tu odisti illum? Dices, q̄a interfecit patrem, vel &c. Et Christus, Ego qui sum rex & dominus omnium, fui capt', ligatus, verberatus, & mortus. Ecce quot iniuriē, & remisi, nec volui q̄ pater meus reciperet vindictā, Vnde ergo habes tu &c. Nō poterunt respōdere verbum. Itē mulieres, quādo Christus dicet eis, Quare tu non loquebaris cū tali &c. Et Christus dicet: Ecce hic mater mea, quæ locuta est illis qui filiū suum interfecerūt. Ideo auiserus vos. Dicatur exemplum de illo rege, qui fecit cōuiuiū nuptiarū &c. & dixit

& dixit vni, Quomodo huc intrasti, nō habens vestē nuptialem? At ille obmutuit. Mat. 22. Et quid respōdisset, cū esset ribaldus & malē audut'? Dicūt hic glossē, q̄ amor dei & proximi est vestis nuptialis, quæ enim habet claritatem, optimè est ornatus, sed odium est vestis lacerata. Ideo auisetis vos. Secundum peccatum est obloquentia in ore, quando homo obloquitur de proximo suo diffamando &c. Dauid, Sedens aduersus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum &c. Tertium est negligentia in opere, quia non curatis de operibus ordinatis ad saluationem, sicut de cōfessione fienda, ad minus semel in anno. Item de communione, quę est opus principale saluationis, quia sine isto nullus potest saluari. Mirabile dicam vobis. Dicit beatus Thomas, in tertia parte theologiæ: quòd pueri nouiter baptizati non possunt intrare paradisum nisi communicent. Declaretur per simile de corpore humano, vbi sunt multæ partes, tamen vna sola pars, scilicet os, recipit cibum, sed ex quo os est' pransum, etiā oculi, aures, manus &c. quia omnes partes & membra sentiunt confortationem. Ita ecclesia Christiana est vnum corpus: & pueri baptizati iam sunt partes huius corporis, cuius os est sacerdos, ideo virtute illius communionis pueri habentur tanquam communicati. Sed de magnis ordinauit ecclesia, vt communicent in paschate. Ratio, quia Christus qui in die veneris sancta intrauit campum, in resurrectionis vult intrare castrum q̄ acquisiuit, intantum q̄ si sacerdos qui celebrat quoliber die per totum annum, si in paschate non celebrat, peccat mortaliter, nisi excusetur legitimè, extra de 'pe.' & re. 'omnis' vtriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis peruenerit anima sua, solus peccata saltem semel in anno fideliter confiteatur proprio sacerdoti, & iniunctam sibi pœnitentiam propriis viribus studeat adimplere, iuscipiens reuerenter ad minus in paschа eucharistię sacramentū &c. Sed laici etiam si intra annum communicauerint, illa die debent parare domum regi venturo, Et honor est Christi, sed vtilitas est nostra. Dicatur quòd peccatum est de illis, qui non permitterent regem sed bestias intrare in castro. Idem in proposito. Christus tanget ad portam palatij per clericos & prædicatores, qui vobis dicunt quòd debetis cōmunicare &c. Vos autem permittitis intrare in os gallinas, per dices, & non vultis Christū permittere intrare &c. Ideo Christus non permittet vos intrare paradisum quando pulsabitis. Amen dico vobis nisi manducaueritis carnem filij hominis &c. Io. 6. Ideo quādo anima dicet, Domine domine aperi. Dicet Christ', Amen dico tibi non intrabis huc. Plus augmētatur quis in sanctitate vitæ, & gratia spirituali digna vna' communione, q̄ vnius hebdomadæ afflictione in pane & aqua, & plus quam si qualibet die plagaret se portando cilicium. Exemplum à simili, de onere palearum stante

Cap. omnis vtriusque sexus, etiam sacerdotes quotidie celebrātes, ad cōmunicādum in paschate obligat.

per

Universidad de Deusto
Biblioteca

per hebdomadā ad solē, & in dominica die approximato igni, quo calore plus calefieri certum est q̄ ignis. Idē in proposito. Nā facere opera pœnitentialia est quasi stare ad solem, sed quando homo communicat, approximatur homo igni, qui incendit & inflāmat animā. Et licēt personæ mūdanę propter negotia mundana non in qualibet dominica possint communicare, tamen in pascha non debent communionem dimittere, & qui dimittunt, reprehenduntur à Christo. Vnde Io. 1. dicitur, In propria venit, s. per consecrationem. Quia sicut radius solis intrat per quamlibet fenestram apertam, ita etiam gratia Christi intrat cor cuiuslibet dignè communicantis &c. Et sūcum &c. vsque, filios dei fieri &c.

De eadem dominica. XVIII. Sermo II.

Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Matth. 22. Saluetur virgo Maria. Istud verbum habet difficultatem & subtilitatem, & vt vos intelligatis illud, sciēdum est quòd in sacra scriptura inuenitur tā in veteri quàm in nouo testamēto in multis locis, quòd Christus dicitur liber vitæ. Ratio, quia sicut in libro continetur & repręsentatur scientia, ita in Christo, in quo libro sunt duæ chartę diuinitatis & humanitatis, in quibus continetur tota sapientia necessaria huic mundo, hīc in præsenti per gratiā, & in alio per gloriā. Ideo dicit scripde Christo. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absc̄oditi. Colos. 2. Nor. absc̄oditi illis. s. qui nolunt ibi legere nec cōplari, vt philosophi, qui nescierūt in hoc libro, ignorātes Christi deitatem & humanitatē. Secundò illi thesauri sunt abc̄oditi poētis, qui vadūt per imaginationes & fantasias. Tertiò infidelibus, qui nolunt ibi legere, nec de eo cogitare. Quartò malis Christianis & mūdanis, qui non curant nisi de negotiis huius mundi. Sed personę deuotæ, bonæ vitæ, & deuoti, religiosi, clerici, qui despiciunt mūdū, & ponūt totū cor suū in amore Christi, ad ipsum laudādū, glorificādū &c. tales legunt ibi. Liber apertus est, qui est liber vitæ. Apoc. 20. In hoc libro semper studebat apost. ideo fuit tā magnus doctor & magister in theologia, dicēs de se, Non iudicaui me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. 1. Cor. 2. Quando enim anima intrat paradisum, videns istum librum, in eodem legit etiam si nunquam sciuerit literas, & immediatè habet plus de sciētia quàm habuerunt prophetæ vel apostoli in hoc mūdo. In isto libro studendū est quādo laborat homo in studiis, & expēdit tēpus. Christus volēs nos prouocare & inclinare ad studēdū & legēdū in hoc libro, dicit. Quid vobis videtur de Christo? Acsi ego de aliquo libro optimo dicerē vobis quid vobis videtur de isto libro? quasi dicerē, excellēs est. Et patet the. Modò prædictū the, possum vobis declarare secūdū tres generatiōes, vel tres natiuitates quas inuenio in Christo.

Prima

Prima generatio seu natiuitas est æterna in sua deitate.
Secunda temporalis in nostra humanitate.
Tertia spiritualis in vera sanctitate.
Ex prima dicitur filius dei omnipotentis.
Ex secunda filius virginis Mariæ excellentū.
Ex tertia filius personæ pœnitentis.

Ideo quando dicitur, Quid vobis videtur de Christo? possumus triciter respōdere. Dico primò q̄ prima generatio Christi seu natiuitas est æterna in sua deitate, quia æternaliter antequā crearet cēlū, vel terrā, elemēta seu angelos, sine principio deus pater genauit filiū in deitate. s. in distinctione personali, quia alius est pater genitans, & alius filius genitus: & filius distinctus est à patre distinctione personali, sed nō est aliud in deitate essentiali, quia eadem est essentia patris & filij. Nō sic est in nobis, qa sicut alius est pater in humanis, & generans, & distinctus distinctione personali, ita etiam distinctione essentiali, Ratio, qa quādo pater generat filiū, generat ip sum extra se personaliter, & etia essentialiter, quia essentia patris in humanis manet in ipso patre restricta, qa finita est, sed in diuinis nō est sic, quia licēt deus pater generet filium alium in persona, nō tamē generat ipsum alium in essentia, quia nō potest ipsum generare extra suam essentiā, quia infinita est, & vbique. De quibus vide plenum sanctum Thomam prima parte. q. 39. articu. 2. in corpore ar. De ista generatione loquebatur Esaias secundū Hierony. dicens, Generationem eius quis enarrabit? Esa. 53. quasi dicat nullus. Sed diceret aliquis, Quomodo ergo vos vultis enarrare eam? Respondeo, differentia est inter narrare & enarrare. Nam enarrare est aliquid ex toto declarare, & hoc est impossibile. Sed narrare est quādo aliquid dicitur vel narratur in aliqua similitudine, sed non ex toto. Et do vobis exemplum in sole, in quo deus posuit suam similitudinem. Nam in sole posuit tabernaculum suum, ait Dauid, Vnde solide sua substantia generat filium, scilicet radium, quem mittit in hoc mundo, & tamen non recedit ab eo, sed deus non est minus potens, vt de sua substantia generet sine vxore filium, & mittat in hunc mundum. Ista similitudine generatio Christi potest narrari, sed non enarrari. Et quando quæritur, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Possumus respondere, Dei patris omnipotentis. De ista materia dicit propheta Dauid in persona Christi dicentis, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Diceret aliquis, Nunquid vos dicitis quòd ista generatio fuit æterna, vel ab æterno? & tamen ipse dicit, ego hodie genui te. Respondeo. Differentia est inter tēpus & æternitatem, quia tēpus diuiditur per partes, nam ipsum est dies propter solis præsentiā, & postea erit nox propter solis absentiā. Sed illa duratio æternitatis

non

non est nisi vnus dies, quia ibi sol nō absconditur, & ideo posset poni ista conclusio mirabiliter, sed vera, ꝙ nullus sanctus potest fiare in paradiso nisi vna die, quia nō est nec erit ibi nisi vna dies. De qua dicit Dauid, Melior est dies vna in atriis tuis super milia. Moraliter nota hic in hoc ꝙ dicit Dauid, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionē tuā terminos terræ, ꝙ illa sunt verba patris ad filiū. Posset hic quærere aliquis, Si Christus domin' noster est filius dei patris omnipotentis, nunquid tunc ipse debet succedere suo patri? quid ergo primogenitum oportet petere regnum, & dicere, Detis mihi regnū, quia de iure hæreditario ad ipsum pertinet regnum? Hæc responsio huius quæstionis valet ad respondendū vni quæstioni, quā vos facitis de prædestinatione. Vos enim dicitis, Si ego sum prædestinatus, quid tunc oportet me petere regnum cælorum, orando, vel pœnitentiam faciendo, & nunquid potest mentiri diuina prædestinatio? Responsio ad hoc, quòd dato quòd deus dixisset vobis librū prædestinatiōis, & vos esse scriptos ibi, adhuc oporteret vos petere regnum dei orādo, & bene viuendo, & pœnitentiam faciendo. Greg. Ipsa æterni regni prædestinatio sic est ab omnipotenti deo disposita, quatenus ad hanc electi ex labore perueniant, vt. s. postulādo mereātur accipere quòd eis omnipotēs de' ante secula disposuit donare. Vultis quòd dicam vobis pulchrā similitudinem ex textu euangelij? Matt. 25. Simile est regnum cælorū decem virginibus &c. Ille rex inuitauit multas nobiles personas singulariter 10. domicellas, vt sibi facerēt honorē. Dixerunt ergo quinque ex eis. Oportet nos bene præparare &c, quæ ex hoc dicuntur sapientes. Sed dicebant aliæ quinque, Et quid oportet nos præparare, ex quo sumus inuitatæ &c. quæ ex hoc dicūtur fatuæ. Sic est de nobis, omnes sumus inuitati ad nuptias paradisi. O quale cōuiuium. Luc. 14. Beatus qui manducabit panē in regno dei. Si vna mica posset haberi de illo pane, nunquam aliud homo vellet comedere, nō quam posset homo mori. Nota cùm dicitur decem virginibus. Quare dicit decem? Nónne omnes Christiani sunt inuitati? Respondeo, quòd decem significat obseruātiā 10. præceptorum. Modò cum tali conditione sumus inuitati, si obseruauerimus 10. præcepta. Cū dicitur, virgines, nónne aliæ poterunt intrare? Respondeo, quòd requiritur virginitas animæ, s. in fide catholica, ne anima sit corrupta per falsam credentiam, opinionem, errorē, seu dubitationem. Ecce quare dicit, decem virginibus, & quinque ex eis erant prudentes, & quinque fatuæ. Quia omnia opera facimus cum quinq; sensibus corporis, quos aliqui bene gubernant, isti sunt sapientes, alij autem male, & isti dicūtur stulti. Quilibet enim debet facere cōputū de. Et quo ego sum inuitatus ad istas cęlestes nuptias, ideo parabo meam vadā cū veste antiqua superbiæ, Ideo induar veste nouā, scilicet humilitatis. Idem de veste lutosa luxuriæ, quia porci non intrabunt ad illud conuiuium. Idem de veste nigra, de dolore. s. vel inuidia cōtexta dicendum est, quæ nō est nisi dolor de bono alterius. Idem de veste crapulosa gulæ. Idem de veste perforata per iram. Idem de veste [illegible] tinea per acidiam. Sequitur, Et quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. i. inuitatis. Ideo illi qui dicūt, Si ego sum [illegible]edestinatus, vel inuitatus, si fuero paratus, vel nō paratus, illuc intrabo. Falsum dicunt, quia ad hoc quod inuitatus intret ad nuptias regales, præsupponitur ꝙ sit homo præparatus. Ita etiam ad hoc quòd prædestinatus saluetur, requiritur præparatio, ergo estote parati, quia [illegible]a hora nō putatis, filius hominis veniet. Lucæ. 12. Ideo apost. Induite vos sicut electi dei, sancti, & dilecti, viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiā, supportātes inuicem, & donātes vobismetipsis, si quis aduersus aliquē habet querelam, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos. Super omnia autem hæc charitatē habete, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati estis in vno corpore, & grati estote. Col. 3. Item alius dicit, Si ego non sum prædestinatus ergo non intrabo &c. Dico quòd si fueritis præparati, & hoc in fine intrabitis. Dico secundò quòd est alia generatio, non æterna, sed tēporalis, quia in tempore fuit facta. Modo sunt. 1000. 428. anni. Cū ergo dicit, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius? vt posimus respondere, Virginis Mariæ. sicut enim Christus in prima generatione habet patrem sine matre, ita in secunda generatione est oppositum, habet enim matrem sine patre homine. Item in generatione æterna generatur à patre sine distinctione personali in vnitate tamē essentiæ, sed generatio ista temporalis habet oppositum, quia generatur in vnitate personali, & diuersitate essentiali. Nā diuinitas & humanitas, quæ sunt duę essentiæ seu substantię in Christo, nō sunt nisi vna persona. Nō credatis quòd vna persona sit Christus, inquātū deus, & alia inquantū homo, & quia sic indutus est humanitate, ꝙ non facit alia personā. Humanitas enim Christi assumpta est à filio in diuinis, in vnitate suppositi & personæ. De ista generatione auto. Geneſi 5. Ad quam Iudæi non possunt respondere, quæ est quando deus Abrahę loquēs de futuris, & de captiuitate Iudæorum in terra Aegypti, inter alia dixit, Generatio autē quarta reuertetur huc. Quia sunt enim legūtur generationes humanę. Prima fuit fine homine & muliere, vt Adæ, q nō habuit patrē neq; matrē. Secūda fuit de homine sine muliere, vt Euæ. Tertia est generatio cōmunis de homine & muliere. Quarta fuit generatio de muliere sine viro, qualis fuit generatio Christi. & de ista di. Reuertetur huc. s. in gloriā vbi ipse erat, & nō dicit illuc. Sed Iudæi malè intelligentes, dicūt ꝙ sicut generatio tertia prima intrauerunt Aegyptum, ita in quarta redirent. Contra hoc

Locus ex quo colligitur quo tempore diuus Vincentius floruit.

dicit

dicit. Reuertetur huc. s. vbi ego sum, & nō dicit illuc. i. vbi tu Abrā es. Cū ergo quæritur, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Respōdetur, Virginis Mariæ excellētissimę. De ista generatione dixit angelus Gabriel virgini Mariæ, Ecce cōcipies in vtero, & paries filiū, & vocabis nomē eius Iesum. Lucę. 1. Nota Iesum, quicquid est nomē eius hoc nomē Christi? Dico q̄ filius virginis nō habet aliud nomē proprium, nisi Iesus Christus, & alia nomina cognomina sunt, ꝓpter hoc solit hunc nomini Iesu fit reuerētia quando nominatur. Si istud nomē Iesus p aliquē nominaretur in cælo, vel inferno, oēs flecterēt genua. Licet dicat decretū, & quando nominatur in ecclesia, nō debēt flecti genua corporis, sed animæ. s. inclinādo. Ideo apostolo. Dedit illi nomē q̄ est sup omne nomē, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cęlestiū, terrestriū, & infernorū. Phil. 2. No. super omne nomē. Deus omnē virtutē posuit in nomine isto Iesu, iā si huic nomini additis alia nomina, signū est q̄ nō reputatis istud nomē Iesus sufficiēs, si deuotionē habemus ad istud nomē, nō oportet recurrere ad diuinos &c. Dicatur practica, quō signū crucis in nomine Iesu debēt facere sup plagā propriā, vel filiorū, vel etiā iumentorū. Dauid, Homines & iumēta saluabis domine &c. Itē idē dicēdū de mulieribꝰ ꝙ filiis habedis vel portādis, nomē enim Iesu venerari debēt. Itē dicēdū est vt liberētur a doloribus partus. Vnde auctoritas. Melius est nomē bonū. s. Iesus, q̄ vnguēta pretiosa. Ecc. 7. Dicatur miraculū de isto nomine Iesus Act. 3. de illo paralytico, qui quolibet die portabatur ad portam templi in Hierusalem per quadraginta quatuor annos, & petēs eleemosynā, Petrus & Ioannes semel causa orationis ascēderūt ad rēplū, ille petijt eleemosynā, & Petrus dixit, Argētū & aurū nō est mihi, q̄ autē habeo, hoc tibi do. In nomine Iesu Christi Nazareni surge & ambula &c. Ideo respondit Petrus Iudæis rectoribus, & doctoribus Hierusalē, admirantibus de dicto miraculo. Nec enim aliud nomen est sub cælo datū hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Act. 4. Dico tertiò quòd alia generatio seu natiuitas Christi est spiritualis in vera sanctitate, ex qua dicitur filiꝰ personę pœnitētis. Magnū mirabile est q̄ Christus posit fieri filiꝰ mulier. Virgo Maria reputat sibi ad magnā gratiā quòd sit mater Christi, tamē quilibet vestrū si vult, potest cōcipere, & parere Christū. Pro cuius intellectu sciendū q̄ quando aliquis tenet malam vitam, & viuit in peccatis, quot peccata mortalia habet, tot dęmones habet secum. Auctoritas. Dicūt duo euangelistę, Maria Magdalena de qua septē dæmonia exierant, Luc. 8. & Mar. vlti. dicitur de peccatis, quia non legitur fuisse dæmoniaca, sed quia stabat in peccato superbiæ, ideo habitabat in ea quidam dæmon, qui vocatur Leuiatham, qui tentat de superbia &c. Patet ergo, tot dæmones habet homo, quot peccata, sed quando deus facit gratiam peccatori quòd cōuertitur,

reuertit se ad eum, recipit bonum propositum &c. tunc dæmones fugiunt, & Christus intrat in animam. Ecce quomodo fit generatio spiritualis, quia sicut æternaliter generatur à deo patre, & temporaliter a matre, ita spiritualiter à pœnitente. De ista generatione dicit Dauid. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciē dei Iacob. Attollite portas principes vestras, vsque rex gloriæ. Quando vero dicitur, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? possumus respōdere, personæ pœnitentis, quia sicut mulier quæ concipit & parit dicitur mater. De hoc auct. Dicatur cùm Christus prædicaret in quadā domo, virgo Maria venit vt audiret sermonē, associata à parentibus suis, & propter multitudinem gentiū nō potuit intrare, & stetit extra ad portam. Quidam Iudæus mala intentione vt diceret sermonem, & dicerent gentes, Ecce quomodo est carnalis, mittit. Magister, ecce mater tua & fratres tui foris stant, quærētes te. Respondens Iesus ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quicūq; enim fecerit voluntatē patris mei qui in cęlis est, ipse meus frater, & soror, & mater est. Mar. 12. No. qui fecerit voluntatē patris &c. s. peccator faciēs pœnitentiam. Non debemus desperare ex peccatis, sed facere pœnitentiam debemus. Talis dicitur mater Christi, quia ipsum cōcepit in vtero memoriæ. Multi concipiunt Christum per bonum propositum, sed nō possunt parere per effectum exterioꝛem, mulier enim cōcipit secretè, & cum delectatione, tamen cū labore portat, & parit cum dolore. Ita de nobis multi sunt qui secretè & cū delectatione cōcipiunt Christum, audiendo sermones, vel bonas lectiones. Semen est verbū dei. Lu. 8. Prædicator est instrumentum spiritus sancti, grauidans peccatores. Vnde quādo superbus, vanus, & pōpōsus, proponit dimittere suam superbiā, & peccata, tunc concipit Christum sed in partu. s. humiliando se de statu, & ornatu, patitur nonnūquam dolorem. Idem de muliere proponēte dimittere ornamēta, & vanitates &c. sed in effectu ibi est dolor. Idē de vsurario, vel latrone, quādo proponit satisfacere, cōcipit Christum, sed quando aperit taxiam, & videt florenum dicit, O miser oportet me ista restituere. ibi est dolor, cùm posset hereditare filios. Item vxor non posset tam ornatè incedere. Idē de sacerdote, quādo ꝓponit dimittere concubinam, sed in opere quando ipsa plorat &c. ibi est dolor. Idē de homine siue muliere, qui ꝓponit recedere ab impudica vita, quod necessariū est, quia porci nō intrabūt paradisum, hi patiūtur in partu dolorē, & tunc quandoque alleuiant peccatū ne dimittatur &c. Idē de illo qui proponit remittere iniuriā, vt sibi dimittātur peccata à deo, sed quādo dicitur, Et quid facietis? dicunt q̄ essis femineus &c. ibi est dolor partus. Idē de guloso, qui ꝓponit abstinere, sed quādo videt escas &c. ibi est dolor. Multi cōcipiunt Christū, sed non oēs pariunt. Nimis esset si mulier portaret conceptū fœtū

per annum vel duos, sed à multis diutius portatur Christi cõceptus &c. Auct. Sicut quæ concepit, cũ appropinquauerit ad partũ dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus. A facie tua domine cõcepimus, & quasi parturiuimus, & peperimus spiritũ salutis. Esa. 26. Nã. A facie tua. Facies dei est prędicatio. Ratio, quia sicut in facie cognoscitur persona, ita deus cognoscitur in prędicatione. A facie tua domine cõcepimus. s. à spiritu sancto, & quasi parturiuimus. Parturire est laborare in partu, parere autem est quãdo exit creatura ab exãra. Ideo amore dei si concepistis affectum, pariatis effectum &c.

De eadem dominica. s. XVIII. post Trinit. *Sermo III.*

Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Io. 14. In prẽsenti sermone proposui vobis declarare datam legem & scripturam sanctam tantũ quantũ vobis est necessariũ pro bono regimine huius vitæ. Salutetur virgo Maria &c. Ad bonũ regimẽ & gubernationẽ humanę vitę vir tuosè viuendo, & vitia vitanda, multum fuit necessarium vt deus daret mandata &c. Ratio, quia licèt per intellectum & rationem naturalẽ in aliquibus homo cognoscat quomodo se debet habere ergà deũ & proximũ, tamen in omnibus nõ sufficit intellectus nec ratio naturalis, quia aliquoties intellectus & ratio iudicant de aliquo esse bonum & iustum, q̃ tamen est vitium & peccatũ, ideo necessarium fuit dare prẽcepta dicẽdo, hoc & hoc facietis, quia istud placet mihi, & istud nõ, nec istud facietis, quia istud displicet mihi, & ex quo homo scit dei voluntatẽ, homo nõ potest errare, tamen quandoq; erraret, nisi volũtas dei reuelata esset, cũ in omnibus nõ sufficeret intellectus naturalis. Verbi gratia. Nã de aliquibus vos intellectu naturali iudicatis esse faciendũ, dicendo, Et istud bene potest fieri, & quod peccatũ est erratis. Quãdo enim mutuatis pecuniã, intellect⁹ vester iudicat aliquid recipiendum de interesse, quia ille de moneta vestra lucratur &c. Cũ ista ratione diuites vsurarij vadũt ad infernũ, quia pecunia nõ est vestra, quia dominus nõ remittit reddere computũ alteri. Vos autem de omnibus habetis reddere cõputum Christo. Vos autẽ solũ estis dispensatores, ideo si cõtra voluntatẽ & prẽceptum domini dispensaueritis, damnationem incurritis ex peccatis. Vnde dicit prẽceptũ domini, Nõ fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniã, nec fruges, nec quãlibet aliã rem. Deut. 23. Itẽ mirtionem carnalẽ soluti cũ soluta homines nõ iudicant esse peccatũ per intellectũ, & cũ ratione, sed dicũt aliqui, cui fit iniuria? quasi dicerẽt, nulli. Sed falsum dicũt, quia fit iniuria regi Christo, patri mulierum &c. Ecce prẽceptũ, Abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrũ vas suum possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorãt deũ &c. 1. ad Thes. 4. No. in sanctificatione, hic apostolus reuocat tacitè quæstionẽ, de

qua non oẽs audent prædicare, sed oportet pro sanitate q̃ medicus ligat vulnera, licèt corrupta & fœtida. Dicunt aliqui falsè, Sed ego eligendo me &c. volo recipere delectationẽ, quod peccatũ est, cui facio iniuriam? q. d. nulli, sed falsum dicũt, quia magis peccatũ est peccatum mollicici, quã si cum matre carnali peccaret quis. Ratio, quia cõtra naturã. Ecce quare fuit necessariũ mandatũ. Ideo dicit vt sciat vnusquisque vestrũ vas suum &c. Item si aliquis iniuriã vobis intulit, quid iudicat intellectus vester? patet q̃ ad vindictã, quod non est peccatum, quia naturale, quia vna formica vertit se vindicando. Sed falsum est, quia vindicãs se, Christũ regẽ offendit, q̃ patet à simili. Nã si in palatio regis & in sua præsentia recipiatis vindictã de iniuria vestra &c. regẽ offenditis. Ideo dicit script. Si fieri potest quantũ ex vobis est, cũ omnibus hominibus pacẽ habentes, nõ vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locũ irę. Scriptũ est enim, Mihi vindictã, sup. reseruaui, & ego retribuã vel in hoc mũdo, vel in alio, Ro. 12. & sic de alijs multis. Patet ergo q̃ nec intellectus, nec ratio naturalis sufficit quantũ ad omnia ostendere quid sit virtuosum, & faciendũ, & quid peccatũ, & vitiũ, & cauendũ. Ideo ad melius gubernandũ vitã nostrã necessaria sunt mandata. Auct. Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitę increpatio doctrinę. Pro. 6. Ideo qui vult gubernare bene vitã suam, nõ debet se regere in omnibus secundũ intellectum suum naturalẽ, sed secundũ dei mandata, non secundum propriã suam apparentiam, sed secundũ dei præcepta, non secundũ proprias inclinationes, sed secundũ diuinas ordinationes. Tunc potest talis dicere the. Sicut mandata dedit mihi pater, sic facio. Nota, non dicit sicut mãdata in plurali, sed mandatũ in singulari. Secundũ istum modum loquendi in lege dei nõ est nisi vnum mandatũ. Pro quo sciendum quòd secundum diuersas conditiones & proprietates mandatorum dei diuersimodè annumerãtur. Mandata enim dei habent quinque conditiones, quia mandata dei sunt

In ornamentum animæ,
In firmamentum gratiæ,
In operationem meritorum,
In incrementum præmiorum,
In regimen vitæ.

Et secundum hæc diuersimodè computantur,

Secundum primam conditionem sunt innumerabilia,
Secundum verò secundam sunt in magno numero,
Secundum tertiam sunt in parvo numero,
Secundum quartam in paucissimo numero,
Secundum quintam in nullo numero sunt.

Quia non est nisi vnũ, de quo dicit the. Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Dico primò q̃ mandata sunt in ornamentum animæ,

quando. s. in hac vita homo gubernat se, & regit secundum mandata dei, & non secundum propria sentimenta, vel inclinationes, vel secundum malam cõsuetudinem aliorum, tunc anima ornatur præceptis dei. Declaratio. Anima enim iam per creationem habet maiorẽ pulchritudinem quã aliqua creatura corporalis. Ratio, quia est ad imaginẽ dei, quã non habet sol neque luna &c. Si enim imago imperatoris picta sit ita pulchra, quanto magis anima à sancta trinitate picta ad imaginẽ suam, nisi ex peccatis fiat nigra, sicut pulchra mulier, quando macularetur esset turpis, ita anima ex peccatis. Sed quando supra pulchritudinem animæ venit ornatus obseruantiæ mandatorũ dei, tũc est inestimabilis pulchritudinis, sicut de regina de se pulcherrima, quando ornatur vestimentis, aureis annulis, & corona, efficitur pulchrior. Ita de anima, intantum quod si posses eam videre &c. nec modõ dum est in corpore, ipsamet videt suam pulchritudinem, sed quando egreditur de corpore videt. Auct. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere. s. de corpore, & videbis tuã pulchritudinem Cant. 1. Secundum istam conditionẽ mandata sunt innumerabilia, vt capilli qui sunt ad ornamentum mulierum secundum apostolum. 1. Cor. 11. vbi dicit, Mulier si comam nutriat, gloria est illi. Sunt ergo mandata vt sic innumerabilia, intantum quod nullus doctor seu magister posset scire omnia mandata quæ sunt in veteri testamento, & nouo, in decretis, decretalibus, clementinis &c. Diceret aliquis, ergo superflua sunt, ex quo nõ possunt sciri. Dico q̃ non sunt superflua, quia licèt capilli mulierum sint innumerabiles, nõn sunt tamen superflui, imò dat sibi ornatũ. Ita de præceptis. Ideo Dauid, Multiplicata sunt. s. præcepta super capillos capitis mei. psal. 39. Item diceret aliquis, Quæ ergo poterunt seruari, si nescimus? Dico quod bene. Illud quod tu scis vel credis esse mãdatũ dei, seruа illud, ne facias contra. Alia autem mandata, si habes charitatem, omnia seruantur à te. August. dicit, Quidquid patet, & quidquid latet in diuinis codicibus, totum tenet qui seruat charitatem in moribus. Si ergo fiat quæstio, Quot sunt mandata dei in omnibus libris? Respõdeo, si volumus loqui de mandatis secundum quod sunt in ornamẽtum animæ innumerabilia sunt. Secunda conditio mandatorum est, quòd sunt in firmamentum gratię. Ecce quomodo, quia tandiu homo stat in gratia dei quandiu seruat eius mandata. Ratio, quia gratia dei non perditur nisi ex peccato mortali, si vnus homo haberet omnia peccata venialia mundi, propterea non perderet gratiam dei. Et quando dicunt aliquæ glosæ, quòd multa peccata venialia æquivalent peccato mortali. Non est verum loquẽdo æquiparenter, vel per æquiualentiam. Quia si omnia peccata venialia ponerẽtur in vna parte stateræ, & vnum mortale ex alia parte, plus põderaret mortale peccatum, sed bene dispositiuè venialia æquipollent vni mortali

tali peccato, quia faciunt hominem cadere in mortale. Ego inuenio q̃ homo potest peccare superbia, auaritia, luxuria, & tamen nõ erit peccatum mortale, sed veniale. Ideo septem peccata non dicuntur mortalia, sed capitalia. Verbi gra. Si aliquis superbiat, quia vadit ornatus &c. nõ est peccatum mortale, sed veniale, sed fit mortale, si ex hoc despicit aliquem, vel si ex hoc furatur, vel facit vsuras, vt possit incedere põpose, & ornatè, tunc est mortale, quia cõtra præceptum dei. Item si mulier ornet se, & depingat amore sui viri, veniale peccatum est, sed si ex suo excessiuo ornatu vel pictura concupiscitur ab alio efficitur mortale, vel si ex hoc vir pauper habet facere vsuras, rapinas, & ipsa mulier ad hoc eũ induceret vt possit sic incedere, mortale est. Idem de peccato auaritiæ, si homo diligit pecunias, & custodit, tale est veniale, sed quãdo homo amore diuitiarum facit vsuram, furtum, vel retinet salarium, vel nõ complet testamẽta, non soluit decimas, tũc est mortale. Idem de luxuria, quando vir & vxor solum propter solatium actum matrimonialẽ faciũt, tũc veniale est, seruãdo modum, sed si cogitas de alio, vel de alia, ita quod etiã si nõ esset vxor sua, vel vir suꝰ, adhuc miscerẽtur, vel si mutãt modũ, mortale est. Idem de gula, quãdo propter bonitatẽ vini vel panis homo comedit seu bibit parum plus, veniale est, sed quãdo homo inebriatur, & perdit sensum, efficitur mortale, quia cõtra dei mãdatum. Vel si frãgit ieiunia, vel si ex nimio cibo & potu habet facere luxuriam, efficitur mortale. Idem de acidia, posset surgere de mane ad orãdũ, & nõ facit, veniale est, sed si ꝓpter hoc omittat audire missam in domínica die, mortale est. Idẽ, si homo nõ cõfiteatur vel cõmunicet in pascha te. Sancti doctores diffiniũt diuersimodè peccatum mortale. Aug. in lib. de libero arb. sic diffinit peccatũ. Peccatum est dictũ, factum, aut cõcupitum cõtra legẽ æternã. Item Ambr. in libro de paradiso dicit, Peccatum est trãsgressio diuinæ legis, & cælestium in- *Peccati*
obedientia mãdatorum. Patet igitur quòd gratia dei nõ perditur nisi *mortale* ex trãsgressione mãdatorum dei. Ideo dicit scriptura sancta, Deus *lis defi-*
ab initio cõstituit hominẽ, & reliquit illũ in manu cõsilij sui. Adiecit mãdata & præcepta sua. Si volueris mãdata cõseruare, cõseruabũt te, sup. in gratia dei. Eccl. 15. Secũdum istã cõditionẽ dico quòd mãdata sunt multa, & nõ innumerabilia. Vnde à sapiẽtibus possunt sciri & cõputari. Quia secundum Iosephum tot sunt mãdata quot sunt ossa in corpore humano, quæ secũdum Physicos, qui in hoc inuenti sunt, sunt 268. Tot sunt præcepta affirmatiua legis dei inclinãtia ad opus bonum. Et sicut corpus sustinetur ossibus, ita anima diuinis mãdatis. Ideo Iudæi, quãdo orãt, omnia membra mouent, quia quot sunt præcepta, tot ossa mouẽtur, quia dicendo cum Dauid, Omnia ossa mea dicent domine, quis similis tibi? Psal. 34. Diceret aliquis, licèt sciamus naturam istorum mandatorum, tamen nescimus quot

sunt, quomodo ergo possunt seruari? Respõsio, sicut scitis quot ossa habetis, licèt non videatis ea, quę nihilominus sustinent corpus, sic ista præcepta, si gratiam habetis intra, vos sustinebunt, & gratia dei docebit vos quid faciendum sit, & quid vitandum. Vos vnctionem quam accepistis, id est gratiam ab eo, maneat in vobis, & non necesse habetis vt aliquis doceat vos, sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi scientibus eam, & quoniam omne mendacium ex veritate non est. Quis est mendax niti is, qui negat quoniã Iesus non est Christus? 1. Io. 2. Si ergo fiat quæstio, Quot sunt mandata dei? Respondeo, si volumus loqui de eis, inquantum sunt firmamentum gratiæ, sunt tot quot ossa sunt in corpore. Tertia conditio mãdatorum dei est, quod sunt vtilia ad operationẽ meritorũ. Si enim volumus mereri coram deo, oportet seruare eius præcepta. Quæstio est de quo habem' maius meritũ, vel de illo quod facimus voluntariè & ex deuotione, an de illo quod facimus ex mandato dei. Verbi gra. Hodie non est ieiunium ex præcepto, si nõ ieiunat hodie, & alia die ieiunat ex mãdato, quod erit maius meritũ? Multi dicunt q̃ scilicet ieiunium voluntarium sit magis meritoriũ, falsum est, quia non habet rationẽ meriti, nisi vnum, scilicet quia facitis bonum opus, sed præceptum habet duas rationes meriti. Prima obedientia seruandi præceptum. Secunda, quia est opus bonum. Hic patet peccatum multorum, qui dimittunt illa quæ debent facere ex dei mandato, & seruant ea quæ voluntariè receperunt, dimittunt enim ieiunium ecclesiæ, & seruant ieiunium istius vel alterius sancti ex deuotione. Alij dicunt, Eleemosyna est melior quàm ieiunium, quia dare eleemosynam est voluntarium, & ieiunare ieiunia ecclesiæ est præceptum, & sic negligunt ieiunia ecclesiæ, & omittunt nõ habentes causam rationabile, & sine prælati auctoritate, quare damnantur, etiam si darent tantã eleemosynam, vt redimerẽt omnes captiuos. Item multi religiosi non seruant ieiunia sui ordinis, & semel in hebdomada ieiunant in pane, & aqua, vel in vigilia sanctorum, qui non habent vigilias ieiunare, & qui habent vigiliam non ieiunant, qui recipiunt deuotionem, & omittunt dei ordinationem. Sed hoc non sufficit. Propter hoc dixit Christus Iudæis, Væ vobis Scribæ & Pharisæi, hypocritæ, qui decimatis menthã, & anetum, & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidẽ. Hæc oportuit facere, & illa non omittere. Matt. 23. Iam multi clerici sunt, qui non dicunt officium, vel si dicunt, dicunt festinanter, ex alia parte dicunt psalmos, vel orationem sancti Augustini, sed malè faciunt in hoc q̃ negligunt ea ad quæ tenentur, quia maius meritũ est seruare mandata dei, & ordinationem eius, quàm illud quod est voluntariũ. Dicitur historia ad propositũ, quæ habetur. 1. Reg. 15. vbi legitur q̃ Samuel qui erat

Op' bonum ex peto fatũ aut ex alia obligatione est magis meritoriũ, quã mea spõte factũ

qui erat prælatus vt papa ex parte dei, præcepit Sauli, vt iret contra Amalechitas, & interficeret omnes homines, & mulieres, & iumenta. Saul autem seruauit de iumentis oues pro sacrificijs. Ad quẽ Samuel, Melior est obedientia quàm victima. Ideo fuit depositus de regno, & habuit malum finem, quia ipsemet interfecit se. Volũtariè enim fecit & elegit sacrificium, cùm haberet mandatum ad oppositum. Ideo si vultis facere sacrificium de corpore vestro per pœnitẽtiam, non omittatis obedientiam. Caueat vxor, si non placet viro, portare cilicium, vel alia, quia vir est dominus corporis vxoris. Idem de viro dicendum est, sed detur vxori aliqua pœnitentia secretè. Caueat tamen à pœnitentia præiudiciali. Idem de seruis vel captiuis dicendum est, ne defraudent dominum in seruitio. Reddite quæ sunt Cæsaris Cęsari, & quæ sunt Dei Deo. Mat. 22. Primò permittit Cæsar quàm Deus, quia ita vult Deus deuotionẽ, ne faciat iniuriam alicui contra dei ordinationẽ. Patet ergo quod mandata sunt in operationem meritorum. Et secundum istam conditionem mandata decem, siue in numero denario, quia sicut decem digitis operamur, ita decem præceptis meremur. Quinque sunt principalia, quasi digiti manus dextræ, alia quinque quasi digiti sinistræ manus. Serua mandata mea, & viues, & legem meam quasi pupillam oculi tui. Liga eam in digitis tuis, & scribe illam in tabula cordis tui. Pro. 7. Quarta conditio mandatorum est, quod sunt incrementa premiorum. Quærit sanctus Tho. in secunda secundæ, in quo stat perfectio spiritualis apostolica, & sanctitas vitæ in obseruantia mandatorum an consiliorum? Multi erant dicentes quòd in consilijs, sed non est verum, immo stat in obseruantia mandatorum charitatis dei & proximi. Consilia autem dicit sanctus Thomas solùm sunt instrumenta & dispositiones perueniendi ad perfectionem spiritualem. Verbi gratia. Consilium de paupertate. Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quę habes, & da pauperibus. Matt. 19. Dicit sanctus Thomas quod illud consilium est instrumentum necessarium vt refrigeretur amor diuitiarũ, & perueniatur ad perfectionem charitatis. Cõsilium est etiam de castitate. Vnde dicitur, Sunt eunuchi qui seipsos castrauerũt propter regnum cælorũ. Mat. 19. Item gladio discretionis debemus abscindere omnes occasiones peccati, recedẽdo à mala societate, quæ est occasio mali. Nam non bibere vinũ forte, non comedere carnes, nõ ducere vxorẽ, sunt instrumẽta ad hoc vtilia, vt subiectis carnalibus delectationibus, cor hominis in solo creatore delectetur. Itẽ fugere dignitates, prælationes, cõsilium est. Mat. 20. Quicũq; voluerit inter vos maior fieri, fiat vt minister. Perfectio ergo Christiana plus stat in obseruãtia mãdatorũ dei, q̃ cõsiliorũ. Aut. Finis præcepti est charitas. 1. Tim. 1. Alia auctor. est ipsius Dauid in Psal. 118. Omnis consummationis vidi finẽ, id est perfectionis, latũ

mandatum tuum nimis. Secundum istam conditionem mãdata sunt duo solũ, sicut in duabus tubijs ambulam⁹, ita in sanctitate vitę duobus mandatis ambulamus, quæ sunt, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, hoc est maximum & primũ mandatum. Secundũ autem simile est huic, Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mãdatis vniuersa lex pendet & prophetæ. Mat. 22. Ergo si fiat quæstio, Quot sunt mandata? Respondeo. Si loquimur de mandatis inquantũ sunt incrementum præmiorum, dico ꝙ sunt duo. Quinta conditio mãdatorum est, ꝙ sunt regula & enorma vitę, qui vult regere vitã suã secũdũ intellectum naturalem solũ, vel secundum sensualitatẽ, vel secundum consuetudinem malam aliorũ, vel patriæ, vt de toris vel ferijs in diebus festiuis, deficiet & peccabit. Et si dicatur rex priuilegiat &c. Solutio. Rex nõ potest dispensare contra dei mãdata. Ideo dicit Christus, Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Mat. 20. Non dicit, serua inclinationes, vel serua cõsuetudines. Et iuxta istam cõditionem nõ est nisi vnicum præceptũ, sicut nec in toto corpore nõ est nisi vnũ caput, à quo procedit tota gubernatio hominis, quia ibi sunt oẽs sensus, & iudicium rationis, & imaginatio, & sic tota regula moralis vitæ reducitur ad vnicum præceptum, quod est, Omnia quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Mat. 7. Si habes seruitores & inimicos, nõ vis ꝙ seruitores vadãt ad loquendũ, vel habeant consilia cũ eis, vel ꝙ recurrãt ad eos in suis necessitatibus te despecto, ideo non vadas ad vitia &c. Item nõ velles ꝙ seruitores tui loquerentur malum de te, ideo non sumas nomẽ dei tui in vanum. Item velles quod seruitores tui, quibus das prouisionem, seruiant tibi, ideo tu in dominica seruias domino tuo. Item si vis vt filij tui honorent te, tu honora parentes, & sic de alijs. Patet quod istud præceptũ est caput aliorum. De isto dicit thema. Sicut mandata dedit mihi pater, sic facio.

Dominica XIX. post Trinitatem. Sermo I.

Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Verbum istud habetur originaliter Mat. 9. & recitatiuè in euangelio hodierno. Item sermo in præsenti erit huius dominicæ, & habebimus mediante dei gratia multas bonas doctrinas speculatiuas ad illuminationem intellectus, & morales ad nostræ instructionem vitæ. Saluetur virgo Maria. In sancto euangelio hodierno declarantur tria magna de domino & saluatore nostro.

Primò præsentia gratiosa,
Secundò clementia copiosa,
Tertiò potentia virtuosa.

In his tribus stat totum euangeliũ hodiernum. Et de primo, scilicet de præ-

de præsentia gratiosa, quia gratiosè se ostendit in quadã ciuitate, de hoc dicit the. Ascẽdẽs Iesus in Naz. in qua, s. desiderabatur. Ex quo Christus incœpit prędicare, noluit quiescere in vna ciuitate, seu in vna villa, sicut sol nõ quiescit ex quo oritur, qa si quiesceret in vna parte, nõ illuminaretur in alia, nec calefaceret, nec fructificaret. Ita de Christo, qui venit ad illuminãdũ in fide catholica, ad calefaciẽdũ in deuotione, & fructificandũ in operibus pœnitẽtiæ. Ideo laborabat nõ solùm per terram, sed etiam per mare. Ideo dicit, Ascendens Iesus &c. Nota ciuitatem suam, s. conuersationis, quia licèt esset dominus omnium, noluit tamen habere ciuitatem propriam, sed quia ista ciuitas Capharnaum erat maior & principalis in prouincia Galilææ, in qua Christus incœpit prædicare, vt dicitur Matt. 4. Et quia in illa conuersabatur, reputabatur ciuis illius ciuitatis, quemadmodũ dicitur de aliquo oriundo vel habitãte in aliqua ciuitate, Ecce ciuitas vestra, licèt parũ ibi habeat, quia imperatoris est vel regis. Ita de Christo, & hoc tangit homilia hodierna di. Creator rerũ orbis terrę dominas, postquam se propter nos angustarat in carne, cœpit habere humanam patriam, cœpit Iudaicæ ciuitatis esse ciuis. Et de hoc ad literam loquitur the. Ascendens Iesus in nauiculam, trãsfretauit, & venit in ciuitatem suam. Modò intremus secreta. In verbo themata tanguntur nouem secreta magna.

Primum incarnationis,
Secundum conuersationis,
Tertium passionis,
Quartum resurrectionis,
Quintum ascensionis,
Sextum gubernationis,
Septimum iustificationis,
Octauum iudicialis examinationis,
Nonum in cælum regressionis.

Dico primò ꝙ ostenditur secretũ sacræ incarnationis, cũ dicitur, Ascẽdẽs &c. Secũdũ istã expositionẽ nauis est natura humana. Ratio, quia ad formã nauis habuit prorã strictam in principio generis humani, nã solùm habuit duas tabulas, s. Adam & Euam, in natura gratiæ dei firmantis. In medio. s. in Christi aduentu fuit lata, quia tunc creditur fuisse maior multitudo gentiũ, & extunc, quasi in fine, angustatur, quia mũdus depopulatur propter guerras & fames &c. De ista naui dicitur Prou. vlt. Facta est quasi nauis institoris. In istã naturam ascendit Christus, quãdo in vtero virginis assumpsit naturam humanam, s. corpus & animã. No. dicit ascendit, & nõ dicit intrauit. nos omnes intramus in istã nauem per portam sentiuę cũ peccato, sed Christus nõ sic, sed ascendit &c. Et trãsfretauit, & venit in ciuitatem suã. s. in mundũ, licèt non cognouerunt eũ. In ꝓpria venit, &

sui eum nō receperunt. Io. 1. Secundū secretū est de sua virtuosa cōuersatione, secundū hoc tunc nauis est pœnitentia. Ratio vt supra quia pœnitētia à principio est stricta, quādo homo incipit pœnitere, valde pœnale est, sicut est ieiunium, ciliciū, vigiliæ &c. Sed paulatim dilatatur, quia nō tātū grauāt pœnitētiæ, quādo hō est assuetus, sed in senectute stringitur, ꝓpter tædiū, licēt nō tātū quātū à principio. De hac Christ⁹ Mat. 7. Intrate ꝑ angustā portā. De ista potest etiā dici illud Prou. vlt. Facta est quasi nauis institoris, de longē portās panē suū. 1. merces animarū. Ista nauis est de tribus cooperturis.

Prima est tristitia contritionis,
Secunda confessionis,
Tertia satisfactionis.

Ideo Christus, Pœnitentiam agite, id est intrate in nauim pœnitentiæ, appropinquauit enim regnum cælorum. Matt. 4. In istam nauim ascendit Iesus statim. s. in natiuitate, quia nō in palatio, seu in domo, nec in camera, sed in diuersorio voluit nasci, & in hyeme, & nō legitur quod ibi esset ignis &c. Sed virgo Maria posuit eū in præsepio. Dicunt aliqui doctores, q̄ hoc ideo fecit, vt in capite calefieret ab anhelitu bouis, & in pedibus ab asino. Itē fuit receptio circuncisionis. Itē fuga exilij in Aegyptū. Itē iuit per terrā, & per mōtes, dormiuit super terrā. Ascendens Iesus in nauiculam, id est in altiori gradu pœnitentiæ, quā vnquā fuerit. 33. annis nauigauit, & venit in ciuitatem suā, s. Hierusalē, ad portā passionis. Rationē assignat Lucas euāgelista di. Non capit sup. script. prophetā, id est Christū perire extra ciuitatē Hierusalem. Luc. 13. Tertiū secretū est de sua benedicta passione, secundum hoc nauis est crux. Ratio, quia si crux filo linearetur, faceret figurā nauis, cū ista oportet nos nauigare ad cęlū. Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucē suā, & sequatur me. Mat. 16. In istam nauim ascēdit Iesus in mōte Caluariæ, quādo fuit sibi dictū, Iesu exue te, & denudat⁹ remāsit tot⁹ excoriatus, & fuit sibi dictū. Proijcias te super lignū durū, & strictum, tunc Christus incœpit nauigare mare mortis, & venit in ciuitatē suā inferni. Dominus vniuersorū tu es. Hester. 13. Quartū secretum est de sua resurrectione gloriosa. Secundū hoc nauis fuit corp⁹ mortuū, q̄ erat in monumento, & in die resurrectionis anima benedicta ascendit nauim corporis, & transfretauit, & venit in ciuitatē suā, s. in gloriā immortalitatis. Ideo hæc oportuit pati Christū, & ita intrare in gloriā suam. Lu. vlt. Quintū secretum est de sua mirabili ascensione. Secundū hoc nauis fuit societas animarū sanctarū, & ascēdit primū, & animæ sequebantur, & venit in ciuitatē suā, s. paradisi, de qua persona sua dicitur, In ciuitate sanctificata similiter requieui. Eccl. 24. Sextū secretum est de sua mundiali gubernatione. Secundū hoc hostia est nauicula, in quā ascēdit Christus statim dictis verbis consecrationis,

crationis, & venit in ciuitatem suam, scilicet ecclesiam Christianā. De qua Dauid, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quia rex quotidie venit, secundum quod ipse promisit, Ecce ego vobiscum sum &c. quandiu durabit istud sacramentum, & mundus durabit, & in illa die in qua desiciet mundus, finietur. Septimum secretum est de humanali iustificatione, & secundum hoc nauis est conscientia humana, quę ad figuram nauis facta est, quia in principio, s. pueritię, homines strictam habent conscientiam, sed post modicum dilatatur in virilitate, in senectute autem redit ad puerilem statum, & in istam ascendit Christus, quando homo couertitur, quando enim homo stat in peccatis, tunc in ista naui nauigat diabolus cum vento Aquilonario, vt ducat ad portum inferni, sed quādo peccator recognoscit se, & malam vitam quam tenet, di. O miser, ego sum religiosus &c. tūc Christus ascendit in nauim conscientiæ, & venit in ciuitatem suam, portans personam ad portum & ciuitatem bonæ vitæ. De qua Eccl. 9. Ciuitas parua, & pauci in ea viri, quia pauci sunt modò qui tenent bonam vitam. Si in vno monasterio vnus est, multum est. Idē in vno collegio clericorum. Idem in vna villa, si sit vnus vel vna, multum est. Octauum secretū est de iudiciali examinatione, s. in iudicio, secundum hoc nauicula erit nubes. Tunc videbunt filiū hominis venientē in nube. Lu. 21. Transfretabit de cælo, & veniet in ciuitatem suam, s. vniuersitatem omnium gentium per examinationem dicēs, Ecce quid feci ego pro vobis, ostendens vulnera vt stellas fulgētes, & vnus angelus portabit crucē, alius clauos, alius coronam, alius lanceam, alius spongiam, di. Quid feciſtis vos pro me? Ibi erit dolor illis, qui nihil poterunt ostēdere. Nonū secretum est de regressu eius ad cælum. Postquam cōtra malos dederit sententiam di. Discedite a me maledicti &c. Matt. 25. tunc subitò terra aperietur, & absorbebit eos, & claudētur in inferno, & in igne, & in fumo &c. etiā si alię pœnæ non essent ibi, maxima & inæstimabilis esset miseria, & post hoc ascendet Christus in nauiculam ecclesiæ triumphantis in quā ascendet ęternaliter regnando, & veniet in ciuitatē suam, scilicet paradisi. Nomen ciuitatis ex illa die dominus ibidem. Amen. Ezech. 6. Ecce quare dicit, Ascendit in nauiculā, & venit in ciuitatem suam. Quare tota fides Christiana consistit hic. Dixi secundò quod ostenditur de Christo elementia copiosa, cùm dicitur, Et ecce offerebant ei ꝑalyticum, vsque, peccata tua. Mar. 2. dicitur quod portabatur à quatuor. Ex deuotione portabant eum ad Christum, qui tot mirabilia faciebat. Quorum fidem vt vidit Christus, dicit paralytico, Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. In hoc innuit Christus, quòd ille ex peccatis infirmabatur. Ideo dixit, Confide, scilicet de sanitate obtinenda. Remittuntur tibi peccata tua, quæ scilicet sunt radij infirmitatis tuæ. Ac si diceret medicus infirmo, postquam esset bene purga-

purgatus, Confidite, quia vos estis sanatus, quia mala materia ia expulsa est. Dicatur hic quomodo omnes infirmitates veniunt ex peccatis, quia si nõ fuisset peccatum Adæ vel Euæ, nunquam fuissemus infirmi, nec senes, & in morte cælum ascendissemus. Sed ex peccatis porta fuit aperta ad infirmitates, & miserias &c. Ideo quando homo patitur, statim debet accusare seipsum ex aliquo peccato di. Venit ex peccato mihi ista infirmitas, quia deus nõ delectatur in tribulatione creaturæ. Ideo statim debet recipere purgationem. s. confiteri, quia ex quo radix infirmitatis ejicitur, hõ curatur, aliàs sanitas nõ obtineretur. Ideo medici habent præceptũ sub pœna peccati mortalis, vt ante omnia faciãt cõfiteri infirmũ, priusquã recipiant eũ in cura, extra de pœn. & re. cũ infirmitas. Et esset bonum, quod antequã ad eũ accederẽt, facerẽt eũ confiteri, ne pòst diceret infirmus, Ego sum mortuus, & anima curata Leuius curatur corpus. Sed medici aliqui, proh dolor, non seruãt modò istam practicã, ideo &c. Sed Christus vt bonus medicus prouidit primò animę, remittẽdo peccata, & pòst curauit corpus. Ideo Greg. Nulla nocebit aduersitas, si nulla dominetur iniquitas. Sed est hic quæstio. Si infirmitas venit ex peccato, quid dicemus de pueris, qui nũquã peccauerũt, & tamẽ infirmãtur? Respõdeo quod est multoties ex peccatis parentũ, quia quãdo puer patitur, ipsi puniũtur ex dolore. Item pueri etiã concipiuntur in peccato originali, ad quod sequũtur istę pœnalitates. Sed est remedium. Nã sicut faciũt isti dñi, quando puer patitur febres, nutrix facit dietã, qa creatura, hoc est puer, nõ posset. Ita debetis vos parẽtes facere dietã pœnitẽtię, cõfitẽdo &c. Et si sanitas sit vtilis puero, de⁹ dabit. Moraliter hic super hoc q⁹ dicitur Mar. 2. q⁹ à quatuor portabatur ille paralyticus, & amore illorũ Christus curauit ipsum. Ideo dicit, Vides Iesus fidẽ illorũ &c. Paralyticus est peccator, in peccato mortali existẽs. Ratio, quia sicut paralyticus nõ potest se iuuare, nec aliquid facere, sic nec peccator potest facere opera meritoria. Licèt potest ieiunare, eleemosynã dare. vel aliàs &c. tamẽ nõ sunt sibi meritoria. Aut. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, s. culpę, quãdo nemo potest operari, s. meritoriè. Io. 9. Dicebat aliquis, Ergo secundum hoc quãdo ego sentio me in peccato mortali, melius erit vt dimittã ieiunia, vel alia opera &c. ex quo nõ sunt meritoria. Dico q⁹ nullo mõ sunt dimittẽda, imo addẽda sunt ea alia de pœ. dist. 5 falsas. Ratio, Licèt nõ sunt meritoria glorię, tamẽ ꝓficiũt ad multa alia, s. ad omnia pericula vitãda, ad habendũ pacẽ, sanitatẽ, diuitias, bonã famã, amicitiã dominorũ, & quod magis est, trahunt hominem de peccato. Ideo nõ sunt dimittenda. Sed dicere debet intra se peccator, O miser, ego peccaui occasione mundi, vel ex inclinatione carnis, seu tentatione diaboli, tamen nõ dimittã bona opera, quia ex istis vos domine extrahetis me de peccato &c. Sed

Præceptũ medicos obligãs pr⁹ animæ ægri consulere salutique corporis

Locus probans operaex tra gratiam facta, esse mortua

Quo pacto operamortua sunt vtilia.

Sed gloriæ non sunt meritoria. Verbi gratia. Quando anima venit ad portã paradisi, & Christus dicit, Videamus quantũ tibi debetur, & de operibus omnibus factis in gratia dat remunerationem. Sed de illis factis in peccato, dicet, Illa nõ recipio in computo. Nam tibi fecisti pro illis in vita. Verbi gratia. De beata Magdalena, vel de beatis Paulo & Matheo, qui aliquãdo fuerũt in peccatis, & faciebãt multa bona opera de genere. Et quãdo anima Magdalenæ vel Pauli venit ad cõputum cum Christo, dicit Christus, Tibi do gloriã tantã, quia tali die fecisti hoc & hoc, & etiam anima contẽtatur, & regratiatur deo. Sed si vellet petere salariũ de factis, vel operibus factis in peccato mortali, diceret Christus, Non, quia in ira mea fecisti. Ideo dixit Iesus, Ego sum vitis vera, & vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere, sup. meritoriè. Ioan. 15. Paralyticus est ergo ille qui stat in peccato mortali. Modò videamus quomodo curabitur. Nam si debet curari, oportet quod portetur à quatuor. Religiosus, vel clericus, vel laicus, si debet curari à Christo, oportet quod à quatuor portetur. Quatuor portãtes religiosum paralyticum sunt, Obedientia generalis, paupertas apostolicalis, castitas angelicalis, diligentia cerimonialis. Quatuor portantes paralyticum clericũ sunt, Casta cõuersatio, deuota laudatio, sancta celebratio, bona ædificatio. Quatuor portantes laicum, Oratio quotidiana, missa dominicalis, confessio quadragesimalis, cõmunio paschalis. Et tali dicetur à Christo, Confide fili, remittuntur tibi &c. Dixi tertiò quod ostenditur de Christo potestia virtuosa. Postquam Christus dixit Paralytico, Confide &c. Pharisæi & doctores inimici Christi, qui erant ibi, nõ audentes loqui adinuicem ore, in corde dixerũt. Hic blasphemat. Christus autẽ ostendit se esse verum deũ & hominem. Verum deum in hoc, quia cognouit corda eorum, quod est proprium deo, nos verò possumus cognoscere faciem, sed nõ cor. 1. Reg. 16. Homo videt ea quæ apparent, dominus autem intuetur cor. Aucto. Parum est cor hominis, & inscrutabile, quis cognoscet illud? Ego dominus scrutans corda. Hierem. 17. Cùm ergo vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dimittuntur tibi peccata tua, an dicere, surge & ambula, &c. Ecce quo modo ostendit se esse verum deũ. Istud signum est Esaiæ de Messia dicentis, Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebũt. Tunc saliet sicut cervus claudus, Esa. 35. Ecce potentia virtuosa. Moraliter hic super hoc, quod dixerunt Iudei contra deum, blasphemat. Nota quòd duplex est blasphemia, scilicet affirmatiua & negatiua. Affirmatiua est, quando attribuitur deo quod sibi non conuenit. Negatiua, negãdo de deo quod sibi conuenit. Verbi gratia. Vt intelligatis, & melius caueatis si tales

Solus deus corda mutat.

Duplex blasphemia, altera affirmatiua, altera negatiua.

les blasphemiæ sint inter vos quando iuratis de deo caput, cor, &c. cum ense, s. lingua ad modum ensis facta, tunc est blasphemia affirmativa, quia attribuitur deo quod sibi non convenit. s. dividi membratim, & vulnerari. Item tales plures cõmittuntur blasphemiæ per ludum taxillorum. Negativa blasphemia est, cũ dicitur, Ego deũ renego si facio, quia tollis deo fidelitatem quã sibi debes pro vana curiositate. Nõ oportebit talibus vim facere tẽpore antichristi, quia iã sunt assueti ad negandũ. Item in ludo dicitur, Non potest deus hoc, quod ante veniat cinq quàm deux as. Vultis scire quod peccatum est? Legitur. 3. Reg. 19. Et Esa. 38. Dicatur historia de Sennacherib rege de blasphemia negativa, quã dixit, Nõ potest deus vester hoc facere quod liberet vos de manibus meis? & ex hoc mortui fuerunt 175. millia. Ex ista pœna patet gravitas peccati. Ideo non mirũ, si habetis malum tempus &c. imò miror quomodo inuenitis aquam &c. Ideo amore dei corrigatur, & fiat ordinatio contra iuramenta, & lædos. Vnde scriptura dicit, Domine maledicti erunt qui contemnunt te, & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te. Toh. 13.

Dominica XIX. post Trinitatem. *Sermo II.*

CONfide fili, remittuntur tibi peccata. Mat. 9. Iuxta hoc thema volo nunc declarare omnes rationes quas habemus confitendi de deo in omnibus necessitatibus nostris, & habendi gratiam dei in hoc mundo, & gloriã in futuro. Credo quod erit bona materia & vtilis. Saltetur virgo Maria, Tota scriptura sancta clarę, & manifestè dicit & ostendit quod nos debemus ponere totã nostram spem & fiduciã in solo deo, & nõ in creaturis. Ratio, quia omnia bona quę sunt in hoc mundo, & fiunt, sunt à solo deo, tanquam à caussa effectiua & principali. Creaturæ autẽ non sunt nisi instrumenta, quibus mediantibus deus operatur. Licèt sine illis posset illa facere, sed vtitur creaturis tanquam instrumẽtis, vt sartor vtitur acu, filo, vrna, & alijs. Et quãuis homines non possent sine creaturis operari. Aucto. Diuisiones operationum sunt, idem verò deus, qui operatur omnia in omnibus &c. 1. Cor. 12. Et concordat auctoritas veteris testamenti di. Domine dabis pacem nobis. Omnia enim opera nostra operatus es in nobis. Esa. 26. Oratio opus nostrum est, sed deus mouet linguam. Idem de cõtemplatione, ieiunio, vel peregrinatione. Magister est bonus, qui malo instrumento facit bonum opus. Hoc fundamento facto, si tu speras aliquid à creaturis, vel sanitatem à medico, nec speras in medico, nec confidas, sed in deo, qui mediante medico vult te curare. Item noli confidere in agris, vineis, nec in bonitate tẽporis, pluuia, vel sole &c. tota fiducia debet esse in deo, & non in instrumentis, quia stultitia esset. Ecce quare tota confidentia debet esse in deo, & non in creaturis, quæ sunt sicut instrumentũ. Patet doctrina. Aucto. Dauid

Dauid loquens de personis, de quibus confidunt gentes, dicit, Nolite cõfidere in principibus, neque in filijs hominum, in quibus nõ est salus. psal. 65. Hoc dicit contra illos, qui volunt habere officia, dignitates, honores &c. & confidunt de amicitia dominorũ & principum. Nolite confidere in principibus &c. quia hodie vel cras possunt deficere &c. Ideo sequitur, Exibit spiritus eius, s. principis, & reuertetur in terrã suam, in illa die peribũt omnes cogitationes eorũ. s. qui in principibus confidebant. Beatus cuius deus Iacob adiutor eius, spes eius &c. Qui autem oppositum facit, maledicitur in scriptura sancta. Hæc dicit dominus. Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & à domino recedit cor eius. Hiere. 17. Sed ille qui totam spem ponit in creatore, benedicetur. ibidem, Benedictus vir qui confidit in domino, & erit dominus fiducia eius &c. Ideo dicit the. Confide fili &c. Modò in vna parua summa ego epilogaui omnes rationes, quæ eleuant & excitant cor creaturæ ad confidendum in creatore, & sunt septem,

Prima est fidelis integritas,
Secunda cordialis puritas,
Tertia lachrymabilis vbertas,
Quarta timoralis scrupulositas,
Quinta misericordialis largitas,
Sexta doctrinalis sedulitas,
Septima virtualis firmitas.

Primo dico quod prima ratio quæ mouet cor ad confitendũ de deo est fides integra, quando. s. homo tenet fidem catholicam integrè in corde, non dubitando in aliquo articulo, talis eleuat cor ad confidẽdum, quòd obtinebit à deo quod petit. Ratio, quia vasalli & subditi fideles valde confidunt de potentissimo domino suo diligente populum, secùs de infidelibus. Cùm autem Christus sit potentissimus, omnia potens, & sic virtuosus, nulli dubium esse debet, quin diligat populum suum, quia probatio dilectionis est exhibitio operis, secũdum Grego. Solùm ergo restat quod nos simus fideles sibi, & obtinebimus illa quæ petimus ab eo. Hæc fidelitas consistit in duodecim articulis fidei. Sicut enim rex vel dominus facit capitula cum vasallis, ita Christus facit nobiscum duodecim capitula in Credo contẽta. Dicatur semel cum protestatione. Si ista capitula seruamus, fideliter confidere debemus & possumus de eo. Aucto. In Christo Iesu domino nostro habemus fiduciam, & accessum in confidentia per fidẽ eius. Ephe. 3. No. fiduciam habemus, quando fidem integrã in corde tenemus, & cõfidentiã, quando fidẽ ore cõfitemur in quolibet die mane & sero. Secundò eleuat & excitat cor ad cõfidẽdũ de deo cordialis puritas, quãdo creatura nõ sentit in se peccatũ, de quo non fecerit pœnitentiam, & non fuerit confessus. Talis puritas dat

magnam

magnam confidentiã. Ratio, quia quilibet cõfidit de amico dilecto & potenti, in quẽ non cõmisit offensam, & in necessitatibus recurrit cõfidenter ad eũ, secùs si reputet eum offensum, quia fortè diceret, vadatis. Ita est & de Christo, quãdo sentim⁹ nos esse in peccato. Si autem de præteritis pœnitentiã fecimus, cõfidere possumus, quia amicus cordialis noster est, di. Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Io. 15. No. si feceritis quæ ego præcipio vobis. Volo vos auisare de quinque, quę præcepit, quę tãgunt honore suũ. Primò quòd nõ sustineatis diuinos, nec sortilegos, quia hoc est de directo cõtra diuinam maiestatem. Vultis hoc cognoscere? capiatis simile. Si vnus Agarenus veniret huc, quia traheret vasallos regis ad regẽ Agarenorum, quid faceretis de illo? Si diuinus subtrahit hic gẽtes à Christi obedientiam, vt obediant diabolo. Ecce præceptũ dei, Anima quę declinauerit ad magos, & ariolos, & fornicata fuerit cũ eis, ponã faciem meam cõtra illam, & interficiã illã de medio populi sui &c. Leui. 20. Secundò præcipit quod nomen suum honorentur, sicut de notabili persona homo loquitur cum honore. Tertiò non debetis iurare in vanum, nõ falso modo pro quocunque lucro, quia parum lucratur, qui perdit animam suam. Ideo prouidere debetis no nomẽ dei iuretur. Dominatores populi mei iniquè agũt, dicit dominus, & iugiter tota die nomẽ meũ blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomẽ meum in die illa, quia ego ipse qui loquebar, s. percipiendo, ecce adsum, s. puniendo in hoc mũdo per mortalitates, & fames, & in alio per æternam damnationem. Esa. 52. Tertiò præcipit quòd faciamus sibi aliquod seruitium, quia vos nõ daretis prouisionem alicui, nisi faceret vobis aliquod seruitium. Ideo vult deus vt in dominica abstineatis vos ab omni opere seruili, & seruatis deo, audiendo missam &c. Quartò præcipit vt honoretis ecclesiam, quia non solùm rex vult honorari, sed etiã regina. Ecclesia est regina, ex qua generat filios legitimos. Honoratur ecclesia, quando nõ bibitis, nec comeditis, nec tripudiatis in ea. Sabbata mea custodite, & sanctuarium meũ metuite. Ego dominus Leui. 19. Vsq; in finem, vt præbeamus honorẽ suis seruitoribus, s. clericis, sicut dicit apostolus, Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeãtur, maximè qui laborãt in verbo & doctrina. 1. Timo. 5. Primus honor est dare eis q⁹ tenemini dare. Secũdus eos defendere, maximè à morte, vt patrem tuum. Not cõtra putanas & cõcubinas, quę occidũt clericos & populum. Ecce quare dicit, Vos amici mei estis. Charissimi, si cor nostrum nõ reprehenderit nos, fiduciam habemus ad deum, & quidquid petierimus, accipiemus ab eo. 1. Ioan. 1. Tertia ratio est lachrymarum vbertas, quando persona tribulata in oratione, lachrymatur, illud dat sibi confidentiam. Ratio est, quia maior est cõfidentia paruulorum filiorũ apud parentes ad obtinendum quod volũt, si

sunt lachrymosi, ita & de nobis. Omnes sumus paruuli. Bene paruus est puer ille, qui tota die maculat se antè & retrò. Tales sumus nos, quotidie sordidamur peccatis, & mater nostra ecclesia lauat nos. Ideo si cum lachrymis petimus confidenter, obtinebimus. Nota hic miraculũ quod recitatur Dan. 13. de illa nobili domina, pulchra corpore, sed pulchrior anima. No. historiam, quæ flens suspexit ad cælum. Erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Dan. 13. Et fuit mirabiliter liberata. Quartum est timoralis scrupulositas, quãdo in omnibus qui timet Deũ cauet ne peccet cõtra eum. Quando ponunt se ad dormiendũ, orant ne peccet. Itẽ quãdo surgunt. Item quando ponunt se ad comedendum &c. Tales possunt confidere de Deo. Ratio, filij cauẽtes patris offensam, de ipso meritò confidunt. Aucto. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes. Timor Domini fons vitę, vt declinet à ruina mortis. Prou. 14. Quatuor tangit. Primũ in timore Domini fiducia fortitudinis, s. bonorũ tẽporalium, quia Deus cõseruabit sibi omnia bona tẽporalia. Secũdum, & filijs eius erit spes, quia Deus amore patris dat eis abundantiã & prosperitatẽ. Tertium timor Domini fons vitæ, s. gratiæ, quia timor custodit vitam siue gratiã. Quartum vt declinet à ruina mortis, s. æternæ per vitã gloriæ. Quintum est misericordialis largitas. Qui enim largas & magnas facit pro Deo eleemosynas, confidere potest q⁹ sibi nõ deficient bona sua temporalia, & cõsequenter bona cælestia. Nota, magnã cõfidentiã dant aui eius alæ, si vult eã capere aliquis, cõfidit q⁹ fugiet. Quasi duæ alæ sunt misericordia spiritualis, & misericordia corporalis. Ala dextra est misericordia spiritualis, habens septẽ pennas. Prima, ignorantẽ instruere, s. Pater noster, Aue Maria, Credo & sic de alijs. Secũda, errantẽ corrigere. Tertia, tristẽ cõsolari. Quarta, tędiosum supportare. Quinta, iniurias remittere. Sexta, p⁹ omnib⁹ orare. Septima, dubitãti cõsulere. Ala sinistra est op⁹ misericordiæ corporalis. Misericordia corporalis habet etiã septem pennas. Prima est esurientẽ cibare. Secunda, sitientẽ potare. Tertia est nudum vestire. Quarta, peregrinũ hospitare. Quinta, infirmum visitare. Sexta, captiuos redimere. Septima, mortuum sepelire. Cum his duabus alis anima volat ad paradisum, cùm exit à corpore, & veniunt mille milia dæmonum ad capiendum eam, & ipsa cõfidens de illis, nõ timet eos. Ideo dicit scriptura, Fiducia magna erit coram summo Deo eleemosyna, omnibus faciẽtibus eam. Tob. 4. Sexta ratio est doctrinalis sedulitas, id est diligentia. Diligens prædicator bonas doctrinas prędicãs cõfidere potest de Deo. Ratio, miles qui Domino suo nõ solùm castrũ cõmissum custodit, sed etiam cum hoc multa castra inimicorum eidem bellãdo acquirit, meritò gerit confidentiam de ipso, vel etiam apud ipsum. Sic etiã cuilibet vestrum Deus commisit castrum, id est propriam per-

Opera misericordiæ spiritualia.

Corporalia.

sonā ad custodiendū, & quilibet debet prę eligere mortē antequam cōsentiat diabolo per peccatum mortale, qui autē custodit se, cōfidere potest. Ille etiā qui nō solùm custodit se per bonā vitā, sed etiā lucratur centum milia per sanctam doctrinā prædicando, confidere potest q̄ erit magnus in curia regis Christi. Doctrina mea reddam dabit in labijs tuis, vt sit in Domino fiducia tua. Prou. 22. Nota, dicit doctrina mea, & nō dicit, Ouidij, vel Vergilij &c. Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Mat. 5. No. qui fecerit, sup. sic &c talis enim custodit castrum suum ne intrēt inimici. & docuerit, sic enim acquirūtur alia castra. Cùm enim prædicator docet humilitatem verbo & exemplo, & superbus humiliatur, castrum diaboli est captum, & sic de alijs. Septima est virtualis firmitas, s. perseuerantia. Ille enim qui incipit Deo seruire, deo Deo nō debet tantùm cōsidere, quantum ille, qui diu perseuerauerit, cum proposito etiam perseuerandi. Nam seruus pottās enus sibi cōmissum à mercatore, vsque ad domum Domini sui, confidenter petit salarium suum, alias punietur, Sic etiam Deus imponit cistam & fardellum pretiosissimorū iocalium illi qui tenet bonam vitam, ad portandum vsque ad portum paradisi, quę est mors corporalis, pro quo promittit salarium gloriæ. Ideo non debet desistere. Grego. Consideratio prēmij minuit vim flagelli. Auctoritas. Filioli manete in eo, vt cùm apparuerit habeamus fiduciā, & non confundamur ab eo in aduentu eius. 1. Ioan. 2.

De eadem Dominica, s. XIX. *De mortuis.* *Sermo* III.

On habebitis vitam in vobis. Ioan. 6. Istud verbum dixit Christ⁹ Iudæis infidelibus. Salutetur virgo Maria. Sed iuxta modum quem volo pertractare, sciēdum quòd duæ sunt conditiones morientium. Quidam moriuntur in gratia, & tales sine dubio habent vitam in paradiso. Alij moriuntur in culpa, & in peccato mortali, & isti nunquam habebunt vitam æternam. Istis dirigo the. dicens: Non habebitis &c. In bono statu & gratia moriuntur, qui decedunt innocenter vel pœnitēter. Innocenter, vt pueri nouiter baptizati, & tales innocentes statum euolant, quia in baptismo virtute passionis receperūt gratiam Dei. Et si antequam peccent moriuntur, habent gloriam. Ratio, quia gratia Dei est principium certum habendi glottam paradisi, sicut quando mercator in feria emit merces pretiosas, primò dat arrā, deīn le totum pretium, sed arra est signum pretij habendi. Ita Christus in feria huius mundi facit, dando gratiam quę est semē gloriæ. Nam in hoc mundo homo habet magnum forum, quia cū lachryma veræ cōtritionis potest emere paradisum qué in alio mō do nō haberet, dādo tot lachrymas quot gūtæ aquæ sunt in mare. Christus autem venit de cęlo ad emendū animas. Gen. 14. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Post iudiciū habebit corpora, sed modò habet animas, & in baptismo dat gratiā animæ in signū q̄ dabit gloriā. Ideo quādo moritur puer, & anima p angelū ducitur corā Christo, datur sibi totū pretiū gloriæ. Auct. Dauid in psal. 83. s. Quàm dilecta. Misericordiam & veritatē diligit Deus, gratiā & gloriā dabit Dominus. Reddēdo singula singulis, quia misericordiā diligit De⁹, remēdo animas, ideo gratiā dabit Dominus, & quia veritatē diligit Deus, & promisit gratificatis gloriā, ideo gloriā dabit Domin⁹. Secundò, quidā in bono statu moriūtur, quia pœnitēter moriūtur, qui de peccatis quę fecerūt post baptismū pœnituerūt. O quot peccata, quot corruptiones, proh dolor fecim⁹ post baptismū, qua ex caussa nō possum⁹ ire innocēter vt pueri, oportet ergo nos deponere peccatū per pœnitētiā & cōteri de peccatis, & recipere bonū ppositū nō peccādi, & seruādi pœnitentiā datā à cōfessore, oportet etiā satisfacere & parcere inimicis & sic de alijs, & sic homo reconciliatur Deo. Tales, qui sic pœnitentiā egerunt cōdignā, quādo moriētur, habebūt vitam æternā. Ratio, quando super aliquo debito vel promissione homo habet instrumentū, & vltra hoc pignus de auro & argēto, homo est securus de debito seu promissione. Modò dico, q⁹ quilibet faciēs pœnitētiam de peccatis suis habet instrumentū firmū habendi gloriā æternam, & habet pignus de auro & argēto. Instrumētum recipit à notario, s. à propheta Ezech. Clausula instrumē ti di. Si impius egerit pœnitētiā ab omnibus peccatis suis quę operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiā, vita viuet, & nō morietur. Eze. 18. Pignus de auro puro est charitas, de argento est gratia Dei, quæ non est sine charitate, nec ecōuersō. Sicut enim aurum est supēr omnia metalla, ita charitas super omnes virtutes est, excedēs in dignitate. Vnde Apost. Maior autē horū est charitas. 1. Cor. 13. Ideo faciēs pœnitētiā cert⁹ est & secu⁹ de gloria, quia habet instrumētū & bonū pign⁹. Imò pœnitētib⁹ dī. apost. Nūc liberati à peccato, serui autē facti deo, habetis fructū vestrū in sanctificationē, finē verò vitā æternā. stipēdiū peccati mors est, gratia dei. i. per gratiā vita æterna in Christo Iesu domino nostro Ro. 6. De his duab⁹ cōditionib⁹ moriētiū di. the. amoto ly non, Habebitis vitā in vobis &c. Aliqui autē moriuntur sine gratia Dei, in peccato, in malo statu, & istis di. the. Nō habebitis vitā &c. In summa sunt tres cōditiones personarum, sic in malo statu moriētium, s.

Infantes sine baptismo decedentes.

Christiani finaliter impœnitentes.

Pagani in Christum Iesum non credentes.

Istis trib⁹ cōditionibus personarū dicetur. Nō habebitis vitā in vobis. Dico primò q̄ infantes sine baptismo decedētes nō habebunt vitam æternā. Ratio est peccatū Adæ. Diceretis vos, & quare cum

tales nũquã peccauerint, nec corde cogitãdo, nec ore loquẽdo, nec corpore operãdo, quare ergo nõ habebũt vitã æternã? Dico ꝙ propter peccatũ Adę, ꝙ in paruulos est traductũ, qui descenderunt ab Adã per generationẽ carnalẽ. Auct. Per vnũ hominẽ peccatũ in hũc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, nõ solũ corporaliter, sed etiam æternaliter. In quo omnes peccauerunt, Ro. 5. Propter hoc pueri sine baptismo decedẽtes non habebunt vitã æternã. Sed est hic fortè vnum argumentum, Quare ex peccato patris punietur filius? Non enim videtur iustũ, ꝙ si pater facit homicidiũ vel furtũ, ꝙ puniatur filius, qui nondũ erat natus, maximè cùm dicat scriptura, Filius nõ portabit iniquitatẽ patris, & pater non portabit iniquitatẽ filij &c. Eze. 18. Verbũ est Dei. Igitur videtur ꝙ tales pueri nõ priuẽtur vita æterna ꝓpter peccatũ Adę. Modò audite resp̃siõnẽ, & erit ad magnã illuminationẽ vestrã. Ex dicta enim ratione Iudæi & alij infideles negãt peccatũ originale. Dico ad argumẽtum, ꝙ ex peccato patris filij nõ debẽt puniri pœna sensus, sed bene pœna damni. Verbi gratia. Si rex habẽs castrum altũ in Frãcia, & inexpugnabile, cõmittit ipsum vni militi & vxori suæ ad modũ Hispaniæ, vt ipsum fideliter custodiat castrũ ab inimicis, & ille miles statim habita possessione castri, loquitur cũ inimicis regis, tradẽs eis castrũ, faciens se eorũ vassallũ. Rex quia est potens, recuperãs castrũ, illum militẽ & vxorẽ puniet, sed quia pius nõ vult interficere militẽ & vxorẽ cùm posset, sed mittit in exilium. Qui póst generat filios, qui filij, si velẽt redire ad curiã regis, rex nõ vellet eos, di. Foras, quia nolo filios proditoris, ꝙ si dicerẽt filij, Domine nondũ eramus nati. Et rex, Verũ est, ideo nõ do vobis aliã pœnã, suspendẽdo, vel aliter, sed in curia mea nolo filios proditoris. Ista macula semper præcedit eos. O dicetis vos, Rex facit eis iniuriã. Nõ est verum. Idẽ Deus rex summè potens habebat castrũ altũ, forte, & inexpugnabile. Altum, quia altius aqua diluuij, de quibus dicit textus, Gen. 7. ꝙ ascenderunt. 15. cubitis supra omnes mõtes mundi, illo. Sin paradisum terrestrẽ nõ ascẽderunt. Altiùs igitur est nubibus, ideo non pluit ibi, & sunt ibi fontes. Dicit Beda ꝙ arbores tangunt cælũ Lunæ. O q̃ inexpugnabile castrum, altum, & forte est paradisus. Et cõmisit ipsum Adæ & Euæ ad modum Hispaniæ. Ecce charta commissionis. Posuit Deus hominem in locum voluptatis vt operaretur, & custodiret illum, Genes. 2. Nota, operaretur, nõ operando, sed delectãdo. Et fuit proditor, intantũ ꝙ illa eadẽ die tradidit castrũ inimicis, & fecit se seruũ eorum, quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Io. 8. Nunquã fuit talis proditio. Sed Dominus rex omnipotens sciuit recuperare castrum, & etiã Adã, &c. Et quia Deus est summè pius, noluit interficere Adã nec Euã, sed dedit sententiã ne aliquis filius suus intraret curiã suã. Ideo quãdo anima pueri nõ baptizati petit ingressum, dicit

dicit Christus, Et nunquid tu es filius proditoris? Si dicat, Domine ego adhuc nõ erã, nec cõsensi, & Christus, Ideo nõ dabo tibi pœnã cum dãnatis in inferno, sed priuaberis curia cælesti, & regis æterni visione in æternum cũ socijs tuis &c. Non habẽt ibi pœnã, nec dęmonem, imò diligũt se, disputant, tamẽ sunt sine gratia, & nunquam habebunt gloriã æternã, quia pater eorum, s. Adã ꝙ se & filijs suis perdidit castrũ. Et si quęratur, Nõne Adã est in cælo, siue in paradiso? Dico ꝙ sic, quia fecit nõgentos annos pœnitentiã, sed nõ est simile de pueris, quia pueri nõ faciũt pœnitentiã, nec lauãtur per baptismũ, ideo exilium perpetuũ sustinẽt. Ideo Apost. Eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. Ephe. 2. Nota, filij iræ, quia rex iratus dicit, Nolo filios ꝓditoris. Aug. de fide ad Petrũ vocat istã irã ignẽ. Nocũ dicit, eramus, s. ante baptismũ, modò autẽ nõ, quia per baptismũ facti sumus filij Dei, quia sicut vir de vxore sua generat filios, ita Christus de ecclesia sponsa sua in vtero fontis generat filios. Semen est verbũ Dei. Lu. 8. Si filij, & hæredes. Rom. 8. Ideo Ioan. 1. dicitur, Dedit eis potestatẽ filios Dei fieri. Modò scitis quid est peccatum originale, s. illã macula ꝓditoris, à qua filius lauari non potest nisi per baptismũ. Ideo de prima conditione morientiũ sine gratia sunt pueri sine baptismo decedẽtes. De istis dicit the. Non habebitis vitã in vobis. Hic auisentur illi qui de matrimonio sunt, vt sint diligẽtes ne filij moriãtur sine baptismo, & ne sit culpa eorũ, ꝙ sine baptismo decedũt pueri, caueat vir quãdo scit vxorẽ grauidam, ne malè eã tractet, caueat ipsa vxor à tripudijs, à saltando, à fodiẽdo, quia ex quo cõcepit, quadragesimo die fœtus habet animã, si sit masculus, vt ponit glo. Leu. 11. Itẽ caueãt ne partũ impediant ad cooperiendũ peccatũ, quia in iudicio resurgẽt iuuenes, petẽtes à Christo iustitiã cõtra patrẽ & matrẽ. Dico secundò ꝙ alij sunt decedentes sine gratia in peccato mortali, qui priùs fuerẽt baptizati, s. Christiani finaliter impœnitentes, qui sciunt se malã vitã tenere, & in peccatis viuere, nõ habẽtes ꝓpositũ cauẽdi, qui nõ cõfitentur, nec satisfaciũt, & nolũt parcere inimicis, nec cõmunicant, nec curãt de missã, nec sermone, sed viuũt sic bestialiter. Tales nũquã videbunt faciẽ Dei, nec ibunt cum pueris sine baptismo decedentibus, sed profundiùs in inferno, s. dãnatorum. Istis dicitur, Non habebitis vitã in vobis. Nec mirũ est, quia Deus est iustus, omnia opera sua fundãs in iustitia. Modò qui scienter interfecit se, certũ est ꝙ ille dãnabitur, secùs si homo ignorãter interficeret se, comedẽdo escas venenatas. Sed si dicatur vobis, Non comedatis de illo cibo, quia est venenatus, & vos nõ vultis abstinere, quia bene sapit vobis, morte scienter interfertis vobis, & tunc dãnationem demeremini, interficitis vosmetipsos. Scitis quia omnis homicida nõ habet vitam æternam. 1. Ioan. 3. Modò tales sunt peccatores, qui ex sapore escarum interficiunt se

Quote die anima pueri infunditur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

scienter, singulariter in duabus escis, s. auaritiæ & luxuriæ homines se interficiunt spiritualiter, & etiam nõnunquam corporaliter. In quibus inueniunt magnum saporem. Magnum saporem sentit latro, quando bona alterius vel pecunias sibi potest applicare, sed ibi est venenum peccati mortalis, velle habere, & possidere, s. quod nõ est suum, sed ex sapore seipsum occidit, dãnando se. Idẽ de vsurarijs, qui mutuãt vt recipiant plus &c. Dicatur de specieb⁹ vsuræ. O vsurarie, nõne vides ibi venenum peccati mortale? Verbi gra. Quãdo vsurarius mutuat &c, & quolibet anno recipit tantũ tritici propter mutuum, peccatum mortale cõmittit, sed quia bene sapit sibi auaritia, ideo vsurã recipit, etiã sciens vsurã nõ esse licitã, sed magis dãnationis causam. Nõnulli tamẽ vsurarij vsurã putant esse licitã, qui in sui erroris cõfirmationem dicunt & allegãt dicẽtes: Nõnne redditus sunt liciti? Quibus respõdeo, q̃ redditus sunt boni & liciti secundum duabus cõditionibus. Prima est q̃ sit vera emptio. Secunda q̃ pretium sit iustum. Sed quando est mutuum, tunc recipere aliquid vltra sortem principalem propter mutuum est iniquum & vsurarũ, nec papa posset in hoc dispensare, quia vsura lege diuina prohibetur, secundum illud verbũ Saluatoris, Mutuum date, nihil inde sperantes, & erit merces vestra multa. Lu. 6. Et vsurarius nisi pœnitear, damnatur, similiter & notarius conficiens instrumentum de vsura soluenda. O quot interficiunt se ex sapore istius cibi &c. Nullus dicat, Vidua vel clericus potest tantum recipere pro libra &c. quia papa etiam concedit, quia falsum est. Ideo Christus dicebat. Mutuum date, nihil inde sperantes. Luc. 6. Alius cibus valde sapidus personis mundanis est luxuria, vir & vxor actũ matrimonialẽ facere possunt sine peccato, saltẽ mortali, etiã si vxor sit grauida vel infirma. Sed quicunq; alius vel alia veneream procurat delectationẽ, vel etiam si simplicem cõmittat fornicationẽ, mortaliter peccat. Dicit luxuriosus, O q̃ bonum esset cõsolationẽ habere cum tali &c. O miser, nescis q̃ ibi est venenum, si viatori sitibundo daretur optimum vinũ, & diceretur sibi, venenatũ est, nõ biberet. Nunquid poterit aliquis gustare quod gustatũ affert mortem? Iob. 6. Tu scis q̃ ille cib⁹ mortalis est, déptis his qui in matrimonio sunt, qui sine peccato mortali cõmisceri possunt. Peccatum cùm cõsummatum fuerit, generat mortem. Iaco. 1. Peccatum enim mortale habet initium, medium, & finẽ. Initium est cogitatio, medium est delectatio, finis est cõsensus, & tunc est mortale. O quot interficiũt se &c. Homo enim per malitiam suam, s. per peccatum mortale occidit animã suam. Sap. 16. sicut qui sciens comedit cibum venenatum. Et talibus potest dici thema. Non habebitis vitam in vobis. Ergo quasi à facie colubri fuge peccata. Eccle. 21. Dico q̃ tertia cõditio eorum, qui malè moriuntur, & sine gratia, est Paganorum, & Gentilium, in Iesum Christũ nõ credentium, vt sunt Iudæi, Agareni, & alij infideles, & omnes vadũt ad infernum, quia bona quæ faciũt nihil eis prosunt, etiã si darẽt quolibet die mille florenos amore Dei, & ieiunarẽt, & dormirent super terrã, & portarent cilicium. Tales si moriantur, nõ credentes, damnantur. Aucto. Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator fit. Heb. 11. Nam sicut serui infidelis seruitia nõ placent regi, nec sunt ei accepta, licèt sit multum diligens, quia fundamẽtum est fidelitas. Sic etiam seruitia infidelium æternæ vitæ nõ sunt meritoria, ergo dicit, Sine fide est impossibile deo placere. Diceret aliquis, Frater quid dicitis? videtur enim oppositum esse verum. Possibile enim est q̃ sit Gentilis, vel Agarenus quidam, credens se bonam fidem habere, & si sciret nostram meliorem, eam reciperet, ergo talis nõ damnabitur. Idem de Tartaris distantibus, qui nesciunt Christũ, nec audiunt prædicare de Christo, quare ergo tales dãnantur? Dico q̃ damnantur ex peccatis quæ faciunt. Nam si detur vnus Iudæus, vel Agaren⁹, tenens bonam vitam moraliter, ita q̃ nõ fit auarus, luxuriosus &c. talis in breui illuminaretur à Christo, & habebit fidẽ Christianam, & etiam si esset syluestris, Deus mitteret sibi Angelum, sed quia viuunt in peccatis, habentes oculos clausos per obstinatam malitiam, ideo ex eorum malitia damnantur. Dicas similitudinem de ebrio, qui in ebrietate interfecit patrem vel matrem, nesciens quid facit, nunquid talis est sine culpa? Responsio quòd non est sine culpa. Ergo si dicatur, imò quia ebrius erat. Solutio, quia inebriauit se totum, imputabitur sibi. Idẽ de infidelibus, qui inebriantur superbia, auaritia, luxuria &c. & interficiunt animas suas. Hoc eis imputatur. Idem de Iudæis &c. qui sua malitia claudunt sibi oculos. Idem de Mauris, qui non permittunt disputationes nec prædicationes, sed si tenerent bonam vitam, moraliter illuminarentur. Auctoritas. Si quis voluerit voluntatem, scilicet moraliter viuendo, facere eius qui misit me, cognoscet de doctrina, scilicet Christiana vtrum ex Deo sit. Ioannis septimo. Immo quod maius est, Christiani ex mala vita & in peccatis diu perseuerando perdunt fidem dicendo, non est alia vita. Et dicunt nonnulli, Quid scit homo vtrum sit alia vita? & similia verba. Et licèt propter timorem non audeant dicere ore, tamen in corde hæsitant, quia mala conscientia secum ducit minorem credentiam. Auctoritas. Bonam conscientiam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. primo Timothæi primo. Si ergo Christiani ex mala vita perdunt fidem, quomodo infidelis cum mala vita veniet ad fidem? Ideo ex eorum culpa damnantur. Quibus potest dici, Non habebitis vitam in vobis. Nota, quòd sunt multi solo nomine Christiani, qui peiores sunt quàm infideles, sicut sunt iuratores, blasphematores &c. Ideo

Iust diuinũ vsuram vetans.

Bene vtẽtes naturalib⁹ illuminatur certissimè à Deo supernaturali cognitione, nẽpè lumine fidei.

maiorē damnationē habebūt. Dicatur exēplum de B. Machario, qui in heremo inuenit testam siue caput hominis mortui infidelis &c. Detur modus affirmādi per aduerbia, & matres doceāt & corrigant filios ne iurēt. Istud cōsilium dedit Christus di. Audistis quia dictū est antiquis, Nō periurabis: ego autē dico vobis nō iurare omnino, neque per cælum, neque per terram. Sit autem sermo vester est, est, non, non. Quod autem his abundantiùs est, à malo est. Matth. 5.

De eadem Dominica, scilicet XIX. *Sermo* IIII.

RENOVAMINI *spiritu mentis vestræ.* ad Ephe. 4. Verbū istud legitur in epistola currētis dominicæ. Salutetur virgo Maria. In his verbis Apost. innuit q̄ peccatū mortale facit senescere & antiquare animā, cum dicit, Renouamini &c. Tacitē enim hoc præsupponit. Super hoc fundabo sermonē meum, & habebimus speculationes & moralitates. Pro quo sciendum q̄ senectus & antiquitas sunt cōditiones & proprietates creaturarū corporaliū, & corruptibiliū, & mortaliū. Nō enim cōueniunt creaturis spiritualibus. Multa milia annorum sunt q̄ Michaël fuit creat⁹, & est ita iuuenis hodie vt in prima die creationis suæ. Idē de Gabriele, Raphaële, & sic de alijs. Senectus enim & antiquitas nō habēt locum in eis. De quo, s. quomodo augeli sunt incorruptibiles, vide S. Tho. 1. par. q. 5. ar. vlt. Idē de animabus, Ita iuuenis est anima hominis. 100. vel mille annorū, sicut anima pueri vnius diei, quia sunt substātiæ spirituales, & nō senescunt, nec antiquantur. Aucto. Oleum effusum nomē tuum, ideo adolescētulæ &c. Can. 1. Not. oleum effusum, s. fides Christiana vbiq; diuulgata & prædicata. Nomē Christi, dicitur hic oleum, alibi vnguentum, quia est medicina animarū, quia in puncto quo pueri vel adulti baptizantur, curantur animæ, & est effusum in cælo, quia ex eo curatur vulnus siue casus malorum angelorum, & in terra, quia fides Christi in omni generatione fuit per sanctos apostolos prædicata. Ideo adolescentulæ, s. creaturæ spirituales, in quibus nō cadit senectus, dilexerunt te nimis i. valdē. Senectus enim seu antiquitas solū habet locū in creaturis corporalibus, & tamē nō in omnibus, quia sol, luna, stellę, planetæ, & cælum, licēt sint creaturæ corporales, tamē nō sunt corruptibiles ex cōpositione cōtrariorum. Sed senectus habet locū & cadit in creaturis corruptibilibus, siue mortalib⁹: domus enim dicitur antiqua vel noua, arbor, nauis, & similia, & corpora nostra antiquantur, etiā & animalia &c. Patet ergo q̄ senectus & antiquitas sunt proprietates seu cōditiones creaturarum animalium corporaliū. Aucto. Omne quod antiquatur & senescit prope interitum est. Hebr. 8 Si ergo volumus ꝓpriè loqui de senectute, animæ nostræ nō sunt antiquæ, sed Apost. præsupponit & innuit q̄ animæ nostræ senescunt & antiquātur de peccato mortali, quia omnes defectus

fectus quos senectus dat corpori naturaliter, eosdem defectus dat peccatum animę spiritualiter vel moraliter. Ideo dicit the. Renouamini spiritu mentis vestræ. Patet the. Quęsiui enim & inueni quod sex sunt defectus quos senectus adducit corpori naturaliter.

Primus est dealbatio capillorum.
Secundus obturatio sensuum.
Tertius corruptio cutis.
Quartus incuruatio capitis.
Quintus debilitatio membrit.
Sexta appropinquatio mortis.

Istosmet sex defect⁹ adducit peccatū in animā spiritualiter, seu moraliter. Ideo dicit the. Renouamini spiritu mentis vestræ. Dico primo q̄ primus defectus quē senectus dat corpori est dealbatio capillorum. Licēt enim in iuuentute homo habuerit capillos nigros, cōmuniter in senectute, tamē dealbātur naturaliter. Ratio, quia humiditas & frigiditas capitis seu cerebri putrefaciūt radices capillorū, & sic dealbātur. Sicut enim in autumno folia arborum priùs viridia dealbātur, & cadunt, ita est de capillis. Et licēt hoc sit clarum & certum, tamē de hoc auctoritas. Antiquus dierū sedit, & capilli capitis eius quasi lana munda. Daniel. 7. Modò videamus si peccatum mortale facit hoc in anima. Capilli animæ sunt varię cogitationes, innumerabiles, volatiles, & volubiles, vt capilli, quot enim sunt cogitationes hominis vigilando, dormiendo, ibi & ibi &c. per terram, per mare, intātum q̄ Dauid de suis cogitationibus dicebat. Multiplicatæ sunt, s. cogitationes meæ, super capillos capitis mei hīc & ibi, ideo cor meum dereliquit me. Psal. 39. Ex ista ratione dicebat Iob, Cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur. Iob. 20. Dico q̄ persona existens in gratia habet capillos nigros, id est cogitationes ex humilitate, cogitando proprios defectus, quia quāto persona est melior, sanctior, & perfectioris vitæ, tanto magis cogitat suos defectus, dicens intra se, O miser, istę gratię quas Deus posuit in me ita corrumpuntur vt vinum in malo dolio, quia nō cōseruaui istas gratias & virtutes ita purę & sanctę &c. imò iste liquor pretiosus gratiarū ex defectu vasis corrūpitur. Ecce humilitas. Isto modo beata virgo Maria valdè humiliabatur cogitando gratias à Deo receptas, & quasi nihil se esse reputabat ex humilitate. Ideo sancti patres ordinauerūt ꝓ tēpore, q̄ quādo dicitur aliquid in choro q̄ faciant veniā, quasi petentes veniā, quia impossibile est aliqd à nobis fieri sine aliquo defectu, vel in opere, vel in cogitatione. Ex ista ratione de persona deuota dicit scriptura, Comę eius sicut elatę palmarum, nigræ quasi coruus. Cant. 5. Comę, id est cogitationes, quasi elatæ, id est folia palmarū, quæ sunt rectæ, quæ significant q̄ omnia bona quæ faciunt attribuunt Deo dicendo: Domine si quid

boni feci, à te est, qa ex parte mea cogitationes & opera nigra sunt, ex defectib⁹ quaũ coruus. Senectus peccati mortaliter capillos nigros facit albos. Dicũt quidã peccatis assueti statim, Et si ego peccaui, Dauid etiã peccauit. Si ego cecidi, talis sanctus etiam cecidit. Ego ieiuno & facio eleemosynam, facio sic & sic, & nõ ille. Ecce cogitationes albas peccatorũ, qui nõ cognoscũt proprios defectus ex præsumptione. De ista præsumptione legitur Lu. 23. De quodam homine, qui reputabatur esse sanctus, qui dicebat, Deus gratias ago tibi, quia nõ sum sicut ceteri hominũ, raptores, iniusti, adulteri, velut etiã hic publicanus, ieiuno bis in sabbato. Iste habebat capillos albos. Stultè egit, & corã Deo laudabat se, & totus erat canus in se, nõ cognoscens aliquem defectum. Ita accidit vobis, quando vaditis ad cõfitendum. Aliqui dicunt, Pater interrogate me quia nõ recordor de aliquo peccato, & mentiũtur primò, sed si cõfessor interrogaret, quid de vicina vestra? nõ solùm dicerent peccata mortalia, sed etiã venialia. Omnes estis cani nõ cognoscentes proprios defectus, signũ est malæ vitæ habere cogitationes albas, (laudando vel cõmendando se. Ideò Apost. Renouamini &c. Dico q̃ secundus defectus est obturatio sensuum, q̃uãdo visus ingrossatur, & indiget vitreis. Itẽ auditus nõ audit, nec olfactus sentit. Idem de gustu & tactu. Ratio naturalis. Humores enim grossi abundant in antiquis, & obturant sensus. Auctori. Dixit ille miles quando inuitabatur à Dauid, octogenarius sum hodie, nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue vel amarũ? aut delectari potest seruum tuum cibus & pot⁹, vel audire possum vltra, voces cantorũ atq; cãtricum? 2. Re. 19. Modò videam⁹ si peccatũ aliquod inducit istum defectũ in anima. Dico q̃ personę quę viuunt in peccatis ita habẽt sensus animæ obstrusos, q̃ nihil sentiunt de malis animæ, sed de malis corporis imò bene sentiunt. Verbi gra. Si homo vadit per viã discalciatus, statim sentit spinam. Sed quãdo vaditis ad diuinos, p̃ sanitate, aeſi possent dare sanitatẽ, & diabol⁹ trãsfigit cũ lancea animã vestrã, vos nõ sentitis, & sic mala corporis statim sentitis, sed nõ animæ. Si aliquis furiret per villã furãdo, statim vos sentiretis, & sustinetis diuinũ notoriũ &c. & nõ sentitis. Istud peccatũ sufficit, vt ira Dei descẽderet super vos. Itẽ si in scutellis inueniatur lapillus inter dentes, statim sentitur. Sed quãdo tenetis in ore saxũ magnũ, iurãdo, & blasphemãdo, nõ sentitur, vel proximũ diffamãdo. Ecce quomodo peccatũ facit perdere sentimentũ. Dico tertiò q̃ tertius defectus quẽ adducit senect⁹ est corruptio siue corrugatio pellis. Iuuenis habet pellẽ lenẽ, & planã in facie & in manibus, senex verò totã rugatã. Ratio naturalis, quia iuuenis est carnosus, & replet pellẽ, sed in senibus caro minuitur. Ideo pellis rugatur. Ideo Iob, quãdo dicebatur sibi q̃ erat iuuenis, ipse ostẽdens oppositũ dicebat, Rugę meæ testimoniũ dicunt

unt cõtra me. Iob. 16. Sic quãdo persona stat in bona vita in gratia, anima est iuuenis & pinguis. Plana pellis animæ est cõuersatio exterior, & sicut pellis cooperit carnẽ, sanguinẽ, & ossa, ita conuersatio. Persona enim bona, sancta, & virtuosa, talis est intra, qualẽ ostendit extra se, qualis in domo, talis in vico, qualis in abscõdito, talis in publico. Si dicit aliquis, q̃ sit humilis, ipse est humilis, si se ostendat pauperẽ ad extra, talis est in corde. Idẽ de castitate, abstinentia, pœnitentia, patientia, & diligentia, totum est plana pellis, sed peccatũ facit rugare pellẽ cõuersationis. Quãdo enim homo cadit in peccatũ, verecundatur ostẽdere, & aliter ostẽdit extra quã sit intus. Ad extra ostẽdit se humilẽ, inclinat caput, sed intus abundat superbia, sicut Lucifer, pellis est rugata, ostẽdit se amatorẽ paupertatis, castitatis, claritatis, abstinẽtię, patiẽtiæ, diligẽtię, sed intus est totum oppositũ, totũ est rugatum. Alij ostẽdunt se amicos extra, dicẽtes, Vultis aliquid, ego sum totus vester. Sed retro si possunt, accusant & diffamant, & quando aliud nõ possunt, vadunt nocte aliqui, & amputãt vineã &c. dicẽdo: Quia ipse nõ potest, p̃bare, & nos negabimus. Tales tenẽtur restituere damna, si vnquã volunt saluari, alias nec cõfessio, nec aliquid prodest ad saluationẽ. Idẽ de notario mutante testamentũ, vel clausulã testamenti ex mala voluntate. Idem de falso teste in dãnum proximi, totum est rugatũ. Vultis scire q̃ peccatũ est? dicit Christus per os Ioannis cuidã palliato siue rugato, Scio opera tua, quia neq; frigidus es, neq; calidus, vtiuã frigidus esses aut calidus, sed quia tepidus es, incipiã te euomere ex ore meo. Apocal. 3. Calidus vel frigidus est ille, qui talẽ se ostẽdit extra qualis est int⁹, ille est frigidus qui sicut est malus intus, ita se ostẽdit extra, si intus habet malam voluntatẽ, odium, & rancorẽ, cõtra alium extra ostẽdit sibi. Calidus est ille, qui sicut bonus est intus, ita & extra, si amicus ab intra, etiam ostendit extra. Sed tepidus est ille qui ad extra se ostẽdit amicum, & intus est inimicus, salutat antè, & diffamat retro. Si dicatur, Nunquid est melius esse tepidum q̃ frigidũ? Dico quòd nõ, quia de frigido homo potest se abstinere, à tepido nõ si religiosus, vel clericus, vel laicus sit calidus, nõ sequitur malum, quia boni sunt, si frigidus, nõ creditur eis, ergo nõ sequitur malum, sed quando est tepidus tũc damnificat, quia cõfidunt in eis, & decipiunt. Bona mulier nõ cõsideret de malo religioso, vel clerico, seu laico, sed quia confidit de tepido, ideo est defraudata. Ecce quare dicit, Vtinã frigidus esses &c. sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo, & hoc quãdo Christus in iudicio dicet, Discedite à me maledicti, quia tepidi corrumpunt totum mundum. Ideo renouamini spiritus mẽtis vestræ. Dico quartò q̃ quart⁹ defectus quẽ inducit senect⁹ est incuruatio capitis. Iuuenis vadit erect⁹, senex autẽ incuruat⁹. Ratio naturalis. Sicut ignis emittit flãmas in altũ, ita cor hominis

iuue-

iuuenis est ita ardens ꝙ facit ire rectè, sed quando calor cordis mi-
nuitur propter senectutẽ, caput inclinatur. Istum defectũ facit pec-
catum in anima. Persona quæ est sine peccato habet caput animæ, s.
cogitationes, erectum, cogitando Deum, paradisum, cælestia, & ar-
denter desiderat ibi esse, intantum ꝙ si Deus diceret sibi, Ab hinc
vsq; ad annum venies. Diceret sibi, O domine, debeo adhuc tandiu
peregrinari, & à te separari? Quia calor deuotionis erigit caput, sed
peccatum mortale facit inclinare caput ad terrena vt bestiæ, quæ
quia nihil habẽt in cælo, respiciunt terram. Peccator nõ delectatur
respicere cælum, sicut nec latro iudicem in cathedra eleuatum. Exẽ
plum euãgelij de quodã publicano. Publicanus autẽ à lõgè stans no
lebat oculos suos in cælum leuare. Luc. 18. quia peccatum trahit de-
orsum ad cogitandum & desiderandum terrena, dicendo: O si pos-
sem habere hoc vel hoc: sic descẽdunt inferiùs ad infernũ. De hoc
dicatur miraculum euãgelij de quadam muliere iuuene & pulchra,
quæ ibat rectè, & subitò fuit infirma de curuitate, nec poterat ele-
uare caput vt respiceret alios, de quo omnes mirabãtur, nescientes
vnde, sed Christus sciens causam dixit, Mulier dimissa es ab infir-
mitate tua, & imposuit illi manus, & cõfestim erecta est, & glorifi-
cabat Deum, & dixit Christus, Hanc filiã quam ligauit Sathanas 18.
annis, oportuit solui. Luc. 13. Ista mulier significat animã humanam
rectè incedentẽ, quæ viuit bene, respiciendo delectabiliter sursum
hæreditatem dimissam à patre in testamẽto. Dicit clausula testamẽ-
ti, Nolite timere pusillus grex, quia cõplacuit patri vestro dare vo-
bis regnum. Luc. 12. Sed quãdo peccat, perdit calorẽ deuotionis, &
incuruatur, sed quando Christus suis manibus tãgit cor, dans cõtri-
tionẽ, erigitur. Ideo Christ⁹, Respicite & leuate capita vestra, quo-
niã ecce appropinquat redemptio vestra. Luc. 21. Renouamini spiri
tu mentis vestrę. Dico ꝙ quintus defectus quẽ inducit senectus est
debilitatio mẽbrorũ. Iuuenis enim est fortis & robustus, senex au-
tem debilis, ideo cũ baculo sustẽtatur. A plãta pedis vsq; ad verticẽ
nõ est in eo sanitas. Esa. 1. Hoc facit peccatum in anima, quãdo ani-
ma est in gratia, est fortis intantum quod nõ posset cogi ad peccã-
dum ab omnibus dæmonibus, sed post peccatum est ita debilis ꝙ
statim cadit. Sicut mulier, virgo vel alia, antequã peccet, fortis est ad
resistendũ, sed amissa verecũdia, & facta corruptione, infirmę sunt,
& de facili deinceps labuntur & seducuntur. Ideo mulieres auisetis
vos, ne perdatis frænũ verecundiæ. Peccatum peccauit Hierusalẽ,
propterea instabilis facta est. Thren. 1. Item quando persona est in
gratia, habet genua, manus, & omnia mẽbra firma ad orandũ, & nõ
attẽdiatur de genuflexione, manuũ eleuatione, nec de ieiunio, cili-
cio, nec de disciplinis. Sed ex quo est in peccatis, statim attædiatur.
Infirmata est in bonum quæ habitat in amaritudinibus. Mich. 1.

Ama-

Amaritudo signat peccatum, quod ducit animam ad amaritudinem
dinationis. Ideo renouamini &c. Dico sextò ꝙ sext⁹ defectus, quẽ
senect⁹ facit est appropinquatio mortis. Licèt moriãtur ita bene iu-
uenes sicut senes, tamẽ naturaliter iuuenis plus distat à morte, quia
debet viuere viginti vel quinquaginta annis adhuc. Senes autẽ iam
sunt in ianuis mortis. Omne quod antiquatur & senescit prope in-
teritum est. Heb. 8. c. Hoc facit peccatum animę, facit animam esse
prope mortem infernalem plusquam camisia sit prope carnẽ, quia
statim quãdo exit à corpore, nõ tardat per annũ, vel per mẽsem de-
scẽdere ad infernum, sed in puncto. Ducunt in bonis dies suos, & in
puncto ad inferna descẽdunt. Iob. 21. Ideo Dauid in persona pecca-
torum dicit, Vno tantũ, vt ita dicã gradu, ego morsq;, s. æterna diui-
dimur. 1. Reg. 20. Si ergo peccatũ mortale facit istos sex defect⁹ in
anima, quos senect⁹ facit in corpore, ergo bene potest dici senect⁹
animæ moraliter. Ergo renouamini. Renouatur homo per contri-
tionẽ, cõfessionem, & pœnitẽtiæ assumptionẽ, vel acceptationẽ, &
per satisfactionem, & iniuriarum remissionẽ. Et quantò iniuria est
maior, tãtò meritum remissionis est maius. Igitur renouamini &c.

De eadem Dominica XIX. post Trinita. Sermo V.

Renouamini spiritu mentis vestræ. Istud verbum habetur,
textualiter ad Ephe. 4. & recitatiuè in epistola curren-
tis dominicæ. Quia nullus sermo seu doctrina habet
virtutem nec efficaciã cõuertendi peccatores ad bonã
vitam sine gratia Dei, ideo salutetur virgo Maria. Pro
declaratione huius verbi & materiæ prędicãdæ introductione sciẽ-
dum ꝙ ista differẽtia inter alias est inter animã & corpus, quia nos
inuenimus ꝙ anima quandiu est cũ corpore, & viuit cum eodem,
quantũcunq; sit senex, & antiqua, potest renouari, corpus verò non
potest renouari. Non inuenitur in scriptura ꝙ Deus vnquam reno-
uauerit aliquem de senectute ad iuuentutẽ, licèt legãtur maiora mi-
racula quæ Christus fecit. Suscitauit mortuos, quod est plus, etiam
damnatos suscitauit, & saluabantur. Sed nunquam de sene fecit iuue
nem. Ratio, quia licèt senectus sit malum corporis, tamẽ est bonũ
animæ. Iuuẽtus per oppositum est bonum corporis, & malum ani-
mæ. Senex enim iam perdidit magnam partem caloris, & cõsequen
ter inclinationem ad peccandum, deficiunt sibi vires, propter quod
despicit illa, vel semper in doloribus ducit vitam, & desiderat aliã.
Item est prope mortem, & ideo ordinat vitam suam, disponit de bo
nis, despicit mundum, & diuitias, honores, & vanitates. Et quia mul
ta vidit & audiuit, non ita faciliter decipitur à dæmone. Ecce quo-
modo senectus est bonum animę licèt sit malũ corporis. Ideo Iob.
In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudẽtia. Iob. 12. No.
prudentia, quia licèt nesciat legere, tamen quia vidit tot pericula, &

ex

ex multis experiētijs generatur sapiētia, fit prudēs. De iuuētute est totū oppositū. Iuuenis enim est fortis, robust⁹, & inclinatur ad multa peccata, quomodo poterit experiri delectationes carnis, & accēdere in diuitijs & honoribus, cū illa vana iuuētutis spe, & quia parū viderūt sunt inexperti, & quasi stulti, intantū q̄ dicit Salomō, Cōsidero vecordē, i. stultū iuuenē, qui trāsit per plateas, i. latitudinē. Platea Græcè, latitudo est Latinè. Prou. 7. Alibi, Adolescētia, i. iuuētus & voluptas vana sunt. Eccl. 12. Patet ergo q̄ iuuentus nocet animæ, sed valet corpori. Et quia Deus nunquā trāsmutat creaturā de bono ad malū, imò oppositū, ideo de persona sene nunquā facit iuuenē, quia esset malū animæ, quā plus diligit q̄ corpus. Ista est ratio quare Deus nunquā reuocauerit, nec reuocabit corpora antiqua ad iuuentutē, nisi in iudicio, quia tunc Adā & Mathusalē, qui mortui fuerunt senes, renouabūtur, quia iuuenes in ætate 30. annorū resurgēt. Ratio, quia erunt glorioū, nec de cetero poterunt peccare. Animæ enim possunt renouari, imò quātumcunq; sint senes, & antiquatæ in peccatis, possunt renouari, & effici iuuenes. Ideo di. the. Renouamini spiritu mentis &c. Patet the. Modò videamus quomodo & quot modis fit ista renouatio, siue iuuenatio, & iuueni quòd sex modis potest fieri, qui modi sunt in natura experimentati.

Primus est per patientiam virtualem.
Secundus est per pœnitentiam actualem.
Tertius est per humilitatem cordialem.
Quartus per largitatem liberalem.
Quintus per dilectionem diuinalem.
Sextus per contemplationem supernalem.

Primus modus renouationis animæ licèt sit antiqua & corrupta in peccatis, est per patientiā virtualē, s. erga Deū & proximū. Patientia virtualis erga Deum est vt in tribulationibus quæ sunt à Deo, sicut sunt infirmitates diuersæ, paupertates, perditio filiorū, parentum, & amicorum. Omnes istę tribulationes sunt à Deo principaliter, licèt operetur per naturam instrumentaliter, vt notarius per calamum, nec de litera bona siue mala dicitur, calam⁹ fecit, sed notarius. Philosophi perfectè non cognoscētes Deum dicunt, A tali planeta est hoc. Quādo ergo in his tribulationibus, quarum ipse Deus est auctor principalis, homo habet patientiā, nō murmurādo cōtra Deū, nec amaritudinem cordis recipiēdo, nec se indignādo, sed de necessitate faciēdo virtutē, tunc isto fornello anima depuratur. Ita fecit qui eadē die perdidit quidquid habebat, vt patet Iob 1. Dominꝰ dedit, Dominus abstulit. Sit nomen Domini benedictum. Ex ista patientia renouatur anima. Secundò erga proximū, s. quando de iniurijs proximi quęcunq. sint non recepistis vindictam licèt possetis, quia magis generosus vel diues estis, sed dicatis Deo, Domine ego possem

possem recipere vindictam de tali iniuria mihi facta, sed quia ego maiores iniurias feci vobis, & nō recepistis vindictā, ideo Domine amore vestri remitto & nolo vindictam, vt vos mihi remittatis. Talis patientia facit animā domicellam iuuenē, quantumcunq; fuisset antiqua. Ideo dicit Christus Mat. 6. Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. De hoc similitudo & experimētum in natura. Ferrum enim à sua rubigine renouatur per ignē dupliciter, primò per fornacem, secundò per martellum siue malleum. Ita de anima, cuius rubigo est peccatum. Si quando ponitur in fornace tribulationis, infirmitatis &c. habet patientiā, renouatur. Vel per martellum. Iniuriæ proximi dicuntur martellum, quando faciunt nobis vnam iniuriam, dādo alapam, vel vulnus, sed teneamus nos firmiter, ne rumpamur per impatientiā, & sic etiā anima renouatur. Ideo Apost. de se & de alijs dicebat, Licèt is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est renouatur de die in diē. 2. Cor. 4. No. de die in diē, quia duę sunt species patiētiæ. Prima erga Deū, & ista facit vnā diē, clarificās animā. Secunda erga proximū, aliā diē faciens, ergo renouamini spiritu mētis vestrę. 1. abiicite vestra peccata, & induite &c. Secūdus modus est per pœnitētiam actualē. Benedictus Deus qui tot modos ordinauit ad renouandā animā. Prima actualis est, quādo persona quę diu vixit in peccatis, & in mala vita, redit ad se dicens: O miser ego sum religioſus, vel clericꝰ. Hic pœnitētia vera incipit. Secundò recipit ꝓpositū nō peccādi. Tertiò recipit ꝓpositū cōfitēdi. Quartò acceptat pœnitētiā, & sic renouatur anima. De hoc experimentum in natura videmꝰ. Dicūt naturales, qui experti sunt ꝓprietates rerū, q̄ serpēs ex nimia antiquitate vix potest se mouere ex grossitie & ruditate pellis, quod ipse aduertēs primò ieiunat, secundò pellis ex ieiunio quasi separatur à carne, tertiò à dura pelle renouatur per arctū foramē. Sic anima in peccatis antiquata & inueterata nō potest se mouere ad eundū ad paradisum per opera meritoria, sed remediū bonum habet, serpētis remedio simile, vt, s. sicut serpens ieiunat, sic peccator talis faciat abstinētiā à peccatis, elōgando se à mala societate, deinde per arctū foramē confessionis deponat pellē peccatorum, sicut serpēs cum magno labore deponit pellē, ita etiam cōfessio est laboriosa, in qua homo quasi diffamat se dicēdo: Pater ego sum miles vel ciuis &c. gentes & homines honorant me, sed ego sum talis & talis, & sic anima renouatur, & induitur noua pelle, s. gratiæ, & sic potest ambulare meritorie. Auctori. Deponite vos secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desideria erroris. Renouamini autem spiritu mentis vestræ, & induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia & sanctitate veritatis. Ephesio. 4. Deponite, scilicet vi-

vitā & cōuersationē malā peccatorū. No. cū dicit, qui secundū Deū creatus est, nā pœnitētia fuit prima prędicatio Christi postquā ieiunauit. Vnde dicit Mat. Exinde cœpit Iesus prædicare & dicere, Pœnitentiā agite. Mat. 4. No, in iustitia. i. pœnitētia à peccatis præteritis: & sanctitate, custodiēdo se à peccatis futuris: veritatis, s. pœnitētiæ, ergo renouamini &c. Tertius modus est per humilitatē cordialē. Quando persona vana, superba, & pōposa vult humiliari toto & vero corde, dimittēdo vanitates, quæ tot dānant, tūc anima renouatur. Itē quādo mulier videt q̄ vir iā nō sufficit ad vanitates quas ipsa facit, immo oportet cū facere vsuras, retinere decimas, & bona defunctorū, & retinere cū oportet pretiū seruorū, & ipsa dicit viro, Ecce iocalia, non faciatis ista de cetero, ego volo ire simpliciter, ne damnemur vos & ego, quid mihi proderūt manicę & caudę? melius enim est dare amore Dei, tūc anima renouatur. Idē de Domino siue prelato, cuiusuis sit status, quādo de statu vano & pōposo humiliatur dicēdo, nolo omnia expēdere in vanitatib⁹, in cōuiuijs, & cū dilectis mulierib⁹, ego habeo tot florenos vel solidos de redditib⁹, tātū expēdā ꝓ corpore, & tātū ꝓ aīa, quādo aliqs sic humiliatur, aīa renouatur. De hoc experimētū in natura dicūt naturales, q̄ quādo aquila est multū antiqua, habet rostrū intātū reflexū, q̄ nō potest os aperire, nec comedere, & sic macrescit, abūdat in plumis, & à sua etustate renouatur, allidēdo rostrū ad petrā. Totū hoc fit ad exēplum nostrū. Aquila ātiqua est aīa ex peccatis ātiquata, rostrū habēs. i. intellectū acutū, q̄ nihil acuti⁹ est in homine nec subtiliꝰ, q cū deberet esse erectꝰ erga deū, cęlestia cōtēplādo, reflectitur tamē ad seipsum, cogitādo suū genꝰ, vt de genere regali, vel tali, & cogitādo ꝓpriā excellētiā, dicit, Ideo debes ire sic indutꝰ. Ecce abundātia plumarū. Itē ego sū nobilis vel miles, ideo debeo sic & sic incedere. Nō opus est follo suspēdere cymbala collo. Et sic anima se macerat, nō recipit cibū spiritualē, & abūdat in plumis. i. vanitatib⁹. Idē de religiosis vel clericis cogitātib⁹. Ego sum magister vel doctor aptꝰ ad disputandū, & prædicandū, ideo debeo tenere statū, debeo esse dominꝰ &c. Ecce plumæ. Idē de mulierib⁹ cogitātib⁹. Nōne ego sum melior & pulchrior q̄ talis, quę facit sic & sic cū manicis, caudis, ornamētis, & monilib⁹ &c. Dicatur cōtra expēsas quę fiūt in manicis, caudis, & camisijs. Remediū habemus vt aquila, allidēdo rostrū ad petrā, de qua Apostolus, Petra autē erat Christus. 1. Cor. 10. & sic anima renouabitur. Allidit enim cogitādo quomodo Christꝰ fuit indutꝰ, qui triginta annis portauit eādē tunicā. Si ergo Dominus & rex iuit sic, quare ergo ego expendā tantū in vanitatib⁹? Idē de mulierib⁹, quādo tētantur, vt in qualiber festiuitate vellēt habere tales vel tales vestes, percutiāt rostrū ad petrā Christū, cogitando Christū & matrē eius quomodo ibāt, cūm tamē essent regali genere. Sic anima

anima renouatur. Dauid in psal. 102. Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua, & replebitur in bonis desiderium tuum, cogitādo Christum & virginem Mariam, sic renouatur anima à superbia in humilitatem. Quartus modus est per largitatem liberalem, quando de bonis spiritualibus vel temporalibus à deo datis, homo dat amore dei liberaliter. Verbi gratia. Si habetis scientiam & instruitis ignorantes. Si habetis deuotionē & charitatē, corrigitis peccatorem. Si habetis consolationem, consolamini tristē. Si eloquentiā, subueniatis nescienti loqui, ne perdat ius suū &c. Idē de eleemosynis corporalibus. Si habetis panē, vinū, & pecunias, detis amore dei, quia ipse multiplicabit omnia. Et tali liberalitate anima renouatur. Quod superest, non dicit quod necesse, date eleemosynā, & ecce omnia munda sunt vobis. Lu. 11. de hoc experimentū in natura. Cūm ceruus est antiquus, induratur pellis, cornua crescūt, & non potest comedere. Et naturaliter comedit vnā herbam venenatam, postea æstuans renouatur ad fontem. Ceruus significat auarū. Ratio, quia habet duo magna cornua, & in quolibet habet plura cornua. Duo cornua auari sunt vsura & rapina, & quodlibet habet plura cornicula. s. plures species vsuræ & rapinæ. Prima est mutuare 10. pro 12. licèt nō ponatur sic in instrumēto, ne prelatus eū puniat. Secūda vendere pluris ꝓpter solutionis dilationē. Tertia propter pecuniā paratam minoris emere. Quarta ꝓpter securitatem recipere & vti possessione. Quinta obligatio libertatis de pistoria, molēdino, & huiusmodi, propter mutuū. Secundū cornu dicitur rapina. Prima species dicitur rapina violēta, vt dominorū & latronū. Secunda furtum secretū de domo, vinea, seu horto. Alij peccāt falsè vēdēdo, alij emēdo. Idē si notarius mutuat testamētum. Si tales volunt renouari, oportet comedere de herba, vt ceruus, venenata, de qua dicit Dauid, Cōuertantur peccatores in infernum. s. cogitādo acerbitatē pœnarum. Comedunt de ista herba omnes gētes quæ obliuiscuntur deum. psal. 9. Gustatur enim ista herba cogitādo quid erit de animabus auarorū, quō puniuntur in inferno &c. & sic æstuātes ibitis ad fontē. s. taxiam vel barsam restituetis, & sic anima renouatur. Auctō. Nolite confirmari huic seculo. i. dando vos auaritiæ, sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas dei bona & beneplacens, & perfecta. ad Rom. 12. Nota, voluntas dei bona est vt faciatis restitutionem. Beneplacens, quoniam de bene acquisitis facitis eleemosynā. Perfecta quādo de cetero nec per vsuram vel rapinā homo vult aliquid, sed vult viuere de suis redditibus planis, vel possessionibus. Quintus modꝰ est per dilectionē diuinalē, quādo homo est totus philocaptus de Christo. Bene est miser qui non est philocaptus de illo in quē desiderant angeli prospicere 1. Pet. 1. Et quando homo stat in amore Christi, anima renouatur & iuuenescit. Ita fuit de Maria Mag. de qua dicit xp̄s,

Vsuræ species.

Rapinæ species.

Dimissa sunt ei peccata multa, quoniã dilexit multũ. Luc. 6. De hoc habemus experimentum in natura. Dicunt naturales de phœnice antiquata, quæ comburendo se ad ligna, suis alis inflammat se, & renouatur. Ita de nobis in peccatis antiquatis. In nido cordis nostri ponamus ligna odorifera. s. opera quæ Christus fecit pro nobis, & sic inflammatur homo, & ignis accenditur alis cogitationnm. Dicatis, si aliquis vestrum esset captiuus in Barbaria, & aliquis amore vestri illuc transiret, & faceret se captiuum; & vos liberaret, quantũ vos inflammaretis ad eũ diligendũ? Omnes eramus captiui diaboli in Barbaria huius mundi, & Christus amore nostri transfretauit. Idẽ si essetis not⁹ leprosus, & aliter nõ possetis curari nisi de sanguine medici fieret balneum de vena cordis, quem medicus eo fine effunderet, magnus amor esset? imò. Ita fecit Christus de balneo baptismi, sanguis enim Christi habet virtutẽ sanandi animas leprosas. Item si haberetis manus abscissas, & medicus gratis vobis restitueret, quantum diligeretis eum? sic etiã ille qui in vtero matris dedit vobis manus, caput, oculos, meritò debet diligi. Item si stultus esset quis, & medicus gratis curaret eum &c. puer in vtero matris stultus est, non habens animã rationalẽ, sed Christus dat &c. ergo reno. Sextus modus est per contemplationẽ supernalẽ, personæ cõtemplatiuæ quãdo contẽplantur opera dei & miracula quæ fecit, tantũ placet Deo ꝙ renouantur animæ. Modus contemplandi. Primò dei potẽtiam, qui solo verbo de nihilo cuncta creauit. Ante mũdi creationẽ nihil erat nisi solus deus. Sed diceret aliquis, Vbi morabatur deus? Dicendum ꝙ tunc morabatur vbi modò etiã moratur. s. in camera suę eternitatis. Secundò cõtemplari debemus finẽ mundi, quomodo in corpore & anima habemus cõparere in iudicio ꝙ sic timebimus vtrũ à dextris an à sinistris illa die inueniemur. Idẽ debemus cõtẽplari de palatio cæli, de mirabili eius pulchritudine. Item contẽplari pœnas infernales, & figuras dęmonũ in inferno debemus. Promitto tibi ꝙ si ista diligenter considerares, peccata vitares. Item contẽplari debemus prouidentiã, quomodo prouidet animalibus terræ, piscibus maris, auibus cæli, & nobis quolibet anno dat bladũ, vinum &c. Itẽ debẽmus cogitare de animabus purgatorij, de animabus paradisi, rogando Deum vt ponat in corde hæredum & manumissorum vt compleant testamentum &c. Et talibus contemplationibus anima renouatur. De hoc experimentũ in natura, de accipitre antiquo qui non potest volare, sed expandit alas suas ad austrũ, & renouatur. De hoc aucto. Nunquid per sapientiã tuam plumescit accipiter expandens alas suas ad austrum? Iob. 39. Quæstio est quã Deus fecit Iob. Accipiter signat personam contemplatiuã, volantem alis contemplationis & orationis ad Austrum. Auster est ventus calidus & humidus. Contemplatio calefacit per deuotionem & humectat per lachrymationem, & anima renouatur. Renouamini igitur &c.

Dominica xx. post Trinitatem,

Sermo iii.

Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Mat. 22. Sermo noster erit de sancto euangelio huius dominicę. Salutetur virgo Maria. In isto euangelio præsentis dominicæ sunt tria puncta multum notabilia ad informationem vitæ nostræ.

Primus est humilitas diuinalis,

Secundus est peruersitas humanalis,

Tertius indignitas meritalis.

In his tribus punctis stat totũ euangelium, & de primo. s. humilitate diuinali dicit the. Simile est regnum cælorum &c. Dico primò, &c. Pro intellectu huius the. & humilitatis diuinæ sciendũ, quod incarnatio comparatur matrimonio, & dicitur matrimonium, quia tanta fuit vnio & coniunctio humanitatis cum filio dei, quod humanitas & diuinitas nõ fũt nisi vnũ in supposito, hypostasi, & pśona. Nõ creditis quod humanitas sit vna persona, & diuinitas alia, sed sicut vir & vxor, iam non sunt duo, sed vna caro. Mat. 9. Ita Deus & homo in Christo non sunt nisi vna persona, & est articulus fidei, Qui licèt deus sit & homo, nõ duo tamẽ, sed vnus est Christus &c. Modò dico quod in ista benedicta incarnatione deus ostendit maximam humilitatem. Si enim vultis cogitare dei superioritatem & excellentiã, & hominis inferioritatẽ, deus est altissimus, & sub se habet 10. gradus creaturarũ naturaliũ, & corporaliũ, & 10. gradus spiritualium. Primus gradus creaturarum spiritualiũ altior alijs est Seraphinorũ, secundus Cherubinorum, tertius thronorũ, quartus dominationũ, quintus virtutũ, sextus potestatum, septimus principatuum, octauus archangelorum, nonus angelorũ, decimus animarum rationabiliũ. Primus gradus creaturarum corporaliũ altior est cælum empyreũ, vel primũ mobile secũdũ aliquos philosophos, secundus cælũ crystallinũ, tertius firmamentum, quartus est elementum ignis, quintus elementũ aëris, sextus elementum aquæ, septimus elementũ terræ, octauus de creaturis elementatis sensitiuis, vt animaliũ & volucrũ, nonus de creaturis elemẽtatis viuentibus non sensitiuis, vt arborũ, decimus de creaturis elementatis, nõ habentibus vitã, vt lapides, & similia. Homo verò est cõpositꝰ ex anima rationali & luto, & sic est in inferiori gradu creaturarum spiritualiũ quantũ ad animã, & corporalium quantũ ad corpus. Formauit enim deus hominẽ de limo & non de auro, vel de materia cęli, sed terręquantũ ad corpus, & inspirauit in faciem eius spiraculũ vitæ quantũ ad animã. Gen. 2. Deus verò altissimus excedens omnes gradus creaturarum spiritualiũ & corporalium, voluit humiliari, nec recipiens creaturam spiritualem,

Nouem angelorũ chori. Et de tem gradus creaturarũ spiritualium, ac totidem corporalium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec corporalem in altiori gradu, sed in minori & vlt. gradu. Ideo dicit scriptura. Qui cùm in forma dei esset &c. Phil. 2. Item nusquam enim angelos apprehendit, sed semen Abrahæ. Heb. 2. Modò vt melius intelligatis, dicatur similitudò siue exemplum de rege volente contrahere cũ filia rustici & pastoris, vt exaltaret illud genus. O quãta humilitas, cũ tamen posset cum filiabus regũ cõtrahere. Ita fecit Christus. Noluit enim recipere creaturã spiritualem, nec corporalẽ in altiori gradu, sed voluit ducere filiam rustici ad se, vt eam faceret reginam in paradiso, & exaltaret omnes creaturas, sponsalia huius matrimonij facta fuerunt in camera siue in palatio vteri virginalis. De hoc Dauid. In sole posuit tabernaculum suum &c. in psal. 18. Cæli enarrant. Nota, In sole posuit, quia sicut inter creaturas visibiles sol est pulchrior, altior, & clarior, & virtuosior, sic inter omnes sanctos & sanctas dei virgo Maria est altior in dignitate, pulchrior in sanctitate, clarior in bonitate, virtuosior in benignitate. Et sicut sol oritur de mane clarus & pulcher sine corruptione, ita virgo Maria genuit filiũ dei sine virginitatis læsione. Ideo dicit. In sole. i. in virgine ex excellentia solari & dignitate, posuit tabernaculum suum. Virgo dicitur tabernaculum, quia sicut tabernaculum intra se cõtinet dominum, ita virgo dei filium. Dauid, Sanctificauit tabernaculũ suum altissimus &c. sed nuptiæ non fiunt in hoc mũdo, sed in cælo. De hoc dicit the. Simile est regnum cælorum &c. Nota q̃ non comparantur illæ cælestes nuptiæ homini simplici, qui fecit nuptias, sed homini regi. Modò attendatis ad pulchram speculationem, vt accendatis vos de gloria paradisi. In nuptijs regalibus nõ solũ gustus, sed & omnes sensus satiantur, vt visus, auditus &c. Idem est & erit post iudicium, quando corpora simul cum anima erũt glorioſa. Primo in nuptijs regalibus satiatur visus, videndo ornamenta pannorũ, vasorum auri & argenti, intantum quod rusticus ore aperto respicit. Modò cogitetis illud palatium cæleste quomodo fuit ornatũ, non per homines, nec per angelos, sed per sanctã trinitatẽ &c. Quando sancti videbunt oculis corporalibus post iudicium mirabũtur, & dicet Christus, Fili, quare non cogitabatis q̃ iste locus quẽ ego paraui & tanto pretio emi, pulcherrimus deberet esse? De hoc Esa. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur & dilatabitur cor tuũ. Esa. 60. Si aliud non esset nisi sola dilectio visus, esset inæstimabile gaudiũ. Secũdò satiatur auditus. Iam scitis quot ministri, quot cãtus &c. in nuptijs regalibus existunt. Modò cogitate si chordę de cithara aut fistula &c. tantũ vos delectãt, quid debet esse in cælo de cãtu angelorũ & virginũ? &c. Dicatur de religioso qui 300. annis stetit sine cibo & potu, & non fuit antiquatus, audiendo cantum angeli in forma auiculę. De isto cantu dicit Ioan. Cantabat quasi canticum nouũ ante sedem dei &c. Apoc. 14. No. quasi canticum nouũ, quia sicut cantus nouus delectat

lectat, ita ille &c. Tertiò satiatur odoratus. Si enim viola vel rosa tãtum fragrat, & de creaturis corruptibilibus oritur talis odor, cogitato quali fragrantia de corpore Christi, de eius vulneribus, & de corpore virginis Marię &c. intantũ q̃ si hic esset modo corpus gloriosum, oẽs traheret ad se. Nam di. S. Tho. exponẽs Iob ad literam. Iob 41. de balena, quæ est tam magnũ animal, quomodo & quid comedit? Dicunt enim quod habet anhelitum valde odoriferum, & quando vult comedere, emittit anhelitum, pisces veniunt ad illam fragrãtiã, quos ipsa absorbet. Si ergo de tali bestia oritur talis odor, quid debet esse de anhelitu Christi, Mariæ, & sanctorum, & si aliud non esset ibi &c. Salomon qui habebat tot odores &c. quando deus dedit sibi modicum sentire de illo fumo paradisi, dixit, Trahe me post te, & curremus in odorem vnguentorum tuorũ. Cant. 1. Quartò satiatur tactus. Dicunt philosophi & alij theologi q̃ magis delectat sentimentum tactus, quã alia, ideo decipiuntur luxuriosi &c. Di eo q̃ si oẽs delectationes luxurię essent in vno corpore congregatæ, nihil essent respectu delectationis purissimi & pudicissimi corporis glorificati, quæ tanta erit quod non erit in eo vena, nec os, nec nerui, quin sentiant continuè tantam dulcedinem q̃ non potest dici. Cogita delectationem quã habebunt angeli & virgines, quãdo angeli cũ virginibus tripudiabunt, tangentes se per manus. O qualis delectatio. Auiso te vt sis bonus. De istis tripudijs dicit ecclesia Christo, Qui paſcis inter lilia, septus, id est circũdat̃ choreis virginũ, spõsus decorus gloria &c. Dauid, Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo &c. Psal. 15. Delectationes huius mũdi vel sunt in visu, auribꝰ, vel gustu, & sunt defectiuę, sed in paradiso erunt perfectę & perpetuę in omnibus sentimẽtis. Ideo dicit, Adimplebis me &c. Quintò saturatur hic gustus comedẽdo, bibendo &c. ita in paradiso. Est enim ibi cibus & potus etiã corporalis, sed non corruptibilis, vt dicit Matthæus de lacte &c. quia post iudicium habebimus corpora pretiosissima. Iam scitis q̃ in nuptijs regis dantur escæ pretiosæ, ergo etiã in nuptijs regis æterni. Certũ est q̃ in iudicio resurgemus cum corporibus nostris incorruptibilibus, & habebimus intestina intus &c. Et ista intestina nõ erunt vacua, quia non est dare vacuum, ergo plena erunt non de vento, vel stercore, vel fæcibus, sine immũditijs, sicut modò. Et di. S. Tho. in 4. quod erũt plena dulcissimo liquore *De qua beate* à deo creato, claro, dulcissimo, & incorruptibili, nec aliquis erit mã eius, sed omnes erimus in optima proportione. Etiam guttur erit plenum illo liquore, & erit cibus & potus. Vtinam sentiamus hũc saporẽ &c. Et de isto cibo dicit Christus, Ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum, vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo &c. Lu. 22. Nota, sicut disposuit, vt cum laboribus & tribulationibus ad illud veniret. Ita disposuit nobis vt cum labore *gloriosi, & pa-*

& pœnitẽtia ad illud perueniamus. Si vnã guttam vt granum sinapis illius cibi Deus poneret in ore vestro vel meo, nunquam vellemus comedere. Ecce quare dicit, Simile est regnũ cælorum &c. Ideo dicit Ioan. qui vidit sanctos comedẽtes & cantantes dicẽdo, Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam Deo, quia venerunt nuptiæ agni &c. Apoc. 19. Dico secundò quod in euangelio tangitur peruersitas humanalis, de qua dicit euangelium, Et misit seruos &c. & ciuitatem illorum succendit. Hic dico quòd ostenditur peruersitas humanalis, quia nolebant ire ad cõuiuium regis. Ista peruersitas est hodie in mundo. Nam Christus rex æternus parauit nobis conuiuium nuptiarum, vt dixit, O quot homines, maximè Christiani, sunt inuitati, Quilibet enim religiosus, clericus, vel prælatus, prædicans doctrinam euangelicam, est nũtius Dei, vos inuitãs ad conuiuium. Sed gentes excusant se tripliciter. Quidam per indeuotionem spiritualem, quidam per affectionem terrenalem, quidam per indignationem cordialem. Primi renuũt venire, quia ad spiritualia nullam habent deuotionem, nec sentimentum, immo dicunt, Quid scit homo de alio mundo? De his dicitur, Et nolebant venire. Attendatis si inter vos sint aliqui de istis. Tales sunt qui diligenter curant de corpore, & negligenter de anima, qui prandium vel cœnam corporis nũquam obliuiscuntur, sed animæ frequenter. Cibus animæ est oratio & de mane & de sero. Ostendatur quomodo danda sunt fercula animæ. Primò homo orare debet & mẽsam benedicere, dicendo Pater noster, in quo continentur septem petitiones, & Aue Maria, attẽtè & deuotè, quemadmodum homo loquitur regi vel reginæ. Similiter de sero. Sed multi non curãt, nec orãt de mane nec de sero, nec orãt ante mẽsam, nec ante cœnam. Item pro animæ refectione debemus festa celebrare, & rebus diuinis & orationibus, quę sunt fercula animæ, intendere. Sed, proh dolor, multi postquã laborauerunt per totam hebdomadam, nesciunt dominicam dare Deo. Item sicut quolibet mẽse lauatur camisia corporis, ita etiam anima lauãda est à maculis. Item in paschate quilibet curat vt bene prãdeat, sic etiã cogitare debet de anima, vt cõmunicet dignè. Sed dicit apostolus, Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei 1. Cor. 2. Secundi negligũt venire per affectionem terrenalem, vt religiosi, clerici, vel etiã laici, qui plus delectationes carnales diligũt quã spirituales, & tales de cõuiuio paradisi non curãt. Dicatur fabula de leone faciente conuiuium omnibus animalibus. Nuntij venerũt ad porcum tacentem in luto, & ex parte leonis inuitauerũt ipsum ad conuiuium, qui porcus interrogauit an esset ibi lutum. Quibus respõdẽtibus quod nõ, respondit porcus, Nolo venire. Ita accidit multis miseris luto luxuriæ involutis, qui vt porci despiciũt gloriam paradisi. De istis dicitur, Illi autem neglexerunt propter delectationem bestiarũ. Tales perdunt

perdunt delectationes angelorũ, Christi, & virginis, quia noluerũt gustare de istis. Augustin. Impij non sentiũt dulcedinem Dei, quia de febre iniquitatis palatũ cordis infecerũt. Alij nolũt ire propter indignationem cordialem, nũtios ipsos vocantes & inuitantes ad huiusmodi nuptias verbis & factis calumniãtes. De quibus dicitur, Reliqui verò tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt eos. Primi sunt mali, & secũdi, sed isti peiores, quia interficiunt animas. Eccle. 21. Dentes eorum, scilicet obloquentiam interficiunt animas hominum. Rex verò cùm audisset, iratus est, & missis exercitibus suis, scilicet angelis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem, scilicet istum mundum succendit, quia certi sitis quòd conflagrabitur ille mundus citò. Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Deuteron. trigesimo secundo. Dico tertiò quòd tangitur in euangelio indignitas meritorũ, cùm dicitur, Tũc rex ait seruis suis, Nuptiæ quidem &c. vsque in finem. Ex ista parabola non intelligatis vos quòd aliquis expellatur de paradiso postquam ingressus est, sicut ille rex expulit illum. Ita conditionaliter loquendo, si in paradiso inueniretur aliquis imparatus, expelleretur. Modò facias in consequentiam, si imparatus expelleretur, ergo necessariũ est nobis, vt præparemur, si volumus illuc intrare. Quod bene pensandum est cõtra stultitiam dicentium, Si sum prædestinatus, siue eo paratus siue imparatus, intrabo. Nota, quòd in libro prædestinationis similiter scribitur, talis saluabitur & ex tali caussa, & similiter ex libro præscientiæ, talis damnabitur & ex tali caussa. In libro prædestinationis non solùm scribitur, Petrus talis & talis saluabitur, & Bernardus talis saluabitur. sed sic, Petrus talis saluabitur per ieiunium, & talis per orationem, talis verò per eleemosynam, ita quod simul scribitur introitus paradisi, & caussa quare intrabit. Multi tamen decipiuntur, credentes quòd solùm nomen scribatur in libro prædestinationis sine caussa, quòd non est verum, sed simul totum. Item in libro reprobationis non solùm scribitur, talis damnabitur, sed etiam caussa quare talis damnabitur, per superbiam &c. Ideo si non vis damnari, caue à caussa. Ideo si ille imparatus fuit expulsus, non intrabimus nisi præparemus nos. Ergo estote parati. Matt. decimoquarto. & Luc. duodecimo. Paratur homo per contritionem &c. & sic homo induitur vestibus nouis, & efficitur dignus intrare ad gloriam.

De eadem dominica. Sermo II.

Ecce prãdiũ meũ paratum &c. Mat. 22. Istud verbũ recitatur in euãgelio currẽtis dominicę. Salutetur virgo Maria. Inter alia verba sancta quę Christus dixit suis apostolis in nocte passionis, & quãdo discipuli erant tristes de suo recessu, Christus eis consolans, dixit, Vado

parare vobis locum, & si abiero & præparauero vobis locũ, iterum veniam, & accipiam vos ad meipsum &c. Io.14. Verbũ est notabile & dignum memoria, si cogitatis hoc quod dixit. Nam si aliquis rex debet ire ad aliquem locũ, cõmuniter præmittit aliquos ad parandum prandiũ. Ista practica seruatur, & rationabiliter fit quod seruus paret hospitium domino, sed quod dominus vadat primò ad parãdũ seruis, nunquã fuit, imò talis dominus reputaretur pro stulto. Christus verò cum sua nimia humilitate tenuit istum modũ quod voluit ire prius ad prandium. Ideo dixit, Vado parare &c. Parauit enim locum gloriæ cũ illis cortinis, tapetis &c. Escas inæstimabiles, s. prædestinationis, gloriæ, & promisit redire di. Iterũ venio ad vos. Ideo dicit the. Ecce prandium &c. quasi dicat, venite ad nuptias, ad quas vadit homo per bona opera &c. Inuenio in scriptura quod parauit nobis quatuor prandia.

Primum de pœnitentia euangelicali,
Secundum de eucharistia sacramentali,
Tertium de gratia spirituali,
Quartum de gloria celestiali.

Primum dicitur prandium funerale. Secundum dicitur prandium festiuale. Tertium prandium dicitur sociale. Quartum dicitur nuptiale. Et de quolibet potest thema bene intelligi. Ecce prandium meum parau. Dico primò &c. scilicet de pœnitentia euangelicali. In isto prandio escæ sunt modicũ asperę & amarę. s. opera pœnitentialia corpori amara, sed sunt animę vtilia, & dulcia. Primus cibus est cognitio peccatorum, & defectuum propriorũ, quã quis habet intra se cũ dicit, O miser, ego sum religiosus &c. ego feci hoc & hoc, & iam malè expendi tempus &c. nunquam aliquis faceret pœnitentiam, nisi de eis haberet cognitionem & contritionem. Secundus cibus est contritio, quia aliàs modicum valeret cognitio. Multi enim cognoscunt peccata sua, sed delectabiliter illa cogitant. Tertius cibus est propositũ, non redeundi ad peccata, imò citius mori. Quartus cibus est cõfiteri ore, oportet enim proijcere corruptionẽ. Quintus est afflictio corporis dicendo, Domine castigo corpus meũ, ne faciatis ipsum castigari à sagionibus inferni. Sextus est deuota oratio, cogitando quod videtis Christum, & virginem. Septimus est restitutio bonorum iniustorum, respicere bursam & taxiam &c. si est aliquid de vsura &c. Octauus est remittere iniurias, si vultis q; deus remittat vobis. Istæ escæ sunt paratæ in euangelio, & pœnitentiæ amarę sunt corpori, s. magnum nutrimentum, & magnam refectionem & confortationem dat animæ. Ideo Dauid regratiãdo dicebat, Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me. Psal.22. Nota, qui tribulant me, s. peccata, dæmones, tentationes &c. quæ tribulant nos. De istis escis comedit Christus, qui tamen nunquam

quam peccauit. Istud prandiũ dicitur funerale. Consuetudo est quãdo moritur dominus domus, post sepulturam parentes & amici faciunt prandiũ, in quo non dantur pretiosæ escæ, nec lætæ, tale prãdium dicitur funerale. Ita de prandio pœnitentiæ. Pater, & caput, & dominus humanæ naturæ fuit Adam, & mortuus fuit per peccatum mortale, nos ergo filij, amici, & parentes, quia peccatores vt Adam, fecimus prandium pœnitentiæ à Christo nobis præparatum. Not. secreta, pœnitentia dicitur prandium aut cœna, quia aliqui prandiũ faciunt, vt qui mane iuuẽtutis dãt se pœnitẽtiæ, vt religiosus iuuenis: alijs cœnã, qui solũ in fine quãdo iacent in senectute, in lecto, & medicus dicit, mortuus est, tũc petũt confessionẽ &c. tales recipiũt pœnitentiã pro cœna, tamẽ si vera pœnitẽtia est, saluãtur. Sed est difficultas & difficile quod tũc possunt comedere de cibis pœnitẽtiæ. Difficile enim est de primo cibo, qui est cognitio peccatorũ, & ꝓpriorũ defectuũ, comedere, quia tales infirmi impediũtur cogitatione & cognitione peccatorũ præ dolore infirmitatis. Itẽ nec possunt tales infirmi faciliter comedere de secũdo cibo istius prãdij, qui est cõtritio, nec de tertio, qui est ꝓpositũ non redeũdi ad peccata, quia impediũtur horrore mortis. Et fortassis dolor qui apparet in talibus est ex timore gehennæ, & nõ ex amore dei. Itẽ nec tales possunt faciliter comedere de quarto cibo, qui est cõfessio, ꝓpter varia impedimẽta in morte occurrẽtia. Ideo benedictus est ille qui de pœnitẽtia facit prandiũ & cœnã, continuãdo eã vsq; in finẽ. Huic Christus ait Lu.14. Cũ facis prandiũ aut cœnã, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos tuos, neq; vicinos, neq; diuites. Noli vocare amicos &c. vbi ponit quinq; cõditiones personarũ quę nõ indigent pœnitẽtia, quia sanctæ & iustæ sunt. Iusti nõ indigẽt pœnitentia. Lu.15. Sed si volũt facere pœnitẽtiã est ad augmentũ glorię. Prima conditio tangitur ibi, Noli vocare amicos. Isti sunt apostoli, de quibus tenetur firmiter q; post receptionẽ spiritus sancti nõ peccauerũt mortaliter. Ideo vocat eos Christus amicos. Ideo nõ dicã vos seruos. Ratio, quia seruus nescit quid faciat dominus eius, quia dominus nõ tenet consilia sua cũ seruis, sed cum amicis. Vos autẽ dixi amicos, quia quæcunq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Io.15. Secunda cõditio tangitur ibi, Noli vocare fratres tuos. Isti sunt pueri innocentes, quia per baptismũ sunt facti fratres Christi, filij eiusdẽ Patris, Christus autẽ est filius per naturã, isti per gratiã. Pro istis nõ est necessaria pœnitẽtia, neque etiã adultis Iudæis baptizatis, bene dispositis, quia per baptismũ omnia peccata remittũtur. Tertia conditio tãgitur ibi, Noli vocare cognatos. Isti sunt martyres. Dicũtur consanguinei Christi, à con quod est simul, quia sanguinem Christi quem tenebant per recordationem, miscuerunt cum sanguine suo, quia aliàs eorum sanguis nõ habuisset virtutem. Ideo de eis dicitur,

Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni Iesu Christi. Apoc. 7. Quarta conditio tangitur ibi, Noli vocare vicinos. i. confessores, qui mundū despexerunt, & dederunt se cōtemplationi. Dicuntur vicini, quia sicut ille qui moratur ad parietē alterius, est vicinus, sic etiā isti morātur ad parietē, cū per intellectū cōtēplātur, recordātur per memoriā, voluntate desiderādo, & auribus audiēdo verba Dei, & corpore seruiūt sibi. Quinta conditio tāgitur ibi, Noli vocare diuites, id est virgines. Diues est homo sui iuris, religiosus, clericus &c. seruās virginitatē suā diues est. Talis enim est totus plenus thesauro, quia virginitas nō potest cōseruari sine multis virtutibus, & bonis operib⁹. Propter hoc virgines dicūtur diuites. Et apostol⁹ de se dicit, & alijs virginibus, Habemus thesaurū istū, s. virginitatis in vasis fictilibus. 2. Cor. 4. Patet quare dicit, Cùm facis prandiū, s. pœnitētiæ, noli vocare amicos &c. Ergo pater quos vocabo? Respōdet auctoritas prēmissa. Cùm facis cōuiuiū, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris. Quatuor conditiones vocādorum ponit. Prima cōditio pauperū est. Et pauperes sunt infideles, quia licèt facerēt omnia bona mūdi, pauperes dicūtur, quia sunt sine fide & baptismo. Vocādi sunt per prędicationem, nō per vim. Secūda tangitur ibi, debiles. Isti sunt peccatores Christiani, qui ex fragilitate carnis peccauerūt, quia licèt vellent viuere sine peccato, tamen habita oportunitate nō possunt se cōtinere à peccato. Isti sunt vocādi ad pœnitētiam. Ideo dicit, Voca debiles. Tertia tāgitur ibi, Voca claudos. Isti sunt peccatores Christiani per ignorātiā peccātes, Duę tibię sunt bona cōscientia, & magna scientia, & qui peccāt per ignorātiam, claudicant tibia scientiæ. Isto modo peccauit apostolus persequēdo ecclesiam Dei. Ideo dicit, Misericordiam Dei cōsecutus sum, quia ignorans feci in incredulitate. 1. Timot. 1. Quarta conditio tāgitur ibi, Voca cæcos. Cæci sunt qui peccāt per malitiā, quia sciūt esse peccatū, & possent abstinere, & nolūt, qui etiam vocādi sunt ad pœnitentiā. Vnde Christus, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitētiam. Luc. 5. Secundum prandium melius est de eucharistia sacramentali. Istud præparauit Christus in nocte passionis, in cœna, quando ordinauit istud sanctū sacramētum. Debetis cogitare q̄ hostia cōsecrata est vt scutella super mēsam altaris, in qua sunt tria pretiosissima fercula, q̄ declaratur sic, Omne q̄ est, vel est creator vel creatura. Si creatura, vel spiritualis vel corporalis. De omnibus creaturis tam spiritualib⁹ quàm corporalibus excellentiores sunt ibi. Si ergo diceret aliquis, Quæ est excellētior creatura corporalis? si diceretur, q̄ sol, nō esset verū, nec luna, nec cælū, sed caro Christi formata in vtero virginis, & illa est in hoc sacramēto ita verè, sicut fuit in vtero virginis, & ita verè vt est modò in cælo &c. Item de creaturis spiritualibus quę est excel-

excellētior ceteris? Diceres fortè tu, q̄ Michaël vel Gabriel, quod non est verum, sed excellētior est Christi anima, & illa est ibi, quia corp⁹ Christi viuū nō est sine anima. Itē creator est Deus, & in hoc sacramēto eucharistię est tota diuinitas infinita. Sacerdos quādo celebrat, debet cōtemplari ista fercula in hostia dicēdo, O quomodo debet esse pinguis comedēs dignè. Etiā vos laici quādo debetis cōmunicare, debetis ista cōsiderare. De ista ꝓphetauit scriptura di. Sapiēta ædificauit sibi domum, excidit columnas septem. Prou. 9. Sapientia, id est filius Dei ædificauit sibi domum, s. Christianitatem, quam 33. annis ędificauit, excidit columnas septem ad sustinendum, scilicet septem conditiones Christianorum.

Prima columna est prælatorum,
Secunda dominorum temporalium,
Tertia religiosorum,
Quarta sacerdotum simplicium,
Quinta illorum de matrimonio,
Sexta viduarum,
Septima virginum.

In istis septē ecclesia fundata est, & parauit illa tria fercula, quę dixi in hostia cōsecrata esse, miscuit vinum, s. Christi sanguinem, & posuit in mensam altaris. Istud prandium non est funerale, sed festiuale. Infra hebdomadā homo transit, & reficitur simpliciter, sed in die festo homo facit bonum prandiū. Ita intra annum homo laicus simpliciter trāsit non communicādo, sed in paschate est maximum festum quietis Christi. Ideo ordinatū est vt oēs in paschate cōmunicent à 10. vel 12. annis & supra. Sunt multi miseri qui ab isto prādio excusant se. No. de isto prādio habetur auctoritas allegoricè. Cùm esset dies festus Domini, & factū esset prādiū bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deū, vt epulētur nobiscū. Tob. 2. No. secreta. Cū esset dies fest⁹ Domini s. resurrectionis. Sed diceret aliquis, Nōne dies natiuitatis, circuncisionis, epyphanię, & pētecostes, sunt dies festi Domini? Dico q̄ sic, sed dies resurrectionis est proprior dies festus Christi. Ratio, dies festus est dies quietis. Dies natiuitatis nō fuit dies quietis sibi, sed laboris, ideo statim nat⁹ fleuit. Nec circūcisionis dies, & sic de alijs, sed in die resurrectionis quieuit in gloria. Ideo de illa die, Hęc dies quā fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. In illa die paratur prandiū in domo Dei, s. ecclesia, ad quod prādium omnes tenemini venire. Sed scitis quòd prandium istud est Christi regis, & quomodo est veniendum ad illud cum debita præparatione, pœnitentia, & accedens debet esse ornatus & vestitus, nō veste antiqua superbiæ, sed veste noua humilitatis, nec excusatur quis si nō sit paratus. Ideo præcedunt septem hebdomadæ quadragesimæ ad se præparandum.

Aetas cōgrua ad suscipiendū Christi corpus.

Item

Item dixit Tobias filio suo, Voca aliquos de tribu nostra. hoc dicitur Christianis, quia per baptismū sunt de genere dei. Infideles non debēt cōmunicare. Nota timētes deū, quia homo primò debet examinare vitam suam, secūdò de peccatis cōteri, tertiò cōfiteri, quartò cōmunicare, iuxta cōsiliū apostoli, Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim māducat & bibit indignè, iudiciū sibi māducat & bibit, nō dijudicās corpus domini. 1. Cor. 11. Qui autē nolūt eū recipere, vel qui indignè recipiūt, nū quam recipiētur in paradiso. Tertiū prādium est de gratia spirituali. Istud prādiū dat Christus personis spiritualibus, existētibus in gratia dei, quia in operibus bonis quæ faciūt, sentiūt magnā cōsolationem & cōfortationem in anima. Verbi gratia. Quādo religiosus in gratia existēs surgit de nocte ad dicēdum matutinas &c. Deotè cogitādo & cōtemplādo, maiorem sentit dulcedinem in anima quàm si comederet capones, & postquam anima est sic inflammata, & legit, & illuminatur, & cōsolatur. Idem de laicis de nocte orātibus, & audiētibus missas, sermones, & cōtemplātibus Christi natiuitatem, quasi viderēt virginem cū filio &c. Itē idem dicēdum est de cōtemplantibus Christi passionem. Et quot cōtemplationes habētur, tot fercula dātur &c. omnes dies pauperis, id est peccatoris, sine gratia dei semper māli erūt. Secura mēs quasi iuge cōuiuium. Prouerb. 15. Istud prādium non est festiuale solùm, sed etiā sociale, quia qualibet die homo deuotus comedit cum Christo. De hoc figura Dan. 14. Dicatur quō Daniel fuit sex diebus non manducans nec bibēs, sed orabat, erat autem Abacuc propheta in Iudæa. Dicatur historia, quomodo per angelum fuit portatus ad locū. Et exclamauit Abacuc dicens, Daniel, serue dei, tolle prādiū quod misit tibi deus. Audite pulchrū significatū huius figurę. Daniel amicus dei significat quālibet personā deotā. Lacus leonū est iste mūdus, in quo sunt septem feri leones prompti ad deuorādum, puta dæmones, qui tentāt de 7. peccatis mortalibus. Primus est Leuiathan, qui tētat de superbia. Idē de alijs. Isti nō curāt vt deuorēt peccatores, quia iā sunt sui, sed personas sanctas & deuotas, puta bonū clericū, vel religiosum. Inter quos persona deuota stat sex diebus. Septem sunt ætates. Prima infantia. In ista homo nō timet leones, sed in secūda, s. pueritia, quia in illa tam multi damnātur, tertia adolescētia, quarta iuuētus, quinta virilitas, sexta senectus, septima decrepitus. Sex ætates sunt periculosæ, sed Christus de terra promissionis mittit prādiū Danieli, id est personæ deuotæ, s. cōsolationes spirituales &c. Exultēt iusti in cōspectu dei, & delectētur in lætitia. Psal. 57. Quartū prādium est omnibus alijs melius, s. gloriæ cœlestis. O qualia fercula dantur in isto prandio. Nullus intellectus potest comprehendere & declare ad plenū hoc prandium, quia tāta est excellētia illorū ciborum, quod si de pane istius prādij

solùm

solùm vna mica caderet in os tuum vel meum, si viueres 10. mille annis, nolles comedere cibum præsentis vitæ corporeum & corruptibilem. Beatus qui manducabit panē in regno dei Luc. 14. De isto prandio melius tacere possumus quàm dicere, sed recogitate quales escas retinuit deus pro se & suis. De isto prandio loquitur singulariter the. Istud prandium dicitur nuptiale, ad quod conueniūt omnes propinqui, tam ex parte sponsi quàm ex parte sponsę. Ecce prādium meum paraui, tauri mei & altilia occisa sunt, & omnia parata, venite ad nuptias. Deo gratias.

Dominica xx. post Trinitatem. Sermo III.

Egressi sunt serui eius in viam. Habetur verbum istud Mat. 22. Materia huius sermonis erit declarare per quā viam poterimus ire ad conuiuium gloriæ cælestis. Materia erit vtilis &c. Salutetur virgo Maria. Dicit the. q̄ seruitores dei egressi sunt in vias. Pro intellectu thematis oportet declarare qui sunt serui dei. Et ad hoc sciēdum est q̄ omnes creaturæ tam corporales q̄ spirituales, tā bonæ, quàm malæ seruiūt deo aliquo modo. Declaratur statim in creaturis purè corporalibus, vt sunt cælum, & luna, sol, & stellæ, quę non poterunt vnum punctū ordinationis diuinę prętcrire. Illam eandem regulā, quam deus dedit eis à principio, seruant & seruabunt quousque aliud præcipiat in die iudicij, quādo deus dicet soli, sta. Sol & luna non habent rationē, nec intellectum, & seruiunt deo. Ideo cantat ecclesia, Cui, s. deo, luna, sol, & omnia deseruiunt per tēpora. Idem de elemētis, aēre, terra, aqua, & igne, sed qualitates & proprietates quas dedit eis, nihil prętereunt, quousque habebunt mādatum in oppositum. Idem de animabus, volucribus, & piscibus, quæ non prætereunt diuinā ordinationem. Iam certo tempore faciunt nidos, ducunt vxores, faciūt pueros. Idem de plantis, & arboribus, quæ secundum ordinationem dei certo tempore dant flores, fructus, & folia, & certo tempore dimittunt. Ideo Dauid, Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi. Psal. 118. Modò videamus quomodo creaturæ purè spirituales seruiunt deo, vt sancti angeli, & animæ beatorum seruiunt deo, quia in nullo discordant à dei ordinatione & volūtate, sed operantur, & faciunt iuxta dei voluntatem, in omnibus concordant cū deo. Ideo de eis dicit scriptura, Beati viri, id est virtuosi tui, & beati serui tui, qui stant coram te semper. 3. Regum 10. Diceret aliquis, Quid dicemus de dæmonibus, qui sunt in inferno, vel inter nos, siue in aēre? Item quid dicemus de animabus dānatis, quæ sunt creaturæ spirituales, an etiam seruiant deo? Dico q̄ sic, licēt contra suam voluntatem Dæmones seruiūt deo in tantum, q̄ non est in paradiso aliqua corona, nec patriarcharum, nec prophetarū, nec martyrum, nec confessorum, nec virginum, loquēdo de auditis, & cōmuniter,

quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia per dæmones sit fabricata. Diceretis vos, & quomodo potest hoc esse? Dico q̃ contradicendo & resistẽdo diaboli tentationibus fabricãtur coronæ, licèt quãdo diabolus tentat, ipse intẽdit fabricare cathenã, qua trahat homines ad infernũ, tamen quãdo contradicit homo tentatus tentationi, efficitur corona præter intentionẽ diaboli. Aucl. Dauid, Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. s. dæmones obstinati. Glosa, coronã. Licèt diabolus intendat fabricare cathenã, quæ trahat ad infernũ &c. & non est modicum seruitiũ illud. Beatus vir qui suffert tentationem, quoniã cũ probatus fuerit, accipiet coronã vitæ. Iaco. 1. Item si quæratur an animę dãnatę seruiunt Deo. Dico q̃ sic. Dicas mihi quale seruitiũ faciunt regi vel domino suspensi in furca? Dico q̃ magnum, quia ostendunt iustitiã domini. Quando enim suspensi inueniuntur in aliqua patria, statim dicitur, Iste dominus est iustus, quia suspendit criminosos. Quãdo enim nõ inueniuntur suspensi, vel oẽs sunt sancti, & boni, & iusti, q̃ frequenter non est verum, vel iustitia non seruatur. Ecce quomodo suspensi seruiunt dominis, & etiã hominibus, quia quãdo videtur suspensus, quæritur quare fuit suspensus, dicitur propter furtũ, & quilibet dicit intra se, ego cauebo me. Eodem modo animæ damnatæ ostendunt dei iustitiã, & in hoc seruiunt sibi, & nobis, quãdo enim nos oculis animę videmus suspensos in inferno malefactores, tunc à peccatis reuocamur. Dicatur de magnitudine pœnę inferni, & quomodo dæmones & animæ dãnatæ continẽtur contra eorũ voluntatẽ in igne, & ab igne inferni. De hoc vide B. Tho. 1. par. q. 64. ar. 4. & in 4. sent. dist. 44. O bonę gentes ista pẽsare debetis, quia per hoc homo corrigit vitam suam, quia quando homo videt ista contẽplando, vel audit in sermonibus, seu legit, dicit, O miser si ego hoc faceret hoc ita esset de me, sic homo refrenat malas inclinationes. Ideo magnũ seruitium faciũt deo, quia magnũ seruitium facit regi qui portat suũ vexillum in bello. Dãnati enim portãt vexillũ iustitię diuinę. Ideo Dauid, Cõuertãtur peccatores in infernũ. Cogitãdo. Modò videamus de creaturis, quę habent corpus & animã, quomodo seruiunt Deo. Dico q̃ oẽs creaturæ humanæ tã bonæ q̃ malæ seruiunt deo aliquo mõ. De bonis nõ est dubiũ, qa recta & sancta intẽtione seruiũt deo, quidquid enĩ cogitãt, desiderãt, loquũtur, & operãtur, totũ ordinãt ad gloriã dei dicẽdo, Domine ego sum captiuus vester, & ex debito teneor vobis seruire, placeat tamẽ vobis, q̃si ego seruio vobis bene, detis mihi coronã, & regnũ vestrum. Iusti autẽ in perpetuũ viuent, & apud dominũ est merces eorũ, & cogitatio illorũ apud altissimũ. Sap. 5. De malis autẽ hic est difficultas. Et dico q̃ mali homines in peccatis viuẽtes faciũt deo magnũ seruitiũ „non ex eorũ intẽtione, quia nõ est recta, ideo peccãt, sed ex supernaturali dei ordinatione. Dicit Aug. in enchiridio. i. in libro manuali, q̃ deus nõ permitteret aliquod

aliquod peccatũ fieri si nõ eliceret inde maius bonũ. Dicatur hic hi storia de Ioseph, cui reuelauit deus quod esset dominus fratrũ suorum, & ipse reuelauit fratribus suis, „ppter q̃ fratres eius eũ occidere volebant, & vendiderunt eum &c. Dixitq; fratribus suis, Nolite timere, neque vobis durum esse videatur, q̃ vendidistis me in has regionibus. Pro salute enim vestra misit me deus ante vos in Aegyptum. Infra. Non vestro consilio, sed dei voluntate huc missus sum, qui fecit me quasi patrẽ Pharaonis, & dominũ vniuersę domus eius, ac principẽ in omni terra Aegypti. Gen. 45. Patet quomodo de peccatis elicit bona, aliter nõ permitteret ea fieri. Iudæi enim quando interfecerunt Christum, magnũ peccatum fecerunt, & malũ opus, & pessima intentione fecerunt, sed magnum fecerunt deo & nobis seruitium, quia ex illa morte saluamur, sed quia ipsi Iudæi mala & peruersa intẽtione fecerunt, non meruerunt, imò grauiter peccauerunt. Idem de tyrãnis, qui interficiendo martyres magnum seruitiũ fecerunt deo, & sanctis martyribus, non tamẽ recta intẽtione. Ideo peccabant. Patet ergo q̃ boni & mali seruiunt deo. De malis dicit Christus. Seruum inutilẽ proijcite in tenebras exteriores. Matt. 25. Cùm ergo dicit the. Egressi sunt serui eius in vias, de bonis seruis & malis seruis loquitur, quia boni serui omnes vadunt per viã. Modò videamus in quas vias exierunt. Tres vias inueni per quas vadunt omnes seruitores dei, & boni & mali.

Prima est scandalosa,
Secunda via est periculosa,
Tertia via est virtuosa.

Per duas primas vias vadũt mali, per tertiã autẽ vadunt boni. Prima via est scãdalosa. Per istã viam vadũt homines religiosi, & clerici, & laici, qui nõ solũ peccãt, & sunt mali in se, sed sunt etiã alijs in exemplum, & causa scãdali. Ista via est mala, quia ipsi elongãtur à deo, & scãdalosa, quia facit cadere & peccare alios. Sicut saxũ de mõte descendẽs, lapides sibi occurrentes secum præcipitat. Ita quãdo aliqua persona, s. de statu magno in dignitate vel scięntia cadit, solus incipit cadere, sed exẽplo eius multi cadunt in profundũ inferni. Verbi gratia. Quãdo aliquis homo notabilis cadit in peccatũ põpę, elationis, & superbiæ, statim præcipitat sibi occurrẽtes, quia statim dicunt, Et quare ego nõ facio sicut iste? Idẽ de mulieribus, quãdo videt aliquã incipiẽtẽ pompã in ornatu, cauda manicis, & huiusmodi, dicũt alię, O quàm pulchra est ista, ita faciã & sic precipitãtur. Idẽ de peccato auaritię, quãdo vos videtis aliquẽ diuite, dicitis, Quomodo iste cõgregauit? & dicitur vobis q̃ mutuauit 10. florenos pro 12. vel emit aduantagiũ pro minori pretio, vel vendebat aliquid pluris propter dilationẽ solutionis, vos dicetis, O ita faciã ego, & quãdo reprehenduntur vsurarij, respondent, Talis bonus homo vel clericus facit hoc idem,

hoc

hoc est dicere q̃ ille vos præcipitat. Idē de luxuria. Si aliquis prælatus, clericus, vel religiosus tenet concubinā, dicit laicus. Ideo bene possum tenere &c. Ecce quomodo eorum malo exemplo multi præcipitantur. Idem de peccato gulæ in collatione, in ieiunijs ecclesiæ comedunt panē, quando reprehenduntur dicunt, Ego faciam vt talis prælatus faciebat. Dicatur quomodo non est faciendum, & assignetur ratio. Alij dicunt, Melior est eleemosyna quàm ieiunium. Sed ego dico quod melior est obedientia quàm eleemosyna vel ieiunium. Item multi non ieiunant ieiunia ecclesiæ, & si reprehendantur dicunt, Talis clericus vel religiosus non ieiunauit. Hoc tantum est dicere q̃ ille vos præcipitauit. Mirabile est quod peccator non vult solus ire ad infernum, quia vnus præcipitat alium. Nota tamen quòd sicut paruus lapis solus cadit, & non præcipitat alios, sic nec personæ paruæ. Sed magni lapides, id est personæ notabiles exẽplo malo multos præcipitant. Aucto. Grego. dicit. Vehementer culpa in exemplum extenditur, cùm peccator pro reuerentia ordinis honoratur. De quo Dauid, Hæc via illorum scandalum ipsis. psal. 48. Scandalum peccatoribus sup. actiuè, & alijs passiuè. s. dãnatis. Nota peruersi, nec corde cogitando &c. sed pòst in inferno confitebuntur coactè veritatem in ore suo, complacebunt deo non corde nec opere, sed ore, quia coacti tormentis confitebuntur peccata, quare sunt damnati. Damnati enim in inferno vident sanctos non cum delectatione, sed ad eorum maiorem dolorem. Et quando vident illos qui in hoc mundo fuerunt peccatores, sed fecerunt pœnitentiã, dicunt, O miser si ego feciſſem pœnitentiam, sic potuissem fuisse saluus, & sic dicit veritatem, & placet iudici: sic tales ore suo complacent deo. Verbi gratia. Quando superbus videt Paulum, qui fuit superb⁹, dicit, O miser, Paulus egit pœnitentiam de suo peccato, si sic feciſſem, saluatus fuissem. & sic de alijs peccatis &c. Quando inuenient se, & in igne lauabunt oculos, & videbunt Mariam Magdalenã &c. dicent, O miser si dimisissem luxuriam, & sic de alijs peccatis dicẽdum est. De hoc aucto. Loquens scriptura de damnatis dicit, Videntes, scilicet beatos, turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, gementes præ angustia spiritus, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes. Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors illorum est. Ergo errauimus via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles. Viam autem domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia, aut diuitiarum iactantia? quid contulit

tulit nobis? Transierunt omnia illa tanquã vmbra, & in malignitate nostra nos cõsumpti sum⁹. Talia dixerunt isti in inferno. Sap. 5. Propterea cuilibet dicitur, In via ruinæ nõ eas, & non offendes in lapides, nec credas te viæ laboriosæ, ne ponas animę tuæ scandalũ. Eccl. 21. Per istã viam scandalosam nullus vadit ad paradisum. Secũda via est periculosa, non tamẽ scãdalosa. Per istam viam vadunt religiosi, qui non habent malam intentionẽ, sed & nollẽt alios scandalizare, sed vellẽt honores sine peccato. Ista via nõ est scandalosa, sed est periculosa, quia de centum fortasis vel saltẽ de multis non vadit vnus ad paradisum. Verbi gra. Si homo simplex ponit in corde suo habere regimen, talis ponit se in periculo animæ & corporis, quia hodie vix aliquis est sufficiens in hoc mundo ad gubernandum animam suam, quomodo tunc alios gubernabit? Ecce quare periculum est, sicut ille qui nesciret regere barcham, id est paruam nauiculã, vellet regere magnam nauem. Parua nauicula est corpus proprium, vel domus propria. Magna est cõmunitas &c. Si ista cogitarent, fugerẽt quando debẽt eligi, & etiam appellarẽt. In via hac, s. periculosa, qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi. Psal. 141. Dicatur hic quod accidit in Sabaudia de quodam clerico desiderante honores, qui fuit factus episcopus Tarãtasie, & pòst cõgregauit pecunias, & dedit se delitijs, & tandẽ à scutifero fuit iugulatus & deprædatus. Iste ambulauit per viam periculosam. No. de B. Antonio, quando vidit totum mundum laqueis plenum. Et quæreti sibi quis posset euadere? Responsum est diuinitùs, Humilitas. Sicut enim pisciculi euadunt retia quibus magni pisces capiuntur & retinentur, sic homo humilis in simplicitate permanens pericula diaboli euadere potest. Ideo Dauid, Custodiens paruulos Dominus, humiliatus sum & liberauit me. Psal 114. Tertia via virtuosa, quã transeũt illi qui non curant de mundanis rebus, sed seruiunt Deo, & faciunt bona opera ardenter, cõteruntur de peccatis, proponunt nunquam peccare, confitentur, satisfaciunt, & remittunt iniurias. Ista via ducit ad paradisum. De ista via auctoritas, Deduxit eos in via mirabili, & fuit illis in velamento diei, & in luce stellarum per noctem, & transtulit illos per mare rubrum, & transuexit illos per aquã nimiã. Sap. 10. Ad literam dicitur de filijs Israël, allegoricè autem de istis qui ambulant per viam istam, quæ quadrupliciter est mirabilis ad instar vitæ filiorum Israël. Mirabile enim esset si falco, cui ligaretur in pedibus lapis magnus, quòd posset ascendere. Ita de anima leuiore falcone, cui alligatur essentialiter onus carnis, mirabile est quòd potest cælum ascendere. Ideo dicit, Deduxi eos in via mirabili. Primò fuit via Iudæorum mirabilis, cùm dicit, Fuit illis in velamento diei. Dicatur de nube refrigerante ardorem solis filiorum Israël in deserto. Istam gratiam facit Deus personis ambulantibus

per viam virtuosam. Nubes refrigerans est temperantia, contra ardorem prosperitatum, bonorum, diuitiarum, & delitiarum, virtuosi enim non calefiunt de honoribus, immo dicunt, Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. In diuitijs non apponunt cor. Iuxta illud, Diuitiæ si affluant, nolite cor apponere. Psal. 61. Et de delitijs cibi & potus solùm recipiunt necessitatem. Secundò in luce stellarum nocte. Dicatur de claritate super filios Israël in via deserti, cùm fuissent inter bestias, serpentes, leones, vrsos. Ita personis virtuosis Deus dat lucem patientiæ cùm sint inter bestias aduersitatum, ne errent in via per impatientiam. Dauid, Per diē sol, scilicet prosperitatis non vret te, neque luna, scilicet aduersitatis per noctem. Tertiò, Et transtuli illos per mare rubrum. Dicatur quomodo ex vna parte erat mons altissimus, retro populus Aegyptiacus insequens filios Israel, ad aliam partem mare rubrum quod Deus aperuit & transierunt. Istud mirabile facit Deus personis virtuosis, quia per mare rubrum, scilicet memoriam passionis Christi transeunt sine tædio per pœnitentiam suam. Hic est qui venit per aquam & sanguinem, 1. Ioan. 5. Quartò, Et transtulit eos per aquam nimiam. Hæc fuit à flumine Iordanis. Dicatur quomodo aqua stetit faciens murum. Ista mirabilia facit Deus personis deuotis quando dat eis abundantiam lachrymarum in oculis ex peccatis propriis & aliorum, quia quando vident peccatores non indignantur, sed compatiuntur eis dicendo: Domine conuerte eos. Si mihi dixisses illam tentationem, fuissem fortassis factus peior. Viam sapientiæ monstrabo tibi, & ducam te per semitas æquitatis, quas cū ingressus fueris non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Prou. 4. Deo gratias.

Dominica x x. post Trinitatem. *Sermo* IIII.

On quasi insipientes, sed vt sapientes. Ephe. 5. Saluetur virgo Maria. Pro huius verbi declaratione sciendum est quòd Deus inter istum mundum præsentem & alium facit talem differentiam, quòd in hoc mundo boni & mali, sapientes, & stulti, stamus similiter in vna villa, domo, collegio, vel monasterio, sed in alio mundo mali separabuntur à bonis, singulariter in iudicio. Tunc omnes boni, iusti, & sapientes, collocabuntur in cælo, & omnes mali, iniusti, & stulti in inferno. Nota de hoc similitudinem. Tempore enim messis in area totum simul est, scilicet granum cum paleis, sed dominus cum vna pala separat postea granum à paleis, ita faciet Deus. Cogita quòd iste mundus sit tanquam vna area, in qua omnes sumus mixti, sed veniet dominus aræ cum pala suæ infinitæ potestatis, & separabit granum, id est sapientes à paleis, & collocabit in granarijs, id est ordinibus Angelorum, paleam verò mittet ad comburendum in igne

nē inferni. De hoc auctoritas. Dicit Ioan. Baptista de Christo, Venturus est, supple Christus, cuius vētilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & congregabit triticum in horreū suum, paleas autē comburet igni inextinguibili. Mat. 3. Ex ista declaratione habemus q̄ nullus insipiēs intrabit paradisum, sed ibunt insipiētes in infernum. Quontā nō habuerunt sapiētiam, interierūt propter suā insipiētiam. Baruc. 3. Propter hoc Apost. auisando vos dicit in the. Non quasi insipiētes &c. Patet the. In quo Apost. dat nobis doctrinas. Prima est negatiua cùm dicit, Non quasi insipiētes. Secunda affirmatiua cùm dicit, sed vt sapiētes. Hodie erit Sermo de negatiua, alia die de affirmatiua. Modò oportet ostendere quot sunt species stultitiæ, vt caueamus eas. Et philosophicè nominantur sic,

Prima est frenesis.
Secunda epilepsia.
Tertia dæmonia.
Quarta rabies.
Quinta insensibilitas.
Sexta furia.
Septima ebria.

Septem sunt sicut septem peccata mortalia. Ideo vt caueamus dicit the. Non quasi insipientes, sed vt sapiētes. Prima ergo species stultitiæ est frenesis, ita nominatus à Physicis, quando enim ascēdit febris in caput, & perturbat imaginationem, & homo loquitur stultitias, talis dicitur freneticus. Ecce hic peccatum superbiæ, quod nihil aliud est nisi febris, quæ ascēdit in caput quando homo præsumit & superbit de bonis tēporalibus vel spiritualibus di. Ego sum talis &c. Vos estis freneticus, & loquimini vt stultus, despiciendo omnes alios, etiam parētes & dominos, immo & Deum. Ecce frenesis, quia nō respicit de quibus loquitur, quia tam de bonis, quàm de malis, amicis & inimicis, & de sanctis & de Deo. De talib⁹ enim dicit scriptura, Qui cùm cognouissent Deum, nō sicut Deum glorificauerūt, aut gratias egerunt, sed euanuerūt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiēs cor eorū, dicētes enim se esse sapientes, stulti facti sunt Ro. 1. Contra istā stultitiam debēt prouidere rectores villæ, quia sicut stultus ligatur, sic freneticī, & superbi blasphemantes ligandi sunt cathena fortis ordinationis, ne sub ardua & bona pœna De⁹ sic blasphemetur. Secūda est epilepsia. s. morb⁹ caducus, quia in cella cerebri generatur vna gutta ex bullitione stomachi, & calore cordis, & quādo illa gutta est frigida, cadit super telam cordis, & tales tūc cadūt in terrā, & maculāt se, & perdūt intellectū. Ecce hic peccatum auaritiæ, quæ ascēdit ad cerebrū, quādo dicitur, pro certo ego volo ditari, deinde cadit super cor, cogitādo & dicēdo, si ego volo viuere planè de meis redditibus, vel possessionibus,

in fine anni nihil habeo superfluum, & sic nihil dimittam filijs, scio quid faciam, præstabo & mutuabo decem florenos pro duodecim vel emam propter solutionis anticipationem pro minori pretio, & vendam pluris propter solutionis dilationem, & sic cadit in terram, & maculat se. Immo etiam iam capellaniæ & confraternitates cadunt in terram per vsuram. Ecce epilepsia. Si vis emere census, tunc vide quod duo ibi concurrant. Primò quòd vera sit emptio, secundò quòd pretium sit iustum. Nónne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? 1. Corinth. 1. Tales mundam dicuntur sapientes, quia sciunt congregare, sed reuera in epilepsia sunt. In hac etiam stultitia sunt lusores, quia omnes habent radicem in auaritia. Ratio, quia quilibet vult bono alterius luerari. Ideo medicina huius morbi curatiua est ordinatio sub certa pœna, ne quis decetero ludat. Maledictus est qui ludit taxillando, qui respicit, qui præstat taxillos, domum, seu pecunias. Ergo non quasi insipientes &c. Tertia est dæmonia. Ille qui habet dæmonium in corpore, dicitur dæmoniacus, nec ostenditur subitò, sed quando coniuratur, tunc perdit intellectum. Ecce dæmonia, ecce hic peccatum luxuriæ. Ratio, quia luxuriosus semper habet dæmonē secum, ex quo est habituatus in illo peccato, sed non cognoscitur quousque habet occasionem, tunc enim nec respicit parentelam, nec amicos, nec honores, nec quenquam. Animalis homo, id est bestialis, non percipit ea quę sunt spiritus Dei. Stultitia est enim illi. 1. Corinth. 2. Tales non intrabunt paradisum, quia Deus nō vult porcos in paradiso. Iura permittunt lupanaria, quia ad portam ciuitatis, in remedium infirmitatis, sed non particularia in hospitijs, seu alijs domibus &c. Ideo contra tales dæmoniacos necessaria est cathena ordinationis, qua ligentur, vt, scilicet non teneatur, nec permittatur extra commune lupanar aliqua putana notoria, quod nulla potest tergiuersatione celari. Ex hoc sequitur quòd nullus homo vxoratus, nec clericus, audebit tenere concubinam. Quarta est rabies, sunt aliqui stulti, qui nulli nocent nisi sibijpsis, quia seipsos comedunt ex rabie. Ecce peccatum inuidiæ. O quot rabidi sunt in mundo, omnes quot-quot inuidēt proximo rabidi sunt, quia illa inuidia non nocet nisi sibijpsis, qui quando vident prosperitatem proximi in diuitijs, vel honoribus, in officio &c. venit illa rabies inuidiæ, quia seipsos comedunt, cùm deberent pro illo orare dicendo: O Domine, conseruetis sua bona, & detis mihi necessaria, quia sum creatura vestra. Hac infirmitate grauantur multi Christiani, qui inuidentes legi Iesu Christi, volunt seruare legem infidelium Iudæorum, seruantes sabbata ex quadam epistola quam dicunt descendisse in altare sancti Petri de cælo Romæ, immo descendit de inferno. Item mulieres post partum stant 40. dies, sicut virgo Maria. Ergo filijs vestris

stris debetis dare circuncisionem, id est, bonam informationem, refrenando eo à vitijs, non circuncisionem materialem, qua Christus fuit circuncisus, quia modò in lege nostra vim regeneratiuam non habet, sed loco eius Dominus noster Iesus Christus instituit baptismum, sine quo nullus saluari potest. Item obseruant auguria. Ideo scriptura, Stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam. Prouerbiorum primo. Contra istam stultitiam rabiei fiat ordinatio contra diuinos &c. Quinta est insensibilitas, à qua dicitur insensatus. Ista est stultitia puerorum, & etiam seniorum ex antiquitate. Pueri enim recipiunt quidquid eis datur, nec sciunt discernere inter bonum & malum, vt patet de puero, qui recipit prunam, & mittit subitò in os. Qui facit excessum in cibo vel potu, inebriando se, insensatus est. Ecce hic peccatum gulæ, qua, proh dolor, multi laborant & infirmantur. Quare hodie sunt tot infirmi, & cum malis oculis, rubicundis, guttosis? profectò plurimi tales sunt ex superfluitate cibi & potus. Tales insensati sunt vt pueri. Dauid, Homo cùm in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis, immo peior factus est iumentis. Psalm. quadragesimooctauo. Contra hoc vitium fiat ordinatio, ne aliquis de villa bibat in taberna, nec tabernarius in Dominica ante missam aperiat tabernam. Sexta est furia. Furiosus autem non respicit quid facit, sed percutit à dextris, & à sinistris, nullum reueretur. Ecce hic peccatum iræ, quia iracundus per corpus meum iurat, ego vindicabo me &c. Ista est furia & ira vindicatorum, qui nolunt parcere, nec remittere, nec permittunt quod alij remittant, quia statim derident eos dicentes: Quid facitis &c. Stultus populus meus non cognouit, filij insipientes sunt, & vecordes. Hieremiæ quarto. Nota, vecordes, id est furiosi. Curatur hæc infirmitas remittendo, & faciendo pacem, non sustinendo partialitates & discordias. Septima est ebria, ab ebrietate dicta. Ebrius enim est stultus, quia nihil potest facere, non habet remedium nisi dormire. Ecce hic peccatum acidiæ. Acidiosus autem non curat de operibus meritorijs, perdit tempus tam pretiosum, quod Deus nobis dedit pro merendo in seria huius mundi. De talibus dicit Propheta. Sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt, Hieremiæ quarto. Non sunt pigri in Dominica ire ad bordellum, sed ad ecclesiam. Nota, contra fractores festiuitatum. Ideo fiat cathena ordinationis ad ligandum istos stultos, ne in die festo audeant facere barbitonsuram, nec emere, nec vendere merces, nec laborare &c. non quasi insipientes.

Dominica xx. post Trinitatem. Sermo v.

NOn quasi insipientes, sed vt sapientes. ad Ephe. 5. Istud verbū habetur textualiter & recitatiuè in epistola currentis dominicę. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius thematis, & introductione materiæ prædicandæ, sciendum quòd inter alias virtutes & opera virtuosa necessaria nobis ad habēdum in hoc mundo gratiam diuinalem, & in alio gloriam cælestialem, est virtus sapiētiæ, sine qua non potest hic haberi gratia, nec in alio mūdo gloria. Primò enim in hoc mundo necessaria est nobis virtus sapiētiæ, ad habēdum gratiā & amorem Dei. Ratio, quia naturaliter similitudo est caussa amoris, sicut dissimilitudo est caussa diuisionis. Hoc potestis videre in animalibus. Vnde si essent hic multa animalia diuersarum specierum mixtim congregata, statim separarēt se seorsum, illa de vna specie, alia seorsum de alia specie. Item vos de matrimonio si habetis multos filios, licèt omnes diligatis, plus tamen vobis similem magis. Idem mater de filiabus. Ideo dicit scriptura, Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungetur, & omnis homo simili sui sociabitur. Eccl. 13. Cùm ergo Christus sit vera & æterna sapiētia Dei patris. Auctoritas. Nos prædicamus Christum crucifixū, Dei virtutem, & Dei sapiētiam. 1. Cor. 1. Ideo ex ratione iam dicta, si vis amari ab eo, habeas sapiētiā, vt sis sibi similis, stulti enim & indiscreti nō diliguntur ab eo. Neminē diligit Deus nisi eū qui cū sapiētia inhabitat. Sap. 7. Secūò ad habēdum gloriā cælestē in alio mūdo est nobis necessaria sapiētia. Ratio, quia quādo Deus dat gloriā alicui animę, magis mēsurat gloriā secundū bene operata, quàm secundum bona opera. Multæ personæ habēt & faciūt bona opera, tamē nō bene faciūt seu operantur in gratia. Dare eleemosynā est bonū opus, sed nisi fiat bene. 1. bona intentione, nō habebitis gloriā sed damnationē, & si datis viduæ eleemosynam intētione peccandi, bonū opus facitis, sed intētione pessima. Itē redimere captiuū bonū est, sed si sint pecuniæ de furto vel vsura nō est meritorū, sed peccatum. Idem de alijs, plus respicit Deus dādo gloriam si opera sint facta bona intētione, quàm q̄ sint bona opera. Cū ergo bene operari & discretè sit act⁹ sapiētiæ, ergo necessaria est sapientia ad habendum gloriā. Ideo dicit scriptura, Si quis erit cōsummatus. i. perfectus inter filios hominū, si ab illo abfuerit. i. defuerit, sapiētia tua in nihilum cōputabitur. Sap. 9. Patet ergo q̄ dicitur, q̄ inter alias virtutes nobis necessarias ad habendum &c. est sapientia. Propterea monet nos Apostolus vt viuamus non quasi insipientes, sed vt sapientes. Diceret aliquis, Modo cognoscimus q̄ sapientia est nobis necessaria ad hoc q̄ habeamus gratiam hic, & gloriam in futuro. Sed libenter scirem quę sunt conditiones sapi-

sapientiæ. Pro istius dubij solutione amore Dei ego quæsiui & inueni in quadam auctoritate septē conditiones veræ sapientiæ. Quæ desursum est sapiētia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiēs, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. Iacob. 3. Primō dicitur, quæ desursum est sapientia, primū quidē pudica est. Nō hic differētiam inter castitatē & pudicitiā, licèt communiter loquēdo pro eodē sumātur, tamē strictè multum differūt. Castitas est vna virtus habens duas radices. Prima est in corpore, ne fiat illud opus &c. Secūda est in corde, nō desiderādo illam corruptionē, talis persona dicitur casta. Quia si aliqua persona custodit corpus suū ab opere illo timore verecundiæ, vel scādali, seu malæ famę, sed intus in corde habet desideriū &c. talis persona licèt corā oculis gētium sit casta, tamē corā oculis Dei & sanctorū Angelorū reputatur putana. Quot sunt in mundo, qui appretiātur se de castitate? Dicunt multę mulieres, Ego nunquā cognoui nisi virū meū. Et puellæ, Ego sum virgo, nunquā cognoui hominē. Dicūt viri, licèt pauci, quia citò fortassis possent numerari, Nunquam cognoui nisi vxorē meam. Modò dicatis si in corde vestro desideraſtis vnquam aliquam, vel aliquē, si respoderitis, Pater, ita, ergo coram oculis Dei iam estis putana. Et sicut si coram nobis iste actus ab aliquibus fieret, omnes indignaremur contra facientes, ita Christus, & virgo Maria, & Angeli, & sancti indignantur contra illos, qui corde in actum lubricum consentiunt, quātis etiā opere non perficiunt, & dicunt, O ille proditor, vel ista putana, luxuriosè & impudicè viuunt. Oportet enim q̄ castitas nō solùm sit in corpore, sed etiā in corde. Ideo dicit scriptura, Qui viderit mulierem ad concupiscēdum eā, iam mœchatus est eam in corde suo. Matth. 5. Sed pudicitia plus requirit, quia maior est, quia pudicitia nō solùm cōsistit in corpore, & in corde, sed in omnib⁹ alijs membris. Si enim in aliquo sit castitas in corde, & in corpore, sed nō in oculis, quia libēter respicit mulieres, & partes earum, & per partes suas, talis non est pudicus. Ideo Ber. soroti suæ dabat consilium, quòd nō solùm alios nō respiceret, immo nec seipsam. Magnā vim faciebant sancti patres antiquitùs in ista virtute pudicitiæ. Dicatur exēplum de illis duobus sanctis heremitis, volentibus transire flumen, qui vertebant dorsum, ne vnus videret alium nudum, senex nec seipsum potuit respicere, & subitò ab Angelo fuit portatus ad aliud littus. Tantum placet Deo pudicitia. Homo qui vult castè viuere, non respiciat alios, nec se nudum, immo nec bestias &c. si gallus iungitur gallinæ, non respicias, & sic de alijs. Et ideo personæ castæ semper respiciunt ad terram, & si aliquando habent aliquem respicere, statim inclinant oculos. Item necessaria est pudicitia in auribus, puta nolle audire loqui de illa materia directè

Quo pudicitia et castitas differant.

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel indirectè. Item in ore etiam necessaria est pudicitia. Nō enim debemus cantare cantilenas mundi, quia omnes sunt illius materiæ aliquo modo. Item in manibus necessaria est nobis pudicitia, quia non debet quis impudicè tangere alios, nec etiam seipsum, nec etiam sustinere aliquos tactus nisi cogente necessitate infirmitatis. Ista pudicitia ostenditur nobis in turture, de qua dicunt naturales, quòd si perdit masculum, nullum masculum vult respicere, sed vadit solitaria per deserta, nec ponit se in arbore frondosa, sed in sicca, nec bibit aquam nisi turbidam. Itē semper plangit gemendo. Exemplum dat Deus in turture volentibus castè viuere. Primò tales non debēt respicere alium. Secundò debet viuere solitariè, dimittendo societatem, quæ est occasio peccandi. Tertiò non debent se ponere in arbore frondosa, scilicet ornando se. Quartò non debent bibere aquam claram, id est nimis curiosè viuere in ferculis, sed debent abstinere. Quintò plangere & gemere debent peccata sua, & aliorum. De ista pudicitia Augustin. in regula, Vestram pudicitiam custodite, nec dicatis vos habere animos pudicos, si oculos habetis pudicos: quia impudicus oculus impudici cordis est nuntius. Vir & vxor seruando sibi fidem casti sunt, & seruando modum pudici. Secunda conditio est quæ tangitur cùm subditur. Quæ deorsum est sapientia, deinde pacifica est. Si estis verè sapientes, oportet q̄ sciatis conuersari cum proximis pacificè. Primò in corde, nō portando odium seu malam voluntatem. Secundò in ore, non malè loquendo adinuicē, salutando se, quia os est nuntius cordis. Ex abundantia cordis os loquitur. Luc. 6. Dicatur contra mulieres dicentes: Ego nolo loqui illi &c. Qui enim aufert verbum proximo, Deus auferet sibi verbum quando plus indigebit, quia morietur sine cōfessione, & testamento &c. Tertiò pacificè conuersari facit sapientia in opere, non faciendo furtum, nec proximum damnificando. Sunt aliqui qui timore pœnæ vel huiusmodi non audent facere dānum proximo, sed de nocte vadunt amputantes vineas, & arbores proximorum. Plus debes timere Deum, qui videt omnia, & nunquam intrabis paradisum, nisi priùs feceris satisfactionem pro toto damno. Ideo dicit, Sapientia deinde pacifica est. Bestiæ enim in deserto viuunt pacificè, nunquam insurgit lupus contra lupum, & sic de alijs. Et nos minùs pacificè viuimus quàm bestiæ. Ideo dicit scriptura, Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce, scilicet ab ea sapientiam. Prou. 6. Disce sapientiam, scilicet pacificè viuendo, quia formicæ in cumulo suo, qui non est magnus, viuunt pacificè, nec habent principem, nec iniuriantur sibi, immo iuuant se mutuo ad portandum onus, & nos transimus nihil dicentes, quare minùs rationabiles sumus quàm bestiæ? Ideo dicit, Vade ad formicam. O magna verecundia quòd formica sit magistra hominū. Ideo

Proponitur turtur à pudica persona imitāda.

Ideo de pacificis dicit Christus, Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Matth. 5. Dicit Aug. in sermone Domini in monte, quòd beatitudinibus ista est maior. Tertia cōditio est, Quæ de sursum est sapientia modesta est. Modestia est quædam virtus, quæ facit creaturam maturè ordinare, & cōpositè cōuersari, omnia membra persone cōponit, & ordinat ad standum gratiosè, scilicet manus, caput, & oculos, & in omnibus ordinat vitam hominis, honestè & maturè gubernando se. Hoc ostenditur nobis in pueris in schola in absentia magistri, qui non faciunt nisi ludere, sed in eius præsentia non mouent se. Item idem in seruis coram Domino assistētibus, Magister noster est Christus, nec vocemini magistri, quia magister vester vous est Christus. Mat. 23. Doctores, vt Augustin⁹. Ambrosius, non sunt magistri, sed baccalarij, & Apostoli etiam sunt baccalarij, & repetitores fuerunt Iesu Christi, & suarum doctrinarum sanctarum. Item est Dominus. Vos vocatis me magister & Domine, & bene dicitis, sum etenim. Ioan. 13. Et est nobis præsens. Sum ego vobis modò præsens, plus estis vos Christo præsentes, quia ipse est in medio. Vnde dicit ipsemet, Vbi sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio eorum. Matt. 18. Ideo prædicator debet se auisare quid dicit, quia coram papa Iesu &c. vt dicat verba vera, & sanctam doctrinam. Idem de vobis dicēdum, quomodo debetis stare compositè in præsentia Dei, & angelorum ipsum assōciantium. Quia quando aliquis stat inhonestè, dicunt Angeli, Domine ecce quomodo stat iste sic inhonestè &c. Cùm pueri & scutiferi in præsentia Domini stent honestè. Si ista cogitaremus, etiam quando homo est solus in camera, vel alias, staret semper honestè & cōpositè, quia Deus est semper præsens. Ideo Boëtius, Magna nobis indicta est necessitas probitatis. i. modestiæ. Cùm omnia agam⁹ ante oculos iudicis cuncta cernētis. De ista virtute dicit Apost. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Ratio, Dominus enim prope est, quia præsens est ad Phil. 4. Modestia vestra in loquēdo, in ambulādo, & in omnibus alijs. Mulier enim quæ cogitat q̄ respicitur à viro, stat tota cōposita, sic cogita q̄ Deus per foramē te semper respicit. Istam modestiam seruabat Christus, eundo cōpositè, tē peratè comedēdo, respiciēdo dulciter. Vnde dicit Apost. Ego Paulus obsecro vos per mansuetudinē & modestiā Iesu Christi 2. Cor. 10. Quarta cōditio est, Quæ de sursum est sapientia suadibilis est. i. docibilis, ignorantes informando. Quilibet sciēs aliquod bonum, est ēdat proximo, sicut prædicatores &c. aliàs perdūt gratiā & scientiam. Si vobis prædicant, Deus augmētat gratiā & scientiā &c. Hoc ostēditur in cæli luminaribus, dantibus nobis lumē, & influentias quas à Deo recipiūt, aliàs si nollēt, Deus auferret ab eis lumē & influctiā. Prædicatores ad minus docetis particulariter. Si vir scit se

Universidad de Deusto
Biblioteca

signare, Pater noster dicere, vel confiteri &c. ostendat vxori, & econuerso, pater ostendat filio &c. Ostende hic signare. Vir sapiens, scilicet prælatus, curatus, vel prædicator, plebem suam erudit. Eccles. 37. Quinta conditio tangitur ibi, Quæ desursum est sapientia, est bonis consentiens, secundum proprium intellectum subijciendo sanctorum doctrinis, singulariter in his quæ fidei sunt. Hoc ostenditur in pueris addiscentibus, quia oportet addiscētem credere secundum philosophum. Si contentiones sunt in cordibus vestris, nō est ista sapientia quæ desursum est, descēdens à patre luminum, sed terrena, animalis, diabolica. Iaco. 3. Sexta conditio est, Quæ desursum est sapientia, plena est misericordia, & fructibus bonis. Hic innuitur secretè quòd misericordiæ opera sunt sicut seminare, & fructus colligere. Et ita est. Nam quando vos datis eleemosynam pauperi, viduæ, puellæ, captiuis, tunc seminatis, sicut agricultor, proiicit suum semen vt putrefiat, & vt pro vna mensura decem colligat. Idē est de eleemosyna. Quando datis denarium, vel florenum, patrem, vinum, videtur quòd sit perditum, sed non est ita, immo centuplū accipietis hic, & vitam æternam possidebitis in alio mundo. Ideo Apostolus loquens de eleemosyna ad literam dicit, Qui parcè seminat, sicut agricultor, qui in magno agro non seminaret nisi vnam quartam, parcè & metet. 2. Corinth. 9. Ideo Christus Matth. 5. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Septima conditio. Quæ desursum est sapientia, est iudicans sine simulatione, id est fictione, non solùm ire in exteriori apparētia, & opere, sed in veritate. Hoc tangit dominos & iudices, qui habent regimen & populum iudicare in iudicio temporali, vel ecclesiastico, non respicere parentelam. Iudex existēs in cathedra iudicij, non debet cognoscere patrem vel matrē &c. immo si iustitia est pro Iudeo, Mauro, paupere, vel alio, date sententiam contra patrem &c. Non respicite preces, dona &c, Dauid, Si verè vtique iustitiam loquimini, recte iudicate filij hominum. Psal. 57. Quilibet iudex, balliuus, vel gubernator, quando intrat nouiter, loquitur iustitiam, iurādo eam seruare. Melius esset sibi frāgere caput & collum, quàm facere oppositum. Item nō cōtrahere sentētiam. Idem de iudicibus ecclesiasticis, iudicent iustè. Confessores etiam, qui sunt iudices, auisent se vt iudicent rectè. Aliqui nolunt absoluere rusticum, qui furatus est racemum, vel malogranatum, & bene faciunt, sed vsurarium bene absoluunt &c. Item si aliquis est furatus aliquid, vel quia inuenit aliquid, & non restituit, non absoluatur quin restituat, vel assignando tempus dicens, quòd aliàs non valebit absolutionem præstare, de incertis autem, & lucratis in ludo, scilicet taxillis, & alijs, fiat restitutio iuxta arbitrium confessoris. Si ille qui habet restituere sit pauper, confessor potest sibi dare quòd in orationibus vel in alijs satisfaciat. Hæc sapientia nobis ostenditur à Christo Domino. Esa. 10. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundū auditum aurium arguet, sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in æquitate pro mansuetis terræ. Ergo viuatis non quasi insipientes, sed vt sapientes.

De eadem Dominica XX. Sermo VI.

Videte quomodo cautè ambuletis. ad Ephes. 5. Materia hodierna erit quomodo debemus ire ad paradisum, quia via est longa, aspera, & periculosa. Sed vt materia sit Deo gratiosa, & acceptabilis, & nobis proficua & meritoria, salutetur virgo Maria. Qui bene vult cogitare, & acutè, & verè, inueniet quòd vita huius mundi nō est nisi via, in qua vadimus ad alium mundum. Nullus enim credit se hic semper mansurum, quia non sumus nisi peregrini. De hoc dabo signū & auctoritatem. In quatuor cognoscitur quòd aliquis sit extraneus & peregrinus, scilicet,

In veste simplici, & grossa, & vili.
In baculo.
In capello.
Et in mutatione hospitij de die in diem.

De tali dicitur quòd sit extraneus peregrinus. Modò omnia ista signa reperio in Christiano, quod consideranti diligenter clarè patebit, Primò portamus vestem grossam, vilem, & grauem, scilicet carnem, qua indutus est spiritus vt peregrinus, & sic indutus exit de domo vteri, scilicet materni, ideo dicit scriptura, Corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Sapien. 9. Secundò habemus baculum, scilicet crucem Christi, quem recipimus in baptismo, quando cruce signamur in multis partibus corporis, nec alio baculo sustentari possumus eundo ad cælum. Ideo dicitur nobis in persona Christi, Tolle baculum meum in manu tua, & vade, scilicet ad peregrinandum in cælum. 4. Reg. 4. Vnde hoc quod dicitur, vade, solùm dicitur Christiano. Iudæi autem & alij infideles licèt portant carnem, & vestem vilem, non tamen portant istum baculum, nec vadunt ad cælum, sed ad infernum. Tertiò portamus capellum, quod defendit nos ab æstu solis, & pluuia. Istud capellum est gratia Dei, quam etiam recepimus in baptismo. In cuius signum datur vestis alba, signans gratiam, & picta significans virtutes, quasi capellum sancti Iacobi. Ideo Dauid Psalm. 120. Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. Quartò non quiescimus in aliquo loco, quia incessanter ambulamus. Peregrinus per viam quiescit, aliquando comedendo &c. sed nos cōtinuè ambulādo approximamus morti. Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra,

& nunquam in eodem statu permanet. Iob. 14. Fiat ergo consequẽtia. Si de quolibet homine habẽte ista quatuor signa, s. vestem illam grossam, baculum &c. dicitur ꝙ sit peregrinus, & nos habemus ista vt probaui, ergo omnes sumus peregrini & viatores ad alium mundum. Dicebat enim Dauid in sua oratione. Auctoritas. Peregrini sumus corã te, & aduenæ sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora Domine Deus noster. 1. Paralip. vltimo. Vnus intrat istam viam, scilicet nascendo, alius egreditur moriendo. Item alia auctoritas de nouo testamento concordans. Scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino. 2. Corinth. 5. Peregrini ergo qui habent ire ad longam viam, asperam, & periculosam, bono indigent consilio, & melius consilium quod potest dari est aduisare, & dicere eis, Videte quomodo cautè ambuletis. Patet thema, Modò videamus, ex quo omnes sumus peregrini fratres, auisetis & informetis vos de cautelis, quia dicit thema, cautè. Quæritur ergo quæ cautelæ sunt seruandæ. Dico quòd quinque cautelæ sunt necessariæ cuilibet peregrino.

Prima solùm portare expensas strictè.
Secunda est conuersari inter homines pacificè.
Tertia iungere se bonæ societati securè.
Quarta auisare se de passibus periculosis.
Quinta ire ad hospitium in die.

Quicunque seruauerit istas quinque cautelas, ambulat cautè. Dico primò quòd prima cautela peregrinorum est, quòd portant solùm necessarias expensas, & non superfluas. Nam experimentaliter videtis quòd peregrini seu viatores non onerant se de auro, vel argẽto, seu iocalibus, quia mortẽ secum portarẽt, sed portant solùm necessaria pro expensis, & transeunt securè. Qui autẽ portat magnam pecuniam, in periculo se ponit. Greg. Deprædari etiam & decollari desiderat, qui thesaurum publicè per viam portat. Sed solas expẽsas strictas peregrini portant. Sic & nos facere debemus, ex quo sumus peregrini viatores, quare volumꝰ onerare nos pecunijs & possessionibus? profectò sic se onerantes volunt deprædari in passu periculoso, s. mortis, per quẽ passum nullus trãsiunt, nec papa, nec rex, quin fuerit deprædatus. Quando enim infirmus appropinquat morti, & medicus dicit, factum est, detis sibi quidquid vult, statim latrones adsunt siue fures. Primus latro est vxor dicẽs: Certè iocalia mecum ibunt. Itẽ similiter faciunt filij, & scutiferi, & miser homo nudus manet. Idem de prælatis & domiois, vnus famulus currit ad rapiendum equum, alius obseruat thesaurum, alius clenodia &c. Narretur historia de prælato illo, quem scutifer proiecit per fenestram inuolutum cum mathaloffio, volens mathaloffium furari, quẽ nondum credidit mortuum fuisse. Quare non debetis portare nisi necessa-

cessarias expensas, pro pecunijs enim multi interficiuntur. Si dicetur, Possumus congregare vt dimittamus filijs & filiabus? Dico quòd de bono iusto bene poteritis eis congregare, sed pro eis non faciatis quæ volueritis, scilicet vsuras. Melior hæreditas parentum filijs relicta, est bonum nutrimentum erga Deum & proximum. De multis filijs diuitum videtur quòd efficiuntur pauperes, & multi filij pauperum, scilicet bene nutriti ascendunt ad honores & dignitates. Deus enim qui prouidet animalibus, etiam filijs & filiabus prouidebit. Transeamus per bona temporalia cum lætitia & temperantia, ne amittamus æterna. Ideo Apostolus, Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Ratio, Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli. 1. Tim. 6. Nota habentes alimenta, non dicit delectamenta, & quibus tegamur, non dicit quibus ornemur. Nota differentiam inter tentationem & laqueum diaboli. Aliqui incidunt in tentationem, aliqui in laqueum. Illi qui de bono iusto habent diuitias, s. de redditibus, mercimonijs, possessionibus, vel officio, tales non cadunt in laqueum diaboli, sed in tentationẽ, quia de omnibus peccatis tentantur. Primò de superbia di. O talis facit hoc, & induitur sic, & ego sum ditior, quare ergo hoc etiam facere non debeo? sed pauper non sic, saltem de facili tentatur. Secundò tentatur de auaritia, quia vellet plus habere, ad expendendum. Item cogitat de pecunijs, quia vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Mat. 6. Et elongatur à creatore, de quo non cogitat. Tertiò tentatur de luxuria, quando videt aliquam vidnam cogitat, Et quid esset si ego expenderẽ tantũ, vt cum ista &c. Pauper non curat, quia non habet vnde posset sibi dare iocalia. Quartò tentatur de inuidia, quando diues alium videt honorari vel exaltari in officijs &c. dicit, Et quomodo? nónne ego sum ita bonus & diues sicut ille? Quintò de gula, in qua expenduntur diuitiæ, & alia &c. Sextò de ira, si enim iniuriatur, statim dicit, & quid esset si darem sibi ictum cum gladio? pro decem florenis fierer. si sum captus, tantùm dabo officiali &c. Pauper sustinet patienter. Septimò tentatur de acidia. Ex quo abundant diuites, quiescũt, & non curant de oratione &c. Ecce quare dicit, Qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem &c. In laqueum diaboli incidunt qui per simoniam, item qui per furtum volunt acquirere bona alterius. Etiam de vinea fructus, seu horto, & dicunt quòd peccatum nõ est furari fructus. si enim non fuisset peccatũ, non oportuisset Christũ mori in cruce. Ideo amore Dei seruemus cautelam peregrinorum, portare expensas &c. Secunda cautela necessaria est conuersari pacificè, non contendere per viam vbi non est dominium, secùs de villa seu ciuitate, vbi quilibet timet Dominum. Si in hospitio iniuria peregrino infertur, non curat de vindicta, quia extraneus est,

nec

nec habet ibi parentes. Ideo simpliciter respondet. Item cauet ne alicui faciat iniuriam, quia statim possit facere contra illos in villa. Ideo dixit Ioseph fratribus suis proficiscētibus, id est, itinerātibus, Ne iratcamini in via. Genes. 45. Non dixit in ciuitate, quia ibi sunt diuisores. Ita dico vobis, omnes vadimus ad paradisum cum scbastino, baculo &c. Igitur cauēam⁹ à contētionibus, & diuisionib⁹, brigis, & malis voluntatibus. Audite Apostolū discētem, Obsecro vos vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate, & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem, in charitate solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis ad Ephe. 4. Obsecro, id est, charè rogo. Sex rationes ponit hic Paulus. Prima cū dicit, vocatione qua vocati estis. Considerare debemus ad quid sumus vocati, quia ad nuptias paradisi, vbi non sunt contētiones &c. sed pacificè stāt. Quod placet vni, omnibus placet, quod vnus vult, omnes concordant. Ideo dicit, Obsecro, s. vt dignè viuatis, & pacifique, quia Deus non vult in paradiso brigosos, seu iracundos, imò quando anima alicuius brigosi petit ingressum ad portam paradisi, dicit sibi Christ⁹, Hic omnes sunt pacifici, nolo vt ponas hic rixas, & remittitur ad infernum, vbi est guerra, & diuisio continua. Secūda cūm dicit, cum omni humilitate. Humilitas cordis requiritur ad viuendum pacificè, superbus si iniuriatur, statim dicit, Expecta, ego tibi retribuam: sed humilis patienter sustinet, & iniuriam, inquantū potest, in meliùs interpretatur. Dicatur exemplum de vitis patrum de illo sancto heremita, qui vituperabatur à quodam dicendo: Vos hypocrita, & sanctus cogitauit quid vult dicere. Et cogitauit quòd ille dicitur hypocrita, qui se alium ostēdit ad extra, cùm alius sit intra. Et dixit vituperanti, Fili, tu bene dicis, quia non habeo tantam sanctitatem interius, sicut per habitum ostendo exteriùs. Et alius indignatus magis dixit, Vos estis magnus fur. Et sanctus, Verum dicis, quia multoties Deo furatus sum obedientiam. Et estis adulter. Et sanctus respondit, Vos bene dicitis, quia animam meam sponsam Christi non tractaui vt debui &c. Et alius, Vos estis proditor. Et sanctus heremita respondit, Verum est, quia fidem promissam in baptismo fregi multoties. Et alius, Vos estis ebrius. Et sanctus respondit, Verum est, quia nesciui me gubernare &c. Et alius, Vos estis homicida. Et sanctus respondit, Verum est, quia per peccatum occidi animam meam. Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezechielis decimo octauo. Et iterum alius dixit, Vos estis stultus. Alius respondit, Verum est, quia nesciui custodire bona spiritualia quæ acquisiui, & cum tali humilitate vicit illum. Patet quòd humilitas requiritur ad viuendum pacificè. Si vni vestrùm diceretur, latro, quid diceret? vel si alicui mulieri bonæ diceretur, meretrix, licet posset concedere vt heremita, quid tamen diceret? timendum est quòd

Quo pacto bonum pro malo reſpōdere oportet.

quòd iniurias in dicentem non modicas retorqueret. Tertia tangitur cùm dicit, & mansuetudine, quæ est quemadmodum lana mollis. Quando enim persona non est aspera, nec dura in verbis, quando iniuriatur, est vt lana, quæ si percutiatur, non dat sonum, non emittit: ita tacitur persona mansueta, secùs de superba, quæ ferro assimilatur, & vt ferrum clamat &c. Quarta cautela tangitur ibi, & patientia, quia si persona patiens iniuriam patitur, non vult recipere vindictam, sed committit Deo dicenti, Mihi vindictam, & ego retribuam. ad Romanos cap. 12. Quinta tāgitur ibi, supportantes inuicem in charitate. Ratio, quia nunquam fuit nec erit aliquis sine defectu, nisi Christus & virgo Maria. Nunquam fuit nec vxor sine defectu, nec pater, nec filij, nec dominus, nec seruus, igitur necessarium est scire supportare. Idem de religiosis, quibus necessaria est supportatio, quia nullus est sine defectu. Idē de clericis. Idē de communitatibus. Ergo supportate vos inuicem, & nolite statim mittere sagittam de arcu. Idem de socijs. Sexta tangitur ibi cùm dicit, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, Sollicitè inquirenda est pax. Et si iniuriatus primò petit veniam, saluabit animam iniuriantis, qui non curabat petere veniam. Et quando videbit iniuriatum sibi loquentem, nisi sit diabolus, & in malitia obduratus, etiam petet veniam, & ille qui humiliatur priùs, lucratur coronam, & est plus laudandus ceteris paribus. Idem de mulieribus, quæ primò petunt veniam, &c. Ergo videte quomodo cautè &c. Tertia cautela est, iungere se bonæ societati securè, quia ire cum mala societate per viam, puta cum latrone, vel impatiente, magnum periculum est. Cum audace non eas in via, ne fortè grauet mala sua in te. Eccles. 8. Nos habemus ire tam longam viam, igitur nobis necessarium est respicere cui sociemur. O quot personæ fuissent sanctæ, quæ ex mala societate sunt damnatæ. O quot religiosi, quot clerici, & quot laici habent bonam & sanctam intentionem seruiēdi Deo, sed ex mala societate viuunt in peccato, aliquoties sancta intentione & bona. Contra hanc familiaritatem &c. Incipiunt ab amore spirituali, sed perueniunt ad amorem carnalem. O quot pueri ex mala societate sunt corrupti, quot maritatæ, quot viduæ, quot moniales, quot beguinæ lapsæ sunt ex mala societate. Inter quas nonnullæ quando vident aliquem religiosum, dicunt. O si ille esset pater meus spiritualis, dirigeret vitam meam &c. Auiso vos, caueatis vobis à nimia familiaritate, quia periculum hinc inde imminet, quia ipse est homo, & vos mulier. Nolite nec visitare, nec loqui secum, nisi in confessione, quia quantò sunt magis spirituales, tantò plus diabolus insidiatur, & tentat. Ideo dicit scriptura, Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo, quoniam cum subuersione tu, id est periculo ambulas. Eccles. 13. Sufficit diligere propter se Christum

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Deum, & alia propter ipsum, de alijs personis bonis velis solùm orationem, nō visitationem &c. Quarta cautela est auisare se in passibus periculosis. In tali enim loco posset ponere pedem, & frangeret sibi collum &c. Ideo palpare prius debet homo, & respicere vbi homo ponat pedem. Ideo Apostolus, Qui se existimat stare, s. cum Deo & in gratia, videat ne cadat. 1. Cor. 10. O quot impingūt, nō respicientes vbi ponunt pedem. Verbi gra. Quando habetis filium infirmum, nec habetis medicum, nec apothecarium, quid facitis? O pater, vado ad diuinum, coniuratorem &c. Ecce vbi ponunt pedem, & frangunt sibi collum, & cooperiunt necessitatem dicendo: Nunquid permittam mori filium meum? Dicatur de medicina à Christo ordinata, de nomine Iesu fiat exēplum. Itē quando ab aliquo amico dicetur vobis, Rogo iuuetis me, ego sum in periculo, talis pene à me debitum. Rogo testificetis, quia iam reddidi sibi, vel sum accusatus de tali negotio quod vos scitis. Ideo velitis iurare quia ego sum innocēs. Si vos creditis benefacere testificando, & turando falsē, incautissimè agitis, cùm pro toto mundo hoc facere non deberetis. Idē de vsurarijs, quando aliquis petit ab eis mutuas pecunias, dando vel promittēdo vsuram pro mutuo, si dixerit vsurarius, Nolo mutuare, quia timeo quòd est vsura. Si tunc alij dicunt. Nequaquam est vsura, quia clerici sic mutuant, & faciunt: ac si clerici nō possent damnari, tales ponunt ibi pedem periculosē, & frangūt sibi collum. Item dicit luxuriosus, Pater, quod peccatum est? quia ego non habeo vxorem, nec ipsa virum, cui fit iniuria? quasi dicat, nulli, quod falsum est. Ideo dicebat Petrus, Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs, quæ militant aduersus animam. primæ Petri secundo. Quinta cautela est ire ad hospitium de die. Ideo Christus. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehendant, Ioannis duodecimo. Si quis ambulat in die, non offendit, quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eodem. Ioannis vndecimo. Moraliter. De die vadunt ad cælum, qui ambulant in claritate gratiæ Dei, & tales bene recipiuntur. De nocte vadunt, qui in tenebris peccati mortalis sunt, & tales non recipiuntur ibi. Ideo in die, scilicet, gratia Dei ambulemus, ne accidat nobis sicut cuidam stulto, &c. Audite parabolam de duobus socijs ambulantibus ad quandam villam, vbi erat consuetudo quòd de nocte in solis occasu portæ claudebantur, quam consuetudinem isti sciebant, vnus tamen remansit in prato, & fuit captus ab inimicis, & carceri mancipatus. Modò auisetis vos ne aliquis vestrūm sit in ista stultitia. Villa ad quam omnes Christiani vadunt est gloria cælestis, quæ clauditur illis qui sunt in nocte culpæ, & habet inimicos, scilicet dæmones. Ad istam gloriā cæle-

stem oportet ire de die s. in claritate gratiæ. Aliter nullus habet intrare, & oēs Christiani sciunt hanc consuetudinē, & oēs ambulamus, sed multi remanēt in prato amœno, volētes se alleuiare, & delectari vt luxuriosi, & interim dies gratię trāsit, & venit nox. Alij remanēt ad arborē frōdosam, vt superbi, vani, pōposi &c. qui totaliter manēt ad arborē frōdosam, vt superbi, vani, pōposi &c. qui totaliter sunt inflati. Alij remanent ad fontē qui manat, vt vsurarij, quia vsura quolibet die etiā festo manat, & de nocte veniunt volētes intrare ci uitatē, & gloriā cælestē, & nō possunt, sed veniunt inimici. s. dęmones, & captiuos ducunt eos secū ad infernū. O quanti cōstat illa mala delectatio, propter quā æternæ & beatæ vitæ perpetua incurritur amissio. Prudētes verō vadūt de die, ambulādo, laborando per pœnitentiā, vt habeat bonā cœnā & quietā in paradiso, licēt stulti truf fentur de eis. Ideo Io. Si quis ambulat in die, nō offendit, s. cadens in infernum. Ergo videte quomodo cautē ambuletis.

De eadem dominica de euangelio. Sermo VII.

Ex cùm audisset iratus est. Scribuntur hæc verba originaliter Mat. 22. & officialiter in euangelio hodierno. Sermo noster erit de materia sancti euāgelij istius dominicæ præsentis, & si placet Deo habebimus &c. Salutetur virgo Maria. Rex autem cùm audisset iratus, vt supra in euangelio. No. hic caussantur tria puncta.

Primò benignitas diuinalis,
Secundò peruersitas humanalis,
Tertiò seueritas Dei virtualis.

Et de isto vltimo loquitur thema, cùm dicit quòd rex iratus est. Vt de primò ostēditur benignitas Dei erga nos, quæ ostēditur in principio euāgelij cùm dicitur, Simile est regnum cælorum homini regi qui fecit nuptias filio suo. Vnde vidēdum est quomodo hic ostēditur benignitas diuinalis. Pro quo sciendum est quòd iste rex est Deus & matrimoniū est cōiūctio diuinitatis cum humanitate, quia sicut vir & vxor per actū matrimonij sunt duo in carne vna, vt habetur Mat. 19. Itaque iā nō sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus cōiūxit, homo nō separet. Dicūt illi, Quid ergo Moyses mādauit dari libellū repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniā Moyses ad duritiā cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras. Ab initio aūt nō fuit sic. Dico autē vobis, quia quicūque dimiserit vxorē suā, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Et qui dimissam duxerit, mœchatur. Dicūt ei discipuli eius. Si ita est caussa hominis cū vxore, nō expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datū est. Ita diuinitas & humanitas sunt vna sola persona. Vnde Athanasius in symbolo, Qui cū Deus sit & homo, nō duo tamē, sed vnus est Christus. Ista vnio facta fuit in thalamo vteri virginalis. Quęritur quare de' assūpsit nostrā humanitatē.

Dico quòd propter pacem habendā. Vnde sciendum est quòd quando principes & reges habēt iurgium & litem inter ipsos, nullo modo potest fieri pax facilius quàm per matrimonium. Vnde sciatis q̄ rixa erat inter Deum regem, & principem Adam, patrem nostrum, qui etiam dicitur princeps. Vnde Dauid inquit in Psal. 104. Constituit eum, scilicet Adam dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ. Inter istos fuit bellum & rixa, quam perpetrauit Adam cùm peccauit, & tunc incœpit Deus destruere terram Adę, & eiecit eum de paradiso. Vnde dixit Deus angelis suis postquam Adam peccauit, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonum & malū. Nunc ergo ne fortè mittat manū suam, & sumat etiā de ligno vitæ, & comedat & viuat in æternum, emisit eūm dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. Eiecitque Adam, & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiēdam viam ligni vitæ. Ecce bellum & rixam. Gen. 3. Et tunc Adam videns se eiectum, sciēs quod nō posset resistere, noluit bellum committere, attamen genuit filios & filias, & cōmiserunt iterum bellū cum Deo. s. quòd peccauerūt, quoniā qui peccat, committit bellum cōtra Deū, vtipsi fecerunt, & maxime in tempore Noē, & tunc Deus incœpit destruere eorum terram, & occidit omnes, demptis paucissimis animabus, vt patet Gen. 7. Post diluuium verò iterum commiserūt bellum contra Deum, turrim Babylonis ædificando, vt possent cælum pertingere, & per consequens fortiter cōtra Deum incœperūt pugnare. Vnde dixerūt intra se, Venite, faciamus nobis ciuitatē, & turrim, cuius culmē pertingat vsque ad cælum, & celebremus nomen nostrum, antequam diuidamur in vniuersas terras. Genes. 11. Quod videns Deus, commouit gētes suas, s. angelos, & ait illis in loco prædicto. Venite igitur, & descendamus, & cōfundamus ibi linguam eorum, vt nō audiat vnusquisque vocem proximi sui. Quòd factum est, & fuerūt confusi, vnus alterum nō intelligēs. Nam vnus petebat aquam, alius portabat lapides, & econuersō, & ita dimiserunt ædificium, nō completum. Et durauit illud bellum multis temporibus. Post verò fuerunt aliqui boni proceres, qui viderūt tantā rixam, & tantum iurgium inter Deum & hominē. Et sicut inter duos greges tractauerunt, & rogauerūt pro bono pacis, & fœderis æterni, s. filiū Dei, & filiam regis nostri, scilicet Adę, quia humanitas est filia Adę. Et dixerunt illi boni proceres. Si Deus vellet se tantum inclinare, quod reciperet filiā regis nostri, scilicet humanitatem in vxorem, valde esset benignus. Et Deus præsciens futurū illud matrimoniū, suam benignitatem ostendendo dixit ad Abraham, Gene. 12. Abraham in semine tuo benedicentur vniuersi fines terræ. Prophetæ etiam prophetauerunt de isto matrimonio. Vnde dicit Esa. Ecce virgo con-

go concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Esa. 6. & Mat. 1. Ad hoc matrimonium electa vna est nobis aula siue camera, scilicet venter virginis, de quo Dauid, In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo. Psal 18. Cùm autem natus esset sponsus de thalamo suo, dixit angelis vt facerent cantilenā, scilicet, Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Luc. 2. Sic ergo per illud matrimonium fuit facta pax inter Deum & hominem, propter quod Christus cùm salutabat homines semper dicebat, Pax vobis, tam in conuersatione huius mundi, quàm etiam in ascensione ad cælum, cùm dixit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis. Et ita apparet ex prædictis, quomodo & qualiter fuit factum matrimonium prælibatum. Sed quis est locus, vbi celebrabuntur nuptiæ? Dico q̄ Paradisus, cùm sit multitudo maxima tam angelorum quàm hominum, qui ad dictas nuptias inuitati sunt, in paradiso dicunt cantilenam, quā audiuit Ioānes in Apoc. 19. c. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerunt nuptiæ agni. Vnde nota quæ differentia est inter gaudere & exultare. Dico quòd gaudium est in corde, sine ostensione ad extra, sed exultatio est quādo illud gaudium non potest teneri secretè in corde præ nimio gaudio, sed ostenditur ad extra. Ita faciunt in paradiso, & vsq; huc est materia speculatiua. Sed moraliter sciendum q̄ vetus testamentū fuit ad faciendū illud matrimoniū, & ad ostendendum. Nouum verò illud declarat, & inuitat ad nuptias. Vnde videndū est, & quęrendū qui sunt illi qui inuitauerunt, & inuitant ad iussum regis. Dicendū quod fuerunt primò apostoli, & 72. discipuli, & omnes prædicatores sequentes, qui inuitabant ad eundum discubitū in illis nuptijs dulcissimis. De quibus Lu. 14. Beatus qui manducabit panē in regno Dei. Item dicit Ioann. Apoc. 19. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Vnde ex quo inuitamur, & nescimus iter, videamus illud. Et quot sunt dietæ? Dicendum quod decē. Prima est cognitio peccatorū, de qua Dauid Psal. 50. Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuā. Et secundum multi. miser. tua. dele iniquitatem meam. Quoniā iniquitatem meam ego cog. Secunda, cordis cōtritio. s. recogitare peccata cū cordis amaritudine, secundū illud Prophe. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meę. Domine si sic viuitur, & in talibus, vita spiritus mei corripies me & viuificabis me. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Tu autē eruisti animā meā vt nō periret, proiecisti post tergū tuū omnia peccata mea. Quia non infernus cōfitebitur tibi. Esa. 38. Tertia emēdādi propositū. De quo Christ⁹, Vade & amplius noli peccare. Io 8. Quarta malę societatis vitatio, videlicet si fuerit superbus q̄ humilietur, de qua scribitur, Nolite cōformari huic seculo. Rom. 12. Quinta vitæ emendatio, de

Quid inter gaudere & exultare inter sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qua, Si autem impius egerit pœnitẽtiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. In iustitia sua quam operatus est viuet. Nunquid voluntatis meę est mors impij, dicit dominus Deus, Ezec. 18. Sexta debitorum restitutio. Vnde August. 14. q. 6. Si res. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Septima iniuriarum remissio, pro qua scribitur, Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis pater vester cęlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Mat. 6. Octaua est famæ reparatio. De qua dicit August. Non pigeat ex ipso ore proferre medicamenta, vnde facta sunt vulnera. Nona est eucharistiæ communio, in qua est sponsus & sponsa, & ita erimus in nuptijs, quæ computantur pro decima dieta. Vnde qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo. Ioan. 6. Et per illud iter possumus ire ad nuptias, alias faciemus iter obliquum, ad infernum. Vnde hæc est via, ambulate in ea, & non declinetis, neque ad dextram neque ad sinistram. Esaiæ 30. Dextera est quãdo amore declinamus, sinistra, quãdo timore. Ipsemet sponsus inuitat nos dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Mat. 11. Et ita patet benignitas diuina. Secundum punctum est peruersitas humana, scilicet hominum, qui ad illas nuptias inuitantur, quæ citare ostenditur in secunda parte euangelij, cùm dicitur de illo rege, quòd reliqui tenuerunt seruos eius, & contumelijs affectos occiderunt eos. Aliqui noluerunt venire. Alij, scilicet secundi neglexerunt, & abierunt in villas suas. Alij contumelias intuleruot. Vide ibi &c. Et ista est peruersitas humana vbi quilibet iudicat in corde suo quod bene erant homines illi digni punitione. Actu multi sunt inter nos similes, & qui sunt de numero illorum. Vbi sciendum q̃ per tres modos istorum hominũ denotãtur tres modi peccatorum, quia quod denotatur per primos homines, est indeuotio, quia noluerũt secundũ despectio, quia neglexerũt, tertium indignatio, quia cõtumelijs affecerũt. Primum igitur peccatũ est indeuotio, & istud maximè regnat in laicis, qui cũ laborauerũt per totã septimanã nolũt in die dominica ambulare ad nuptias. Seũdo ad missam, colẽdo die dominicã, & vacare ab operibus terrenis. Tales nõ habẽt deuotionẽ, & nolũt ire ad paradisum, sed potius ecõtrario ad infernũ, quia maiora peccata committuntur in die dominica, quã in alijs diebus, & ideo cũ noluerint ire ad paradisum, per indeuotionẽ pœnitẽtię agẽde ibũt ad infernũ, quia di. Christus. Lu. 13. Si nõ pœnitẽtiã habueritis oẽs simul peribitis. Ergo colatur dies dominica, quia di dominus. Exo. 20. Memẽto vt die sabbati sanctifices &c. & ideo nõ fiat aliquod op⁹ terrenũ. Itẽ secundo

secundo audiatur missa cum suis cõditionibus, & isto modo homo ibit ad paradisum, aliàs tales erunt de numero illorum, qui noluerũt venire. Alij verò desperẽrũt, & illi sunt qui despiciũt remedia Christi, & vadunt ad dæmones, & sortilegos, vnde negligunt remedia Christi, qui pro medicina dedit nobis vnum aphorismum, qui est talis. Signa autẽ eos qui crediderint hæc sequẽtur. In nomine meo dæmonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollẽt, & si mortiferum quid biberint, non eis nocebit, super ægros manus imponent, & bene habebunt. Mar. 16. Nota, quia dicit, Crediderint, non dicit, apostoli fuerint. Dicit, bene habebunt, nõ, sani erunt, quia multis sanitas est nociua, & ideo dicit, bene habebunt, quia habebunt victoriam, quæ prẽualet sanitati corporali, si autem vadunt ad sortilegos, negligendo nomẽ Christi, erunt de numero illorum qui neglexerunt, & ideo ibunt ad infernum, & istam sententiam quæ sequitur dedit Deus cõtra tales. Leui. 20. Anima quæ declinauerit ad Magos, & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam cõtra eam, & interficiam eam de medio populi sui. Nam quãdo vadunt ad Magos, fornicãtur, quia in baptismo promiserunt fidem, cũ dictum fuerat eis, Abrenũtias Satanæ, & operibus eius? & respõderunt patrini pro baptizandis, Abrenuntio. Et ideo dum quis frangit promissionem, fornicatur, scilicet eũdo ad magos, sicut mulier quæ promisit fidem marito suo, & cũ alio fornicatur. Tertij sunt qui peccant per indignationem, & tales sunt blasphemãtes, & iurãtes. Vnde illud peccatũ est maius omnibus alijs. Vnde si nõ esset nisi istud, esset sufficiẽs ad destruendum totum mundum. Et nota ibi historiam Leui. 24. de blasphemo ducto ad Moysen, & cõsulto prius domino, respõdit di. Educ blasphemum extra castra, & ponãt oẽs qui audierũt manus suas super caput eius, & lapidet eũ pop̃ulus vniuersus. Et ad filios Israël loquaris, Homo qui maledixerit Deo suo, portabit iniquitatem suã, & qui blasphemauerit nomẽ Domini, morte moriatur, lapidibus eũ obruet omnis multitudo populi. Not. q̃ dixit Dominus q̃ lapidaretur ab omnibus, quia peccatum tãgit oẽs, & ista est peruersitas humana, quia nolũt &c. Tertium punctum est seueritas Dei virtualis, quia Deus punit illos, sicut ostendit tertia pars euangelij. Vnde dicit, Cùm audiuisset rex, iratus est &c. vsque succedit. Nota tres actus ibi numeratos iuxta tria peccata prædicta. Vnde primus actus est, quia missis exercitibus suis, scilicet vt struerent terrã illorum, & illud fit contra peccatum blasphemiæ, quia propter illud ministri iustitiæ diuinæ destruunt, & sæpè destruerunt terram nostram, aliquãdo per tempestates, aliquãdo per frigiditates, aliquãdo per siccitates, aliquãdo per fulgura. Quod ostenditur per similitudinem, quia cũ expugnatur aliquot castrum, videmus quòd illi qui sunt à parte inferiori, expugnãt illos qui sunt in castro cũ arcub⁹,

Universidad de Deusto
Biblioteca

balistis,& sagittis,& illi qui sunt in castro defendũt se cũ lapidibus. Ita est de nobis iurantibus & blasphemãtibus. Balista oris & linguę mittimus sagittas cõtra Deũ,& ipse se defendit cũ lapidibus,& ideo nobis mittit tẽpestates,agit valde benignè,quia mittit lapillos,cùm mittere deberet grossos lapides. Et ita patet quomodo nos blasphemi puniamur. Vnde dicitur in Tob. Maledicti erũt qui cõtẽpserint te,& cõdẽnati erũt oẽs qui blasphemauerint te. Tob.13. Cõtra aliud peccatũ,quia nõ celebramus festa,dicis,Misit seruos suos,& occiderũt. Vnde dicit,perdidit homicidas illos,& ꝓpter illud peccatũ sunt mortalitates. Et ratio est,quia per quę quis peccat,per hęc & torquetur. Cũ ergo tollam⁹ suũ tẽpus, rationabiliter remouet nobis nostrũ tẽpus,per quod debemus acquirere meritũ. Ideo dicit per psalmistã, Cũ accepero tẽpora,ego iustitias iudicabo. Patet quo per illud peccatũ puniũtur. Et ideo dicitur Malac.3. In penuria vos maledicti estis, & vos me cõfigitis gẽs tota. Cõtra illud peccatũ, quia vadimus ad fortilegos,misit seruos vt succẽderẽt ciuitates. s. in inferno. Et ratio est bona,quia cũ volum⁹ recurrere ad dæmones, rationabile est ꝙ simus cũ ipsis. Et ideo dicit Deus per Moysen Deut.32. Generatio enim peruersa est & infideles filij. Ipsi me ꝓuocauerũt in eo qui nõ erat Deus,& irritauerũt in vanitatibus suis. Et ego ꝓuocabo eos in eo qui nõ est populus,& in gẽte stulta irritabo illos. Ignis succẽsus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima. Ergo prouideatur,& ista est seueritas Dei. Ergo, Cùm audisset rex &c.

Dominica XX. *post Trinitatem.* *Sermo* VIII.

Nolite fieri imprudentes,sed intelligentes. Ephe.5. Sermo noster erit de epistola hodierna. Sed primò dicamus, Aue Maria. Pro declaratione thematis sciendũ quod in scriptura virtutes & opera virtuosa dicuntur sapiẽtia,peccata verò dicuntur stultitię,& insipientię. Vbi sciendũ quòd nos sumus cõpositi ex duabus naturis. s. ex substantia spirituali vt ex anima rationali,per quam cõformamur Deo,& corpore materiali,per quod conformamur bestijs & brutis, & ideo quæ quis agit secundum animam, dicuntur virtutes. Opera verò quæ agimus secundum corpus,dicuntur vitia siue peccata,cũ per illa simus similes brutis. Et ideo dicitur de illis qui agũt secundum animã. Eccl.2. Sapiẽs cor & intelligibile abstinebit se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. De alijs verò qui sequuntur sensualitatem, dicitur Dan.13. Sic fatui filij Israël non iudicantes,neque quod verum est cognoscentes,condemnastis filiam Israël. Dicit non iudicantes. s. per intellectum rationis, & non cognoscentes. s. ea quæ conueniunt, & concordat parti principali animæ. s. cum qua debemus omnia conformare. Et ita patet quomodo virtuosi dicũtur prudentes,peccatores autem imprudentes. Et ideo Paulus volens nos esse

esse sapientes auisat nos in themate dicens, Nolite fieri imprudentes &c. & sic habetur materia. Ergo videndum est de quolibet peccato mortali quomodo dicitur stultitia & insania, & virtutes cõtrario modo sunt sapientia & prudentia. Vnde superbia est stultitia, humilitas autem sapientia magna, & sic de alijs peccatis & virtutibus contrarijs. Vnde ponendæ sunt virtutes & vitia per ordinem.

Primò superbia,cui contradicit humilitas,
Secundò auaritia,cui contradicit misericordia siue liberalitas,
Tertiò luxuria,cui contradicit munditia siue castitas,
Quartò inuidia,cui contradicit dilectio fraternalis,
Quintò gulositas,cui contradicit temperantia,
Sextò ira,cui contradicit concordia,
Septimò acidia,cui contradicit diligentia.

Primò ergo superbia est stultitia,& humilitas est prudentia, Quod patet per similitudinem,quia si quis inueniat duas vias, vnã montosam & petrosam quæ ducit ad mortẽ, & perditionẽ, & alia sit plana quæ ducit ad portã & vitã,si talis accipiat viam petrosam, alia dimissa,iudicabitur talis stultus. Ita est de superbia & humilitate,quæ ducunt ad alium mũdum,attamen vna ad mortẽ,alia ad vitã. Superbia verò ducit ad mortem,quæ est petrosa,& infecta,& plena ærumnis, quoniam qui superbit, semper habet diuersa negotia exercere. Sed humilitas ducit ad vitam & ad paradisum. Iob.22. Qui enim humiliatus fuerit,erit in gloria,& qui inclinauerit oculos suos,ipse saluabitur,superbia verò ducit ad infernũ. Vnde detur primò exemplum de angelis,& primò de Lucifero qui dixit, Ascendã super altitudinẽ nubiũ, & similis ero altissimo, actu illa via ducit ipsum ad infernũ. Et ideo sequitur, Veruntamen ad infernũ detraheris ad profundum laci Esa.14. Similiter Adam per superbiam electus fuit de paradiso. Gen.3. Et si non egisset pœnitẽtiam, fuisset damnatus. Et ideo dixit Tobias filio suo, Fili mi superbiam nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. In ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Tob.4. Ergo sumatur via plana, quoniam dicit alibi scriptura Eccle.10. Initium superbiæ hominis apostatare à Deo, quoniam ab eo qui fecit illum recessit cor eius. Quia initium omnis peccati est superbia, qui tenuerit illam adimplebitur maledictis, & subuertet eum in fine. Cùm ergo superbia ducat ad mortem, & humilitas ad vitam, apparet hanc esse sapientiam, illam verò stultitiam, ergo bene debet vitari superbia, cùm non faciat hominem prudentem, sed stultum. Et ideo dicit Paulus ad Romanos primo. Euanuerũt in cogitationib⁹ suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Dicit, euanuerunt, quia quando quis est superbus, cogitat ascẽdere tantũ, & euanescit in cogitatione, quia credit ascendere dimittendo bonã vitam, quę ducit

sursum ad paradisum, sumẽdo viam illam quæ ducit deorsum ad infernum. Pone exemplum de sacerdotibus simplicibus dicentibus, Bene, & deuotè oras, qui cùm cogitant beneficia, euanescunt in cogitationibus. Idem de laicis, mercatoribus, qui dum viuũt, cogitant præstare vel mutuare ad vsuram, vt possint habere thesaurũ, ad dotandum filium vel filiam, & tales cogitationes vanæ sunt. Et sequitur, Et obscuratum est insipiens cor eorum, quoniã sicut nubes obscurant aërem, ita istæ cogitationes obscurant cor, ergo caueamus, si non volumus fieri insipientes &c. Secunda stultitia est auaritia. Vnde quod auaritia sit stultitia, & misericordia prudentia, patet per similitudinem alicuius diuitis, qui vendit bona sua, qui pecunia in sæculo collecta, vult accipere iter, sed consulitur sibi ab amico vt dimittat illam pecuniam, quoniam in itinere sunt latrones, qui pro certò ipsum deprædabuntur. Si talis renuit, & pecuniã secũ deportat, & deprædatur vsque ad camisiã, iudicabitur talis profectò stultus. Ita est de nobis, qui habemus ire ad aliam ciuitatem, quia nõ habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. ad Heb. 13. Et est passus quidam, in quo omnes deprædati sunt, scilicet mors, & oportet omnes homines transire per illum passum, quoniam Dominus noster Iesus Christus ipsemet transiuit per illum. Vnde scribens dicit, Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriã suã? Lu. vlt. Et in hoc passu latrones homines & animas deprædantur. Latrones sunt mulier, filij, & alij parentes, scutiferi, & sic de alijs. Ergo mittamus thesaurum, per cambium, scilicet dãdo pauperibus, & tũc cum schedula reddetur thesaurus in cælo. Schedula est ista, Da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo. Mat. 19. Vnde nota historiã beati Laurentij, qui Decio Imperatori petenti thesaurum respõdit, Facultates ecclesiæ, quas à me requiris, manus pauperum in cælum deportauerunt. Ergo faciamus similiter. Et tunc dicet Christus nobis, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te cõstituam, intra in gaudium Domini tui. Mat. 25. Et ita patet quomodo liberalitas est prudẽtia, sed auaritia est stultitia. Auarus autem portat diuitias vsque ad mortem vbi deprædatur, & nihil secũ portat, & tali post mortẽ dicet Christus, Quare non dedisti pecuniã meã ad mẽsam, & ego veniẽs cũ vsuris vtique exegissem illam? & astãtibus dicet, Auferte ab illo minam, & date illi qui decẽ minas habet. Lu. 19. Et ita patet largum esse sapientem, & auarũ esse stultũ. Vnde Prou. 14. Corona sapientum diuitiæ eorum, fatuitas stultorum imprudentia, ergo nolite fieri imprudentes. Tertia stultia est luxuria. Vnde luxuria est illud peccatũ carnale quod committitur præter matrimoniũ, quocũque modo fiat. Et ista est valde magna stultitia. Quod patet per similitudinem hominis, qui in quadã domo à parte inferiori habebat paleam & stramina, quæ sunt esca brutorum, desuper

desuper habebat multos thesauros, & lapides pretiosos. Cùm autẽ vigeret quadam hyeme frigus, voluit calefieri, & succendit stramina igne, & cùm gaudẽdo calefieret, combussit totum thesaurum, & lapides pretiosos. Nónne talis iudicabitur fuisse imprudens? Certũ est quòd sic. Talis est luxuriosus, qui habet domum & animã in qua est thesaurus magnus, s. ratio, & voluntas, & superior portio, in qua ratione, & voluntate, & superiori portione sunt virtutes & merita, quæ dicuntur thesauri, & sensualitas est inferior pars, in qua sunt paleæ, & fœnum, scilicet motus carnales. Vnde, Omnis caro fœnum. Vnde Esa. 40. Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et talis sensualitas nihil valet respectu rationis. Vnde Paulus ad Roma. 7. Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Vnde in ratione & voluntate &c. sunt thesauri, scilicet fides, spes, & charitas, & ceterę virtutes. O quanti thesauri, sed comburuntur quãdo homo luxuriatur, quoniam luxuria dicitur ignis. Vnde Iob. 21. dicitur, Ignis est vsque ad perditionem deuorãs, & omnia eradicans germina. Ergo caueamus ne incẽdamus paleam, scilicet carnem, quoniam tales sunt imprudẽtes qui luxuriãtur. Vnde Paulus 1. Cor. 2. Animalis homo nõ percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & nõ potest intelligere, ergo audeamus Paulum, Nolite &c. Quarta stultitia est inuidia. Quod inuidia est stultitia, patet per similitudinem cuiusdam hominis habẽtis inimicos ipsum persequẽtes, qui veniens ad flumen, inuẽto ponte fregit illũ antequã trãsirent flumẽ, & tũc veniẽtes inimici eius occiderũt eum, si non fregisset pontem antequam transiret, sed post trãsitũ, saluus fuisset factus. Ita est de nobis in hoc mũdo, quoniam omnes habemus trãsire flumẽ aquæ, s. infernum, cum ponte qui dicitur amor siue dilectio proximi, qui habet sex arcus, cum isto habemus transire, & non est alius pons, & ideo dicitur ad Rom. 13. Qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Nam nõ adulterabis, nõ occides, non furaberis, nõ falsum testimonium dices, nõ concupisces, & si quod est aliud mandatũ, in hoc verbo instauratur, diliges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malũ non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio. Per hanc enim trãsimus de mortẽ ad vitã. Vnde istius põtis arcus sunt isti, s. amor & dilectio patris & matris, qui debet esse reuerẽtialis. Secũdus amor inimicorum, scilicet nolle damnũ, neque eorũ mortẽ. Vnde dicit scriptura, Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderũt vos, & orate pro persequẽtibus & calũniantibus vos. Mat. 5. Tertius amor est corporis, s. proximi, nõ luxuriando cum proximo, vel cũ proxima. Quartus amor est proprij corporis. Quintus amor est bonorũ proximi. Sextus est amor famę proximi. Nos enim non debemus desiderare aliena, quoniã radix omniũ malorũ est cupidi-

tas.1.ad Ti.6. Qui autem fraugit istum pontem,est stultus. Et ideo dicit scriptura,Possidebunt parvuli stultitiam. Prouerb.14. Parvuli sunt inuidi, qui habent cor ita paruum, quòd non manet in eo nisi ipsimet. Inuidi enim se inordinatè diligunt, sed cor hominis cælo & terra maius esse deberet. Et ratio est, quia in cælo non stant nisi iusti, tamen in corde hominis boni debent esse tam iusti quàm etiã peccatores. Peccatores diligere debemus, ac eorum bona procurare. Et ita patet quomodo inuid' dicitur paruulus. Vnde Iob quinto, Paruulum occidit inuidia. Quinta stultitia est gula. Quod autem gulositas sit stultitia, patet per similitudinẽ cuiusdam famelici stulti, qui venit ad domum cuiusdã diuitis, qui parauerat bonos cibos, quos apposuit famelico,qui portans secum venenum,miscuit cibis, & comedit,& postea mortuus fuit. Talis enim dicitur fuisse meritò stultus. Vnde diues qui parauit cibos,est Deus,de quo dicitur, Oculi omnium in te sperant Domine, & tu das escam illorum in tempore oportuno. Psal. 144. Ipse enim dedit nobis cibos quibus sustentamur,attamen nos miscemus venenũ,scilicet per superfluitatem, hoc facimus cùm superfluè comedimus. Et istud venenum nos occidit, & abbreuiat vitam tam'spiritualem quàm corporalem,& ita intoxicamus cibum. Et ideo consilium datur in scriptura Eccl.32. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. In multũ enim escis erit infirmitas,& auiditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt. Qui autẽ abstinens est,adijciet vitã. Et ita patet quomodo auidi siue gulosi stulti sunt,quoniam occidunt seipsos. Et concordat alibi scriptura loquens de auidis. Prou.1. Stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt,& imprudentes odibunt scientiam. Sexta stultitia est iracundia. Quod autem iracundia sit stultitia,patet per similitudinem alicuius habentis aliquem annexum sibi, cuius vult scindere vestes, & non potest illi vestes scindere cùm sit à parte posteriori,qui videns quod nõ potest frangere vestes alterius, nisi ventre & corpore suo perforato,ponit sibijpsi gladium per vẽtrẽ,& occidit seipsum. Talis est stultus meritò dijudicandus. Huic similis est iracundus,qui pro frangendis vestimentis alterius corporis,quod est vestis animæ, seipsum occidit. Non enim potest alterius occidere animam,quia illa est incorruptibilis. Vel vestis etiam dicitur fama,& ad frangendum vestimenta alterius corpus,vel famam, primò iracundus perforat animam suam. Vnde iratus primò se occidit in anima percutiens se gladio iræ. De quo Dominus Mat.26.ait ad Petrum, Omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. Quòd intelligitur vel intelligi potest de gladio iræ. Vnde Dauid in Psal.36.Gladius eorum intret in corda ipsorum &c. Non enim potest intelligi de gladio materiali,quia est exceptio, quia sunt multi hodie accipientes gladium materialẽ, qui non

non moriuntur gladio. Item nec de gladio iudicis, quoniam multi fuerunt homicidæ,qui acta pœnitentia saluantur, ergo sine exceptione potest intelligi de ira, quæ primò occidit illum qui eã possidet,& sic est stultitia. Ideo dicit scriptura, Ne sis velox ad irascendũ, quia ira in sinu stulti requiescit. Eccl.7. In sinu,id est in corde. Ergo nolite fieri &c. Septima stultitia est acidia. Quod acidia sit stultitia, patet per similitudinem. Vbi notandum quod in quadam villa erant nundinæ in quodam die, & fuit bonum forum de rebus, quia illud quod ante cõstabat & appretiabatur centum francis in nundinis, habebatur pro vno, & tunc homo volens emere victualia, dormiens, & excitatus à muliere sua, noluit emere,sed voluit prandere,& post prandium iterum obdormiunt,& non emit aliquid in nundinis, pòst verò mortuus est. Nónne talis est stultus? patet quod sic. Ita est de acidiosis in operibus virtualibus,qui per modica huius mundi bona possunt redimere infinitam pœnam in alio mundo, sed acidiosi negligunt. Et nota parabolam quæ est Mat.18. Homo quidam rex omne debitum remisit seruo suo procidenti ante pedes Domini,ac dicenti, Patientiam habe in me. Ita nos in præsenti vita cum paucis lachrymis possumus emere misericordiam Dei & redimere pœnam inferni, & hoc quandiu durant nundinæ, id est quandiu durat præsens vita, sed post mortem cum mille millibus lachrymarũ non potest emi minima pars misericordię Dei,quia iam transactę sunt nũdinæ,& omnia cara sunt. Quod autem tempus in alio mundo carum sit,patet in historia Lu. 16. De diuite epulone,qui plus quàm 1000. 400.annis petijt guttam aquæ, & non obtinuit &c. Ergo quandiu durant nundinæ, emamus tam cum lachrymis & ieiunijs, quàm cũ vigilijs & disciplinis,& alijs quibuscunque, & agamus pœnitentiã, & ita erimus diligentes,quoniã possumus in operibus terrenis sem per laborare,& cũ hoc esse otiosi. Quod patet,quoniam ille cognoscitur fuisse otiosus in die quando ad domum redit in sero,nihil portat. Ita est de terrenis,cùm laborauerint in mundanis in vita, si non portent bona opera ad paradisum,tales iudicabuntur stulti,imò maximi stulti,& ideo dicitur de negligentibus & acidiosis Qui operatur terram suam,satiabitur panibus Qui autem sectatur otium stultissimus est. Proue.12. Vocat terram corpus,quoniam de terra factũ est. Vnde,Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Gene.2. Vocat otiosum stultissimum. Vnde non posuit positiuum, scilicet stultum,nec comparatiuum,scilicet stultiorem,sed ponit superlatiuum,s.stultissimũ. Vnde acidiosus dicitur esse stultus in hoc mundo,quia non vult agere pœnitentiã,& stultior,quia perdit gloriam paradisi, & stultissimus,quia meretur pœnam inferni perpetuam. Ergo nolite fieri &c.

Dominica

Dominica XXI. post festum Trinitatis. Sermo I.

Hora septima reliquit eum febris. Ioan. 4. cap. originaliter. Sermo noster erit de sancto euangelio dominicæ præsentis. Et si placet Deo habebimus multas bonas doctrinas ad illuminationem intellectus, & consolationē animarum, & correctionem vitæ, & peccatorum. Saluetur virgo Maria. In præsenti sermone cogitaui habere modum laboratoris seu hortulani volentis seminare bonum semen seu plātas, qui primò arat & præparat bonam terram &c. Terra bona & fructuosa est historia euangelicalis in campo seu horto euangelij exarata. Dicatur historia euangelij. Erat quidam regulus &c. Aratur sic ista terra, mouendo quæstionem quare vocat ipsum regulum, & nō regem. Solutio. Quia non habebat nisi vnam ciuitatem. Pro qua nota quòd quia antiquitùs erat tanta ambitio regendi vel dominandi, quòd in qualibet ciuitate erat vnus rex, qui dicebatur regulus, sicut modò vnus episcopus, aliàs non dicebatur ciuitas. De hoc auctoritas. Terra Chanaam in quinq; regulos Philistiim diuiditur, Gazeos, & Azotios, Ascolonitas, Getheos, & Accaronitas. Iosue. 13. Alij qui habebant multas ciuitates, dicebantur reges. Et sequitur, Cuius filius infirmabatur Capharnaum &c. Nota circa hoc quod Iesus sibi dixit, Nisi signa & prodigia videritis. Diceret aliquis, Quare Christus reprehendebat eum, cùm tamē tanta deuotione veniebat ad eū? Dico quòd Christus sic eum durè reprehēdit propter modicā credetiā, quam habebat, q̄ patet in hoc quod rogabat eū vt descēderet, & sanaret filium eius. Ex quibus patet q̄ dubitauit, quia si ipsum verum deū credidisset, sciuisset quòd nō esset locus vbi nō esset deus. Diffidebat ergo regulus, & non plene credidit, quia honorem dedit præsentiæ corporali, petēs vt descēderet corporaliter, sed melius fecit ille Centurio dicēs Christo, Domine, puer meus iacet paralyticus in domo, & malè torquetur. Ait ei Iesus, Ego veniam, & curabo eū. Et Cēturio, Domine nō sum dignus, vt intres sub tectū meū &c. Lu. 7. & Mat. 8. Iste habebat verā fidem, credēs quòd Christus præsens & absens corporaliter poterat sanare filiō suum. Ideo nō fuit à Christo reprehensus, sed commēdatus, quia Christus dicebat sequētibus se, Amē dico vobis nō inueni tantam fidem in Israēl. Secūdus defectus istius reguli notatur in hoc quod dixit sibi Christus, Nisi signa & p̄digia videritis, nō creditis. No. dicit, Nisi videritis, & nō dicit audieritis, quia dicit apost. q̄ fides est ex auditu, auditus autem per verbū Christi. Ro. 10. Nūquā vos vidistis trinitatē, tamē creditis. Et ista veritas quō intrauit in cor vestrū? patet quod nō per oculos, nec gustū, nec tactū, sed p aures, audiendo scripturas, doctrinas verisimas. Idē de miraculis Christi dicēdum est, quę firmiter credim⁹ quāuis ea nō viderim⁹. Et sic patet q̄ est fides ex auditu. Et quia ille

ille regulus audiuerat iam miracula Christi, quō Christus solo verbo curabat infirmos, suscitabat mortuos &c. Et tamē adhuc nō credebat, sed volebat videre, ideo reprehenditur à Christo cùm dicit, Nisi signa &c. q.d. Nónne sufficit audire? Patet ex his quòd modo essent multi reprehēdendi. Dicunt multi, Quid scit hō de paradiso, de inferno, de purgatorio? nullus venit ad nos istanobis manifestās. Quibus dici potest reprehensorie id quod dicit Christus regulo, scilicet, Nisi videritis &c. Ista enim audiuistis per prophetas, apostolos, & euāgelistas, & per Christum, quia ipse nobis totum reuelauit in scripturis sacris. Item per Lazarum, item per beatum Paulum, itē per sanctum Ioānem euangelistam, qui viderūt & retulerūt nobis. Ideo sunt valde reprehensibiles illi qui dicunt. Ego vellem ista videre. Auditus enim est necessarius, sed nō visus, quia oculi possunt incātari, & scriptura sancta non potest incantari. Sic ille regulus volebat videre dicens, Domine descende priusquam moriatur filius meus. Nō credebat eum posse post mortem suscitare. Sed Christus totus benignus nō respiciēs eius defectum voluit nō solùm filium à febre, sed etiam patrem, & totam curiā suam ab infidelitate & incredulitate liberare, dicēs, Vade, quia filius tuus viuit vsque in finē. Nota hic magnificētiam Christi. Iste regulus solùm petebat sanitatem corporalem pro filio, & Christus sanauit filium in corpore & anima, & patrē & oēs de curia credētes in Christum. De ista magnificētia Moyses, Date magnificētiam Deo, Dei perfecta sunt opera. Deut. 32. s. sanādo corpus & animā. Ideo dicebat ipse, Vnum opus feci, & oēs miramini. Infra, Mihi indignamini, quia totū hominem sanū feci in sabbato. Io. 6. Ecce ager seu hortus euangelicalis. Nunc seminādum est bonum semē moralitatū & instructio. aū vitæ ad cōsolamen animarū super hoc quod dicit the. Hora septima &c. Et intrabo materiā per quæstionem. Quæritur ergo cū in die artificiali sunt duodecim horę, & in naturali 24. quare Christus potius elegit septimam horā, quam horam primam vel secūdam &c. ad curādum istum infirmū? quia certū est q̄ in prima vel secūda &c. vel etiā octaua potuit ipsum curare. Nō credatis quod sine ratione Christ⁹ hoc fecerit, Hoc enim fecit ad ostēdēdum quòd ad perfectam saluationem animę à febre peccati, septem opera pœnitētialia quasi septem horę requirūtur, & de septima hora dicit the. Hora septima &c. Prima hora est peccatorū cognitio, sicut in prima hora diei homo incipit cognoscere aliū ex claritate solis. Sic trāsactis tenebris peccatorū, quādo hō redit ad se, & claritas aurorę incipit clarescere, in conscientia sua dicit, O miser, in quātis existis periculis, es superbus, auarus &c. Sed quādo homo est in nocte peccatorū, nō cognoscit peccata ista, nec periculū suū, secūdū illud Psal. Nescierūt, neq; intellexerūt, in tenebris ambulāt. Sed quādo religiosus, clericus, vel laic⁹, qui

Septem opera misericordiæ ad salutē perfectum ne cessaria

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui tenet malam vitam, peccata sua aduertit, & suum periculum, tūc intra se dicit, O miser &c. De ista hora dicit apostolus, Hora est iam nos de somno surgere, nunc enim propior est nostra salus quam cū credidimus. Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Abijciamus ergo opera tenebrarum &c. Ro. 13. Stare in peccato vocatur dormire. Ratio, quia qui dormit, nō vtitur sensibus, & semimortuus est, sic etiam peccatores semimortui sunt, quia peccatorū corpus viuit, sed anima est mortua. Et quot anni sunt quod vos dormiuistis in peccato, in superbia, auaritia, luxuria, ira, & mala voluntate? fortasis decē, vel vndecim anni, vel viginti. Ideo sicut socius excitat socium quādo incipit aurora, ita apostolus dicens, Hora est iam nos de somno surgere &c. Nunc enim propior est nostra salus. Quādo homo stat in peccatis, lōgè est à Deo per malam vitā, sed quādo homo incipit in se cognoscere defectus suos, appropinquat homo Deo. Secūda hora est contritio cordis. Magna fuit quæstio inter doctores, quid est cōtritio propriè. Et dimittendo opiniones ego dicā vobis determinationem quòd contritio est dolor de peccatis præteritis, sed nō sufficit nisi sit respectu Dei, sicut enim homo est compositus ex materia & forma, ita contritio habet duo. s. dolorem de peccato: ecce materia, & quòd sit respectu Dei, ecce forma, aliàs nō esset contritio, sed attritio. Verbi gratia, Quando religiosus cognoscit sua peccata, & dicit, O miser, prælatus meus sciet, & plorat &c. non est contritio, quia timore verecundiæ, vel pœnę doler. Sed si dicit, Deus fecit mihi tantam gratiam, quod de nemore mundi transplantauit me in paradiso terrestri, scilicet religionis, vt salutem me facerem & alios, & ego miser offendi Deum. O miser &c. Istud est contritio. Idē de clerico cognoscente peccata sua, si dolet quia episcopus sciet, & sic incarcerabitur, & tota terra sciet, & sic diffamabitur, & perdet beneficium, parum valet. Sed contritio est quando dicit, Domine, tantam gratiā mihi fecisti, scilicet consecrandi &c. quam nō fecisti matri vestræ, nec Michaēli, nec Ioanni Baptistæ. Lingua mea est clauis cæli, & ego infelix fui tā ingratus &c. Ista est contritio. Idē est de vobis si aliquis vestrū est in aliquo crimine, & ducitur ad furcam, & cogitat quod domus sua est destructa, & vxor sua diffamata, filij eius confusi, corpus suū perditū, & plorat, nihil sibi valet, sed dānatur. Sed si diceret, O Domine, tu fecisti me ad imaginem & similitudinē tuam, vt tibi seruirē, & egó &c. Itē sanguine tuo redemisti me, & despexi te &c. Abluisti in baptismo &c. tunc est contritio. Idē de muliere cuiuscunque status, quæ si dolet de peccato quia gentes loquuntur & plorat propter periculum, nihil valet. Sed si dicat, Domine tu ordinasti matrimonium, vel virginitatē, seu viduitatē, Domine fiegi sic vel sic. O Domine quid erit de me? Ista est cōtritio, quia respectu Dei. De ista hora auctoritas. Nunc anima mea turbata est, & quid dicā? Pater sanctifica

Duo ad cōtritionē perquā necessaria: quibus tu adde propositū efficax non redeūdi ad peccatum, & cōfessionem in voto fiendam.

me ex hac hora. Io. 12. Not. ex hac hora, quia vera contritio non est sine gratia, & si non haberet oportunitatem confitendi, sed propositum, contritio sufficeret. Tertia hora est oris confessio. Ratio, quia si habetis cameram plenam stercore, non sufficeret videre, nec cōgregare ad angulum, nisi proijciatur extra. Ita de conscientia, quæ est camera Dei, ex prima, scilicet peccatorum cognitione, videtur stercus peccatorum, ex secunda congregatur in angulo cū contritionis scopa, sed oportet proijcere extra per fenestram confessionis, & sic mundatur camera, quando dicitur confessori, Pater noueritis quòd ego sum superbus &c. pater non recordor de alijs. Si videtur vobis quòd in alijs peccauerim, interrogate me, quia ego dicam vobis veritatem. Confessor autem debet interrogare quod officium habet. Alia sunt peccata militis, alia mercatoris, alia sacerdotis &c. Item idem de mulieribus, si est puella, vidua, vel maritata, & data absolutione à confessore, camera remanet pura, expulsis inde culpis, & peccatis, fit habitatio trinitatis. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Io. 14. De ista hora dicit Christus, Mulier cū parit, tristitiam habet, quia venit hora eius. Ioan. 16. Cōfessio comparatur partui mulieris. Ratio, quia sicut partus est cum dolore, & est necessaria obstetrix. Ita in cōfessione sunt dolores parti, quādo homo cogitat & diffamat se &c. sed oportet parere. Obstetrix est confessor cōfortans dicendo, dicatis &c. Sed quando peperit puerū, tam non meminit præsumræ propter gaudiū quod homo habet. Itē magnum periculū est de prole mortua in vtero, quia nisi exeat, interficit matrem. Idem de vtero animæ, quia tot sunt proles mortuę, quot sunt peccata mortalia, quæ habet homo. Ideo oportet vel parere, vel mori. Propter hoc Christus ordinauit sacramentum cōfessionis, & præcipit per os ecclesiæ quòd quolibet anno homo confiteatur, vel priuetur sepultura ecclesiastica. Extra de pœniten. & remissio. Omnis vtriusque sexus, nō solùm adulti, sed etiam pueri tenētur confiteri, habentes vsum rationis. Recitat beatus Greg. quod puer quinque annorum fuit damnatus. Quarta hora est morū emēdatio. Quid valet peccatorum cognitio, vel contritio, vel confessio, nisi homo emendet vitam suam? Si cognoscitis quòd fuistis superbus, pomposus, decetero debetis velle & proponere humilitatem, & humiliationem. Item si fuistis auarus, vsurarius, vel defraudando, emendo, vendendo, vel negando debita, retinendo solidatam seruorum, vel bona defunctorum, decimas, vel primitias &c. emendetis. Idem de luxuria, immundè viuendo &c. decetero debetis viuere castè &c. & sic de alijs. In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum. Matthæi. 18. Quinta hora est debitorum restitutio. Si sentitis in bursa, taxia, seu in domo vestra aliquid de iniustis bonis, acquisitis per vsuram, rapinam &c. restituatis. Restitutio enim est necessa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

necessaria, sicut pater vult quod filij vel serui sint cõtẽti de parte sibi data. Et si vnus frater furetur partem alterius, indignatur pater dicẽdo, Nõne scio ego diuidere? Ita debetis cogitare quòd iste mũd⁹ est vna domus Dei, Dominus est sursum cum baronibus, nos sumus hic in stabulo cum bestijs. Et Dominus diuidit bona, illi dedit magnam partẽ, tibi parũ. Ideo nolite tãgere partẽ alterius. Non dicat pauper, ego possum recipere hoc à diuite &c. Nec dicat diues, Ego possum hoc recipere à paupere, quia ego pluribus habeo prouidere, quilibet sit contẽtus de parte sua, alias nũquam habebit gratiam Dei, nec intrabit paradisum, quousque satisfecerit. Non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. Si res. Immo dico quòd magis lætus debet esse pauper, quia speratur quòd erit diues in paradiso, si sic habet patiẽtiam, quia paupertas ratione patiẽtiæ erit sibi meritoria, vt di. Ambr. dist. 47. Sicut hi. Diuites verò timere habebunt, ne ipsi retributionem capiant in hoc mũdo &c. Item idem dicẽdum est de satisfactione damni, si notarius vel falsus testis &c. alicui damnum intulerũt, tales enim tenẽtur ad restitutionem faciẽdam his quos damnificauerũt. Item illi qui de nocte abscindũt arbores, & fiumenta aliorũ, tenentur satisfacere de damno. De ista hora auctor. Dicit Christus pœnitenti, Ego seruabo te ab hora tẽtationis, quæ ventura est in orbem vniuersum. Apoc. 3. Hora tentationis dicitur restitutio. Ista tentatio est hodie in mũdo. Dicatis vos prælato vel clerico, qui cum simonia obtinuit, quòd renuntiet coram papa vel prælato statim, & audiatis quid dicet. Dicet fortassis, O si deberem restituere vel resignare, vnde viuerem? Ecce dolor. Sed per illam horam tentationis oportet transire, si vultis saluari. Item si dicatur vsurario quod restituat, dicet statim, Vnde ego viuam, & vxor, & filij? sed dimittam in testamento. Ergo in vita vos vsurarij non vultis satisfacere, & in vita vos non vultis esse sine peccato, ideo ibitis ad infernum, qualis stultitia? Sexta hora est iniuriarum remissio, oportet enim parcere inimicis, & facere pacem, & oportet per istam horã trãsire, si vultis quòd Deus parcat vobis iniurias, & peccata, quæ peccãdo fecistis cõtra Deum. Nõ dico quòd remittatis debitum si nõ vultis, sed oportet necessariò remittere odium, & malitiam cordis, & oportet habere propositum nõ nocendi prõximo, nisi secundum ordinem iustitiæ. Item si aliquis interfecit patrem tuum, noli vindictam quærere nisi secundum ordinem iustitiæ, quia hoc poteris sine peccato. Deus enim non prohibet iustitiam, sed odium. Hoc patet à simili. Si aliquis sit vulneratus, & ferrũ remãsit intus, nihil valẽt medicinę, quousq; extrahatur ferrũ. Ferrũ est odiũ, rãcor &c. Et nisi proijciatur, nihil valẽt medicinæ bonorum operum. De ista hora dicit Io. Sedebat Iesus supra fontẽ. Hora autem erat quasi sexta. Ioan. quarto. Fons emanens est misericordia Dei

Dei. Super istum fontẽ sedet Christus in illis qui amore & honore sui parcunt & remittũt iniurias, vt eis etiam sua remittãtur peccata, alias si nolunt parcere, nec virgo Maria, nec omnes sancti impetrarent eis veniam de veniali peccato. Septima hora est eucharistię cõmunio. In ista datur plena sanitas expulsa febre peccati mortalis. Ex quo enim homo cognoscit peccata, & conteritur, & confitetur & habet propositum emẽdandi vitã, & restituit aliena, & remittit iniurias, talis potest licitè venire ad communicandũ. De ista hora dicit Christus, Ioã. 5. Venit hora, & nunc est, quãdo mortui, id est peccatores, audient vocem filij Dei, s. illam, Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur. 1. Cor. 11. Et ordinatũ est à Christo & ecclesia, vt quilibet Christianus cõmunicet in paschate. Et licèt de bono cõsilio in quolibet festo magno bonũ esset cõmunicare, tamen ex præcepto & sub pœna peccati mortalis in paschate cõmunicare obligamur, & nõ solùm magni, sed etiam parui decẽ vel 12. annorum bene parati. Et ideo præcedunt septẽ hebdomadæ quadragesimę, prima correspondet primæ horæ, secunda secundæ. De ista hora intelligitur thema, Hora septima &c.

Dominica XXI. post Trinitatem. Sermo II.

Credidit ipse, & domus eius tota. Verbum istud habetur Ioan. 4. Istud verbum dicitur de quodã nobili domino, qui priùs nõ credebat in Christum, immo erat infidelis, sed visis Christi miraculis, quę faciebat tanquã verus Deus imperando, credidit nõ solùm ipse, sed & tota domus. Ideo dicit, Credidit ipse &c. Salutetur virgo Maria. Pro ratione & declaratione huius verbi, & introductione materiæ prædicandæ, recordor, de quadã auctoritate terribili, sed vera & rationabili. Si quis suorũ, & maximè domesticorum, curã nõ habet, fidẽ negauit, & est infideli deterior, 1. ad Ti. 5. Si quis, s. dominus domus nõ curat dare prouisionẽ necessariam corpori & animæ suis domesticis, fidẽ negauit. Nam sicut serui iure fidelitatis tenentur seruare personam Domini, famã, & honorem, & bona suanita Dominus iure fidelitatis tenetur prouidere filijs & seruitoribus, nõ solùm de cibo, potu & vestitu, sed etiam quantum ad animã, vt sciant orare, & confiteantur, vt audiant missam, vt communicent, & vitent vitia, ne laedant, ne furentur nec mentiantur, & huiusmodi, & si dominus nõ curat, fidẽ negauit, id est ius fidelitatis, & est infideli deterior, quia infideles iure naturæ prouident suis seruitoribus de omnibus eis necessarijs. Hoc à simili probatur. Vos videtis quòd in corpore est vnũ caput, in quo sunt omnes sensus, & in alijs partib⁹ corporis nõ est nisi vnum sensitiuum, s. tactus, & caput regit, gubernat, & prouidet omnibus alijs membris. Ita dominus est caput, & tenetur prouidere omnibus de domo. s. filiis, seruis, ancillis, & captiuis corporali

raliter & spiritualiter. Ideo ille regulus, de quo legitur euãgelium, ex quo fuit cõuersus, curauit de omnibus, de domo vocauit milites, scutiferos &c. dicẽs, Ego nõ credebam in illum prophetam Iesum, sed modò credo ex miraculis quæ vidi, & vos etiam videtis, & debetis credere in eum, & Deus fecit sibi gratiam, q̃ omnes crediderunt in eũ. Patet the. Ego inuenio in theologia, & ponuntur clarè à doctoribus tres gradus veræ credentiæ, & credulitatis Christianæ. Magister sentẽtiarum in 3. libro ponit illos distinct. 23. Et sunt tres, scilicet Credere Deum. Credere Deo. Credere in Deum.

Tres modi credẽdi.

Primus gradus habetur per scientiam intellectualem.
Secundus per reuerentiam cordialem.
Tertius per obedientiam generalem.

Et iste tertius gradus saluat hominem. Istos tres gradus habuit iste rex. Ideo dicit, Credidit ipse, & domus eius tota, &c. Primus gradus fidei Christianæ est credere Deum, s. Dominum gubernatorem, & rectorem iustum, bonum, & sapientem, potentem, & remuneratorẽ bonorum & malorum, & quod bonis dabit gloriam, malis pœnam, hoc est credere Deum. Et ista credẽtia ab initio fuit necessaria, vsq; in finem mundi. Ante incarnationem Iesu Christi, & ante ordinationẽ articulorum fidei, erat necessarium credere, s. q̃ iste mundus non per se, sed ab aliquo erat factus, immo hoc etiam est demõstrabile naturali lumine, videlicet q̃ aliquis Dominus est, qui fecit hũc mundum, & regit, & gubernat. Et talis credẽtia est necessaria. Apostolus de isto gradu fidei dicit, Sine fide impossibile est quẽquam Deo placere. Credere enim oportet accedentẽ ad Deum, quia est, & q̃ inquirentibus se remunerator sit, ad Heb. 11. Isti duo articuli, s. q̃ Deus est, & q̃ est remunerator inquirentiũ eũ, & punitor nõ inquirentiũ eum, semper fuerunt necessarij ad credendũ, nisi sit stultus quis, & insipiens homo, sicut ille de quo dicit in psal. Dauid, Dixit insipiẽs in corde suo, nõ est Deꝰ. Sed qui habet naturalẽ intellectũ, potest cognoscere q̃ Deus est per intellectũ. Primò si ego quærerẽ à vobis dicens, Creditis q̃ in corpore meo sit anima? diceretis quòd sic, licèt non eam videatis, sed ex naturali scientia, ex operibus quæ apparẽt exterius, quia videtis in capite effectus quinq; sensuum corporaliũ, s. videre, audire, loqui &c. quæ non possunt à corpore esse sine anima, creditis in me esse animam rationalẽ. Itẽ quia brachia mouẽtur, & venter recipit, & emittit, & pedes mouẽtur, & procedunt, his certè cognoscitur q̃ anima est in corpore, licèt non videatur. Modò cogitare debetis q̃ caput huius mundi sit cælum: Duo brachia elementum ignis & aëris, quæ sunt maioris actiuitatis, vterus in quo sunt humiditates aqua sit, & terra sit pedes. Modò quid videtis in capite? nónne videtis ibi motum solis ab oriente in occidentẽ ita ordinatè q̃ nũquam peccatum vel defectũ cõmittit? Ita

Fides in quouis tempore ab initio mũdi vnicuiq; necessaria fuit & est credere Deum.

de motu lunæ crescẽdo & decrescẽdo dicendum est. Item videmus motũ aliarum stellarum. Modò clarum est, licèt nõ videatur, q̃ est aliqua substãtia spiritualis quæ mouet omnia ista, & illa est deꝰ, quia sol, & luna, cælum, &c. irrationabilia sunt. Idẽ dicendum est de motu duorum elemẽtorum, quasi duorum brachiorum, s. de fulguribus, nubibus, de claritate aeris, tonitruis, tẽpestatibus, clarum est q̃ aliquis est qui faciat ista, & ille est Deus, & licèt non videatur, ex his tamẽ effectibus potest cognosci. Idẽ dicendum de aqua, quę est quasi vterus. Itẽ terra quæ pedibus assimilatur, facit ordinatè opera sua. Primò in vere arbores producũt flores, & posteà fructus, & sic de alijs. Et qui mouet, & gubernat terrã, & facit ista, Deus est. Si ergo motus corporis cogit ad credẽdum animam esse in eo, ita etiam motus huius mũdi facit Deũ cognosci. De hoc vide B. Tho. 1. par. q. 2. ar. 3. ibi probat Deum esse quinque vijs. Propter prædictam rationem dicunt aliqui magoi doctores q̃ homo est ad imaginẽ Dei, isto modo quia sicut Deus est vnus, qui gubẽrnat totum mundum, ita in homine est vnus spiritus, gubernans totum corpus, & sicut tota anima est in toto, & tota in qualibet parte, ita Deus est totus in toto mundo, & totus in qualibet parte. Deus creauit de terra hominẽ, & secundum imaginẽ suam fecit illum. Et iterum cõuertit illum in ipsam, supple ad cogitandum, quia sicut est vnus spiritus in eo, ita vnus Deus est in toto mundo. Eccle. 17. Secundò hoc item patet, & ponatur casus q̃ aliquis ignorãs & simplex, sed vigens naturali intellectu, intret palatium papæ vel imperatoris solus, licèt nõ videat papam vel imperatorẽ, quãdo videbit cameras, fenestras &c. statim cogitabit quòd magnus Dominus & potens fecit illud. Et ex ordinatione palatij cognoscet eius sapiẽtiam, & ex abundantia bonitatem. Ita in proposito. Cogitate quale palatium est iste totus mũdus. Cameræ in quibus est Dominus cum baronibus, filijs, & amicis, sunt altè collocatæ, scilicet in cælo, nos sumus hic in stabulo cum bestijs. De ista domo auctoritas, O Israël quàm magna est domus Dei, & ingẽs locus possessionis eius. Baruch. 3. Fenestræ sunt sol, luna, & stellæ. Et scamna huius domus sunt montes, qui talem domum ædificauit Deus est & potentissimus, & quia ita ordinatè fecit, sapiẽs est, quia & omnibus prouidet, bonus est. Talis Dominus est potẽtissimus, sapientissimus, & optimus, iustus debet esse, dans bonis remunerationem, malis autem punitionem. Ecce quomodo cognoscitur Deus. Auctoritas. Inuisibilia Dei, scilicet gloria, potentia, maiestas &c. à creatura mundi; dicit glosa, ab homine per ea quæ facta sunt intellectu conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius, & diuinitas, ita vt sint inexcusabiles, Quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Roman. 1. Philosophi in scholis cognouerunt Deum, licèt non nominarent eum Deum, sed primum principium, vt in 12. Meta. primã caussam, primum motorem, motorem immobilem, primam intelligentiam. Sed dicit August. quòd in tẽplo adorabant idola cum populis. Ideo dicit Apostolus, quòd cùm cognouissent Deum, &c. Moraliter iste defectus, philosophorum est hodie in multis Christianis, qui cognoscunt Deum, & tamen non glorificant, immo despiciunt & vituperant Deum. Verbi gratia. In domo Domini sustinere inimicũ Domini, & habere colloquia secreta, & recurrere ad illum in suis necessitatibus, magna iniuria Domini est, &c. Hoc faciunt Christiani Christo, sustinendo diuinum, cõiuratorem &c. & recurrendo ad eos. Item cùm Deus sit in domo huius mundi, totus in toto, & totus in qualibet parte, quando iuras, renegas, blasphemas, coram eo iuras &c. vel tu non credis, vel si credis, & tamen facis ista, peior es philosophis infidelib⁹. Item credis & scis quòd Dominus qui prouidet suis seruitoribus vult de eis aliquod seruitium. Ita etiam Dominus Deus vult de nobis seruitium, & vt seruemus dominicã &c.

Quid sit credere Deo.

Si credis, & nõ facis, peior es q̃ philosophi. Ecce primus gradus credentiæ, qui habetur per scientiam intellectualem. Secundus gradus ascendendo est maior, s. credere Deo, id est verbis eius. Multi credunt Deum, qui non credunt Deo, sicut multi me sciunt esse, sed nõ credunt mihi, id est verbis quæ dico, vel ego credo dæmones semper esse, sed non credo dæmonibus, id est verbis eorum. Qui credunt Deum debent etiam credere Deo, s. verbis quæ dicit. Legitur enim de Abraham sene, cui promisit Deus dare filiũ, cùm esset senex, & etiam vxor antiqua. Dicit textus, Credidit Deo Abraham, & reputatum est ei ad iustitiam. Gen. 15. Et dico quòd iste gradus credentiæ venit ex reuerentia. Magna enim reuerentia fit alicui personæ, dicenti aliquid supra intellectum, puta, s. quòd homines vel asini volant, & crederetur sibi sine iuramento, & testibus, propter suã famam, bonam cõscientiam, & bonitatem. Ista est de Christo Iesu, qui venit de vltra mare de cælo empyreali, per incarnationem & natiuitatẽ, & cœpit nobis prædicando dicere altissima, & supra rationem & intellectum naturalem, s. quòd licèt sit vnus Deus, simplex & indiuisibilis, tamen quod ille est tres personæ, pater, filius, & spiritus sanctus. Vnde scriptura dicit, Tres sunt qui testimonium dant in cælo, pater, verbum, & spiritus sanctus. Et hi tres vnum sunt. 1. Ioannis 5. Debet enim Christianus dicere. Domine, ad hoc nõ habeo rationem, nec argumentum, sed bene ad oppositum. Tamen domine ex quo dicitis, credo firmiter, & nolo iramentum nec testes. Hic est meritum fidei. Quia si dixisset solem esse lucidum, & homo crederet, grates nullas haberet. Item dixit aliud mirabile, quod de illis

illis tribus personis non pater, nec spiritus sanctus, sed filius factus est homo. Magnum mirabile. Vnde dicit scriptura, Qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens, scilicet corpus & animam, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. ad Philip. 2. Hoc mirabile credendum est, vt suprà. Item dicit quòd fuit conceptus de Maria virgine, sine homine, sicut granum formatur intra auellanam. Item quòd fuit natus de matre manente incorrupta, sicut transit radius solis per fenestram vitream, recipiens colorem vitri, sed bonus Christianus dicere intra se debet, Domine, non habeo rationem, nec argumentum, sed credo domine, quia articulus fidei est. Qui conceptus est de spiritu sancto, natus ex Maria virgine &c. Item dixit nobis aliud mirabile, de sacramento altaris, quòd dictis verbis à sacerdote, ipse est ibi verus Deus, & homo, sicut est in cælo. Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Item, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Ioannis sexto. Si diceret quòd hostia est alba, & rotunda, & crederetur sibi, nec mirum. Gregor. Fides non habet meritum, vbi humana ratio præbet experimentum. Qui timetis Deum, credite illi, & non dicit illum, & non euacuabitur merces vestra. Ecclesiast. 2. Infideles, vt Iudæi, Agareni, credunt Deũ, sed non Deo, ideo euacuabitur merces eorum. Tertius gradus fidei est credere in Deum, id est credendo, in ipsum per bona opera ire. Vnde scriptura, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet. Ioann. 14. Qui est in peccato mortali, licèt credat Deum, & credat Deo, non tamen credit in Deum, eundo ad eum. Aliqui sunt passus eundi ad eum. Primus est contritio peccatorum. Quemadmodum puer, qui cecidit in lutum plorat, sic quilibet nostrũm debet facere, quando videt suam vitam immundam, & deturpatam, per superbiam, auaritiam &c. Secundus passus est confessio, sicut puer qui cecidit in luto flens recurrit ad matrẽ, quæ ipsum lauat, & mutat aliam vestem, sic recurrendum est ad matrem nostram ecclesiam, ad confitendum, ostendendo immunditiam, quæ lauat nos & vestit, & quando absoluit nos &c. Quia sicut erat priùs quis indutus veste superbiæ, pompæ, & vanitatis, ita pòst induitur humilitatis veste, & sic de alijs. Qui facit ista, credit in Deum, quia tendit ad illum. Omnis qui credit in illum, non confundetur. Romanorum decimo. Secùs de credentibus solùm duobus primis modis. De hoc tertio modo credendi intelligitur illud verbũ, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit, qui verò non crediderit, condemnabitur. Marci decimosexto. Vide expositionem huius authoritatis.

Quid sit in deum credere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dominica XXI. post Trinitatem. Sermo III.

INduite vos armaturã Dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. Verbum istud habetur textualiter ad Ephes. 6. &c. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione & introductione materiæ prædicãdæ sciendum quod nos inuenimus in sacra scriptura, ꝙ Christus venit in hunc mundum vt rex intrãs campum pro liberatione populi sui à captiuitate & morte. Ratio. Ex quo Adam peccauit contra Deũ faciendo voluntatẽ diaboli potiùs q̃ Dei, extunc diabolus tyrannicè accepit tantũ dominiũ in hunc mũdum, ꝙ omnes homines tenebat captos intra clausurã peccatorum ianuis clausis. Ianuæ erant ignorãtiæ de deo, errores, & falsę opiniones, quilibet faciebat sibi deũ. i. idola, & post mortẽ diabolus ducebat animas ad infernum. Ecce in qua captiuitate erat populus. Sed quid fecit filius Dei? motus filius Dei ex cõpassione & pietate, intrauit in hunc mundũ vt in cãpum &c. & pręlium commisit cum diabolo in die Veneris sancta, & fuit grauiter vulneratus in capite, in manibus &c. Sed liberauit populũ suum intantum, quod omnes obedientes & credẽtes sibi sunt liberi. Auctori. Attollite portas principes vestras, s. ignorantiæ, & erroris, quia nobis ostẽdit portas veritatis, & eleuamini portæ æternales, s. ex duratione lõga, & introibit rex gloriæ, Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis, & potẽs, Dominus potẽs in prælio. Psal. 23. Hoc docuit Dauid illuminatus spiritu sancto, præuidẽs Christi prælium. Itẽ alia auctoritas noui testamenti maioris auctoritatis q̃ Dauid, quia Christi est. Lu. 11. Cũ fortis armatus, id est diabolus custodit atrium suum, id est plateã huius mundi, quã tyrannicè occupauit, in pace sunt omnia quæ possidet. Quia nec homines nec angeli erant sufficientes ad expellẽdum eũ. Si autẽ fortior illo, s. Christus superueniẽs vicerit eũ, vniuersa arma eius, id est peccati auferet, in quib' habebat fiduciã, & spolia eius, id est naturã humanã, distribuet in ordinibus angelorũ collocãdo. Patet ergo ratione & auctoritate ꝙ Christus venit in hunc mundũ vt princeps ad bellũ pro liberatione populi sui. Creditis ꝙ intrauerit hoc bellũ sine armis? nõ credatis, imò optimè armatus fuit omnibus virtutibus. Auctori. Accipiet armaturam zelus illius. Tantum diligit animas, ꝙ nunquam fuit vir tam zelotipus de vxore sua, nec filia de patre, nec dominus de ancilla, sicut Christus de anima. Ideo dicit, Zelus illius, & armabit creaturã, id est humanitatem virtutibus, quia diuinitas est semper armata ad vltionẽ inimicorum. Sapi. 5. Fiat ergo cõclusio, quando rex ingressus campum armatur, nonne & milites armanturi Ideo militibus, id est nobis dicit thema, Induite armaturam Dei, scilicet virtutes, bona merita, & patet thema. Tria debent nos inducere & incitare ad recipiendum arma virtutum, & bonæ vitæ.

Primus locus in quo stamus.
Secundus inimici quos habemus.
Tertius præmium quod expectamus.

De his tribus dicit thema, Induite vos armaturã Dei. Dico primò quòd debemus armari propter locum in quo stamus, qui est mundus iste, quia sumus in medio duorum extremorum contrariorum, scilicet cæli beatorum, & inferni damnatorum. In cælo enim non oportet armari, quia non timent inimicos, nec dæmones, nullam habent malam voluntatem, nec aduersitatem, nec impatientiam immo sunt in quiete perpetua, & in pace secura sine fine. Auctoritas Dei per os Prophetæ, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Et securitas vsque in sempiternum. Esa. 32. Nota cùm dicit, in pulchritudine pacis. In hoc mundo pax vertitur in turpitudinem. Milites enim tempore guerræ sunt cum timore, orant, confitentur, sed tempore pacis dant se inhonestatibus, furtis, luxuriæ erga mulieres, puellas maritatas, virgines, & moniales, non sic de pace paradisi. Ideo dicit, Sedebit populus meus in pulchritudine pacis. Et secundò dicit, Et in tabernaculis fiduciæ. Ista tabernacula sunt illæ mansiones, de quibus dixit Christus, In domo patris mei mansiones multæ sunt. Ioannis decimoquarto, scilicet nouem ordines Angelorum, in quibus populus Dei collocatur & distribuitur. Aliqui cum Angelis, vt pœnitentes, & sic de alijs. Dicitur tertiò, in requie opulenta. In hoc mundo multi habent pacem cum proximo, sed habent paupertatem & indigentiam. Sed illi de paradiso cum pace habent & abundantiam omnium rerum, quidquid volũt, quidquid desiderãt, habent. Quartò dicitur, Et securitas vsque in sempiternum. Multoties in hac vita habemus pacem, sed timemus de futuro ne habeamus guerram, sed in paradiso est securitas æterna. Ideo non oportet ibi armari, sed in inferno, licèt esset eis bonum armari, non tamen possunt. Ratio, quia sunt captiui, & iam perpetuis carceribus deputati. Ideo non possunt armari, nisi pro tanto quòd in illa malitia obstinati sunt & indurati, quia non desiderant nisi malum, vel nisi malè, vellent quòd omnes essent etiam damnati cum eis. Et licèt habeant liberum arbitrium, tamen ligatum est, & non potest exire in aliquod bonum opus. Congregabuntur in congregatione vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere. Esaiæ vigesimo quarto capite. Nota, congregabuntur in congregatione vnius fascis, igniti supple. Sicut quilibet titio per se comburitur, sed quando congregantur in vnum magis comburuntur, quia vnus iuuat alium ad comburendum. Ita in inferno quilibet damnatus comburitur, sed quando plures sunt, magis comburuntur. In hoc mundo, solatium est miseris socios habere pœnarum, scilicet

videre perditionē virorum vel bonorum, sed in inferno quanto plures sunt, tanto pœna est maior. In cælo ergo non est necessarium armari, & in inferno non possunt, sed nobis est necessarium, qui nōdum sumus in cælo, nec in inferno. Ideo dicit thema, Induite vos, scilicet modò dum estis in cāpis, vt non vincamini ab inimicis, vbi est continuum bellum cōtra vitia & peccata. Iob. 7. Militia est vita hominis super terrā, non dicit in cælo, nec in inferno. Et sicut dies mercenarij dies eius. Mercenarius enim si bene vel malè laborat, meretur salarium vel pœnā. Ita de nobis. Si bene laboramus in operibus bonis, & virtuosis, & bona vitā, meremur salariū pro alia, sed si ex peccatis vincimur in carcere peccati, erim⁹ captiui in inferno. Remedium ergo est vt abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic vt in die honestè ambulemus. Roman. 13. Quilibet scit suā bonam vitā vel malā, & si scit se viuere in peccatis, forās ea expellat. Abiiciamus ergo opera tenebrarū, s. peccata, & induamur arma lucis, s. virtutes peccato oppositas. Verbi gra. Si aliquis sentit in se illud opus tenebrosum, s. superbiæ, pompæ, vanæ gloriæ, abijciatur, & induatur humilitate, vt Christus, & virgo Maria, de quo Luc. 1. Respexit humilitatē ancillæ suæ &c. Itē idem dicēdum est de opere tenebroso, s. auaritiæ, vsuræ, rapinæ, simonię, & sic de alijs. Dico q⁹ secūda ratio, quare debem⁹ armari, est propter inimicos quos habemus. Si vultis aperire oculos animarum, ad videndum quales inimicos habemus, s. dæmones, quia inter homines non debet esse inimicitia seu guerra, sed cōtra dæmones qui volunt nostram damnationē & corruptionē, cōtra istos fortiter pugnare debem⁹. Auct. Non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarū harum, cōtra spiritualia nequitiæ in cælestibus. ad Ephes. 6. quasi vellet dicere Apostolus. Quare debetis armari armis virtutum, quia non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē. i. homines, sed aduersus principes & potestates. q. d. inimici nostri sunt ita potentes, ꝙ respectu nostri sunt vt principes, siue reges respectu vni⁹ pastoris. Maior enim est potētia eorū leone, si Deus permitteret, subitò destruerēt totum mundū, tāta est potestas eorum, & nos miseri sumus debiles vermes, & corrupti. Ideo necessariū est armari. Secundò est nobis colluctatio aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Ipsi verò sunt astutissimi, vt homines armorū, qui diu secuti sunt arma, & bella respectu rusticorū inexpertorū. Septem milia annorū sunt, ꝙ dæmones sequuntur arma, ideo sciunt bene vbi debēt percutere, & nos miseri nescimus adhuc quid est bellū spirituale, & illi nunquā fecerunt aliud cōtra patriarchas, prophetas, apostolos, & etiam cōtra Christum & virginē Mariam. Tertiò est nobis colluctatio cōtra spiritualia nequitiæ, id est contra spiritus nequā, qui sunt inuisibiles.

biles. Periculū esset cæcis pugnare cōtra inimicos inuisibiles, vnus esset sufficiens ad cētum. Ita de nobis, qui sumus cæci in hoc mundo, quia nō possumus videre dæmones, qui vadunt in circuitu, percutiendo modò vnum in capite per superbiā, modò aliū in gutture per gulā, & sic de alijs. Oportet ergo nos armari cōtra ictus tentationum. Quartò dicit, in cælestibus. Ipsi enim habēt aduantagium. Dicunt milites, & etiā Vegetius de re militari, ꝙ qui potest habere aduantagium de colle, siue de monte &c. bene stat in bello. Ita dæmones habent aduantagium, tenēt enim nos sub manu. In inferno enim quot sunt animę, tot sunt dęmones ad torquēdum, sed in aēre caliginoso est magna multitudo dæmonū ad nostrum exercitiū, & tentationē nostram. De hoc vide S. Tho. 1. par. quæst. 64. art. 4. Sunt enim vt atomi in radio solari. Ecce quomodo habent aduantagiū. Videtur ergo vobis si debemus armari? Ergo induite vos armaturā Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli, ad Ephe. 6. Dico tertiò ꝙ debet mouere nos ad armandū premium quod expectamus. Premium debitum legitimè laborātibus est corona cęlestis glorię. Multum crederet luerari, qui in vno bello obtineret coronam regis Franciæ, Arragoniæ, Chastellæ, quæ nihil valēt vel parum, quia si hic lucrantur, animæ nonnunquā perduntur post mortem. Item subiiciuntur tot miserijs & indigentijs. Sed corona paradisi, quæ datur animæ intrāti paradisum per Christum, vt depingitur de virgine Maria, Veni amica mea, veni coronaberis. Cant. 4. ex quo semel recipitur, nunquàm perditur, & ex quo colloceatur in cathedra, habet abundantiā omnium rerū. Ideo omnes labores omnium bonorū operū dulces debēt esse nobis pro illa corona obtinenda. Dicatur hic miraculū de vitis patrum, de illo qui in vna nocte lucratus est septē coronas, quia contradixit tentationi ne dormiret. Modò si pro tam leui re ille obtinuit septē coronas, quid erit de nobis si volumus cōtradicere, & resistere fortiter tentationi de superbia? quādo dicit dęmon, O talis vadit sic &c. nō credatis sibi. Idē de tētatione auaritiæ, quādo dicit, Talis ascēdit, & congregauit diuitias, quia mutuauit, vel emebat &c. aduantagiū, vel vendebat pluris propter solutionis dilationē, non credatis sibi, sed fortiter resistite. Idem de luxuria dicit, O quantū solatium esset cū tali iuuencula peccare. Idē de vindicta, nō credatis sibi. Idem de pœnitentia quando dicit, Et quare vis facere pœnitentiā? fortè nocebit tibi &c. nō credatis sibi, quia si estis fortis, & vincitis, habebitis coronā. De hoc auctori. Labora sicut bonus miles Iesu Christi. Ratio subditur, quia nō coronabitur nisi qui legitimè certauerit. 2. Thes. 2. Legitur de Romanis ducibus, qui mittebantur contra prouincias, qui bellabāt viriliter, & cum magnis periculis, expectantes coronā de lauro ad introitū Romæ. Nos ergo debemus fortius animari, qui non de lauro, sed

de auro coronabimur in porta paradisi, & laudabimur ab angelis & sanctis. Ideo Apostolus, Omnis qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet, & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiãt, nos autem incorruptam. 1. ad Corinth. 9. Ergo considerando locũ, in quo sumus, inimicos quos habemus, & præmiũ quod speramus, armari debemus. Ergo induite vos &c.

De eadem Dominica. *Sermo* IIII.

ACcipite armaturam Dei. ad Ephe. 6. In ser. hesterno declarau qualiter & quare debem armari. Modò iuxta the. volo declarare qualia arma & quæ debemus recipere vt simus fortes contra diaboli tentationes, mundi occasiones, carnis inclinationes, & antichristi impugnationes. Saluetur virgo Maria. Pro intellectu huius verbi sciẽdum q̃ doctrina est communis in sacra theologia, & approbata per omnes doctores & magistros in theologia, q̃ peccare est ita commune creaturis humanis huius mũdi, q̃ solũ exceptis duobus, scilicet Iesu Christo, & virgine Maria, nullus alius homo potest excusari quin ceciderit, vel aliquando in peccato fuerit. Multæ sanctæ personæ & spirituales fuerunt in hoc mundo, & inde non possunt excusari à peccatis. Hoc patet per regulã philosophiæ, Quod à natura inest, semper inest naturę specificè. Vt intelligatis regulã. Cornus à natura est niger, ergo nigredo omnib' inest naturalis vel formalis. Idem de albedine cygni, & pictura vel varietate pauonis vel vpupæ. Idem de hominibus q̃ habeant duos oculos, & quinque digitos in qualibet manu, & quolibet pede. Patet regula philosophicè. Modò videamus in theologia peccare vtrum inest hominibus à natura? Dico q̃ sic. Nam in peccato concurrunt tria, scilicet principium, medium, & finis. Prima duo sunt à natura. Tertium verò voluntate. Ideo est culpa & peccatũ ex consensu voluntatis. Peccatum enim incipit à sensibus corporis, qui naturaliter inclinantur ad malum, sicut oculi ad vidẽdum etiam illicita &c. Item auditus, & odoratus, & gustus similiter inclinantur. Similiter & inclinatur tactus manuum, vel aliarum partium inclinantium ad luxuriam, & malũ. Et talis inclinatio non est peccatum, quia naturalis est, sed est principium peccati. Medium verò peccati est in imaginatione, quando scilicet homo cogitat quomodo fieret peccatum, nec illa est peccatum, quia naturalis est, sed medium peccati, hoc etiam est naturale. Aucto. Sensus & cogitatio, id est imaginatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescẽtia sua. Genes. 8. Patet quòd principiũ & mediũ peccati est à natura, finis verò à voluntate, quando voluntas consentit, tunc est peccatũ consummatum. Peccatum cùm cõsummatũ fuerit, nõ dicit, inchoatũ vel mediatũ, generat morte. Iac. 1. Patet ergo q̃ peccatum à natura inest quantũ ad hoc, quia principium & medium sunt à natura. Aucto. Nequã est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum. Sapi. 12. Quãdo Deus creauit Adã & Euã, creauit eos in tanta æquitate, q̃ sensus & imaginatio cõcordabant cum ratione, intantũ q̃ cùm essent nudi in paradiso, & Eua esset pulchrior mulier quæ vnquam fuit, virgine Maria excepta, & respicerent se mutuo, non erat desiderium, nec concupiscẽtia in eis, immo in paradiso terrestri in tantà æquitate & conformitate erant, q̃ nec sensus, nec imaginatio, nec ratio in aliquo discrepabant, & illa dicitur iustitia originalis. Sed postquã per eos fuit peccatum cõmissum contra Dei præceptum, comedendo de liguo &c. O dixit Deus, tã tam malè vsi fuistis gratia per me vobis data, & abstulit illis illã gratiã æquitatis, & dimisit principijs naturalibus, statim fuit in eis motus sensualitatis & imaginationis contra rationem, intantum quod habuerunt sibi facere perizomata de folijs ficulneę, & sic consequẽter sumus sine illa æquitate. Ideo dicit, Nequam est ratio eorum. Et hoc sequitur naturalis malitia, id est peccatum. Ex dicta aucto. elatè innuitur q̃ peccatum, quantum ad principium & medium, est naturale. Item alia aucto. Apostoli loquẽtis de se & de alijs, dicẽtis, Nos omnes aliquando cõuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes volũtatẽ carnis, id est sensualitatis, ecce principium peccati, & cogitationum, medium, & eramus natura filij iræ, sicut & ceteri. ad Ephes. 2. Fiat ergo ratio ex regula. Si q̃ à natura est, semper inest, peccatum inest à natura, vt probaui, ergo semper inest, nisi de gratia speciali eximatur vt virgo Maria. Hoc dicit August. de gratia & natura. Si omnes sancti & sanctę dum adhuc viuerent, interrogati fuissent vtrum sine peccato essent, omnes respondissent, Si dixerimus quoniã peccatum nõ habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. 1. Ioan. 1. Ex hoc ergo habetur q̃ nullus fuit ita armat' virtute, sanctitate, & gratia, quin sagitta peccati arma penetrauerit, nisi armatura Christi. Si ergo nos, qui sumus in campo, volumus armari, quæ arma recipiemus? sanctorũ? non, quia nõ sunt probata, sed Christi. Ideo dicit thema, Accipite armaturã Dei. Non intẽdit dicere Apostolus taliter q̃ nũquam peccemus, sed quia dicit, sequamur eum iuxta dictum B. Petri, Sequamini vestigia eius qui peccatum non fecit. 1. Pet. 2. Et alibi, scilicet quarto cap. ait, Christo passo in carne, & vos eadẽ cogitatione armamini. Igitur videamus quæ arma sunt accipiẽda, vt armemus nos, & assimilemur Christo. Dico quòd nescirem inuenire meliorẽ armaturam q̃ Apostoli, qui dicit, State succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricã iustitiæ, & caleiati pedes in prꝑparatione euangelij pacis. In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere, & galeam salutis assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei. ad Ephes. 6. Vbi dat nobis sex armaturas.

Iri-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prima est cinctura de castimonia integrali.
Secunda lorica de iustitia generali.
Tertia calceus de concordia fraternali.
Quarta scutum de credentia virtuali.
Quinta capillicia de confidentia celestiali.
Sexta gladius de iustitia spirituali.

Dico primo cùm dicit, State succincti lumbos vestros in veritate. Hoc videtur ad experiẽtiã, ꝙ homo fortior est cinctus, q̃ sine cinctura, ideo bellantes cingunt se. Hic ostenditur ꝙ in bello spirituali stringamus nos cingulo, s. castimoniæ integralis, quia dicit Greg. ꝙ luxuria est in renibus. Ideo viuamus castè contra malas inclinationes carnis, aliàs qui non viuit castè, cadit in multa peccata, falsè iurando, diffamando, occidendo, ad cooperiẽdum peccatum, immo quod peius est, tenendo concubinã, ad dæmones recurrendo, inuocando vt possint habere mulieres. Ecce quare dicit, State suc. lumbos vestros, s. castè viuendo. No. cùm dicit, in veritate. Dicit regu philosophiæ ꝙ veritas est adæquatio, id est conformitas rei ad intellectum, quando scilicet res cõcordat ad extra, sicut existit in intellectu veritatis, sicut quando ego cõcipio sortem currere, si ita est à parte rei, s. ꝙ currat, tunc res correspondet cõceptui vel verbo intelligibili, & propterea dicit Philosophus. 1. Perihermenias, Sunt enim ea quæ sunt in voce earum quę sunt in anima passionum notę, ergo castitas est, quando illud opus non fit, nec in mente desideratur. Tunc fit adæquatio rei ad intellectum, quoniam intellectus nõ cogitat, nec desiderat ab intra, nec in re opus fit ad extra. Quid valet castitas dicentium, Non facerem opus, quia essem diffamatus, si desiderant facere, si secretè posset fieri, & permanere, talis est cast⁹, sed non in rei veritate. Idem etiam de religioso & clerico, qui propter verecundiam gẽtium viuunt castè, sed in mente desiderant, nõ ibi est adæquatio rei ad intellectum. Idem de sene, qui nõ potest, & desiderat cogitando. Quo venerunt peccata quæ operabaris priùs, scilicet cùm eras iuuenis. Dico ꝙ talis non est castus in veritate, State ergo succincti. Benedictus est qui isto cingulo stringit renes corporis & cordis, & concordat verbum Christi dicentis, Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris. Luc. 12. Illi qui vadunt circunspiciẽdo, spatiando, qui non sunt contenti de vxoribus, & vadunt &c, dicit Christus: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, quia luxuriosi vadunt de nocte, quærunt tenebras & latibula, & qui malè agit, odit lucẽ. Ideo sint lucernæ ardẽtes, id est opera clara in manibus vestris. Itẽ contra illos qui dicunt, Faciam, & posteà confitebor. Et miser si moreris in peccato, vt ille qui dormiebat cum quadam muliere, & domus cecidit, & mortui sunt, & dãnati. Itẽ esto ꝙ cõfitearis, oportet face-

facere pœnitentiam, vel hic, vel in purgatorio, vel in inferno. Ideo nolite quæ rere talia solatia. Ecce prima armatura castimoniæ integralis, s. mẽte & corpore. Secunda armatura est lorica de iustitia generali, cùm dicit, Induite loricam iustitiæ. Secundum Philosophum iustitia dicitur lorica, quæ totum hominem armat in circuitu, ante & retrò, à dextris & à sinistris. Ita iustitia omnibus ante & retro dat quod suum est. Illi qui stãt ante, sunt vxor, filij, & famuli. Istis tenemini dare instructiones, ne irrent nisi per aduerbia, ne mentiantur, ne rapiant, sed ꝙ cõfiteantur, & communicent, & orent, & ipsi etiã teneantur dare patri seu Domino honorem. Eccles. 7. Filij tibi sunt, erudi illos. Sic bonus Tobias docuit filium suum ab infantia timere Deum, & cauere ab omni peccato. Tob. 2. Retro sunt illi, qui iã trãsierunt vt defuncti. Istis tenemur dare oratioñ, maximè hæredes, manumissores, complendo testamenta. A dextris sunt ecclesiastici, prælati, & alij. Istis tenemini dare reuerentiam. A sinistris sunt illi quos defraudamus, si volumus saluari, satisfaciamus quib⁹ tenemur ad restitutionem. Ecce lorica iustitiæ, circundans totum hominem. Benedictus qui potest dicere, nihil debeo alicui. Si habes mille florenos de bono iusto, & vnum de malo iniusto, ille corrũpet alios, vt poma corrupta corrumpunt poma recentia. Qui habet istam iustitiam generalem, potest dicere, Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimẽto &c. Iob. 29. Tertia armatura cùm dicit, Calciati pedes in præparationem euangelij pacis. Hic armat nos de concordia fraternali. Differunt enim calciatus & discalciatus. Discalciatus enim sentit spinas, lapillos, & viarũ obliquitates, & duritias, calciatus verò nõ. Ita qui habet cõcordiam fraternalem, calciatus est, & non sentit spinas, verba aspera, dura, iniurias, & fraudes sibi illatas. Dicitur sibi, Vos estis hypocrita, dicit, non dicitis filij ex toto falsum, & sic de alijs. Sed modò pauci vadunt calciati, omnes vadimus discalciati, non solùm homines, sed etiam mulieres, quæ de nihilo se sentiunt, dicentes: Non loquerer ei, quia dixit mihi, cauillatrix, &c. De decẽ annis recordãtur de iniuria. Ideo dicit, calciati. O si diceret aliquis, Ego non vindicabo me de morte patris, cùm sit tanta iniuria, vel filij, seu fratris, &c. Maior Dominus est Iesus Christus, qui in cruce dixit, Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt. Luc. 23. Ergo calciamenta habebitis in pedibus vestris, tenẽtes baculos in manibus. Exod. 12. c. Baculus iste de quo dixit, illo percutiẽdi sunt dæmones. Et est baculus quo sustentamur, quia si aliquis te iniuriauit diffamando, tene baculum in manibus, non te vindicando, quia dicebatur Christo in cruce existenti, Vah qui destruis templum &c. Alios saluos fecit &c. & sic de alijs. Sed ipse ait, Pater ignosce illis, &c. Quartò sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Hic autem armat nos de scuto credentiæ.

tiæ. Ratio, quare fides dicitur scutum. Scutum non est factum longum aut rotundum, sed habet tres angulos. Ita fidem habemus de Deo, & firmiter credimus quòd sit vnus in essentia, & trin⁹ in personis. Secunda ratio est, quia scutum portatur in sinistra parte, Sicut in homine sunt dextra & sinistra, ita sunt duæ vitæ, scilicet æterna in paradiso, & ista dextra est & temporalis in hoc mundo quæ dicitur sinistra. Aucto. Leua, id est, sinistra eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Can. 2 In paradiso non est fides, quia fides est credere quod non vides. In paradiso totum vides clarè, sed scutum fidei portatur in sinistra, id est, in hac vita. Nos modò credimus trinitatem, sed in paradiso non, quia videbimus clarè, & poterimus tunc dicere, Sicut audiuimus, scilicet in ecclesia christiana, sic videmus in ciuitate Domini virtutū. No. in quo posītis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Aliqui sunt nequam, vt Christiani qui habent fidem & malam vitam, credunt Christum esse Deū, sed nolunt ei obedire. Nequiores sunt, qui nō habent fidē nec obedientiā, vt infideles. Sed nequissimus erit antichristus citò venturus, Scutum fidei stat in Credo. Dicatur semel. Ideo dicit, in omnibus sūpple diebus, sumentes scutum fidei mane & sero cū protestatione, & defendat vos ab antichristo. De isto scuto Dauid, Scuto circūdabit te veritas eius, non timebis &c. Psal. 90. Veritas Dei est scutum fidei, s. Credo, contra omnia tela nequissimi, s. antichristi, qui mittet quatuor iacula huic mundo, s. Primum disputationum. Secūdum prosperitatū, Tertium falsorum miraculorum. Quartum tormentorum, omnia scuto extinguuntur. Quinta est, galeā salutis assumite. Hic armat nos in capite de capillicia, & de confidentia cælestiali, rectè galea comparatur confidentiæ. Ratio, tres sunt virtutes theologicales, scilicet fides, spes, & charitas, & spes est altior, nō dico maior est spes, quia fides & charitas duas partes habēt, altam & bassam. Fides habet quòd est vnus Deus, pater, filius, & spiritussanctus, istud est altum. Item bassum propter Christi incarnationem. Item de gloria altiori in cælo, quam Deus dabit bonis, credere pœnas inferni, quas Deus dabit malis, & sic fides habet altū & bassum. Charitas in duobus consistit præceptis, scilicet diligere Deum, & proximum, Deum vt altum, proximum vt bassum. Spes verò tantum est alta, quia in nullo est sperandū nisi in Deo. De illis qui sperant in homine, dicit Propheta. Maledictus homo qui cōfidit in homine. Hiere. 17. Ergo spes habet tantum altum in Deo. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Hiere. 17. Ecce galea alta. Ergo auisetis vos, nō ponatis spē vestram in rebus temporalibus, sed in Deo. Verbi gra. Bonus & aptus medicus quando recipit infirmū in cura, nō debet confidere q̄ ipse dabit sanitatem, quia effectus Dei est, sed dicat, Ego faciam secundum artem

tem & meam scientiam, sed quòd sequatur effectus sanitatis, confidatis in Deo. Sextus gladius, quod est verbum Dei. Ex quo enim sumus armati in renibus de castimonia integrali, & lorica de iustitia generali, & pedibus calciati de concordia fraternali. In sinistra manu scuto fidei, & galea confidentiæ cælestis. Oratio armat nos manu dextra gladio iustitiæ spiritualis. Scutum est ad defendendum. Ensis vel gladius ad offendendū. Ita oratio est ensis vel gladius quo percutiuntur inimici nostri, quando mane & sero deuote orat. Primò signando se, & flexis genibus cogitando quòd videns Christū quem sancti adorant, qui inimicatur nobis, talis oratio dicitur gladius, quia ore, & corde cogitando debet dici, & tunc inimicus non audet appropinquare. Dicatur de Iuliano apostata, qui inuocabat dæmones, & eos mittebat cum literis, & intra horam redibant cum responsione, sed sic non est faciendum nobiscum, ne creatorē nostrum commoueamus, qui vnicuique secundum sua merita retribuet, vt dicitur Apocal. 19. de ore eius, scilicet orantis procedit gladius ex vtraque parte acutus, vt in ipso percutiat gentes. Ecce quare dicit thema, Accipite armaturam Dei.

De eadem Dominica XXI. post Trinitatem. Sermo V.

STate in præparatione euangelij. Verbum istud habetur Ephes. 6. Salutetur virgo Maria. Pro declaratione huius verbi sciendum q̄ in theologia inuenitur magna differentia inter præparationē cordis, & executionē operis, quia licèt homo aliquid conficere velit, potest tamen impediri. Verbi gra. Quilibet habet liberum arbitrium eligendi, ordinandi &c. sed executio sæpe impeditur, quia eritis pauper, non habebitis ad manducandum. Patet ergo quòd præparatio est in corde, & executio non. Item multi possunt cogitare, & præparare se, vt vadant ad sanctum Iacobum, vel Hierusalē, sed si essetis contractus, non poteritis exequi. Item multi disponunt, ordināt, & desiderant ire ad ecclesiam, si interea incidunt in infirmitates, tunc executio est impedita. Quòd autem differentia est inter præparationem & executionem. Auctoritas. Cor hominis disponit viā suam, scilicet per liberum arbitrium, sed Domini est dirigere gressus eius. Prouerbi. 16. Item alia ibidem. Hominis est animum præparare, & Domini gubernare linguam. Nota, hominis est præparare animum ad prædicandum, vel disputandum &c. sed executio ad extra Domini est gubernare linguam. Quia ergo executiones operum ad extra nō sunt in libero arbitrio, sed præparationes, ideo dicit thema. State in præparatione euāgelij. Non dicit in executione, quia sanctū euangelium præcipit facere eleemosynam. Vnde si non habetis, sufficit habere cor præparatum, quòd si haberetis, tunc faceretis. Item præcipit confiteri, sed sufficit habere cor præparatum.

Idem

Idem de alijs operib⁹. Patet the. Diceret aliquis, In quib⁹ stat euangelium Christi? Dico q̄ tota doctrina euāgelica cōsistit in quatuor.

Primò in simplici credentia.
Secundò in plena obedientia.
Tertiò in digna pœnitentia.
Quartò in firma perseuerantia.

De omnibus istis & in speciali dicit the. State in præparatione euāgelij. Dico primò q̄ sanctum euangelium præcipit habere simplicē credentiam, simplex credētia est alicui credere de magnis & mirabilibus rebus factis, & altioris dignitatis, perfectioris sanctitatis, & plenioris sapiētiæ, q̄ nunquā mentitur, tantò eius assertioni simpliciùs est credēdum sine iuramēto & testibus. Talem credentiam vult Christus à nobis, id est, vt alta, inuisibilia, & incomprehēsibilia fidei transcēdentis simpliciter credamus, non ponēdo nos in disputatione, s. quomodo potest hoc esse &c. Non velle testes &c. sed dicere, quia vos domine dicitis, qui non potestis dicere falsum, credo simplici verbo, licèt intellectus meus non possit comprehēdere. In hoc facimus Christo magnū honorē. Verbi gratia. Quilibet Christianus credit trinitatem, & hic non videtur quomodo tres personę sint vna essentia, tamē quia vos mihi dicitis, ego credo, ex quo estis tantæ sanctitatis, dignitatis, & sapientię, q̄ non potestis mentiri &c. Item dicitis q̄ est Deus & homo, credo vt suprà in præcedenti sermone. Auctoritas de omnibus his. Venit Iesus in Galilæam prædicans euangelium regni, & dicens: Pœnitemini, & credite euangelio &c. Mar. 1. Nota aduentus in Galilæam, quæ interpretatur rota, signat Christi incarnationem, per quā venit in istū mundum volubilē, vt prædicaret euangelium regni Dei, quia, s. credētes portat ad regnum Dei. Ideo Apost. Non erubesco euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti. Ro. 1. Non erubesco, sicut faciūt multi, prædicātes Ouidium, Vergilium, Terentium, & aliàs fabulas poēticas, in quibus nulla est fides, quia multa mentiuntur poētæ, vt dicitur in 1. Metaphy. Dico secundò &c. s. plena obediētia, non solū euangeliū Christi præcipit simplicē credentiā, sed & plenā obediētiam. Ratio. Nullus dominus est contētus de sola credētia subditorū erga ipsum, sed oportet reddere obedientiā plenā. Si enim credis q̄ Christus sit dominus, rex saluator omnipotens. Ergo sis ei obediēs, quia obediētia sequitur ad credētiā. In hoc offēduntur illi qui credūt Christo, quia ad extra ei obediūt. Christ⁹ præcipit nō ire ad diuinos &c. sed recurrere ad deū in necessitatib⁹. Qui nō recurrit, obediēs est, sed modò tot sunt inobediētes. Tales licèt ore nō dicāt propter timorē, opere tamē offēdūt Deū nō omnipotētem &c. Item si credis ipsum Deū, offēde obediēdo, quia præcepit nō iurare, luxuriari, blasphemare &c. quia de rege suo & prælato homo loquitur

tur cum reuerētia. Item quilibet dominus vult de seruis suis, quibus prouidet, aliquod seruitium. Cùm ergo Christus sit Dominus, dans nobis prouisionem rerum omnium, faciamus sibi aliquod seruitiū, scilicet in hebdomada seruemus dominicam. Ecce quomodo obedientia sequitur ad credentiam. Ideo Christus, Euntes in mundum vniuersum prædicate euangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Marc. vlt. Nota euntes in mundum vniuersum, prædicate duas conclusiones, scilicet simplicem credentiam, ideo dicit, qui crediderit, & plenam obedientiam, ideo dicit, baptizatus fuerit &c. Qui baptismus, cùm sit quædam dedicatio hominis ad seruitium Christi, sicut serui ad dominum, plenam obedientiam includit. Baptismus enim non solùm includit esse lauatum, sed esse seruum Christi. Ideo decipiuntur multi, non intelligentes istam auctoritatem quomodò istud vocabulum, baptizatus fuerit, includit obedientiam, vt declaratur Mat. vlt. Euntes docete omnes gentes, baptizātes eos in nomine patris, & fili, & spiritussancti, docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. Dico tertiò &c. digna pœnitentia. Ratio, quia certum est quòd omnes deficimus in primis duobus vel in simplici credentia, vel disputando quomodo Christus tam magnus erit in parua hostia &c. Respōdere debemus, quòd ista & maiora Deus potest, qui posset totum mūdum intra auellanam includere. Item de obedientia, quia multi sunt inobedientes. Non omnes obediunt euangelio. Rom. 10. Ideo prouidit nobis supremus medicus de remedio pœnitentiæ salutari, quia aliàs quomodo possemus ire ad paradisum? ergo facere debemus pœnitentiam, dolere de peccatis, recipere propositum non redeundi, confiteri, recipere pœnitentiam, & seruare ipsam, quæ est data à cōfessore. Auct. Quoniam impletum est tempus, & appropinquabit regnū Dei. Pœnitemini & credite euangelio. Mar. 1. Nota quoniam impletum est tempus, s. mundi. Iam sumus in fine. Ideo auisetis vos. Quilibet corrigat se dimittēdo peccata, & malā societatem, vt simus parati in die iudicij. Non ponatis cor in istis mūdanis &c. restituatis, & remittatis iniurias. Et eo concordat apostolus. Hoc itaque dico vobis fratres, Tempus breue est. 1. Corinth. 7. Secunda ratio, quoniam appropinquabit regnum Dei, facientibus, supple pœnitentiam. Ante aduentum Christi licèt facerent homines pœnitentiam, non tamen appropinquabant ad regnum cælorum, sed infernorum. Adam enim, qui ex peccato suo fecit nongentos & triginta annos de pœnitentia, tamen ad infernum descendit, & sic de alijs. Tertia ratio cùm dicit, Credite euangelio, quod, scilicet præcepit pœnitentiam. Pœnitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. Mat. 3. & 4. cap. Dico quartò quòd sanctum euangelium vult & præcipit nobis firmam perseuerantiā in bona vita,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sanctis operibus, quia nec simplex credentia, nec plena obedientia, nec digna pœnitentia, placent Deo sine perseuerãtia apud Deũ. Plus consideratur perseuerãtia finalis, quàm longitudo temporalis. Verbi gratia. Sint duo, quorum vnus vixerit sanctissimè in bonis operibus centum annis, sed quia per vnum diem dimisit seruitiũ Dei, ante mortem damnabitur. Alter verò centũ annis vixit in peccatis, & vltima die ante mortem conuertitur ad Deum, & dolet de peccatis, & ꝓponit abstinere, & sic moritur, saluabitur &c. quia plus Deus respicit perseuerantiam finalem, quàm longitudinem temporalem. Hoc videtur nobis mirabile quòd ille damnetur, & alter seruetur. Sed declarabo per similitudinem de duobus euntibus Romam tẽpore indulgentiæ plenariæ, quorum vnus venit è longinquo cum magnis periculis & expensis, sed quando est iuxta portam ciuitatis Romæ, reuertitur, & non intrat. Alius autem venit de vna leuca, & intrat, & visitat sanctuaria. Quis de istis duobus, lucratus est indulgentias? Nõne ille qui intrauit? quia bula, vel papa dicit quòd qui intrat & visitat sanctuaria. Idem, nam papa Iesus dat plenam indulgentiam omnibus veniẽtibus Romam, id est ad paradisum, sed qui antequam intrat portam mortis reuertitur retro per peccatum mortale, non lucratur indulgentias, sed ille qui intrat continuando, scilicet bonam vitam vsque ad mortem, iste lucratur. De istis quatuor punctis vna auctoritas. Notum vobis facio euangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis f. simpliciter credẽdo, in quo & statis. f. plenè obediendo, per quod & saluamini. f. dignè pœnitendo, si tenetis. f. firmiter perseuerãdo, nihil frustra credidistis. 1. Cor. 15. Nota exemplum de illo qui confidens in multitudine annorum sui seruitij non perseuerauit. Ego præparemus cor ad simplicem credentiam, ac plenam obedientiam, & corpus ad dignam pœnitentiam, & firmam perseuerantiam, iuxta consilium thematis dicentis, State in præparatione euangelij.

De eadem Dominica XXI post Trinitatem.

Sermo VI.

Confortamini in Domino, & in potentia virtutis eius. Eph. 6.

Salutetur virgo Maria. Pro declaratione themꝫ. & introductione materiæ prædicandæ, sciendum qꝫ Christus loquens de persona deuota, pœnitente, & bonam vitam tenẽte, dicit talem comparationem, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita. Mat. 5. Verba sunt figuratiua, sed secundum glosas & doctores vult dicere quod ciuitates, f. personã sancta, quę dicitur ciuitas, quia sicut in ciuitate sunt magnæ plateæ, & palatium regis: ità intra personam deuotam sunt tres magnæ plateæ, scilicet memoria præteritorum, secunda, intelligentia præsentium, tertia, est voluntas futurorum. Plateæ sunt sensus corporis interiores, sensus communis, fantasia, imaginatio & reminiscentia. Domus regis intra quam habitat, & quiescit est conscientia. Portæ sunt quinque sensus corporales. In hac ciuitate est abũdantia mercatuonum, scilicet veritatum theologicalium, & cardinalium meritorum, & bonorum operum. Talis persona est propria habitatio Christi. Ideo ecclesia in persona Christi & gloriosissimæ virginis dicit, In ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Hierusalem potestas mea. Eccles. 24. Talis est posita supra montem, scilicet fidem. De quo Esaias, Venite, ascendamus ad montem Domini. Esa. secundo. Nota ascendamus per credentiam, obedientiam, & pœnitentiam. De tali ciuitate dicit Christus. Non potest ciuitas abscondi supra montem posita, nec Deo, nec hominibus, neque dæmonibus. Non Deo, vt clarum est, nec gentibus, quia licèt velit abscondi, tamen Deus eam manifestat ad gloriam suam, & ad exemplum gentium, ipsis dicentibus, Non nobis Domine, non nobis &c. nec dæmonibus, quia sicut ciuitas obsidetur ab inimicis ad capiendum, ita quando Lucifer scit aliquam personam sanctam, & bonam, dicit, illa ciuitas est mihi rebellis, obsidet eam in circuitu. Auct. Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. 1. Pet. 5. Sed non oportet ipsum timere, sed cõfidere de Domino Iesu Christo, hoc dicit thema, Confortamini in Domino &c. Loquitur apostolus personis bonis, sicut loqueretur ciuitati obsessę auxilium expectanti, dicendo, Confortamini &c. Patet thema. Modò videamus, ciuitas ista seu castrum obsessum in circuitu quomodo potest defendi ne capiatur ab inimicis, Dico quòd requiruuntur sex conditiones.

Prima conditio quod castrum sit bene prouisum in victualibus,
Secunda quod in parte debiliori sit bene munitum,
Tertia quod habeat populum audacem,
Quarta quod porta castri optimè claudantur,
Quinta quod eius incola cum inimicis non loquantur,
Sexta quod custodia diligenter obseruentur.

Sex quæ animam iusti ad instar ciuitatis custodiunt.

Dico primò &c. f. quod in victualibus bene &c. Ita de nobis. Quęli bet bona persona est ciuitas obsessa ab inimicis. Oportet ergo qꝫ habeat prouisionem de escis spiritualibus. Spiritualia victualia nostra sunt illa, de quib⁹ Christus, Nõ in solo pane viuit homo, sed in &c. Mat. 4. Orando, f. deuotè, quotlibet die mane & serò, legendo, audiẽdo missas, & diuinis officijs intereſſendo, confitendo, & communicando, tunc ciuitas est optimè munita, nõ capietur propter famem. Auctoritas. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos. Et factum est mihi verbum tuum in gaudium, & lætitiam cordis mei. Hieremiæ 15. Item alia, Congreganerunt frumenta, id est verba diuina in prę-

parationem pugnæ, Iudith. quarto. Ergo confortamini. Secunda cõ-

ditio est quòd in debiliori parte &c. Ita in ciuitate, scilicet in deuota persona, debilior pars est caro seu sensualitas, quia intellectus & ratio fortissima & alta sunt, sed caro est debilis, spiritus quidem promptus est, caro autē infirma. Mat. 26. Ideo muniēda est austeritatibus pœnitentialibus, & abstinentijs. Diceret aliquis, Hoc non fortificat carnē, imò debilitat. Verum est debilitat quantum ad opera temporalia & carnalia, sed quantum ad pugnam spiritualē, sic fortificatur. Auct. Virtus enim in infirmitate perficitur. Libēter igitur gloriabor in infirmitatibus meis vt inhabitet in me virtus Christi. Cùm enim infirmor, tunc potens sum. 2. Cor. 13. Multi facerent multa peccata si nō essent infirmitates. Ideo libenter gloriandū est. Tertia est vt nō sint timidi, vt Iudæi, aliàs ciuitas capietur. Ratio, quare in bello spirituali possumus habere cordis audaciam, quia sumus certi q; ciuitas nostra non potest capi violenter ad peccandū nisi consensus ibi fuerit. Vnde si vnus diabolus violenter poneret gladium in manu mea, & moueret brachiū, & interficeret aliquem me contradicente, non esset peccatum. Idē de muliere virgine contradicente, & nō eō sentiente, si præter suum velle violatur, non perdit virginitatē, imò tanquam virgo coronabitur in paradiso. Nota de beata Lucia, quomodo respondit infideli tyrānō, qui voluit eam duci ad lupanar, dicens, Nunquam inquinatur corpus nisi de consensu mentis si inuitā me feceris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronā. Ergo debemus habere audaciā cordis ne consentiamus peccatis, quia nisi consenserimus, aliter non possumus capi. Dicatur hic exemplū de beata Margareta, ad quam intrauit dæmon in carcerem, in forma docto ris ad decipiendum eam, vt consentiret principi, quia multa bona ei spoponderat. Dicatur quomodo Deus sibi reuelauit quòd erat dæmon, & ipsa audacter accepit eum per barbam. Si vna puella tantam audaciam habuit, quantò magis nos magni audaciam habere debemus? Hoc dicit scriptura, Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, omnes qui speratis in Domino. Psal. 30. Quarta quòd portæ claudantur, quia si aduersarij intrant, factum est, & ciuitas est capta. Portæ nostri cordis siue castra sunt sensus corporales, in quibus est resistendum, auertendo oculos à malis aspectibus, & turpibus, ad peccatum inclinantibus, quia per oculos nuntius venit ad cor dicendo, quomodo est pulchra. Portas huius castri malè custodiuit ille maximus miles, magnus rex Dauid, vt patet 2. Regum 11. Dicatur quomodo respiciendo vxorem Vriæ lauantem se, concupiuit eam, & cecidit in peccatum luxuriæ, & homicidij &c. Dicatur etiam quomodo peccatum ducens ad luxuriam ducit secū homicidium & gulam. Item oportet custodire aures, & alia sentimenta, resistēdo fortiter. Ideo dicit scriptura, Quoniā confortauit seras portarū &c. Psal. 147. Dicatur hic de illo sancto heremita, cunte cum matre sua sene, & in

Alias virtus enim mea.

& in transitu riui cooperuit sibi manus, ne tangeret eius carnes nudas, licèt mater esset antiqua. Dicunt aliqui, sit quod peccatum est respicere mulierem? O ribalde, Nunquid peccatum esset si quis dimitteret portam castri apertā inimicis? Ideo nolitè fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Psal. 31. Quinta &c. quando loquuntur cum inimicis dicitur, Factum est, ciuitas est capta, quia iam veniunt ad parlamenta. Ita parlamentum inimicorum nobiscum fit in imaginatione, cogitando certa peccata. Dicatur prout expediens erit. Citò capitur mulier quę locutiones admittit lenonum, sed stet viriliter, fortiter resistendo. Si autem audierit, & dicit, Quomodo fieret? hoc factum est, ipsa est perdita. Si verò recipit iocalia, factum est. Et ideo dicit scriptura, Prophana & inaniloquia de vita. Multum enim proficiunt ad impietatem, id est peccatum, & sermo eorum vt cancer serpit. 2. Tim. 2. Item homines qui volunt viuere castè, vitēt locutiones mulierum. Ideo beatus Dominicus docet cauere mulierum consortia, quia etiam viriles animas decipiunt, aut emolliunt, aut inclinant, scilicet ad peccandum. Sexta est quòd custodiæ bene, & diligenter custodiantur, & respiciantur, quia si secùs esset, ab inimicis præuerterentur. Ideo necessaria est continua custodia. Custodia est amor ad magistrum in scholis. Verbi gratia. Quando aliquis tētatur de superbia, pompa, & vanitate &c. oculos intellectus faciat respicere ad Christum, quomodo iuit, qui triginta annis eandem vestem portauit. Item ad Mariam virginem mulieres respicere debēt, quæ cùm esset regina reginarum, & mater Dei electa, nihilominus super omnes se humiliauit & dicet, O miser, ipse qui est dominus & rex, ita iuit simpliciter, & ego volo ornari. Talis respectus timorosus custodit ciuitatem seu castrum corporis tui. Item quando venit tentatio multiplicandi diuitias per vsuram, furta, & sic de alijs peccatis, debemus respicere Christum. Auctoritas. Si non in timore Dei tenueris te instanter, citò subuerteretur domus tua. Eccle. 27.

Dominica XXII. post Trinitatem. Sermo. I.

Omne debitum dimisi tibi, quia rogasti me. Mat. 23. cap. In sancto euangelio hodierno declarantur nobis tria multum necessaria ad scitendum.

Primò pietas diuinalis copiosa.

Secundò crudelitas humanalis vitiosa.

Tertiò æquitas diuinalis rigorosa.

Primum ostenditur in principio euangelij. Secundū in medio. Tertium in fine. Et de primo, scilicet pietate diuinali copiosa illis qui faciunt pœnitentiam, dicit the. Omne debitum dimisi. Et ostenditur in prima parte euangelij, vbi Christus dicit, Simile est regnū cælo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum &c. vsque debitum dimisi. Christus volens ostendere suam pietatem copiosam, loquēs de se dixit talem similitudinem. Simile est &c. Nota, iussit eum venundari, quia defraudauerat eum, & vxorem eius, quia prouiderat ei de suis vanitatibus, & filios suos, quia prouidit filijs & filiabus, quia vt eis dimitteret magnam hæreditatem, defraudauerat dominum. Procidens autem seruus ille dixit, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Hic habemus exemplum, quòd licèt simus magni peccatores, non desperemus, sed debemus facere pœnitentiam, petere veniā, vt iste dispensator qui fecerat iuramentum bene dispensandi bona domini, & fregit illud. Secundò fecerat multas pompas & vanitates. Tertiò fuit sententia data contra eum, vt secundum demeritum tractaretur, seruus tamen humiliauit se, petens veniam, & rex dimisit sibi omne debitum. O quanta misericordia. Ita nos vt iste dispensator sumus infideles Christo, quia iuramētum fidei factum in baptismo fregimus, non seruando suam voluntatem, leges, & præcepta, sed quilibet vult viuere secundum suam propriam voluntatem. Valde pauci sunt, qui in negotijs suis respiciunt si est secundum Deum, sed vt possint lucrari, Deum nō aduertūt, & parum lucratur qui perdit animam suam. Ecce infidelitas nostra, vt illius dispensatoris. Item destruimus bona Domini, & malè dispensamus, quoniam bona temporalia, quæ vos diuites habetis, & spiritualia, vt beneficia, sacramenta ecclesiastica, totum dispensatur in vanitatibus. Propter hæc sententia mortis est iam data per Dominum nostrum dicentem, Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Ezech. 18. Remedium ergo quod habemus est humiliari ad pedes regis Christi. Primò humiliādo cor per contritionem. Secūdò os per humilem confessionem. Tertiò corpus per punitionem, secūdum seruando pœnitētiam aliquam, dicendo, Domine patiētiā habe in me, & omnia reddam tibi, quia deinceps volo corrigere vitam meam. Et quid facit Christus? Omne debitum dimiū &c. Ecce quomodo ostenditur hic pietas diuinalis. Auctoritas. Si dixero impio, morte morieris, & egerit pœnitētiam à peccato suo, fecerit̄que iudicium & iustitiam &c. pignus restituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quidquam iniustum, viva viuet, & non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit non imputabūtur ei. Ezech. 33. Videtur ergo nobis an habemus dominum, & pium Dominum? Magna erit culpa damnatorum, cùm tam bonum forum habeamus hic de pietate, & misericordia Dei. In ista parte prima euangelij apparet manifestè quòd diuites & prælati nō sunt domini bonorum temporalium, seu spiritualium, sed dispensatores tātùm. Ratio, quia secūdum euangelium hodiernū quilibet habet reddere rationem & computum, ergo &c. Caueāt ergo diuites, ne dicant se esse dominos, sed dispēsatores. Sicut enim vnus magnus

magnus rex habet multos dispensatores, vt dispensent bona, primò illis de domo dando necessitatem. Ita de Christo. Totus mūdus est regnum suū, & in qualibet villa & ciuitate &c. facit tres thesauros, scilicet diuites, quia nullus est diues nisi ordinatione Dei, & dat bona & diuitias vt seruiant sibi, & eorum necessitatibus, & non seruiant aduersario Christi, scilicet dæmoni, aliàs puniētur à Domino Deo. Item ecclesiastici, vt papa, cardinales, & episcopi, & alij curati, dispensatores spirituales sunt, s. dignitatum, beneficiorum & sacramentorum. Thesaurus est maior papa, sibi dedit claues, ereditis q̄ papa sit dominus beneficiorum? non, sed dispensator. Ideo apostolus loquens de se, & de alijs, dicit, Sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei. prima ad Corint. 4. Et sequitur. Hic iam quęritur inter dispensatores ministeriorum, vel ecclesiasticos, vel laicos vt fidelis quis inueniatur, O qualis honor erit illi qui dicitur fidelis, & qui dispensat bona secundum Dei ordinationem, aliàs infidelis est. Alia practica. Deus dedit regulam & ordinationem dispēsatoribus bonorum temporalium dicens, Nō fœneraberis fratri tuo ad vsuram, pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem. Deut. 23. Hic patet stultitia multorum, qui dicunt, Nunquid de meis pecunijs possum facere ad libitum, ludere? &c. Et si dispensator regis esset infidelis, si contra ordinationem regis dispensaret, dicens, De pecunijs regis possum facere &c. Ignorantia huius veritatis facit damnare multos vsurarios, qui quando reprehenduntur dicunt, Nunquid possum mutuare decem pro duodecim? Nunquid possum facere cum bonis meis quidquid volueroꝫ &c. Cum ista ratione vadunt ad infernum, quia Domini est terra &c. Secundò ministrare sacramenta absque simonia. Sacramentum magis necessarium est sacramentum pœnitentiæ. Dicatur quomodo iniungunt missas pro pœnitentia, vt sibi &c. Idem de sepulturis. Dicatur quomodo res spiritualis debet fieri primò libere, & pòst possunt petere iusta consuetudinem patris. Ecce quare dicit, Gratis accepistis, gratis date. Matthæi decimo capite. Et qui hoc facit, tenet consilium beati Petri dicentis, Pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidentes non coactè, sed spontaneè secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntariè, neque vt dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo, & cùm apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcessibilem gloriæ coronam, primę Petri 5. Dico secundò quòd ostenditur crudelitas humanalis vitiosa, eū dicit euangelium. Egressus autem seruus ille inuenit vnū de conseruis suis &c. vsque, donec redderet vniuersum debitū. Magnā crudelitatem fecit secundū pietatē quam ipse à Domino suo acceperat, maximè cogitando debitum quod sibi dimiserat, & debitum quod ipse exquirebat à conseruo suo, cùm parum ab eo receperat. Ita de

Boni ministris officium

nobis. Deus parcit nobis magna peccata quæ fecimus contra eum, & nos nolumus remittere paruas iniurias proximis. Sed dicetes, Quare Deus debitum quod remittit nobis ponit in numero denario, & cuilibet vnitati additur. M. & sunt decem. M. Dico quòd totũ debitum quod Deo debemus est in numero denario, quia nullũ est peccatum mortale quin sit contra decem præcepta legis implicitè vel explicitè, per se vel reductiuè. Mille est numerus signans perfectionẽ, quæ additur ad innuendum grauitatem peccati mortalis: pro quo est facienda pœnitentia perfecta. Primum mandatũ est, Non habebis deos alienos. Si vis saluari nõ recurras ad diuinos, sed ad Deũ. Iustum mãdatum est. Si autem quis facit oppositũ, peccat contra primum. Ideo qui facit oppositũ, ille debet mille. Dicatur quomodo recurrentes ad diuinos faciunt magnam iniuriam Christo, qui quãdo debuit ascendere ad cælos, dimisit remediũ pro sceleribus, quia iam fecerat mãdatum de talibus di. In nomine meo super ægros manus imponent, & bene habebunt &c. Mar. vlt. Ideo Dauid, Si oblíti sumus nomen Dei nostri, & si expandimus manus nostras ad deum alienum, nõne Deus requiret istã? Psa. 43. Secundò, non assumes nomẽ Dei &c. scilicet falsè iurãdo, talis debet duo milia. Tertiũ, Memento vt diem sabbati sanctifices &c. scilicet abstinẽdo à negotijs temporalibus, audiẽdo missam &c. Quartum, Honora parẽtes corde, ore, & opere eis subueniẽdo, qui facit oppositum, debet quatuor. Quintum, Non occides, scilicet inimicos per vindictam, nec per odium, sed mediante iustitia. Omnis qui odit fratrẽ suum, homicida est &c. 1. Ioã. 6. Primò occidit seipsum, ac si biberet venenum, quia odium venenum est occidẽs animam, & est maius peccatum odisse se quàm alium. Item occidit proximum, si non facto, tamẽ volũtate. Sextum, Non mœchaberis. Vir & vxor seruantes modum, non faciunt luxuriam, quæ sit peccatum mortale, sed aliter qui facit oppositum, signãter de adulterio frangendo sibi fide mutuo promissam, proditor est vir, & proditrix & mulier: Creditis quòd viri possint eum alijs peccare, & non vxores? Secundum iura ad æqualia iudicãtur in mũdo, sed apud Deum magis peccat qui frangit fidem vxori, cùm fortior sit ad resistendum, secundum Augustinum, in libro de adulterinis coniugijs. Septimum, Non furtum facies, quia Deus & ius diuinum puniũt fures, sicut videtis, licèt hic puniãtur pœna, tamen quam alibi habebunt, si non pœnituerint, pœnæ huius mundi incomparabilis est. Ideo quilibet sit contentus, quia nõ placet Domino. Dicatur contra illos, qui furantur fructus, dicentes non esse peccatum. Ratio, Si non fuisset peccatũ, non oportuisset Christum incarnari & nasci, nec pati. Octauum, Non falsum testimonium dices &c. nec in iudicio, nec in tua locutione. Sunt aliqui qui eorum linguis nutriunt discordias portãdo verba de vno ad alium. Prou. 4.

Adulter grauius quàm adultera peccat.

Remoue

Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Nonum, Non concupisces coniugem proximi alterius. Decimum, Nõ concupisces bona proximi tui &c. Qui facit contra decem præcepta, debet Deo decem milia. Sed si volumus humiliari in corde per contritionem, in ore per confessionem, & in corpore per pœnitentialem punitionem, sentẽtia reuocabitur, & debitum remittetur nobis ex compassione istius maximè misericordiæ Dei. Patet humana crudelitas, nolens remittere iniurias, quia sicut nos nihil sumus cõparando nostram prauitatem ad Dei maiestatem: ita iniurię quę fiũt homini, quantumcunque magnæ, nihil sunt respectu aliarum quæ fiunt Deo. Dico tertiò quòd ostenditur equitas Dei rigorosa, id est iustitia quam faciet illis qui nolunt parcere, cùm dicitur, Videntes autem serui, vsque in finem. Conserui secundum glosam sunt angeli, qui deferunt gesta hominum. Angeli sancti diligenter considerãt facta nostra. Dauid, Angelis suis Deus mandauit de te &c. Bona autem opera referunt pro nobis intercedendo. Quando orabas cũ lachrymis, & sepeliebas mortuos, & dimittebas prandium tuum, ego orationes tuas obtuli Domino &c. Tob. 12. Mala etiam opera nuntiantur contra nos accusando. In cogitatione tua ne regi detrahas, & in secreto cubiculi tui ne maledixeris diuiti, quia & aues cæli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas, annuntiabunt sententiã. Eccl. 10. Sed cõmuniter dicitur, Cõtristati sunt valde propter &c. Esa. 33. Ecce videntes, supple peccata, angeli pacis amarè flebunt. Econtrario de bonis operibus. Dico vobis quòd gaudiũ erit angelis Dei in cælo super vno peccatore pœnitentiã agente. Luc. 15. Ergo iuxta dictum Bernæ. Nullus in conspectu angelorum audeat facere, quod præsente homine non auderet facere, magis autem bonis operibus lætificemus. Omne debitum &c.

Angeli conserui sunt nostri.

De eadem, Dominica XXII. post Trinit.

Sermo II.

Blatus est ei vnus qui debebat decem. Mat. 18. Subtiliter & speculatiuè volentem loqui siue pertractare ista verba, oportet duo puncta declarare.

Primum pro introductione,
Secundum pro prosecutione,
In primo declaratur quis est iste vnus qui est ablatus,
Secundo declarabitur quæ sunt ista decem quæ debet.

Pro quo sciendũ quòd de omnibus generationibus, populis, & linguis, solũ est vnus populus, qui præsentatur Deo, s. Christianus. Populus enim Iudeorum, & Agarenorũ, & aliorum infideliũ, non præsentatur Deo. Ratio clara & manifesta est ista. Certum est omni creaturæ habenti rationem, quòd gloria cælestis nulli populo debetur per conditionẽ naturalem, licèt sint filij regis, nulli debetur ex con-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ditione naturali nisi soli Deo, hominibus ex cõditione naturali debetur terra. Genes. 2. Formauit Deus hominem de limo terræ &c. Ideo Dauid, Cælum cæli Domino, terram &c. Si ergo ex conditione naturali gloria non debetur nisi soli Deo, quomodo ergo potest haberi? Dico, quod ex sola Dei promissione, quia si Deus promisit eam alicui, cùm non possit mentiri, nec fallere, si promisit dat. Modò videamus cui promisit eam, non Iudæis, quia non potest ostẽdi in tota lege Moysi, quòd Deus eis promisit gloriam paradisi, sed solis Christianis promisit Deus gloriam suam. Declaretur per similitudinem de rege, vnicam dilectam filiam habente, & tres seruos conductos. Vni promittit optimam prouisionem, alteri 12. aureos, & plures pecunias, tertiò promisit filiam cum regno, si bene seruiret sibi. Modò cui istorum debetur filia, & quis poterit eam petere? nõ primus, nec secundus, sed tertius ex promissione, licèt non sit dignus eam habere. Ita est in proposito. Iste rex nobilis est ille, de quo Ipse est rex regum, & Dominus &c. Apoc. 19. Filia pulchra quã habet est gloria cælestis, ita est pulchra quòd si à nobis posset videri, nollemus comedere nec bibere, & cõduxit tres seruos, id est tres populos. Primũ Iudaicum. Istum cõduxit in exitu de Aegypto in mõte Synai. Moyses fuit corridor & notarius, cui populo promisit Deꝰ bonam prouisionem. Ecce quid dicit instrumentum, Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, dabo vobis pluuias tẽporibus suis. Leuit. 26. & sequitur, Et terra gignet germẽ suũ, & pomis arbores replebuntur. Ergo quando Iudæus moritur, licèt seruauerit legem de pũcto ad punctum, & vixerit aliàs sanctissimè, non potest petere gloriam paradisi, quia respõderet Deus, O proditur, tu petis filiam meã, & nũquid solui quod promisi tibi? in inferno proijcitur. Secundus populus est Agarenorum. Dicamus quòd si vnus Agarenus vixerit hic sanctissimè &c. Videamus pactum quod fecit Deus cũ eis. Dicatur quomodo descendũt ab Abrã per Ismahelem filium eius, ideo dicuntur Ismahelitæ. Per Agar ancillã, ideo dicũtur Agareni. Iudæi verò descẽdũt ab Abraam per Sarã, ideo debent dici Saraceni. Ismabeli patri Ismahelitarum promisit Deus dicẽs Abrae, Super Ismaël quoque exaudiui te. Ecce benedicam ei, & augebo, & multiplicabo eum valde. Duodecim duces generabit, & faciam illum crescere in gentem magnam. Gen. 17. Ista promissio est iam completa. Gene. 25. vbi nominantur duodecim duces illi. Cùm ergo Agarenus moritur, & vult petere gloriam, respondetur vt Iudæo. Modò videamus quid promisit Deus populo Christiano, non bona tẽporalia, licèt det, imò dicit quòd despiciamus, & vult quòd habeamus hic labores &c. sed si bene seruimus sibi, promittit nobis dare filiam cũ regno suo. Quatuor notarij, scilicet quatuor euãgelistæ sunt, qui fecerunt de ista promissione instrumẽtum. Testes

sunt

sunt 12. apostoli & 72. discipuli. Ecce clausulam instrumenti, Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Mat. 7. Quando Christianus, qui vixit secundum voluntatem Dei, in præsenti vita moritur, dicit Christus, quid vis? Respõdet, Domine ego seruiui vobis, vellem solidatã. Respiciatis instrumentum quid mihi promisistis, tunc Christus dat tibi gloriam suã. Ecce quare dico, quòd nullus potest habere gloriã paradisi, nisi populus Christianus, quia istum elegit Deus, vt daret sibi filiam suam cum regno. Auctoritas. Vnum vocaui eum, scilicet ad pactum promissionis filiæ, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Esa. 51. Quando infideles moriuntur, statim descendunt ad infernum, & præsentantur Lucifero. Sed quando moritur bonus Christianus, ab angelis offertur Deo. Hoc vidit Daniel. Et ecce cum nubib⁹ cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit, & in cõspectu eius obtulerunt eum, & dedit eis potestatem, & honorem, & regnum. Dan. 7. De isto dicit thema. Oblatus est ei vnus, s. populus Christianus, qui debebat ei decem. Pro secũdo. Videamus quæ sunt ista decem. In tribus gradibus possum declarare quæ sunt ista decẽ. Dico primò, &c. scilicet opera nostræ redemptionis, quæ Christus fecit, quę debemus memoriter recordari. Nam ex sententia diffinitiua omnes eramus sententiati ad furcam inferni. Sed venit Christ⁹ in sua benedicta incarnatione, patri di. Compatior quòd tot suspendantur in furca inferni. Pater, suspẽdar ego solus in ligno crucis, ne aliquis mihi credens & obediens suspendatur in furca inferni. Istud opus debet semper esse in mente Christiani, dicendo, Domine, intantum teneor vobis, quia de furca inferni me liberastis. Ratio, si aliqua ciuitas vel communitas cõmisisset crimẽ læsę maiestatis contra regem, & rex dedisset sententiam quòd omnes homines & mulieres suspendantur, & vnus miles diceret regi, Domine compatior, quia tot suspendantur, suspendar ego solus, & ipsi euadant. Nunquid illud beneficium esset in memoria istius communitatis? Isto modo Christus miles filius regis æterni liberauit cõmunitatem humus mũdi. Ideo tale opus debet esse in memoria hominum. Auct. Recordare paupertatis, & trãsgressionis meæ, absinthij, & fellis. Respondet Christianus, Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea. Thre. 3. No. Recordare paupertatis, qui nudus in cruce fui positus. Secũdò trãsgressionis doloris, s. quãdo claui per man⁹ & pedes &c. Ecce quo modo sunt deuotè memoranda opera nostrę redẽptionis, & sunt decem quę figurata fuerunt in quodã magno miraculo regis Ezechię infirmi. Aegrotauit enim Ezechias vsque ad mortẽ. Et intromit ad eum Esaias propheta, filius Amos prophetę, dicẽs ei, Hæc dicit Dominus. Dispone domui tuę, quia morieris tu, & non viues. Et cõuertit Ezechias faciem suam ad parietẽ, & orauit ad Dominũ,

& dixit,

& dixit, Obsecrò Domine, memẽto quęso quomodo ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto &c. Esa. 38. narretur. Dicit textus, Reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat. Scriptura Ezechię regis Iuda cùm ęgrotasset, & conualuisset de infirmitate sua. Ego dixi, in dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi. Quæsiui residuum annorum meorum, dixi, non videbo Dominum Deum in terra viuentium &c. Istud miraculum ostendit propositum. Infirmus erat populus Christianus, cui dicitur, dispone domui tuæ, quia morieris. Sed sol, de quo dicitur virgini Mariæ, Ex te ortus est sol iustitiæ Christus Deus noster, qui erat ęternitate altus, sed in signum quod daret sanitatem, scilicet infirmo, reuersus est decem lineis, quãdo in decem operibus se humiliauit. Primò in incarnatione, quia voluit vterum intrare vnius puellæ quatuordecim annorum. Ac si rex dimisso palatio iret ad adiuuandum rusticos laborantes in eorum habitu. Sic Deus de loco altissimo diuinitatis, descendit ad infima humanitatis, creator fecit se creaturam, immortalis, mortalem &c. Memorare homo Dei bonitatẽ, quam tibi ostẽdit. Secundò in natiuitate, quia non in palatio seu camera voluit nasci, sed in portico, & fuit positus in medio duorum animalium vt calefieret. Tertiò in circuncisione octaua die voluit circuncidi in signum passionis. O quanta humilitas. Quartò in fuga Aegypti tanquã exul septem annis, cùm aliter potuisset euadere Herodis iram. Quintò in sua paupertate. In cõuersatione nunquam aliquis fuit ita pauper sicut Christus in hoc mundo. Sextò in laboriosa prędicatione. Vultis intelligere hoc, ac si rex ore proprio & personaliter iter præconizando suas ordinationes, vt maior fides adhibeatur. O Domine quare non mittitis præcones, angelos, vel homines &c. Septimò in eucharistiæ traditione. Magnam humilitatem faceret rex, si stabularijs daret de epulis in mensa sua. Plus facit Iesus Christus, dãs nobis corpus & sanguinẽ suum. Octauò in passione, quia voluit capi, ligari, flagellari, & spinis acutissimis in suo sanctissimo capite cõpungi, & coronari. Nonò in descẽsu ad inferos, & anima vnius pueri statim euolat ad paradisum &c. Decimò in quotidiana iustificatione descendens ad lauandũ conscientias nostras. Quãta humilitas, si rex mundaret latrinas. Turpior est conscientia peccatorum, quam Christus lauat. Apostolus, Qui cũ sit splendor gloriæ, & figura substantiæ patris, portansque omnia, verbo virtutis suæ purgationem peccatorum faciens. Hebr. 1. Ecce quomodo sol reuersus est decẽ lineis in signũ sanitatis infirmi. Ista sunt valde memoranda. Recordare, quia recepisti bona, si ista decẽ. Lu. 6. Ob hui⁹ rei memoriã posuit Deus in nobis decẽ pedicas, in pedibus quibus sustẽtamur. Ita spiritualiter sustẽtamur in duobus pedibus Christi s. diuinitatis & humanitatis, decem pedicas, id est decem opera ista habentibus. Quàm

Decem nostræ redemptionis opera.

speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Sed non omnes obediunt euangelio. Ro. 10. Nota, Quam speciosi sunt pedes, & nunquid sunt immundi, & lutosi pedes porci? Sed dicũtur speciosi, quia prædicant istam pulchritudinem, scilicet decem opera passionis Christi. Ideo dicit thema, Oblatus est ei &c. Dico secũdò quòd ista debemus nõ solùm memorare, sed & obseruare perfectè, scilicet decem præcepta Dei. Quia si seruus cupit lucrari solidatam, à Domino, oportet ipsum seruare præcepta sua, aliàs non placebit Domino. Ita populus Christianus est seruus Christi. In baptismo fit conductio. In baptismo enim homo qui baptizatur, recipit vnũ character indelebilẽ, qui est signũ quod homo efficitur Christi seruus, niſi quis illum characterẽ vel gratiã à Christo assumptã custodierit, seruus Christi dici non meretur. Solidata sibi promissa, si bene seruit, est gloria cælestis, & quomodo miles seruiret regi promitenti sibi vnã ciuitatem? Ciuitas & regna huius mundi nihil sunt respecto gloriæ, quam Deus nobis promisit, si mandata sua seruauerimus, non viuendo secundum carnis inclinationes, vel secundũ sensualitatem. Oportet enim sectari rationem, quæ semper ad optima deprecatur, secũdum philosophum in Ethicis. Nota hic historiam, postquam Christus prædicauit de gloria quã ipse creauit, & qualiter sua verba erant inflammãtia audientiũ & circunstantiũ corda & mentes, intantum quod post sermonẽ quidam doctor inflammatus de illa gloria, dixit Christo, Magister bone, quid boni faciam vt habeam vitã æternam? Quia nunquã aliquis declarauit nobis ista sicut tu. Respondit Christus, Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Mat. 19. Ac si dicat, Si vis lucrari solidatam, fac voluntatem Dei. Si autem scire volueris quæ sit voluntas Domini, vide & aduerte quid præcepit Dominus. Si enim diceretur seruo, quod faceret aliquid, si esset contra mandatũ Domini, statim responderet, Non faciam, quia perderem solidatam, quæ mihi à Domino debetur. Ita debet respondere Christianus, Si ego facerem superbiam, auaritiam, luxuriam, iram immoderatam, vel aliàs huiusmodi vanitates, &c. quia est cõtra mandatum Domini, perderem salarium gloriæ. Ergo si aliquid mihi cõtra Domini voluntatem præciperetur, nõ facerem. Patet ergo quomodo quilibet tenetur seruare mandata Dei, quæ sunt decem. Tria quæ ordinant hominẽ circa Deum. Quatuor erga seipsum. Tria circa proximũ. Primò oportet hominẽ ordinari circa Deũ, si cupit salariũ gloriæ ęternę & cęlestialis. In corde per fidelitatẽ, ne recurrat ad diuinos, sortilegos, inimicos Christi, sed ad Christũ in suis necessitatib⁹ hõ sicut ad patrẽ recurrere debet. Et si sec⁹ facit, falsè orat di. Pater noster. Secũdò in ore, cũ reuerẽtia de eo loqui, ratio dictat &c. Tertiò in opere. Postq̃ seruiui mũdo per totã hebdomadã, in domi nica seruiã Deo, debet dicere Christianus. Quatuor alia præcepta

ordinant

ordinant personam erga seipsam. Primò in corde, non concupiscendo vxorem proximi, sed contentari debet de propria, licito & debito modo secum agendo. Secundò etiam in corde, non concupiscendo bona proximi. Tertiò in ore, non diffamando. Quartò in corpore, non faciendo luxuriam. Dicatur quid est luxuria. Breuiter luxuriam non facit vir cum vxore, seruando modum. Aliter qui per illas partes oculorum concupiscentias de alia muliere habuerit, totum est luxuria. Alia ordinant circa proximum. Primi proximi sunt parentes, non despicere eos in corde, nec in ore durè loquendo, nullam misericordiam habendo &c. Secundò inimicos non occidere verbo aut facto, quia qui alterius famam denigrat, spiritualiter occidit, vt patet de pœ. di. 1. homicidarum verò tria genera. & 1. Cori. 9. Bonum est mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet, inquit Paulus. Tertiò proximum non damnificare in rebus per furtum, quia quilibet vult in domo sua vt filius vel seruus &c. Item tenetur de sibi data &c. Necesse est ergo seruare decem præcepta, si voluerimus saluari, aliàs non placebimus Deo &c. Figuram habemus. Gene. 18. quòd erant quinque ciuitates, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboym, & Segor, quas Deus omnipotens voluit subuertere propter peccatum gulæ, superbiæ, & luxuriæ, quia persona gulosa communiter semper erit luxuriosa, vt patet in Loth, & filiabus suis, quia ipse ebrius factus, ambas cognouit, & impregnauit, vt patet Genes. 19. Cùm autem Deus voluit subuertere prædictas ciuitates, dixit ad eum Abraam, Nunquid perdes iustum cum impio? Absit à te, vt rem hanc facias &c. Et infra ait, Quid si inuenti fuerint ibi decem? Dixit Dominus, Non delebo propter decem. Sic si bene viuere volumus, & Deo placere, oportet obedire præceptis. Quia absque obseruantia decem mandatorum non est salus, ergo serua mandata mea, & viues. Prouerb. 7. Signum corporale huius decennarij dedit nobis Deus in manibus, scilicet decem digitos, quibus operamur, cùm potuisset dedisse plures vel pauciores. O si in qualibet vngula posset scribi vnum mandatum de litera indelebili &c. Ideo Iob, Qui in manu omnium hominum significat, id est, signũ dat vt nouerint singuli opera sua. Iob trigesimoseptimo. Nota in manu, sumatur singulare pro plurali. In manib⁹ enim habemus decem digitos, penes quos recordari debemus decem beatitudines paradisi, quæ sunt in numero denario, & sunt ardenter desiderandæ. Quilibet sanctus homo, si non desiderat ardenter, non intrabit paradisum quousque desiderauerit, vel hic vel in purgatorio. Dicatur miraculum quod contigit Berchinone de quodam qui sanctus reputabatur, tenebat enim vitam religiosam, & post mortem apparuit, dicens se esse in purgatorio solùm ex negligentia, quia non desiderauerat paradisum. Homines & mulieres desiderãt vanitates,

& se implent de vanitatibus, & non de paradisi gaudijs. Sed non sic Dauid, qui de suo desiderio ardenti fecit psalmum di. Quemadmodum desiderat ceruus &c. Dico quòd ista gloria consistit in numero denario. Auctoritas. Christus loquens de se dixit, Homo quidam nobilis. Christus inquantum homo, de nobili genere Dauid, & inquantum Deus, fons est nobilitatis, scilicet in die Ascensionis, in regionem longinquam, accipere sibi regnum, & reuerti, scilicet in iudicio particulari vel generali, vocatis autem decem seruis suis, per quos, scilicet intelligitur vniuersitas Christianorum, dedit illis decem minas, scilicet decem opera passionis ad memorandum, vel decem mandata ad meritorie operandum dicens, Negotiamini dum venio. Et factum est vt rediret accepto regno, & iussit vocari seruos. Et illi qui bene negotiatus est, seruando decem præcepta, dixit, Euge serue bone, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens supra decem ciuitates. Lucæ decimonono. Sed quare dicit ciuitates, cùm paradisus non sit nisi vna ciuitas? de qua Dauid, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Hoc dicit propter decem beatitudines, in quibus consistit gloria, quarum quatuor sunt animæ, & quatuor corporis, duæ vitæ. Prima beatitudo est sapientia diuinorum, quia clarè videbunt trinitatem, & benedicti qui hanc videbũt. Maledicti &c. Secunda scientia creaturarum, de omnibus factis habent scientiam. In apertione libri &c. Tertia memoria præteritorum, omnia quæ facta sunt Deo, & ab angelis, & ab hominib⁹, & iumentis, memorantur. Quarta lætitia vniuersorum, quia de omnibus gaudent, immo peccator beatus ad debitum intellectum gaudebit de propris peccatis, non quia peccauerit, sed quia pœnituit. Sicut natura extra periculum gaudet de periculo, non quia periclitatus est, sed quia euasit &c. Idem de damnatis, gaudent non de eorum pœna, sed de diuina iustitia. Beatitudines corporis quatuor sunt. Prima est impassibilitas, quia non poterunt pati, nec infirmari, nec senescere, nec tristari, seu irasci. Secunda est claritas, sicut imago cristalli fulget ad radium solis, ita corpus fulgebit plus incomparabiliter, intantum quòd plus illuminaret mundum quàm sol. Tertia est agilitas. Iam videtis modò quomodo sumus graues, tunc autem beati erunt agiles, & mouebuntur agillimè mirabiliter, sicut modò imaginatio seu voluntas. Quarta est subtilitas, ita quòd anima penetrabit corp⁹ gloriosum, nec poterit alicubi detineri violenter. Beatitudines autem vitæ sunt duæ. Prima pax perpetua. Nullus dicet alicui aliquid, quòd displicentiam causare poteſt, sed quod vni placet, placet cuilibet, & quilibet diligit alterum, & sic nullum est ibi odiũ. Secunda est abundantia plena de omnibus quę volunt, quare dicit bene, supra decem ciuitates. Huius numeri denarij habemus signũ in altissima parte corporis, scilicet in capite, vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

organa quorundam sensuum duplicant, quia sunt duo oculi, duę aures, duæ nares, item gustus in cibo & potu reficitur &c. item tactus apprehēsiuus est calidi & frigidi, humidi & sicci. Vnde inquit scriptura, Lætitia sempiterna super capita eorum, s. hominum, gaudium & læti. obti. & fugiet do. & gemitus. Esa. 51. Est enim vnus s. qui tenebatur ad decem. Deo gratias.

De eadem Dominica XXII. post Trinitatem. Sermo III.

Precatiuncula ex cōtextu euangelico.

Attentam habe in me, & omnia reddam tibi. Matthæi. 18. Verbum propositum thematis in fundamento nostri sermonis est vna breuis oratio, quam fecit quidam homo condemnatus, di. Patientiā habe &c. Pro quo sciēdum, quod vltra Pater nōster, quæ est oratio facta à Christo, & Aue Maria, quæ est facta ab angelo Gabriele, in sanctis euangelijs inueniuntur tres breuissimæ orationes alię, magnæ virturis, bonæ, & deuotæ per Christum multum commendatæ. Prima est, Deus propi. esto mi. pec. Lu. 18. Secunda, Domine non sum di. ve intres &c. Mat. 8. Tertia est thema propositum, Patientiam ha. &c. in prima petitur animę iustificatio, in secunda corporis reformatio, in tertia vitæ prolongatio. Dico quod prima oratio est ista, Deus ꝓpi. esto mihi pecca. In qua petitur animę iustificatio. Modò oportet hic declarare quid est iustificatio. Pro quo sciendum, quod iustificatio nihil aliud est quàm readequatio seu recordatio alicuius rei sub aliquo defectu mensuræ vel ponderis, quod. s. readequatur illud deficiens rectæ mensuræ, & tunc dicitur iustum. Ideo de pondere bono dicitur, istud pondus est iustum, quando ergo aliquod minus habēs, redit ad propriam mensuram, illa reditio dicitur iustificatio. Modò videamus de anima hominis, ad quam mensuram & pondus est facta, & creata. Mensura ad quam anima creata est, est sancta trinitas,

Quid sit iustificatio: vna eū eximijs doctrinis moralibus.

Ad imaginem quippe Dei factus est homo, quantū ad animā. Gen. 9. Ecce mensura, quia sicut non est nisi vnus Deus, vna essentia, siue substantia, tamen ille Deus est, tres personæ, pater, filius, & spiritus sanctus, sic anima est vna essentia, & substātia, & tres personæ, s. memoria præteritorum, intelligentia præsentium, & voluntatis futurorum. Item sicut Deus vnus gubernat, & regit, & sustinet totum mundum, ita anima corpus. Quando ergo minuitur, & elongatur à Deo, vel in memoria non recolens beneficia, vel intelligentia per ignorantiam de illis quæ tenetur scire, vel in voluntate non desiderando cælestia, vel quia est plena rancore, vel odio &c. anima non est iusta. Sed iustificatur quādo memoria recolit beneficia diuina cum deuotione, scilicet redemptionis, ablutionis in baptismo, sacramentorum maximè communionis, in quo Christus dat se sic, anima iustificatur in memoria. Secundò in intellectu, quando scilicet illa quæ debet scire religiosus vel clericus, illa nesciunt &c. anima est iniu-

iniusta, sed iustificatur cùm addiscit addisrenda, & illa ad quæ tenetur &c. Vos mundani tenemini scire, Credo &c. Pater noster. Aue Maria. Aliàs quomodo poresti dicere in aduentu antichristi, Ego sum Christianus, si non scitis quid credēdum est? Secundò debetis scire quid petendum est, & sperandum. Ideo scire debetis Pater noster. Quartò qnd faciendū. Ideo debetis scire decē mādata. Quintò qualiter in periculo vos defendere debetis. Ideo scire debetis, qualiter vos signare debetis. Tertiò in voluntate, quia si anima diligit Deum super omnia, & proximū sicut seipsum, & in omnib⁹ desiderat honorē Dei, & saluationē animarū, anima tunc est iustificata, quia ad mensuram reducta. Memoria cum Deo patre, intelligentia cum filio, & voluntas cum spiritu sancto. Ista iustificatio est necessaria, qua sicut sartor mensurat pannum, ita quando egreditur anima corpore, Deus mensurat eā regula & mensura trinitatis. Vnde dicit scriptura. In mēsura contra mēsuram, cùm abiecta fuerit iudicabit eam, meditatus est in spiritu suo duro. Esa. 27. Cùm abiecta, ibi incipit constructio, id est à corpore abiecta fuerit, in mensura, s. Trinitatis. Secūdò vidēdum est de anima hominis secundū quod pondus creata sit. Dico ꝙ ad pondus gloriæ cælestis. Dico similitudinariè quod septē vnciæ requiruntur in anima, id est septē virtutes seu conditiones correspondētes ponderi gloriæ ad hoc, ꝙ anima sit iustificata vel iusti ponderis. Prima vncia est dignitas, omnes sanctæ animæ tantæ sunt dignitatis, quòd minor est maioris dignitatis q̄ sit papa vel imperator. Virtus in anima correspōdēs huic vnciæ est humilitas. Humilitas enim huius mundi correspōdet glorię cælesti. Omnis qui se humiliat, exal. &c. Luc. 18. Secūda est largitas, nullus enim sanctorū vult solus gloriā habere, immo illa gloria est cōmunis omnibus, quia omnes gaudēt de gloria Petri & Pauli. Virtus correspondēs est misericordia. Caue ne sis auarus per vsurā &c. quia aliàs anima nō esset iusti ponderis. Tertia est puritas, nulla macula est ibi, nec desiderant aliquid carnalitatis, sicut nec tu desideras comedere ignem. Huic correspondet castitas. Caue ne sis porcus per luxuriam. Non intrabit in eam aliquid coinquinatum, aut abominationem faciens. Apoc. 21. Quarta est charitas. Nullus inuidet alteri de officio, gradu, seu gloria, non credatis ꝙ minores habeant inuidiam de maioribus, immo placet eis, nec desiderant, etsi Deus daret eis electionem dicendo, Vis gloriam illius maioris? dicerent, Non, quia non esset mihi proportionata. Sicut filius minor non inuidet fratri habenti tunicam maiorem, quia non esset sibi proportionata. Huic correspondet dilectio proximorum, ex qua prouenit nulli inuidere, nec officio, nec beneficijs, nec sanitati &c. Quinta est satietas, quia semper sunt in mensa Christi. Nullus posset exprimere nec declarare illum cibum & potum. Ille miser. Ma-

chometus voluit declarare q̃ mel, lac &c. Huic correspõdet abstinẽtia consistẽs in hoc quod est nolle satiari de escis huius mundi, quia impediunt stomachum animæ. Sexta est pax & tranquillitas. Sancti de nullo contendunt, sed quòd vnus vult, omnes volunt, non timẽt inimicos, si vis intrare, caue ab ira &c. Septima est operositas, quia non cessant à laude diuina. Dauid, Beati qui habitant in domo tua Domine, in sæcula sæculorum laudabunt te. Psal. 83. Virtus correspondens est diligentia in spiritualibus rebus, & si iam in mundo incipimus Deum laudare, orando, non iurãdo &c. tunc anima habet pondus iustum, & est iustificata. Si ergo in aliquo prędictorum deficit aliquis vestrũm, reuertatur ad pondus, aliàs quando anima exit de corpore, & perit ingressum sibi pręberi in paradisum, dicet Christus Michaëli. Ponderetur primò, Ideo depingitur Michael cũ statera in manu. Si inueniatur iustificata, intrat &c. Appensus est in statera, & inuentus est minùs habẽs, dixit Daniel Balthasar regi. Dan. 5. Ecce quid est iustificatio animæ. Dico quòd ista petitur in prima oratione, Deus propitius esto mihi peccatori. Nota propitius, id est propè citiùs, quia in peccatore nõ est Deus per suam gratiã, sed in iustificato per gratiam inhabitat. Et si anima deficit in mensura vel pondere, petat rectificari & adæquari ad instar publicani. Dicatur quomodo iuit ad templum, & nesciens aliam orationẽ dixit, Deus propitius &c. Dicit Christus in laudem orationis huius. Amen dico vobis, descẽdit hic iustificatus in domum suam &c. Luc. 18. Nota modũ quem tenuit, quãdo dicitur, Publican⁹ autem à lõgè stans &c. Vbi ponũtur quatuor cõditiones quas seruauit. Prima ibi, à lõgè stans, cõtra illos qui nimis altari appropinquant, etiã apodiantes se ibi. cùm tamen antiquitùs sub pœna mortis nullus audebat appropinquare. Num. 1. Quisquis externorum accesserit, occidetur. Loquitur de tabernaculo, q⁹ habebatur vt altare, cùm tamen nihil valeret respectu nostri, vbi Christus sacrificatur. Soli sacerdotes iusti, & bonæ vitæ, cõtriti, & cõfessi, possunt accedere. Sacerdotes qui accedunt ad dominũ, sanctificẽtur ne percutiat eos. Exod. 19. Ad mensam papæ vel regis non omnes audent appropinquare. Secunda conditio tãgitur ibi, Nolebat nec oculos ad cęlum leuare, s. ex verecũdia peccatorũ, sicut nec filij coram parentibus, quando cogitant quid fecerunt. Ita Christus scit omnes defect⁹ nostros. Ideo Esdras scriba dicit, Deus meus confundor & erubesco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsque ad cęlum. 1. Esdræ 9. Tertia conditio tãgitur ibi, Percutiebat cor, à quo omnia procedunt tanquã à radice. Mat. 15. De corde exeunt cogitationes malę &c. Ibidem. Quæ procedunt de ore, de corde exeunt &c. Quarta tangitur ibi, Orabat deuotè di. Deus propi. &c. Ita debemus nos facere &c. Secunda oratio est,

est, Domine nõ sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantùm dic verbo, & sanabitur puer meus. Mat. 8. quæ multum fuit à Christo laudata. Dico q̃ in isto petimus reformationẽ corporis. Ratio, quia creatura Dei per gratiam Dei est iustificata in anima, corpus retinet aliquas reliquias peccati, s. inclinationes ad malum, & difficultates ad bonum. Sicut patet de infirmo nouiter curato, qui remanet debilis ad ambulandum, & inclinatur ad infirmitatẽ, inclinatur naturaliter ad peccata consueta. Ideo Apostolus, qui primus fuerat infirmus per peccatum, postquàm fuit curatus, dixit, Condelector legi Dei secundum interiorem hominem, video autem &c. ad Ro. 7. Remedium est sicut anima iustificatur per cõfessionem, ita corpus reformatur per cõmunionem. Dicunt Physici nouiter curatis, comedatis carnem delicatã &c. & vinum bene lympha dilutum, & sic infirmus cõualescit. Modò nulla caro est tam delicata, sicut corpus, & caro Christi, quæ à spiritu sanctò in vtero virginis fuit formata. Ille agnus, id est filius virginis, & sanguis eius lenificat, quia illud corpus nõ est sine sanguine &c. & sic corpus fortificatur. Ideo ecclesia, postquàm præcepit cõfiteri in quadragesimã ad iustificãdum animã, pręcepit cõmunicare in pascha, ad fortificandũ corpus. Ista reformatio petitur cùm dicitur, Domine non sum dignus &c. Veraciter habebitur si ad instar Centurionis petitur. Dicatur historia de Centurione, qui venit ad Christum pro puero. Ad quẽ Christus, Ego veniam & curabo eum. Et ille, O Domine vos quia estis Deus, nõ sum dignus nõ dixit, nolo q̃ intres, imò desiderabat, sed non erat dignus, quia nullus est dignus recipere Deũ. vt intretis in domum meam, licet placeret sibi si intraret, vt aliquã bonã gratiã obtineret. Ita debet esse de nobis in cõmunione. debemus enim dicere, Domine non sum di. &c. Et licèt velimus q̃ intret intrõ contẽplando & credẽdo firmiter q̃ Deus est intra illã cortinã, & hostiã albã &c. tunc homo dicet, Domine nõ sum di. &c. tamẽ ex quo domine vos vultis intrare, & ita ordinatis, placet mihi, & sanabitur puer meus, id est spiritus, qui semper est iuuenis, nõ enim senescit. Aliqui enim ex isto verbo, Domine nõ sum dign⁹, malè intellecto, & ex quadã humilitate, quę poti⁹ debet dici rebellio, nolũt recipere ipsum cõmunicando in pascha, tales nunq̃ recipiẽtur à Christo, dicut enim. Nõne est melius nõ cõmunicare, q̃ cõmunicare malè paratũ? Detur respõsio per parabolã de rege qui iuit ad venandũ. Ita in ꝓposito, Christ⁹ rex & domin⁹ venit in deserto huius mũdi ad venandũ, nõ perdices &c. sed animas nostras. Ista venatio fit maximè in 40. & perfecta venatione, in paschate vult intrare villã. Quęlibet psona est tanq̃ villa seu castrũ, & est honor domini, talis ingressus, & est vtilitas nostra. Dicũt aliqui, Licèt sitis rex, nõ intrabitis, qa nõ sum dignus &c. quia ego sum in mala volũtate. Talis nõ excusatur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia debet deponere malā voluntatē dicendo, Domine nō sum dignus &c. Sed expectare, ex quo vultis intrare, ornabo domum per contritionē, confessionem &c. tunc esset excusatus, aliter non. Alij imparati recipiunt lætē cōmunicando, sed ponūt eū in loco porcorum, nec habet excusationē, quia ecclesia dat hebdomadas septē ad parandum se ad communicandū, & per dignā communionē sic reformatur corpus. Ideo in commendationē illius orationis dicitur, Et sanatus est puer ex illa hora. Matt. 8. Supradictam parabolā vide latius superiùs in diebus rogationū, sermone, Petite & ac. &c. Tertia oratio est thema propositum. Patientiam habe in me. Dico q⁹ hic petitur prolongatio vitæ. Ratio, Iustificata anima hominis per gratiam, & corpore reformato per eucharistiā, adhuc restat solutio debitorū. Dicatur quomodo pro quolibet peccato mortali debem⁹ septē annos de pœnitentia, vel hic, vel in purgatorio. Verbi gratia. Si iuisti vnquam ad diuinos, computa septem annos de pœnitētia, quos debes Deo. Item si iurasti in vanum &c. si non soluunt hic, in purgatorio habent soluere. Ideo confiteri peccata tua debes &c. Confessio enim liberat animam ab inferno, &c. sed communio confortat corpus. Sed restat nunc soluere debitum, sicut alicuius regis seruus, furtum committens, post reconciliationem Domini, qui dimisit sibi mortē &c. adhuc tenetur soluere quod accepit. Ita nos omnes sumus fures & latrones, quia furati sum⁹ Deo multoties honorem, reuerentiam, obēdiētiam, & nō soluimus sibi &c. Si fieret præceptum ex parte baliui, sub pœna quinq; solidorū, q⁹ nullus faceret hoc &c. omnes cauerent, & Deus per patriarchas, prophetas, apostolos, & per seipsum præconizauit q⁹ nullus vadat ad diuinos sub pœna & perditione corporis, animę & bonorū omniū, & nullus timet. Item ne aliquis iuret. Idē de festis seruādis, & nō curamus. Ecce furtum honoris Dei, quia in maiori honore habetur mandatum alicuius domini terreni præcipientis, q̄ Dei. Ideo omnes obligamur regi Christo. Confessor autem est medius inter Deū & hominem. Ideo eligendus est bonus confessor, qui oret pro peccatore, & quandō peccator absoluitur, remittitur sibi mors inferni. Et quandō cōmunicat, comedit cum rege Christo, sed restat soluere debitū, s. satisfacere per pœnitētiā. Facite fruct⁹ dignos pœnitētiæ. Luc. 3. Ad hoc soluendū petitur dilatio vitæ dicēs: Patientiā habe in me &c. q.d. Domine ex quo remisisti mihi mortē, & reduxisti me ad mēsam tuā, expecta me modicū, & patiētiā habe &c. Scias q⁹ modò poterim⁹ soluere cū decē operib⁹ & erit cōtētus, q⁹ signatur in hoc vocabulo patiētia, in quo sunt 10. literę, quia sicut peccauimus cōtra decē præcepta, ita satisfaciamus per decē opera pœnitētialia. Primū est peccatorū cognitio, secundū cordis cōtritio, tertiū emēdādi propositū, quartū oris cōfessio, quintū corporis afflictio, sextū humilis oratio, septimū eleemosynarū largitio, octauum inimicorū restitutio, nonum eucharistię cōmunio, decimū iniuriarum remissio. Tunc de quolibet sic faciēte poterimus dicere, Misertus autē dominus serui illius, dimisit eū, & debitum dimisit ei. Mat. 18.

De eadem Dominica. Sermo IIII.

Haritas vestra magis ac magis abunder. ad Philip. 1. Doctrina est communis in tota scriptura siue theologia, quōd inter omnes virtutes nobis necessarias siue intellectuales, vt sapientia, scientia intellectiua, vel morales vt temperantia, prudentia, &c. vel infusas, vel acquisitas, vel theologicales, vt fides, spes, maior & plus necessaria ad saluationem est Charitas, id est amor Dei superna, & proximi ordinata. Ratio declaretur per similitudinē. Ponam⁹ q⁹ de vno fonte procedant duodecim riui vel flumina. Si vos haberetis illum fontem in domo seu viridario vestro, omnia flumina ab eo descendētia haberetis. Per oppositū si fons siccatur, nihil haberetis de fluminibus. Ita charitas est vnus fons abundans, cōcernens amorem Dei & proximi, à quo procedunt omnes virtutes tanquā flumina à fonte, qui ergo habet charitatem, habet & alias virtutes. Vnde August. Quidquid patet, & quidquid latet, totum seruat qui charitatē seruat in moribus. Per oppositū, si charitas deperditur, quæ nō deperditur nisi per peccatū mortale, totū deperditur, nulla virtus remanet in homine. Aucto. Charitatē autē si non habuero, nihil sum. 1. Cor. 13. Patet q⁹ virtus charitatis est super alias magis necessaria. Ide dicit Apostolus in the. Charitas vestra magis &c. Modò intendo declarare tres gradus charitatis qui tāguntur in themate, sed subtiliter.

Primus est afflictio pœnitentialis.
Secundus est correctio euangelicalis.
Tertius est refectio spiritualis.

Primus est erga seipsum, secundus erga proximum, tertius erga defunctos, & qui habet istos, seruat thema di. Charitas vestra magis &c. Dico primò q⁹ prim⁹ gradus est afflictio pœnitētialis, & iste est erga seipsum, quando, scilicet creatura est ordinata ad seipsam, vt scilicet teneat quilibet aliquam certam orationem denotam quolicet mane & sero, flexis genibus, manibus eleuatis, percutiēdo pectus, cogitando quōd videtis Christum. Secundum in qualibet Dominica debetis audire missam completā cum silētio. Etiam in quolibet anno semel confiteri, communicare in pascha, & vltra ieunia ecclesiæ qualibet hebdomada semel vel bis ieunare, castigando corpus ratione cuius peccamus. Sed hoc vltimum non est de præcepto, sed de consilio. Iste est primus gradus. Modò in quo cognoscitur de aliquo infirmo quōd diligat vitam suam? quando, scilicet seruat regulam à modico ūbi traditam non comedit fructus, non

carnes, nec bibit vinum &c. Licèt infirmus in hoc affligatur, ostendit tamẽ q̃ diligit vitã suã, & vt curetur ab infirmitate præterita, & præseruetur à futura, ab istis abstinet. Itẽ omnes nos sumus infirmi, nec possumus excusari a febre superbiæ &c. & sic dicebat Dauid, Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum, licèt in corpore esset sinus. Et venit magnus medicus de studio paradisi, s. Christ⁹ Iesus di. Non enim egent qui sani sunt medico, sed qui malè habent. Luc. 5. Dieta quã ordinauit cõtra inclinationes carnis, est abstinentia siue pœnitentia. Medicina est curatiua à peccatis præteritis, & præseruatiua à futuris, qui istã seruat, ostẽdit q̃ diligit vitã suam, s. Christum, qui dicit, Ego sum via, veritas, & vita. Ioã. 14. De isto primo gradu charitatis dicit scriptura in persona cuiuslibet pœnitentis. Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatẽ. Cant. 2. Ex isto textu habetur q̃ charitas ordinata ad seipsum dicitur pœnitẽtia. Ratio, quia cellarium habet tres cõditiones. Prima quia est in profundo, & loco secreto, & melius conseruatur ibi vinũ quàm alibi. Istas tres cõditiones habet pœnitentia, quia est in profundo, scilicet in humilibus, non est alta, s. in personis superbis, immo superbi despiciunt eã, & deridẽt facientes, sed si essent humiles, recognoscẽdo peccata quæ fecerunt, facerent pœnitentiam. Itẽ illi qui faciũt pœnitentiã, debent eã facere secretè. Tertiò, quia cellariũ quãtò est profundiùs, tantò melùs cõseruat vinum. Ita pœnitẽtia quantò humilior, tantò plus conseruat personã, quia pœnitentia sine humilitate est pœnitẽtia diaboli. Dicatur de B. Machario, cui apparuit diabol⁹ di. q̃ in vno solo pœnitẽtia eius excederet pœnitentiam diaboli. Et si ieiunabat in pane & aqua, diabolus nihil comedit, sed est humilis, & ego sum superbus, ita humilitas requiritur in pœnitẽtia, aliàs damnaretur. Et quia multi sunt modi pœnitẽtiæ, ideo dicitur alibi, Introduxit me rex in cellaria sua. Cant. 1. No. cùm dicit, ordinauit in me charitatẽ. Quomodo pœnitẽtia est facienda ordinatè, ostẽdit Apostol⁹ di. Obsecro, id est valde rogo vos fratres per misericordiã Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuẽtem, sanctam, Deo placentẽ, rationabile obsequiũ vestrum. ad Roma. 12. Vbi ponit quinq; conditiones pœnitentiæ bene ordinatæ. Prima cùm dicit, Exhibeatis corpora vestra hostiã, hoc dicit ad differẽtiã antiquorũ, qui offerebant iumẽta, & aliorum corpora. Secunda ibi, viuentem, nõ enim sunt occidẽda corpora nostra per pœnitẽtiam. Dicatur quomodo quilibet scit quantum portat suus asinus. Ideo Apostolus ad Colos. 3. Mortificate membra vestra. Non dicit, occidite. Augu. Carnẽ vestram domate ieiunijs & abstinẽtia cibi & potus, quantum valetudo permittit &c. Tertia tangitur ibi, sanctam, quod sit quando intentio est recta, non pro vana gloria seu hypocrisi &c. Quarta ibi, Deo placẽtem, quod sit quando corpus pœnitentis iungitur corpori Christi per communionem, & tunc placet Deo talis pœnitẽtia. Ideo dixit beata Agnes, Iam corpus eius corpori meo sociatũ est. Dicunt aliqui, sufficit communicare in morte, quia nõ dedit certum tẽpus cõmunionis Christus, sed dixit, Qui mãducat hunc panẽ, viuet in æternũ &c. Io. 6. Dicendum q̃ ecclesia spiritusancto recta tẽpus cõmunionis ordinauit, & huius ecclesię Christus caput & sponsus est. Vnde in primitiua ecclesia Apostoli, qui sciuerũt intentionẽ Christi, ordinauerunt quolibet die cõmunicare, quia quotidie dicitur, panẽ nostrum, &c. Erãt enim omnes perseuerãtes in doctrina Apostolorũ, & cõmunicatione fractionis panis. glosa eucharistiæ. Act. 2. Quinta, rationabile obsequium vestrum, s. q̃ pœnitẽtia proportionetur seruitio, q̃ Deo habetis facere, & nũ impediatur officiũ ex pœnitẽtia. verbi gratia. Prædicator taliter faciat pœnitentiam, ne dimittat prædicationẽ. Idẽ de illis de matrimonio, pœnitẽtia viri nõ debet esse præiudicialis, nec præiudicatiua vxori, nec eõuersõ. Idem de sacerdotibus &c. Aliter dicit Hiero. q̃ esset holocaustũ de rapina. Ecce quare dicitur, Charitas vestra &c. Secũdus grad⁹ est correctio euãgelicalis. Deus ordinauit q̃ homines in hoc mũdo corrigãt nõ solũ se per pœnitẽtiã, sed etiã proximos. Si homo videt vel scit eorũ defectus, homo charitatiuè corrigere debet. Hoc dicit Apost. Charitas Christi vrget nos, existimãtes hoc, quoniã si vn⁹, s. Christ⁹ p̃ omnib⁹ nobis mortuus est, ergo omnes, s. homines mortui sunt siue fuerũt. Et pro omnibus mortuus est Christ⁹, vt & qui viuũt iã non sibi viuãt, s. tãtum, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit, quod fit cùm quis corrigit proximũ delinquentẽ. 2. Cor. 5. Ista charitas correctionis euãgelicæ habet tres grad⁹. De primo dicatur exẽplariter. Ponatur q̃ scitis q̃ aliquis fecit malũ & peccatũ, quia fortè vidistis, vel fuit vobis dictũ, sed ex quo peccatũ est secretũ, debetis eum vocare secretè, & dicere sibi dulciter, q̃ corrigatur, ne perdat animã, famã &c. & nulli alteri dicatur, immo defendatis eum & famã eius. Si plaga eius est secreta, & medicina eius debet esse secreta, iuxta Christi consilium. Si peccauerit in te, id est contra te frater tuus, vade & corripe eũ inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus eris fratrẽ tuum &c. Mat. 18. Secũdus gradus &c. quãdo peccata sunt notoria, quia iã omnes loquũtur, tunc correctio debet esse notoria. Sic faciebat Christus de scribis & pharisæis publicè peccãtibus, dicebãt, Væ vobis scribę, & pharisęi, & hypocritæ, qui comeditis domos viduarũ, orationes lõgas orãtes &c. Vide ibidẽ pulchra. Matt. 23. Quia peccata erãt notoria. Ita faciebat Ioãnes Bap. di. Progenies viperarũ, quis demonstrabit vobis fugere à vẽtura ira? Facite ergo fructũ dignũ pœnitẽtiæ &c. Mar. 3. Itẽ Apostol⁹ dicit cuilibet prædicatori, Peccãtes autẽ coram omnibus argue, vt ceteri timorem habeãt. 1. ad Timot. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diceret aliquis, Hoc pertinet ad prælatũ. Verũ est, ideo habet virgam correctionis, vt puniat, sed prædicatori cõpetit correctio increpatiua. Ad iudicẽ enim spectat punire malefactores, & ad prædicatorẽ redarguere, & increpare peccatores. Tertius gradꝰ est, quãdo peccata nesciũtur, nec sunt notoria, sicut ego qui nescio peccata vestra, nescio quis est bonus vel malus. Ideo est alius modus corrigendi, s. non di. Religiosi faciunt hoc, vel clerici &c. Sed declarare teneor dicendo quomodo simonia est magnum peccatum, quando petitur aliquid pro sacramẽtis, si aliquis sit talis, nescio, contra peccatum facio bellum, non contra personas, cum dilectione hominũ, & odio vitiorũ. Si aliquando ego prædico contra peccatum luxurię &c. aliqua persona diceret, Frater, & vos me diffamatis. Ego diceré, Et tu ex illis es &c. Ego nescio homicidas, nec adulteros, tamẽ prędico contra illa peccata quæ sunt in mundo. Item nescio clericum, concubinarium, sed debeo declarare quale peccatum concubinatus est, sed punitio spectat ad episcopũ, declamatio autẽ ad prędicatorẽ, nõ ad capras. Ideo præcepit Deus cuilibet prædicatori dicens: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Esa. 63. Nota, clama, &c. Nota contra religiosos, & contra personas clericorum, mercatorum, vel aliorum vitia, & peccata, auisando ne cadant; & si ceciderint, qꝫ surgant, & corrigant se. Ideo Apostolus, Prædica verbum, insta oportunè, argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina &c. 2. Timoth. 4. Oportunè pro bonis quibus placet, importunè pro malis quibus displicet. Ideo dicit thema, Charitas vestra, id est correctio fraternalis magis ac magis abũdet. Tertius gradus charitatis est pro defunctis exorare, quando mittimus eis aliquam refectionem spiritualem. Animæ enim defunctæ non possunt se iuuare, nec facere opera meritoria, ideo expectant à nobis refectionẽ. Scitis quomodo infirmi contracti, qui stant in hospitali, quia non possunt se mouere, expectant eleemosynam. Sic etiam animæ purgatorij infirmæ & contractę sunt, quia non possunt meritoriè operari, sed expectant nostrum subsidium. Quando dicitur aliqua missa, anima statim sentit refrigerium, & regratiatur Deo. Idem de quolibet alio opere, quod fit pro eis quando offertur Deo dicendo, Istud fit pro anima patris vel matris. Ista est maxima charitas, iuuare impotentes in tanta necessitate, quia pœna minor eorum est maior omni pœna huius mundi. Ideo Apostolus, Dominus abundare faciat charitatem vestram, ecce primus gradus, in inuicem, ecce secundus, & in omnes, etiam ad illos de purgatorio, ecce tertius. primæ ad Thessalonicẽses tertio. Si quæratur, Quod suffragiũ est melius pro defunctis, eleemosynæ an orationes &c. Dicatur quomodo stãt in puteo lato, profundo, igne pleno, & habẽt membra

bra spiritualia subtilia &c. Super omnia valent suffragia de missis. Sed proh dolor multa peccata fiunt de istis missis sancti Amatoris, quas omnes volunt communiter, quia licèt sint bonæ, quia per ecclesiam sunt ordinatæ, tamen ex auaritia malæ conditiones, & multæ sunt additæ eis à malis. Dicatur hic auctoritas. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare. 2. Machab. 12. Ecce quare dicit Apostolus, Charitas vestra, ecce primus gradus. magis, ecce secundus. ac magis abundet, ecce tertius. Deo gratias.

De eadem Dominica. Sermo V.

QVi cœpit in vobis opus bonum, ipse perficiet. ad Philipp. 1. Quia nulla prædicatio siue doctrina habet efficaciã ad virtutum instructionem, & peccatorũ correctionẽ sine gratia Dei, ideo salutetur virgo Maria. Istud thema est verbum Apostoli dicẽtis, Deus qui incepit &c. Modò si istud verbum bene & subtiliter cogitetur, tres dat intelligere conclusiones. Prima tangitur cùm dicitur, Qui cœpit in vobis, scilicet Deus. Secunda ibi, opus bonum. Tertia cùm dicit, perficiet, scilicet Deus. Et de tribus conclusionibus erit sermo noster.

Prima conclusio est quòd bonum opus incipere est opus Dei creatiuè.

Secunda quòd bonam vitam continuare est gratia omnipotentis Dei veraciter.

Tertia quòd eam perficere vel ad finem ducere est donum Dei singulariter.

Istæ tres conclusiones subtiliter ostendũtur in themate. Prima ibi, Qui cœpit. Dico primò quòd incipere bonam vitam & sanctã est opus Dei, intantum quòd nullus posset exire malam vitam, nec dimittere peccata, nisi Deus ibi operaretur. Ratio, certum est quòd in opere, vbi requiritur creatio nouæ creaturæ, oportet quòd Deus creet, quia creare soli Deo competit. Creaturæ enim possunt generare, alterare, remouere, & laborare, sed creare est opus Dei. In formatione hominis in vtero matris aliquid faciunt ibi parentes, sed parum, & tamen ex hoc generatio illa carnalis attribuitur parentibus, sed creatio animæ de nihilo est à sola potentia Dei infinita. Anima enim hominis est per creationem, & nullus Angelus posset formare formicam. Ideo dicit Deus, Omnes animæ meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est. Ezechielis decimooctauo. Domine nónne & corpora sunt vestra? Immo, sed quia in corporalibus aliquid faciunt parentes, in animabus autem nihil, ideo dicit, Omnes animæ meæ sunt, scilicet totaliter, quia nullus facit ibi aliquid, nisi ego solus. Hic patet peccatum mulierũ graue, ad diuinos recurrentium pro filijs habendis, cùm nullus possit dare filios nisi solus Deus, cùm requiratur creatio animæ. In quo recursu vos

Universidad de Deusto
Biblioteca

datis intelligere q̃ dæmones possunt creare animas, quod est falsum, quia solus Deus creat animam. Domine Deus omnium creator terribilis, solus omnipotens. 2. Machab. 1. Modò videamus vtrũ ad incipiendum bonam vitam requiritur creatio. Dico q̃ sic, & ad min⁹ requiritur creatio. 15. nouarum creaturarũ in anima. Prima est gratia Dei, quæ creatur in anima incipiẽtis bonã vitã, quia non est forma educibilis de potentia materiæ, sed per creationẽ infunditur, vel per infusionem creatur in anima, & hæc gratia pulchram facit animam, abijciens ab ea omnes tenebras peccatorum. Et gratia propriè non est virtus, sed radix omnium virtutum, essentiã animæ respiciens. Secundò creatur virtus fidei. Diceret aliquis, Iam eram Christianus anteq̃ inciperẽ bonam vitam. Dico q̃ fides sine bonis operibus mortua est. Sicut enim corpus sine spiritu mortuũ est, ita fides sine operib⁹ mortua est. Iaco. 2. Homo mortuus nõ est homo, oportet ergo creare fidẽ formatã. Tertiò creatur spes. Si dicatur, Iã habebam spẽ, licèt essem peccator. Dico q̃ nõ erat spes saltem formata, sed quasi præsumptio. Quartò charitas, quæ fuit expulsa per peccata, quia charitas & peccata simul stare nequeũt. Itẽ creantur etiã quatuor virtutes morales quæ sunt infusę. Prima est prudentia, s. prudẽter cauere à peccatis, & vitare occasiones, quasi dicẽdo: Hoc vel hoc fecit me cadere in peccatũ, cauebo mihi decetero, Secunda est iustitia, quæ à Deo infunditur, quãdo homo incipit bonã vitam dicẽs: Emendabo mala quæ feci. Tertia est tẽperãtia, quasi diceret, Non possum perseuerare, nisi abstinerẽ à superbia. Quarta est fortitudo, dicẽs: Certè iam nõ redibo ad peccata, nec propter infirmitates seu persecutiones. Itẽ creãtur dona spiritussancti. Primũ donũ est sapiẽtia, id est sapida scientia cum sapore, qui apparet orando legendo &c. Secundum est intelligentia, quasi intus legentia, scilicet in diuinis &c. Tertium donum est consilium, quo inter bonum & malum scimus eligere melius, inter malum & peius fugere peius, hoc est consilium, melius est hic facere pœnitẽtiam quàm in inferno. Quartum est fortitudo, quæ est aliud à fortitudine morali, quia illa fortificat cor, sed ista animam ne ex aliqua diaboli tentatione, seu persuasione, dimittat bonã vitam incœptã. Quintum est scientia, qua homo dirigitur in his, quæ habet facere in mundo, qua scit personam suam regere, domum, & familiam. Sextum est pietas, qua homo compatitur peccatoribus, dicẽs: O miser, talẽ vitam cõsueui ego tenere, sed Domine vos fecistis mihi gratiam, faciatis etiã illi &c. Septimum est timor Dei, qui facit stare in custodia, ne homo cõtra Deum faciat, vel bibẽdo &c. Ecce. 15. virtutes, quæ creantur in anima, quando incipit bonam vitam. Patet ergo quod dixi, quòd ad incipiendum bonam vitam requiritur creatio &c. De hoc auctoritas, loquẽs tropologicè de his. 15. virtutibus, Fodi eam mihi. 15. argen-

Charitas & gratia differũt.

teis, & choro hordei, & dimidio choro hordei. Ozee. 3. No. de persona quæ conuertitur ad Dominum, & incipit bonam vitã, dicit Deus, Ego fodi eam mihi, s. fossione compunctionis, quando persona dicit, O miser, ego sum religiosus, & non seruaui regulã &c. perdidi hæreditatẽ paradisi, & sum obligat⁹ ad pœnas inferni, quot sunt motiua cõpunctionis, tot sunt fossiones, Ideo dicit, Fodi eam, s. conscientiam. Valdè esset mirabile si papa vel rex foderet vineã, sed Christus dicit, Fodi eã, quia nullus angelus nec sanctus posset dare tales cõpunctiones. Dicet quis, Domine, si vosmet fodistis, quomodo constat. 15. argenteis? Dicendum q̃. 15. argentei sunt. 15. virtutes prędictę, quas ipse creat, vt dixi. Dicuntur argẽtei propter claritatẽ, & sunt ad modũ argenti, quia persona quæ conuertitur, clarificatur in memoria, ne obliuiscatur beneficia diuina. Secundò clarificatur in intellectu, à falsa opinione, & errore, à falsa credentia, seu dubitatione. Tertiò in voluntate clarificatur ab inuidia &c. Item facit optimum sonum, ad quem De⁹ dicit, Sonet vox tua in auribus meis, vox enim tua dulcis & fa. tua de. Cant. 2. Sonus cãtantium mundanus, qui hominibus placet, Deo displicet, sed sonus gemitus, & suspirij, placet Deo. Ideo enim dicit, Sonet vox tua, scilicet contritionis. Facies enim hominum quæ apud mũdum reputantur pulchræ, apud Deum reputantur turpes. Facies autem quæ apud hunc mundum reputatur turpis & deformis, apud Deum reputatur decora. Ideo de persona quæ plorat de peccatis suis dicit, & facies tua decora. Item choro hordei, quare non dicit tritici? Hordeum enim est asperum, & figurat & signat pœnitentiam, quæ est necessaria noniter conuerso ad bonam vitam, & aspera est, quia durum est quòd homo diffamet se, & accuset in confessione, quæ debet esse integra, quia si abscondit vel dimittit vnum peccatum mortale, nihil valet confessio, nec sufficit confiteri partem vni, aliam partem alteri, sed confessio integra sit & perfecta. Item in dimidio choro hordei, quæ est mensura imperfecta, signat pœnitentialem satisfactionem pro peccatis, quia hic tot sunt peccata nostra, quòd non possumus facere perfectam pœnitentiã, sed Deus est contentus. Creditis vos quòd ieiunia, orationes, vel eleemosynæ sint sufficientes pro tot peccatis? certè non. Patet ergo conclusio quòd incipere bonam vitam est opus Dei certitudinaliter. Nam de homine peccatore est sicut de illo, quia casu vel scienter cadit in profundam foueam absq; aqua, certum est quòd talis per se potest cadere in puteum, sed non potest inde exire nisi ab aliquo alio iuuetur, cum scala vel corda sursum trahendo. Talis est conditio nostra, quia sumus fragiles, posumus cadere in profundũ puteũ peccati mortalis, sed inde non possumus exire, nisi Deus mittat scalam suæ misericordiæ. Vnde auctori. Perditio tua Israël, id est vir videns Deum, scilicet ex te est, tan-

Non potest impius absque speciali Dei auxilio cõuerti.

tantummodo in me auxilium tuum. Osee.13. Patet ergo q̃ qui vult exire de puteo peccatorum, & recipere bonã vitã, habet exire per scalã misericordiæ Dei, & ascẽdere gradatim per 10. gradus. Primus est peccatorũ cognitio, & sic de alijs, vt supra sexto præcedenti sermone &c. Ideo dicit Apostolus, qui ceciderat in puteum peccatorũ per infidelitatẽ. Ego persecutus sum ecclesiã Dei &c. Si quæratur, quomodo exiuit? Respõdet, Gratia Dei sum id quod sum. 1. Cor. 15. Patet prima conclusio. Secunda conclusio est, q̃ continuare bonam vitam inceptam est gratia Dei veraciter. Et vult dicere talis cõclusio, q̃ licẽt sitis extra puteum peccati, per Dei misericordiã, non tamen potestis cõtinuare bonam vitã, nisi per gratiã Dei. Declaratur hoc per quandã speculationẽ intellectiuã vel intellectualẽ fundatam super regulã philosophiæ di. Rerũ naturaliũ recipientiũ peregrinã formã quędam retinẽt eam permanẽter, quædã solùm in præsentia agentis. Primùm patet in candela accensa, & aqua calefacta, quia retinent formã acceptã, secundũ in aẽre illuminato, & in camera obscura, & speculo informato, q̃ statim recipiunt peregrinas formas, sed nõ retinẽt nisi tantum in præsentia agentis. Sic in proposito est, nam habere & tenere bonã vitam, est gratiã Dei habere nobiscum, & talis forma est peregrina animæ, quia non est sibi naturalis, quia eramus natura filij iræ. ad Ephe. 2. & anima recipit gratiã Dei, non permanẽter, vt candela vel aqua recipiũt formas peregrinas, sed solum in præsentia agẽtis, vt aër vel speculũ, ergo oportet q̃ sit ibi continuus influxus, scilicet q̃ gratia Dei continuè illuminet, actualiter vel habitualiter, aliàs statim perderet anima gratiã dei. Oportet ergo q̃ homo per gratiã Dei perseueret &c. ergo non debemus nos cõuertere ad creaturam, sed habere debemus vultum animæ sursum ad Deũ. Ideo Christus Luc. 17. Nolite retro respicere, memores estote vxoris Loth. Dicatur historia Gen. 19. Ideo qui exitis de Sodoma 1. de mala vita, nõ debetis respicere retro. 1. ad illã malã vitã præteritorum. Ideo Christus, Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciẽs retro, aptus est regno Dei. Luc. 9. Manũ mittit ad aratrum, qui frangit terram vt fructificet, & talis est ille qui incipit bonã vitam & pœnitẽtiam, vt faciat fructũ meritoriũ, ideo non respicere debetis retro dimittẽdo, iam modicũ faciẽdo, postea iterum modicũ, sed cõtinuare debetis, & de bono in melius. Moraliter, fructus non inueniuntur in radice, nec trunco, sed in ramis, qui tamẽ totã virtutẽ habent à radice, quia si scindantur, nõ faciũt fructũ &c. Christus est radix seu trũcus, nos verò rami, & vnus facit fructũ orationis, alius ieiuniorũ &c. Sed videte vt sitis firmati in radice, scilicet Christo, per amorẽ & deuotionẽ Ideo dicit, Manete in mẽ & ego in vobis. Sicut palmes nõ potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ioan. 15. Patet ergo

ergo quòd à Deo est continuare bonã vitam. Ideo dicit auctoritas. Gratia enim estis saluati per fidẽ, & hoc nõ ex vobis, Dei enim donum est. ad Ephe. 2. Patet ergo secunda conclusio. Tertia conclusio est &c. Sicut enim ex nobis nõ possumus bonã vitam incipere, nec inceptã continuare, multo minùs perficere. Auctori. Velle, scilicet perseuerandi adiacet mihi, perficere autem bonum nõ inuenio, ad Rom. 7. Ideo dicit Christus, Quis ex vobis si petierit ouum, nunquid porrigit scorpionẽ? Si ergo vos, cùm sitis mali, nouistis bona data dare filijs vestris, quantò magis pater vester cælestis de cælo dabit spiritum bonũ, s. perseuerandi petẽtibus se? Luc. 11. Ouum significat perseuerantiã. Primò albedo eius signat illũ qui vult perficere bonum opus, vel bonã vitam, vt sit albus in vita, nõ denigrãdo vitã suã per errorẽ, vel fallam opinionẽ. Secundò eius plenitudo signat diligentiam, ne homo sit otiosus, expendẽdo tempus in vanũ. Conuertetur populus meus hic, & dies pleni inuenientur in eis, inquit psalmista Psal. 72. Tertiò sicut ouum nõ habet principium, nec finem, sic vsq; ad mortẽ seruitium Dei nõ debet habere terminũ. Quartum ouum medicinale est albumẽ siue album ad vulnera, rubeum ad confortandũ debiles. Sic perseuerantia est optima medicina cõtra peccata. Quintò est fœcundum, quia ab ouo à gallina calefacto generatur pullus, sic à perseuerãtia generatur gallina, salutatio animæ, ideo dicit Dominus, Qui perseuerauerit vsque in finẽ hic saluꝰ erit. Mat. 10. Scorpio enim vadit capite dimisso, sed pũgit hic saluꝰ erit. Mat. 10. Scorpio enim vadit capite dimisso, sed pũgit cũ cauda. Sic est de inconstãtibus, incipiũt seruire Deo simpliciter, sed redeũt pòst ad malam vitam, ecce caudã plenã veneno. Ideo dicit Deus. Subuersores sunt tecum, cũ scorpionibus habitas. Ezec. 2. Ergo post cõuersionẽ petenda est à Deo perseuerãtia, ideo cõcludie, Si vos. vsque, spiritũ bonũ, de quo Dauid, Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam, scilicet perseuerantiæ. Psal. 142.

Dominica XXIII. post Trinit. Sermo I.

Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Mat. 22. Sermo noster erit de euangelio hodierno. Cogitaui de isto sermone tenere modũ iuristarũ, qui quãdo habent disputare, primò casum proponunt planè quasi per modum historiæ, deinde in punctis, vbi videtur difficultas, mouent quæstionem. Ita faciam ego. Casus legis diuinę erit historia euãgelij, qua posita in aliquibꝰ pũctis, mouebo aliquas quæstiones, secundum quod erit expediens. Casus est iste, dicit b. Matthæus, q̃ pharisæi inimici Christi abeuntes, consilium inierunt, vt caperent Iesum in sermone &c. Dicatur quomodo Cæsar Imperator Romanus imposuit Iudæis soluere tributum quolibet mense, & de illa pecunia imperator tenebat ibi gentes armorũ pro custodia Iudæorum, & totius terrę, aliqui vt Cayphas &c. dicebant

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant q; non esset fiendũ, cùm essent liberi, di. Semẽ Abrahæ sum⁹, & nemini seruiuimus vnquá. Ioan. 8. Maiores verò, qui intelligebant rationẽ, dicebant quòd immo erat soluendum ex prædicta ratione, & bene dicebant, licèt maledicerentur à populo. Si autẽ aliquis audebat dicere, nõ esse soluendum, statim occidebatur. Modò in tali labore vel perplexitate pharisæi miserunt discipulos suos cũ Herodianis ad Christum, super ista quæstione ista intentione, quasi Christus dixisset non esse soluendum, statim occideretur ab Herodianis, quia colligebant tributum. Si verò dixisset esse soluendum, quòd tunc esset in odium populi. Et dixerunt sibi primò adulando, Magister scimus &c. Nota, viam Dei in veritate doces, quia Iudæi soluebant tẽplo decimas, primitias, & similia, dixerunt Christo, Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, licet tributum dare Cæsari an non? quasi dicere vellent, quid ergo oportet dare tributum Cæsari? Hoc dicebant vt Christus diceret tributum non esse soluendum Cæsari, sed Deo, vt statim occideretur ab Herodianis, qui expectabant ex vna parte quid Christus responderet, & ex alia parte populus dicens: Videamus quid dicet. Sed Christus taliter respondit, q; omnes recesserunt cõtenti. Non est sapientia, non est prudentia, & non est consilium cõtra dominũ. Prouerb. 21. Dixit enim, Hypocritę q.d. Ego cognosco vos q.d. vos quæritis à me an licet censum dari &c. Ostendite mihi numisma census. Et vnus ostendit sibi &c. Et Christus, Cuius est imago hæc & superscriptio? Dixerunt, Cæsaris, Et Christus, Reddite ergo &c. Respondit affirmatiuè, sed taliter quòd populus non fuit scandalizatus. Et pharisæi hypocritæ mirabantur dicentes, Vidistis quomodo euasit? Ecce hic casus legis diuinæ. Modò sunt hic faciendę tres conclusiones. Prima super hoc quod dicit, Licet censum dari Cęsari an non? Oportet declarare quid est Cæsar, & quæ est moneta, & pòst videbimus an licet censum &c. cui est, dandum. Cæsar dicitur secundum interpretationem posideos principes, quia antiquitùs omnes reges & principes erant sub eo. Iste Cæsar est Lucifer, qui posidet sub se septem principes. Dicatur quomodo Christus in sua passione & morte ligauit Luciferum in profundum inferni, vsque ad aduentum antichristi. Nunc princeps huius mundi, scilicet Lucifer, qui tyrannicè occupauit totum mundum, eijcietur foras. Ioannis 12. & per se modò non potest tentare. sed mittit suos principes & capitaneos septem peccatorum capitalium. Dicatur de eis. De istis malis principibus dicit Apostolus, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates &c. ad Ephes. 6. Qui ad modum Iudæorum infidelium dicunt, Non habemus rẽgẽ nisi Cæsarẽ &c. Ioan. 19. Et moneta tributi est anima hominis, quia sicut moneta habet tres conditiones.

Prima

Prima est de auro, vel argento.
Secunda habebat imaginem imperatoris.
Tertia literas, vel superscriptionem.

Ita Deus fecit monetam de auro purissimo, s. sanctos Angelos, quia sunt creaturæ intellectuales, quia dicuntur de auro &c. Subtilitate, quia simul intelligunt principia & conclusiones, subiectum & prędicatum, sine compositione & diuisione, & sine discursu. Animæ dicuntur de argento, quia non sunt tantæ dignitatis sicut angeli. Iumenta dicuntur moneta de cupro. Secundò quælibet anima habet imaginem Dei per creationẽ, quia sicut est vnus Deus & tres personæ, ita in vna anima sunt tres potentię, vel tres vires. Et sicut Deus vnus regit & sustinet totum mundum, ita anima vna regit & sustinet totum corpus. Ideo dicit scriptura, Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Gene. 9. Tertiò habet literam vel superscriptionẽ per baptismum, quæ est talis, Iesus Nazarenus rex Iudæorũ. i. confitentium. Apoc. 14. dicitur, Et nomen eius erat scriptum in frontibus eorum. Ecce moneta census, quam vult Cæsar, id est, diabolus de mundo, di. Da mihi animas, cetera tolle tibi. Genes. 14. Quando verò anima peccat mortaliter, non perdit imaginem, sed imago deturpatur, sicut si aliquis cum luto seu incausto deturpat sibi faciem, non perdit faciem, sed deturpat eam. Ita quando homo peccat per superbiam &c. non perditur imago, sed maculatur & superponitur alia imago, sicut de illis qui recipiunt & superponunt sibi laruas vel barbas in ludis. Sic ille qui peccat, superponit sibi imaginẽ diaboli. Anselmus in oratione dicit, Heu me miserum, qualem me feci. Formasti me Domine ad amabilem imaginem tuam, & ego superinduxi imaginem inodibilem, Heu heu, cuius. Cur nõ odi eius imaginem, cuius sic horreo nomen? Insuper titulum diaboli superinduxi, scilicet Lucifer diabolus. vbi erat Iesus Nazarenus &c. Superponit per peccatum illum titulum diabolus, qui est, s. Lucifer, diabolus, rex peccatorum. Ecce quomodo mutantur imago & titulus. Auctoritas. Peccatum Iuda. i. Christiani confitentis, scriptum est stylo ferreo. Hiero. 17. Ex quo ergo Lucifer est Cæsar, moneta anima, vt probaui. Fiet ergo quæstio Christo in iudicio, quando anima est exitura de corpore, vbi sunt dæmones accusantes, angeli defendẽtes. Michaël dicit Christo, Licet cẽsum &c. quãdo Michaël quærit à Christo, Licet censum &c. Dicit Christus: Cuius est imago? Respondet, Dei, quia memoria, intelligentia, & voluntas sunt ordinata. Dicit Christ⁹, Ergo reddite quæ sunt Dei Deo. Ideo emẽdetis vos, quia modò est tempus corrigendi. Si habetis imaginem diaboli per peccatum, & superscriptionem, deleatis per pœnitentiam. Ideo ait Petrus, Pœnitemini igitur, & conuertimini, vt deleantur peccata vestra. Actu 3. Ecce reformatio imaginis. Secunda

Angelus absq; ratiocinatione intelligit.

quæ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstio, quæ notatur in casu legis, & super thema, Reddite &c. Christus in hac respõsione dixit tributum esse soluẽdum, & tenuit parte affirmatiuam quæstionis. Vnde magnum peccatum est retinere ius dominorum temporalium, & ecclesiasticorum, qui custodiunt & curant de populis. Ideo Apostolus, Subditi estote, non solùm propter iram & timorem punitionis, sed etiã propter conscientiã. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt in hoc ipso seruientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum &c. ad Roman. 13. Ideo Christus affirmatiuè respondens, dixit, Reddite &c. Est hic quæstio. Quare nõ dixit clarè, sed quasi timeret offendere populum, vt non dicerent, Nos reputabamus eũ sanctum, & ecce &c. Cautelosè respondet tributũ esse soluendum. Respondeo dicens, q̃ hoc fecit propter nostram instructionem, ne in perplexis interrogationibus propter vitandum periculum mendacium afferamus, subtiliter debemus veritatem dicere, ne periculo nos exponamus. Omne enim mendacium est peccatum. Ita malè stat mendacium in ore, sicut macula in oculo, aut surditas in auribꝫ, quia auferunt linguæ officium. Officium enim linguæ est signare ea quæ sunt in corde. Vnde ait Philosophus, Voces sunt note, id est, signa earum quæ sunt in anima passionum. Ideo dixit Christus, Ex abundantia cordis os loquitur. Mat. 12. Quando ergo homo mentitur lingua, perdit officium suum, quia aliud dicitur in ore quã sit in corde. Ideo multum vitandum est mendacium. Et quando dicitur, Tamẽ nemini nocet quidquã, immo semper nocet duobus, scilicet tibi dicẽti, & proximo qui decipitur. Dicatur historia de obstetricibus excusantibus se Pharaoni cum mendacio, vt euaderent mortẽ, & saluarẽt populum. Exod. 1. Dicit hic Gregorius quia ex illo mendacio perdiderunt gloriam, licèt nõ esset peccatum mortale. Diceret aliquis, Ex peccato veniali non perditur gloria lucrata. Dicendũ, si non fuissent mentitæ, habuissent gloriam martyrij, quã perdiderunt ex mendacio. Et ædificauit illis domos, ideo ex illo mendacio malum euenit eis. Item deceperunt Pharaonem. Dicatur hic contra illos, qui non curant mentiri tractando pacem vel matrimoniũ vel ad terrendum in sermone. Ideo Christus noluit mentiri in sermone complacendo populo, sed subtiliter dixit veritatẽ. Itẽ nec veritas est semper dicenda, sed cautelosè est tacenda. Verbi gratia. Quãdo quæritur à vobis de fama alicuius puellæ, vel viduæ ab aliquo, qui vult eam in vxorẽ. Si sit bona, potestis dicere veritatem de bonitate eius. Si verò sit oppositum, tacẽdo veritatem, quia non debetis eã diffamare, nec etiam dicere mendacium, dicendo quòd sit bona, cũ sit mala, sed poteritis dicere, Si quæratis de filia mea, de illa possum vobis respondere. Item si quæratur de aliquo malefactore fugiente, an vidistis eũ, poteritis respondere nõ prodendo nec mẽtiendo

tiendo, sed dicendo, non curo de eo, nec de vobis &c. Si dicitur, Intrauit domum vestrã, Respõdete, Quando, hodie mane? & sic mendacia euadere exemplo Christi. Ideo dicit scriptura, Sermo vester semper in gratia sale sit conditus, vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuique respondere, ad Collo. 4. Tertia quæstiõ &c. super thema, cũ dicitur, Reddite &c. Quæritur quare prius loquitur de Cæsare, quã de Deo, cũ plus teneamur Deo, cũ incomparabiliter sit maioris excellentiæ. Respondeo per duas rationes. Prima fundatur in quadã regula philosophiæ dicente in quolibet susceptibili naturali, ipsam vltimã formã substantialẽ, dispositio necessaria est præuemés. Verbi gratia. Si forma ignis debet introduci, deliccatio & calefactio sũt dispositiones, quæ præceduut formã ignis, licet forma substantialis ignis sit melior, tamen oportet q̃ illæ dispositiones præcedãt eã. Ita in creatura forma principalis & perfectiua creaturæ est præsentia Dei, tũc creatura iungitur Deo per intellectũ clarũ, & sine errore, & per memoriam ne simus ingrati, & per voluntatem amando, per os laudando, & per corpus, per pœnitentiam &c. Ista est forma principalis quã in hoc mundo debemus habere &c. Sed ad istam formam habendam oportet quòd præcedant dispositiones. s. concordia cum proximo, & carentia odij, & ordinatio simplius cũ proximo, & tũc venit Deus. Ecce quare prius nominauit proximum quàm Deum. Ideo Christus, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Mat. 5. Nota, vade prius &c. Si vellet dicere, Domine, prius volo reconciliari vobis. Respõdet, Non, vade prius &c. nõ q̃ sit maioris grauitatis &c. sed sunt dispositiones quæ debẽt præcedere. Ideo multa bona opera perdunt, qui nolunt prius reconciliari proximis. Secunda ratio fundatur per theologiã, oportet qui vult seruare vitã euangelicã, vel apostolicam perfectã, q̃ primò det Cæsari. i. mundo, quod suum est. Si vis esse religiosus, da Cæsari quod suũ est, nihil tene vt propriũ, prius renuntiandum est mundo, vt expeditus adhæreas Deo. Si vis perfectus esse, vade & vẽde omnia &c. Mat. 19. Ideo dixit prius, Reddite prius quę sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo. Item vitã sanctam apostolicam. Ideo di. apostolus Petrus, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Mat. 19.

Dominica XXIII. post Trinitatem. Sermo II.

Licet cẽsum dare Cæsari an nõ. Habetur verbũ istud Mat. 22. Hoc verbũ secundũ intellectũ allegoricũ quẽ volo nũc pertractare, est verbũ beati Michaelis Christo di. de anima nouiter egressa, Licet cẽsum & animã nouiter egressam ex hoc mũdo dari Cęs. i. Lucifero an nõ? Modò pro maiori declaratione huius verbi secundũ intellectũ sunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

tres quęst.

Prima quare Lucifer nominatur Cæsar, quod tamen est nomen imperatoris,

Secunda quare anima rationalis dicitur census vel tributum, qui sunt prouentus magnorum dominorum,

Tertia cui census iste vel tributum dari oporteat per iustitiam & rigorem.

Quantū ad primā quæstionē, quare Lucifer nominatur Cęsar, Dico ꝙ ex duabus rationibus. Prima per tyrannicā vsurpationē. Secunda per hebraicā interpretationē. De prima, quia Imperatores Romanorū vsurpabant sibi dominiū mūdi. Ex astutia enim & potētia armorū subiugarunt sibi eū. Auct. Audiuit Iudas nomē Romanorum, quia sunt potētes viribus. 1 Machab. 8. Ecce quomodo hoc nomen Cæsar includit tyrannicā vsurpationem. Ita est etiam de Lucifero, quia Lucifer dominabatur toti mundo, nónne ex hoc quia in omni regno, prouincia, & ciuitate, & loco habitabūt idola? Et sicut Imperator mittebat procuratores & gubernatores per mūdū: ita Lucifer mittebat dæmones, qui dabāt respōsa in idolis. Ex quo Lucifer in cāpo clauso paradisi terrestris deuicit Adā, voluit omnibus hominibus dominari. Sed venit Christus, qui merito suæ passionis abstulit sibi dominiū. Cū autē Christus esset suspēsus, videns ꝙ talia patiebatur Christus, cogitauit ꝙ nō erat Deus, & venit, & posuit se in latere crucis, volens capere Christū, sed captus fuit à Christo, & ligatus in inferno vsq; ad aduentū Antichristi. Ecce quomodo perdidit tyrānicā dominationē. Auct. Christi in passione di. Nūc iudicū est mūdi. Nunc princeps huius mūdi eijcietur foras &c. Io. 12. Item alia venit. f. ad me pendentē in cruce &c. Itē princeps mundi huius iam iudicatus est. Io. 16. Fiat ergo ratio, si Cæsar erat nomē Imperatoris per tyrānicā vsurpationē, & Lucifer vsurpauerat sibi dominiū totius mundi, ideo dicitur Cęsar. Secūdò dicitur Cæsar per Hebraicam interpretationem. Cæsar interpretatur posidens Princeps. Talis est modò Lucifer, qui modò per se non habet potestatē in interpretatione cū sit ligatus. Quomodo ergo facit tot mala? quia possidet principe. Quia sicut rex quando facit prælium alteri regi, mittit suos capitaneos, sic etiam Lucifer. Et secūdum quòd sunt septē peccata capitalia, sic sunt septem. Princeps qui tentat de peccato superbiæ est Leuiathan, qui est rex super vniuersos filios superbiæ. Iob. 41. quem vocat Lucifer di. Nunquid vides qualiter me tenet Christus ligatum, & nūquid tu sentis de metimò Domine, sed quid facię dum præcipiatur? Ego dicā tibi, Christo, & suis qui cum eo sunt in cælo non possumus nocere, sed suis qui sunt in mundo. Vis enim tē tare de superbia, ideo hic velles facere vnam pugnam. Ecce hic tot mille milia diaboli qui ibunt tecū. Libenter dicit Leuiathan. Et vadit

dit cum vexillo & titulo Leuiathā rex superbię & vanitatis, & ducit secū ad infernū omnes superbos. Quod videns Christus, volēs reducere eos & reuocare, nō tamen liberū arbitriū cogēdo sed monēdo dicit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiā vos. Matt. 11. q. d. quare vultis illū sequi? sed pauci reducuntur ad Christum. Secundus est de Mammona, princeps seu capitaneus qui tetat de auaritia. No. qualiter etiā vt primus vocatur à Lucifero &c. Qui incedit cū vexillo & titulo Mammona, princeps auaritię & cupiditatis. Hic facit tantū ꝙ iā sunt pauci qui sunt cōtenti de suis redditibus, sed sunt raptores &c. Qui oēs ex hoc peccato secū ducit. Ideo Christus nō cogendo liberū arbitrium, sed monēdo dicit, Cauete vobis ab omni auaritia, quia nō in abundantia cuiusquā vita eius est ex his quę possidet. Lu. 12. No. ab omni vniuersaliter. Tertius est Asmodeus, de quo Tob. 6. Dęmoniū nomine Asmodeus occidebat eos mox vt ingressi sunt. Iste diabolus tentat de luxuria. Nemo est qui se abscondat à calore eius. Hic cum vexillo & titulo incedit Asmodeus princeps luxuriæ & carnalitatis. Hic iam totū mundum corrupit, & verificatur illud Dauid. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt, & nō est qui faciat bonū. f. castitatis, nō est vsq; ad vnū de adultis. Psal. 13. Ideo Christus. Sint lumbi vestri præcincti &c. Lu. 12. Quartus capitaneus inuidiæ est Beelzebub, de quo Lu. 11. In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Verbū fuit Iudęorum. Hic cū vexillo & titulo pcedit Beelzebub princeps inuidię & malignitatis. Hic facit tantū quòd totus mundus est plenus inuidia inter dominos & prælatos, laicos, & clericos. Quintus capitane⁹ gulæ est Beelphegor, de quo Dauid, Initiati sunt Beelphegor &c. Hic cū vexillo & titulo incedit Beelphegor princeps gulæ. Hic facit tantū ꝙ totus mūdus nō seruat quadragesimā, faciunt se infirmos &c. nec vigiliæ sanctorū ieiunātur, nec veniunt ieiuni ad missam. Sūt ebrij, debiles & infirmi propter vinū &c. Ideo Christus non cogens, sed monens dicit, Attendite vobis ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Lu. 21. Sextus est Baalberith, capitaneus iræ, de quo Iudic. 9. Hic incedit cum vexillo & titulo Baalberith, capitaneus iracūdiæ & iniquitatis. Hic facit tantum quod posuit scisma & diuisionē in ecclesia Dei, nec potest pacificari. Q quot ducit secū. Ideo Paulus, Si fieri potest quantū ex vobis est, cū omnibus hominibus pacē habentes, ad Roma. duodecimo. Septimus est Astaroth, qui tentat de acidia, de quo Iudic. secūdo. Dimiserunt dominum seruientes Baali & Astaroth. Ergo dicitur Christiano, qui nō memoratur creationis & redēptionis, sed est Christi, primi Regum septimo. Auferte deos alienos de medio vestri, Baalim & Astaroth. Hic incedit cū vexillo & titulo Astaroth, princeps acidiæ, & otiositatis. Hic facit tantum, quòd iam pauci sunt qui quolibet die dicunt orationē dominicam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam, sed quando induuntur, nec sciunt dare dominicam diem Deo, nec confitentur, nec communicant semel in anno, nec veniunt ad missam, vel si veniunt pro tempore, non sciunt orare, nō seruāt pœnitentiam, perdunt tempora. Nota qualiter decipitur mundus Ecce quare dicitur Lucifer Cæsar, id est posidēs principes, de quib⁹ apostolus, Nō est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē. Glo. homines, principes, & potestates, dæmones. I. Eph. 6. Hi ad modum Iudęorū dicunt, Nō habemus regē nisi Cæsarē. Io. 9. Quantū ad secundā, quare anima dicitur cēsus &c. Pro quo nota ꝙ sicut Imperator in quolibet regno & prouincia &c. exigebat tributum. Ita Christus rex & Imperator in quolibet regno &c. animas tributarias exigit à vobis principaliter, ita ꝙ in hoc tantā habet diligentiā, quod cuilibet animę mittit procuratorē suū ne aliqua perdatur, non tamē cogit liberū arbitriū, Ideo dicit Christus mundo, Da mihi animas, cetera tolle tibi. I. diuitias, dignitates &c. Gen. 14. Ecce quare anima dicitur cēsus, quia debetur vni magno Domino. Tū iure creationis. Ecce oēs animæ meæ sunt, dicit Dominus. Ezech. 18. Tum etiā iure redemptionis. Quę mulier habens drach. decem, & si perdide, &c. No. practicè istam parabolam, vt habetur Lu. 15. Hæc mulier est sapientia diuina. Ratio, quia mulier regit & gubernat domū. Ita sapiētia diuina, de qua ad literā dicit Salomon, Mulierem fortē quis inuoniet? procul & de vltimis finibus pretium eius. Prou. vlt. Dicitur fortis, quia nihil potest fieri contra sapientiā diuinā. Nota procul, quia à Salomone vsque ad Christū transierūt mille anni. In textu bibliæ, Salomon non posuit numerū clarum, sed vbi dicit procul, posuit literam aleph, quod interpretatur mille. No. de vltimis finibus eius, numera ascendendo quatuor elementa, decē cælos, nouem ordines angelorum, de vltimis. I. de cathedra Dei, venit sapientia euāgelica. Hæc mulier habebat decē drachmas auri, id est decē gradus creaturarum spiritualium, in quibus Deus sculpsit suam propriam imaginem, sicut in moneta auri imago regis vel Imperatoris. Primus gradus est Seraphinorū, secundus Cherubinorum, tertius thronorum, quartus dominationū, quintus virtutum, sextus potestatū, septimus principatuum, octauus archangelorū, nonus angelorum, decimus est hominum, perdidit drachmā vnā, scilicet naturam humanā. Sed di. aliquis, Etiam perdidit naturā angelicam. Verum est, sed differēter, quia non tota natura angelica fuit perdita, sed per Adam & Euā tota humana natura fuit perdita. Sed quid fecit sapientia diuina? accendit lucernam Christum, in furno, scilicet vteri virginalis. Christus autem dicitur lucerna. Ratio, quia sicut in lucerna sunt tria, cera mollis, & lichnus, & lux, sic in Christo est caro fragilis, anima, & diuinitas. Ideo Dauid in persona Dei patris dicit, Paraui lucernā Christo meo. Psal. 131. Et euertit totam domum, id est mundū, scilicet in prædi-

Quid interfuit inter naturā angelicā perditā & humanam.

prædicatione. Euersio est, quando illud quod est supra venit infra. Totus mundus erat in vitium eleuatus per superbiam, sed Christus euertit prædicando, & præcepta humilitatis dādo, & quæsiuit diligēter eūdo de villa in villā. Si fuisset sibi dictū &c. Domine quid quæritis? Respondisset, drachmā quā perdideram &c. Tantū eā quæsiuit, quousque inuenit. Quando anima descendit ad limbum, ibi inuenit tot milia, quæ inuenta dixit amicis suis. I. virtutibus angelorū. Congratulamini mihi omnes, quia inueni drachmam quam perdideram &c. Moraliter hic gaudere debemus, quādo drachma, id est persona ad Deum per bonā vitam venit cū proposito nō redeundi. Ideo exemplo angelorum gaudendū est. Sed aliqui faciūt oppositū, derideno illos qui faciūt pœnitentiā. No. qūo pro peccatis secretis sufficit pœnitētia secreta, sed pro publicis necessaria est pœnitētia publica. Verbi gra. Si aliquis secretè in corpore suo fuit superbus, sufficit secreta pœnitētia, si publicè, necessaria est publica pœnitentia, ita vt si oēs scādalizauit, oēs ædificētur per pœnitētiā suam, & laudent Deū, q̄ bonū est correptū manifestare pœnitētiā, sic enim effugies voluntariū peccatū. Eccl. 20. Patet 2. quæst. Quantū ad tertiam, cui census dari debeat per iustitiā & rigorē, hoc est ad propositum pro mortuis. De animabus ex hoc mundo decedentibus fit iudiciū à Christo, secundum iudiciū quod Christus fecit, quando Iudęi dixerunt sibi, Licet censum &c. Christus autē visa moneta, imagine, & superscriptione, iudicauit, di. Reddite &c. Sic anima iudicatur secundum imaginem & superscriptionem quā præfert. Pro quo sciendum ꝙ anima in sui creatione recipit imaginē Dei, sic enim quando fit moneta auri, in ea imprimitur imago regis. Itē in anima quādo creatur persona patris imprimit memoriā præteritorū, persona filij intellectū præsentiū, persona spiritus sancti voluntatē futurorū, & sicut nō est nisi vnus Deus, sic nō est nisi vna anima cū illis tribus potentijs. Ad imaginē quippe Dei factus est homo. Gen. 9. Sed in sui redēptione, quę per baptismū applicatur, tūc anima recipit superscriptionem tituli. Iesus. N. R. Iud. De hoc dicit Io. Habētes nomē eius scriptum in frontibus eorum. Apoca 14. in parte superiori. I. in mente. Et sic quando Michaēl, quē constituit Dominus principem super omnes animas suscipiēdas, dixit Christo, Licet cēsum dari Cæsari. i. diabolo, an nō? Respōdet Christus, Cuius est imago hęc & superscriptio? Dicit Michaēl, Dei. Et Christus, Reddite quæ sunt Dei Deo. Sed quādo anima auertitur à Deo peccādo mortaliter, superinduit sibi horribilē imaginē diaboli, ac si super sigillū regis aliquid superponeretur. Ver. gr. Si peccas per superbiā, superponitur imago Leuithā. Ansel. Loquēs in oratione, vt peccator debet loqui di. Heu me miserū qualē, vt supra in sermone, Reddite. Terribilis est etiā titulus, qui circūscribitur di. Lucifer diabolus rex peccatorū, iuxta illud

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccatum Iuda, id est Christiani confitentis, scriptum est stylo ferreo in vngue adamantino. Hiere. 17. Secundum diuersitatem imaginis & superscriptionis iudicabitur anima reddēda Deo vel Cęsari. 2. diabolo. No. practicè quando anima peccatoris impœnitentis decedit, dicit Michaël Christo, licet censum dari Cæsari an nō? Et Christus, Cuius est imago? Respondet, Cæsaris. Reddite ergo &c. Statim diabolus accipit animā. Ecce quomodo fit iudiciū. No. hic de Hier. quando sibi dictū fuit à Christo, Nō es Christianus, sed Ciceronianus, quia ex nimio cordis affectu præferebat imaginem Ciceronis & eius doctrinæ superscriptionē. Ideo preferentibus & imaginem & superscriptionem diaboli, Si quis adorauerit bestiam & imagiē eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut manu sua, hic bibet de vino iræ Dei. Apoc. 13. Ideo Dauid, Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum, Deus in cœlesti ciuitate, s. est, & ipsi in sua terrestri ciuitate imaginē eius ad nihilū redegerunt. Psal. 72. si dicatur, Quid faciā ergo, quia sum peccator, & superinduxi imaginē, & superscriptionem diaboli. Solutio. Nō debetis desperare, quia adhuc potestis imaginem Dei reparare, proponēdo à peccatis abstinere, & cōtinere. Scriptura diaboli deletur, & Christi reparatur in cōfessione, quādo confessor dicit, Auctoritate Domini nostri &c. Tūc imago Dei & superscriptio est reparata, & quando in iudicio dicitur, Cuius est imago hęc? dicitur, Dei. Ergo reddite Deo.

De eadem dominica XXIII. post Trinitatem.

Sermo III.

OStendite mihi numisma census. Istud verbū habetur Mat. 22. Ad literā verbū est Christi ad quęstionē perplexam respondentis, & dicentis, Ostendite mihi &c. In præsenti sermone volo pertractare hoc tropologicè seu spiritualiter. Pro quo sciendū q̄ sicut Imperator Romanus illo tēpore de omni regno, prouincia, & ciuitate &c. exigebat certos redditus in tributū, etiā sub pœna mortis, ne fraudaretur, & habebat iā in quolibet loco certos creditores & collectores: ita rex & Imperator noster Iesus, qui est rex regum, & Dominus dominantiū, quia omne dominiū est in eo, intantū q̄ dicit to. Habet in vestimento & fœmore suo scriptum, rex reg. & Do. domi. Apoc. 19. No. habet in vestimēto, id est in humanitate, quia sicut vestimentū personā cooperit hominis, ita humanitas in Christo diuinā personam. Quòd humanitas dicatur vestis, auct. Qui cū in forma Dei esset, semetipsum exinaniuit, formā serui accipiēs, & habitu inuētus est vt homo. ad Philip 2. No. in fœmore. Fœmur est iuxta partes generationis, & significat personā filij Dei, qui per ęternā generationē procedit à patre. Vult ergo dicere q̄ inquantū homo, & inquantum filius Dei est rex regū &c. Ideo dicit scriptura, Domine Deus rex omnipotens

potens in ditione tua cun. sunt po. &c. Hester 13. Ideo in omnibus regnis, terris, & prouincijs, vult habere tributum certum, nec vult defraudari. Tributum quod ipse vult sunt animę. Tum ratione creationis, quia ipse cum patre, & spiritu sancto creauit eas ad imaginē trinitatis, tum etiam iure creationis & redemptionis, quia ipse emit sanguine suo nos. Ideo ipse dicit, Omnes animę meæ sunt. Ezec. 18. Licèt enim omnia sint sua, principaliter tamē animę, quia nihil pretiosius anima, demptis angelis sub cælo. Auct. Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentū patiatur? Mat. 16. Pro isto tributo misit procuratores, scilicet patriarchas &c. imò ipsemet voluit venire. Filius enim hominis venit quęrere & saluum facere quod perierat. Luc. 19. Et quando ipse recessit, dimisit procuratores suos vt custodiant & procurent sibi tributum. Isti sunt curati animarum. Papa est maior, cardinales, archiepiscopi, & episcopi &c. qui plus deberent curare de salute animarum, quàm de redditibus. Vtinam modò non fit oppositum. Et sicut Imperator dabat salarium collectoribus suis, ita Christus dat eis redditus. Quādo autem hoc tributum præsentatur Christo, scilicet in morte, dicunt angeli, Domine tributum hoc de tali villa venit, quod vobis mittit talis curatus &c. Quemadmodum dicebatur Imperatori, & videbatur si esset bonū. Ita de anima, quando præsentatur Christo, dicit Christus, Ostendite mihi numisma census, si est bona, præcipit vt ponatur in cistulis suis, s. in ordinibus angelorū, si autem sit mala moneta, præcipit vt ponatur in igne inferni ad comburendum. Patet thema, Inuenio quòd anima nostra ad instar bonæ monetæ, si debet reponi in locis angelorum, debet habere septem conditiones, virtutes seu proprietates.

Prima est imaginis veritas,
Secunda est superscriptionis proprietas,
Tertia materiæ pretiositas,
Quarta æqui ponderis grauitas,
Quinta sonī congruitas,
Sexta figuræ sinceritas,
Septima circularis integritas.

De qualibet istarū examinatur anima in iudicio. Tres primę cōditiones habētur per tres virtutes theologicales, & quatuor ex quotuor virtutibus moralibus. Dico q̄ prima conditio, quā debet habere ad instar bonæ monetę, est imaginis veritas. Iam videtis q̄ cōmuniter in monetis est imago principis. Hoc seruabatur antiquit' in moneta auri, vel nō reputabatur bona. Sic etiā necessariū est animæ ad hoc, q̄ sit bona & reponēdo in cælo, oportet q̄ habeat veritatē de imagine. Quia licèt quælibet anima habeat imaginē trinitatis per creationē, non tamen ex hoc saluatur, nisi habeat imaginem Christi per

Universidad de Deusto
Biblioteca

virtualem iustificationem, vel imitationem. Hæc autem imago habetur per primã virtutem theologicalẽ, quę est fides, quia sicut imago vna habet multa membra, ita vna fides catholica habet 12. articulos, & depingit in anima vnam imaginẽ virtualem. 12. membra habentem. Primus articulus fidei est, Credo in Deum patrem omnipotentẽ creatorem &c. Hic depingit frontem imaginis. Ratio est, quia sicut frons est principium imaginis, ita Deus pater est principium omniũ creaturarum, imò etiã est principiũ filij & spiritus sancti, est principiũ, nõ de principio. Secũdus articulus est, Et in Iesum Christũ filiũ eius vnicũ, Dominũ nostrũ. Hic depingit oculos. Ratio, quia iste articulus duobus oculis debet videri. s. dextro, quantũ ad Christi diuinitatẽ, & sinistro, quantũ ad humanitatẽ. Tertius est, Qui conceptus est de spiritu sancto, na. ex Ma. virgine. Hic depingit aures. Vnde dicitur virgini, Gaude virgo mater Christi, quę per aurẽ cõcepisti Gabriele nuntio. Secundò continet natiuitatẽ, in qua virgo audiuit angelos cãtantes. Quartus est, Passus sub Pon. Pila. crucifixus &c. Hic depingit nares. Ratio, sicut ex grano incẽsi in igne posito redolet bonus odor, sic de grano corporis Christi in igne passionis posito. Ideo Apost. Tradidit semetipsum pro nobis obla. & ho. Deo in odorẽ suauit. Eph. 5. Quintus est, Descẽdit ad inferna. Hic depingit duas genas. Ratio, quia sicut genę decorant imaginẽ, ita Christus descẽdit ad inferos, vt inde extraheret duas cõditiones gentium, quæ dederũt pulchritudinẽ mundo. s. aliquas animas legis naturæ. s. Adæ, & Euæ, & Noẽ &c. & legis scriptę, quæ dicuntur genę. Auct. Qualis est dilectus tuus, ô pulcherrima mulierũ. Can. 5. Respõdet virgo, Dilectus meus cãdidus & rubicũdus. Genę illius sicut aureolę aromatũ, cõfitę à pigmẽtarijs. Sextus est, Tertia die resurrexit à mor. Hic depingit os. Ratio, quia Christus ore probauit suam resurrectionẽ, s. loquendo, comedendo, quæ sunt officia oris. Septimus, Ascendit ad cælos, sedet ad dextrã Dei patris omnipotẽtis. Hic depingit collum. Ratio, quia cibum mittimus per collũ, & descendit ad stomachũ, & dat vitam corpori. Sic omnis cibus spiritualis, ex quo ipse ascendit, per eum descendit ad nos, dans nobis vitam spiritualem. Ideo apostolus, Ascendens Christus in altum, captiuã duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. ad Ephe. 4. Octauus, Qui venturus est iudicare viuos & mortuos. Ecce hic brachia. Ratio, quia in iudicio extẽdet duo brachia, s. dexterum, dicendo bonis, Venite benedicti patris mei. Secundò sinistrum, malis dicẽdo, Discedite à me maledicti &c. Mat. 25. Nonus, Credo in spiritum sanctum. Ecce hic pectus. Ratio, quia sicut intra pectus cõsistit cor, à quo procedit vita corporalis, sic à spiritu sancto ꝓcedit vita spiritualis. Spiritꝰ enim est qui viuificat, caro autẽ non pro. &c. Io. 6. Decimus, Sanctã eccle siam. Hic depingit ventrem. Ratio, quia sicut venter recipit omnes escas,

Declarãtur 12. articuli fidei ad similar mẽbrorum humani corporis

escas, bonas & malas, sic ecclesia oẽs recipit, nulli claudit gremium. Vndecimus est, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum. Hic depingit crura. Ratio, quia inter omnia alia mẽbra crura sunt partibus generationis propinquiora, ad generãdũ filios, sic per sacramenta ecclesię generantur filij Dei. Duodecimus. Carnis resurrectionem, & vitam ęternam. Ecce tibię & pedes. Ratio, quia sicut tibiis & pedibus ambulam⁹, sic etiã finaliter per resurrectionẽ oportet nos ambulare ad vitã ęternã in gloria. De tibiis istis Auct. Deus creauit. i. formauit hominẽ ad imaginẽ suã. s. in anima per creationem, & iterũ conuertit illũ in ipsam. s. imaginẽ, & secundũ se vestiuit eũ virtute. Eccl. 17. Quando autẽ dicit Christus, Ostendite mihi numisma, si in anima inueniatur hæc imaginis veritas, recipitur in coelis Christi, alias proijcitur in infernũ tanquã moneta falsa, ideo &c. Secũda conditio quę requiritur, est proprietas superscriptionis. Scribebatur enim titulus, Cęsar Imperator Romanus, vel huiusmodi, Et hic habetur per illam virtutẽ, quæ est spes, qua cordi superscribitur nomẽ Domini, quod est Iesus, in quo in cũctis tribulationib⁹ & necessitatibus est confidendum. Nota exemplũ de beato Egnatio, in cuius corde post obitum eius inuentũ est nomen Iesus, literis aureis scriptum. Ideo Christus, Dabo tibi calculum candidum, & in calculo nomen nouum scriptũ, quod nemo scit nisi qui accipit. Apoc. 2. Sed modò sunt multi miseri qui ponunt spem suã in falsis coniuratoribus, coniurãdo sæpe stultè quod nunquam fuit verum. Aliqui obseruant dies Aegyptiacos. Itẽ mulieres etiã quãplurimas in suis actionibus & credentijs committunt & habent stultitias, sicut quod mulier in puerperio non lignet vel faciat crucem super cibum. Item ꝙ mulieres in primo anno quãdo receperunt viros nulli dent lumen vel ignẽ. Item ponunt bracas. Sed illis fatuitatibus dimissis ponatis spem vestrã in nomine Iesu. Vnde Dauid, Beatus vir cuius est nomẽ Domini spes ei⁹, & nõ respexit vanitates, & insanias falsas. Psal. 39. Quando dicit Christus, Ostendite &c. Tertia est pretiositas materię, ne fit de plũbo, quia licẽt haberet imaginẽ & superscriptionẽ, falla moneta esset. Hęc habetur in anima per tertiã virtutem quę est charitas, Deum super omnia, & proximum sicut seipsum diligendo, & hęc charitas facit animam pretiosam coram Deo, quia sine charitate nulla opera quæ homo facit, etiam bona de genere, placent Deo. Vnde apostolus, Si habuero fidem, ita vt montes transferam, chari autem non ha. nihil sum. 1. Cor. 13. Etiam si vnus haberet fidem patriarcharum, & deuotionem prophetarum sine charitate, nihil valeret, quia nullum opus nec corde cogitando, nec ore loquendo, nec opere operando valet aliquid sine charitate. Apostolus, Si linguis hominum loquar & angelorũ, charitatẽ autem nõ habeam, factus sum velut æs sonãs. 1. Cor. 13. Angelorũ linguę sunt

Nullum opus sine charitate est ad vitã æternã meritorium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorũ significationes. Vult ergo dicere apostolus, q̃ si ipse prædicasset quod est officiũ oris, non solũ linguis hominũ, sed etiã angelorũ, & charitatẽ nõ haberet, esset vt æs, quod vocãt ad ecclesiã gẽtes nõ intrat, sed destruit & cõsumit seipsum. Quarta est æqui ponderis grauitas. Ideo videtis q̃ moneta auri põderatur. Hæc habetur per vnã virtutẽ moralẽ, quæ est humilitas, quia persona humilis in statera descẽdit primò in oculis humiliter respiciendo, in vestitu, in ore humiliter loquẽdo, & in corde neminẽ despiciẽdo, & potest dicere, Domine non est exaltatũ cor meũ, neque elati sunt oculi mei. Sicut enim superbus ascẽdit in altũ in officijs, & honoribus, sic per oppositũ humilis in statera descẽdit. Pro quo nota, q̃ põderãda est in statera diuinæ iustitiæ vita Christi, cui debemus æquari, nõ per æquiparantiã, sed per imitationẽ, seu cõformitatẽ vitæ, quia sicut Christ⁹ in vita sua fuit humilis in omnib⁹, sic etiã nos humiliemus. Itẽ sicut ipse fuit liberalis, ita & nos, q̃ non simus auari. Itẽ sicut ipse fuit purus virgo, & castus, & nunquã sciuit experimentaliter actũ illum, ita & nos eius exẽplo casti esse debemus. Ideo apostolus, Hoc scilicet pondus vitę Christi sentite in vobis, quod & in Christo Iesu. ad Phi lip. 2. Mulieres autẽ debẽt vitã suam põderare ad vitã Christi, & ad põdus vitę virginis Marię, nõ per ęqualitatẽ, sed per conformitatẽ, quia dicit Christus mulieribus vanis, Virgo & mater mea, licẽt esset de genere regali, noluit indui de auro &c. Propter hoc dicit Christus & virgo Maria hominibus, Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. Mat. 11. Quinta est soni congruitas, ita probatur moneta rusticis. Sic Christus requirit bonum cẽsum, & boni soni. Et hoc habetur per virtutẽ prudentiæ, quæ examinat sonum verborum ab ore procedentiũ, ne sint in offensam Dei iurando &c. nec proximi, ipsum diffamãdo, iniuriãdo, vel falsè decipiẽdo, nec in laudẽ sui ipsius, sed proximi & Dei. Si quis loquitur, quasi sermones Dei, Eloquatur. 1. Pet. 4. Sunt multi, qui facitũ malũ sonũ, iurãdo, blasphemãdo, proximũ diffamãdo, vel iudicãdo, vel peccatũ occultũ publicando. Nam etsi ex peccato perdidit animã, tamen remanebit sibi bona fama, sed damnatis vos eum diffamando. Ideo apostolus, Omnis sermo malus ab ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Ephe. 4. De hoc sono examinatur anima in iudicio, quando in lapide feritur. Petra autẽ erat Christus. 1. Cor. 10. Ostendite &c. Sexta est figuræ finceritas, s. quod moneta non sit fracta. Hæc habetur per virtutẽ obedientiæ, quę includit omnium mandatorum Dei obseruantiã, quia si vnum præceptum frangitur, non habet sinceritatem. Dicunt aliqui bene placeret mihi conseruare illud præceptum, & illud, sed non istud. Sed illud non potest bene stare &c. Moneta animæ vestrę non est sincera. Ideo dicit beat. Iacob. Quicunque totã legẽ seruauerit, offendat autem

autem in vno, factus est omniũ reus. Iaco. 2. Quæstio quomodo est hoc, cũ præcepta sint 10. si ego faciã contra vnũ q̃ sim reus omniũ? Verbi gra. Si ego cõmitto furtũ, pecco cõtra illud præceptũ. Nõ furaberis, quomodo ero reus. Nõ habebis deos alienos, quia nunquã feci cõtra secũdũ, nec tertiũ. Ideo est hic magna difficultas, quę declaratur subtiliter sic. In omni peccato mortali sunt duo, vt dicit beat. Aug. & omnes theologi, auersio ab incõmutabili bono, & cõuersio ad cõmutabile bonũ. Deus est bonum incõmutabile, & creatura bonum cõmutabile, Deus præcepit humilitatẽ, si tu dicas, Nolo esse humilis, giras dorsum Deo, & conuertis ad te creaturã, s. superbiam. Ecce auersio à Deo, & cõuersio ad creaturã, & sic de omnibus aliis peccatis, ergo fact⁹ es omniũ reus. s. auersionis & cõuersionis. Septima est circularis integritas, q̃ sit sine angulis. Hęc habetur per virtutẽ perseuerãtię finalis. Tunc figura circularis est perfecta, quando finis respõdet principio, vt patet in cõpasso faciente circulũ, &c. sic etiã ille qui incipit bonũ, ponit pedẽ cõpassi in cẽtro corporis, deinde circuit cõferẽdo de peccatis, proponẽdo nõ redire, cõfitẽdo &c. tũc finis vnitur principio, quãdo es cũ Deo. Alij autẽ incipiũt bonã vitã, & ponũt pedẽ circini in cẽtro, s. religionis & circũeunt primò statũ nouitij, deinde professi &c. vsq; ad mortẽ. Idẽ de clericis. Ideo Christus, Qui perseuerauerit, nõ dicit inchoauerit, vsq; in finẽ, hic &c. Mat. 10. Multi incipiũt tã in religione q̃ in heremo, qui nõ perseuerãt, sed tũc pes de circulo amouetur. No. legitur de quodã religioso, qui petijt cõsiliũ à quodã sancto religioso, vt ostẽderet sibi regulã bene viuẽdi, qui dixit, Sicut incœpisti, sic finias. Ideo apostol⁹ Gala. 6. Bonum faciẽtes, non deficiamus, tẽpore enim suo metemus non deficientes. Ecce quare dicit, Ostendite mihi numisma.

Per auersionẽ à bono incommutabili et conuersionẽ ad bonũ cõmutabile, qui in vno offendit fact⁹ est omniũ reus.

De eadem dominica XXIII. post Trinitatem. Sermo IIII.

Nostra cõuersatio in cęlis est. Habetur istud verbũ ad Phil. 3. Verbum est apostoli dicentis de se, & alijs apostolis, & discipulis Christi, Nostra conuersatio &c. Modò si nos volumus intelligere illud verbum de sanctis animabus apostolorum, & aliorum sanctorũ à corporibus exutis, tunc clarũ est: quia q̃ eorũ cõuersatio in cęlis sit, nulli est dubiũ. Nam non solũ animę apostolorum cõuersantur in cęlo, sed etiã animę innocentũ, quia sicut filij intrant patris domũ absque difficultate. Item animę perfectæ pœnitentiũ, ex quo iam in hoc mũdo habuerũt suum purgatorium. Item animę martyrum, & aliorũ perfectorum, statim post mortem intrãt cęlum, sic conuersatio eorum est in cęlis, quantum ad animas. Ideo cantat ecclesia, Gaudent in cælis animę sanctorũ qui Christi vestigia, vel per innocẽtiam, vel per pœnitentiam sunt secuti, & quia s. aliqui, pro eius amore sanguinem suũ fuderunt, ideo cũ Christo re. in ę. &c. Si ergo dce orũ animabus

volumus

Universidad de Deusto
Biblioteca

volumus intelligere thema, clarum est, nec habet difficultatē quis eorū animæ sint in cælis, & conuersatio eorū. Sed si volumus intelligere secūdum q̄ apostolus loquebatur, quia s. adhuc viuētes in hoc mūdo cōuersationem habebāt in cęlis habet difficultatē, sed nō intelligatis quòd nostra cōuersatio per habitationem corporalem, sed per imitationē virtualē sit in cælis. Verbi gratia. Si aliquis viuendo in domo sua seruaret perfectè vota & cærimonias oēs alicuius religionis, s. paupertatē, castitatem &c. Si quęreretur, Vbi est sua cōuersatio, oporteret respondere cum distinctione, vel quantū ad habitationem corporalem, vel quātum ad imitationem virtualē. Quantū ad habitationē corporalē, est in hoc mundo, sed per imitationē virtualem, sic sua cōuersatio est in cęlis, quia habet proprietates, virtutes, & conditiones cæleſtes. Ideo dicebat apostolus de se, & de alijs, Nostra cōuersa. in cæ. est. Ideo cātatur de persona sancta. Quoniam in hac peregrinatione solo corpore cōstitutus, cogitatione & auiditate in illa æterna patria cōuersatus est, s. per imitationem virtualē. Ego quæsiui & inueni qualitates, virtutes, & cōditiones cæli, secundum philosophiam, & secundum theologiam, vt per virtualem imitationem conuersemur in cælo, & sunt septem.

Prima alta sublimitas,
Secunda plena rotunditas,
Tertia perfecta puritas,
Quarta pura claritas,
Quinta firma stabilitas,
Sexta ampla vtilitas,
Septima continua volubilitas.

Si nos habemus istas septem conditiones, nostra conuersatio est in cælis. Prima est alta sublimitas. Tanta est altitudo cæli, quòd nō potest mensurari. Aliqui vt Rabi Moyses, & alij, voluerunt mensurare, & licèt laborauerunt ad hoc sciendum, tamen nescierunt omnem veritatem, quia dicit scriptura, Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi, quis dimensus est? Eccl. 1. q. d. impossibile est. Altitudinem cæli fecit Deus, sicut magnus dominus, & potens, qui pro se, vxore, & filijs facit cameras in altum, & infra facit stabulum iumentorum, & intra terram facit carcerem. Isto modo Deus ordinauit mundum. Cogitate q̄ totus mūdus sit domus Dei. Baruc. 3. O Israël quàm magna est domus Dei &c. superius in cælo sunt camerę, vbi est Dominus cū filijs & amicis suis, s. sanctis. Et istę camerę & palatia sunt corporalia, non de luto seu lapide, sed de materia cæli, vbi sunt iam sancti in gloria. Hic inferius sunt bestiæ, quia pro eis est factus iste locus, & nos propter peccatum sumus cum bestijs. Si tenuerimus vitam bonam, ascēdimus ad cameras, si malam, descendimus ad carcerem inferni cum malefactoribus in cor terrę.

Istam

Istam qualitatem debemus nos habere per imitationem virtualem, eleuando nos in altum per desiderium appetendo, suspirādo, & desiderando vitam ęternam, & despiciendo omnia mundana, honores &c. quia nō sunt nisi fumus. Similiter despicere debemus venereas delectationes, & tunc nostra conuersatiō erit in cęlis. Apostolus qui omnia mūdana despiciebat vt stercora, vt Christum lucrifaceret, ad Philip. 3. dicit, Omnia detrimentum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciā. No. vt stercora, Quando aliquis in domo stercus & immunditias congregat, nocet corrumpendo aērem, domū, & personam, sed quando spargitur in agris, sic fructificat. Ita quādo religiosus, clericus, vel laicus congregat diuitias, cōgregat stercus, quod corrūpit nos in memoria, intelligentia, & voluntate &c. Corrumpit domū & illos de domo, qui forte interficiunt vos vt habeāt pecuniam. Ergo de camera cordis sunt ista tęporalia bona abijcienda, & in terras siccas, id est pauperes dispergenda. Quare retinetis vos stercora, vultis vt corrumpant vos? Ecce quare dicit, Omnia detrimētū feci, & arbitror vt stercora, vt &c. ad Philip. 3. Et cōcordans Ezechiel dicit, Argentū eorū foris proijcietur, & aurum eorum in sterquilium erit. Subdit rationē, Quia argentum eorū, & aurum eorum, non valebit liberare eos in die furoris Domini. Ezec. 7. Quando ergo terrena à nobis despiciuntur, & cælestia appetuntur, possumus dicere, Nostra &c. Secunda conditio cæli est plena rotunditas, quia caret angulis. Certū est q̄ Deus potuisset cōposuisse triangulatū, vel quadrangulatū, sed ordo seu sapiētia Dei fecit cęlū rotundū totū. Et habetur ista qualitas per imitationē virtualē, quādo homo in vita sua habet simplicitatē, s. quando homo non habet angulos, s. quòd ostendatur vnus ad extra, & q̄ sit alius ad intra. Aliqui ostendunt se ad extra libetales, sed intus sunt auari &c. Vbi angulus, ibi sordes. Simplicitas est, quando homo est talis intus, qualis vult appārere ad extra. Ideo Petrus apostolus, Deponētes omnem malitiā, & omnem dolum, & simulationē, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geni. infan. &c. 1. Pet. 2. Excludit à nobis quinque angulos prauitatis. Primus est malitia cordis, odium, rancor &c. Intātum quòd tales non possunt proximum diligere. Secundus angulus est, omnem dolū. Iste angulus consistit in ore, quando emendo vel vendendo decipiūt proximū, iurādo. Tantū valet, tantū cōstat &c. Ideo mercatores auisetis vos. Antiquitùs nullus petebat, nisi quod erat iustū. Ideo credebatur eis, sed modò petunt tātū &c. Tertius est simulationes, id est fictiones, quādo. s. extra homo ostēdit se bonū, cū tamen ad intra sit malus. Verbi gratia. In habitu albo ostenditur castitas quam debeo habere, & in nigra cappa asperitas &c. Quartus est inuidia. Inuidia est tristāri de bono, & honore, & officio alteri', quādo vos videtis quòd ille iā fuit iuratus, vel &c. Quintus est omnes

detra-

detractiones. Detractio est laudare antè, & diffamare retrò. Et extra de ordine deponere istos angulos debemus, & nos emendare. Sicut modò geniti infantes, qui nesciunt depingere extra quod non habent ad intra, ac simplicitatis cõcupiscentiæ. Tertia proprietas cæli est perfecta puritas, quia nullam habet maculam, nec habere potest. Hic sunt multa palatia, quæ tamen possunt maculari aliquo modo, sed nõ cælum, quia dicunt Astronomi, q̃ cælum elementũ ignis tangit, tamen ipsum nõ cõburit. Ideo dicebant Philosophi, q̃ cælũ non est susceptiuum peregrinarum impressionum. Ista qualitas habetur per castitatẽ, quæ hominẽ præseruat vt nõ cõburatur. Multi cõburuntur ex nimia familiaritate etiã habita propter bonã intentionẽ. Aliqui incipiunt bonã amicitiã, sed post modicum cõburuntur per luxuriã &c. Et de luxuria dicit Iob, Ignis est vsque ad perditionem, deuorans & eradicãs omnia genimina. Iob 31. Omnia cõburit, & totum perditur. Ideo auisetis vos, & præseruemus à cõbustione, & clõgemus nos ab occasione, & nimia familiaritate, orãtes pro inuicem. Alij nõ cõburuntur, sed calefiunt, nõ enim faciunt actum principalẽ timore mundano, sed respiciẽdo, loquendo delectãtur, calefiunt, sed melius esset fugere. In persona quorum dicit Esa. Vah, calefactꝰ sum, quia vidi focum. Esa. 44. Aliqui maculãtur, quia habent aliquã familiaritatẽ, & suspectus, quia licèt ipsi nõ faciunt peccatum, tamẽ oẽs opinantur. Ideo eorũ fama, quę debet esse clara, fit nigra in corde gentium. De talibus dicit Hier. Denigrata est super carbones facies eorum, & nõ sunt cogniti in plateis. Thren. 4. Facies dicitur fama, quia sicut in facie cognoscitur quis, ita fama quę diuulgatur. Si fama cognoscuntur, tunc cognoscuntur boni ex bona fama, & mali ex mala. Quarta proprietas cęli est, s. pura claritas, nõ sunt ibi tenebræ, sicut hic. Ideo di. Sen. Talis est animus sapientis, qualis est mundus super lunã, semper illic serenum est. Istã claritatẽ debemus nos habere per claram sapientiã fidei. Caueatis ne in corde vestro intrẽt tenebræ erroris &c. debemus enim habere cor clarum, & hoc est sapientia nostra, de qua dicit Moyses Iudæis, & per eos nobis, Hæc, si fides est, vestra sapiẽtia, & intellectus corã populis, vt audiẽtes vniuersa præcepta hæc, dicãt, ẽn populus sapiens & intelligẽs, gens magna. Deut. 4. No. fidẽ catholicam vocat sapientiã, sed nõ scientiam. Dicit Philosophus 6. Ethi. q̃ tres sunt virtutes intellectuales, & speculatiue, s. sapientia, intellectus, & scientia. Sapientia est cognitio diuinorum, licèt modò dicantur sapientes, astuti, & fallaces mundani homines, & falsè dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt. Rom. 1. Intellectus verò est cognitio principiorum. Sciẽtia verò est cognitio cõclusionum, quę habẽtur per demõstrationes. Fides autẽ dicitur sapientia, quia est de diuinis &c. Dicitur intellectus, quia articuli fidei sunt principia totiꝰ theologiæ, sed fides nõ dicitur sciẽtia, quia artic-

articuli nõ sunt conclusiones habitæ seu probatę &c. per demõstrationem, quia licẽt habeamus rationes & argumenta probantia articulos fidei, tamẽ nõ sunt demõstrationes, quia nisi Deus reuelasset, rationes nõ sufficiũt, sed sunt persuasiones. Ecce quare dicitur, Hęc est sapientia vestra. Nota coram populis, quia nõ sufficit Christiano habere fidẽ in corde, sed oportet etiã confiteri vocaliter tẽpore, & loco cõgruis, secundum illud, Corde creditur ad iustitiã, ore autem confessio fit ad sa. Rom. 10. Dicatur Credo, in quo sunt 12. principia theologiæ. Quinta est firma stabilitas, quia cælum incorruptibile est, & licèt habuerit principium, tamẽ nõ habebit finem in substantia. Dauid loquẽs de corporibus cælestibus di. Statuit ea in æter. & in sę. sę. Itẽ dicunt philosophi, q̃ durabunt sine fine. Istam qualitatẽ debemus nos habere, si debemus habitare in cælo. Nam debemus habere hic stabilitatem per firmam obedientiam, & perseuerantiã, in bona vita, qua homo elegit perseuerãter manere. Sed nota, quòd antequam homo eligat spectalem & spiritualem vitam, & statũ debet respicere & eligere quod melius est pro animæ saluatione. Verbi gratia. Qui vult intrare religionem, debet deliberare in quam. Et primò respicere regulam, & cõstitutiones, & non ingerere seipsum statim, sed respicere tria. Primò regulam, & constitutiones si placẽt tibi. aliàs nõ intrare debes. Secundò si fratres seruant illam regulam & constitutiones. aliàs nõ debes te obligare. Tertiò ne in ingressu fiat simonia &c. Sed postquã iam elegistis, & estis intus, debetis continuare bonam vitã, & mori in illa. Itaq; fratres mei dilectissimi, stabiles estote, immobiles, abundãtes in omni opere Domini, semper scientes quòd labor vester non est inanis. 1. Cor. 15. Sexta est ampla vtilitas, quia omnes virtutes, cõditiones, proprietates, & qualitates, quas Deus dat eis, largè tribuunt nobis, vt patet in sole qui tribuit nobis claritatẽ à Deo, sibi datã. Idem de luna, & de alijs. Ideo Gene. 1. Fiant luminaria in firmamento cęli, & diuidant diem ac noctem. ibidem, Fecit Deus duo luminaria magna, maius vt præesset diei, minus vt præesset nocti, sed si per auaritiam vellent sibi retinere, Deus eis auferret. Si volumus habere conuersationem in cęlis, habeamus istam cõditionem, ne gratias à Deo nobis datas, spirituales vel corporales, nobisipsis retineamus. Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. 1. Cor. 2.

Dominica XXIIII. post Trinitatem. Sermo I.

Exiit fama hæc in vniuersam terrã. Habe. ver. istud textualiter. Mat. 9. Ser. noster erit de sancto euã. Si placet Deo habebimꝰ multas bonas doctrinas &c. Salutetur virgo Maria. In præsenti sermone volo tenere modũ hortulani, qui quando vult seminare, vel plantas in horto plantare bonas & vtiles, primò disponit & ordinat in tabulis, post semi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

seminat, Ita faciã. Ratio, quia in sancta scrip. singulariter sanctũ euãgelium dicitur hortus cõclusus, & nõ ager, hortus clausus vel cõclusus. Can. 4. Bene esset clausus hortus qui haberet altissimũ parietẽ pro muro, & portale strictũ, & bonam tanuã, & fortes seras. Sic sanctum euangeliũ est altissimo muro, s. fide christiana muratũ, qui vsq; ad cælũ ascendit, intantum quòd nullus infidelis, nec hæreticus, nec scismaticus, potest intrare ad destruendũ fructus eius. Portale strictum & bassum est humilitas. Ideo nullus superbus potest intrare, colligendo fructus eius secretorum, nec intelligendo. Ianua firma est paupertas apostolicalis, propter hoc licèt multi studeant, nõ tamen possunt inuenire fructum spiritualẽ, nam personę carnales, delitiosę &c. non possunt intrare ad comedendum de fructibus huius horti, quia non sentiunt dulcedinẽ, quia dulcedine vitiorũ amittunt gustum, & inficiunt palatũ. sed est apertus christiano, corde humili, & pauperi spiritu &c. talis sentit odorẽ eius. Ideo dicit Christus, qui est Dominus huius horti, Veniat dilectus meus in hortũ suũ. Cãt. 5. No. dilectus à Christo est christianus, qui in corde habet firmã fidem. No. in hortũ suũ, euangeliũ est hortus Christi dominatiuè, sed dicitur christiani finaliter, quia pro eo factus est. Ecce quare sanctũ euangelium dicitur hortus. Propter hoc in horto euãgelij hodierni ordinabo tres horas, secundum tres principales partes, quas habet iuxta tres Christi excellentias quæ in eo ostenduntur.

Prima est humilitas gratiosa,
Secunda benignitas virtuosa,
Tertia sublimitas gloriosa.

In his autẽ nõ plantabo caules, nec spinagia, sed herbas aromaticas, & virtuosas bonarum doctrinarum. In primo plantabo vnã herbam aromaticam, quæ dicitur doctrina ęthica vel monastica, ad regendũ propriam personã. in secunda aliã, quæ dicitur politica & generalis, ad regendũ cõmunitatem. In tertia aliã, quæ dicitur œconomica cõiugalis, ad regendũ propriã domũ. Hæ plantæ erũt ita odoriferæ, ꝙ potero dicere. Exi, t fama hæc &c. Dico primò ꝙ in euangelio hodierno ostẽditur vna excellentia Christi quę dicitur humilitas gratiosa. Hoc ostẽditur in prima parte euãgelij cũ dicitur, Loquẽte Iesu ad turbas. vsq;, sequebãtur eũ discipuli ei⁹. Queritur, quare Christus hũc principẽ statim secut⁹ est, cũ tamẽ Regulũ eius aduẽtũ petẽtẽ increpauit? vt patet Ioan. 4. Respõsio, ꝙ iste princeps habebat duo. s. firmã credẽtiã in corde, ꝙ. s. poterat sanare filiã suã, vt patet in petitione di. Veni, impone manũ super eã, & viuet. Secũdò habebat ardentẽ deuotionẽ ad Christũ, qui accedens adorauit eum. Ista duo statim trahũt ad seipsum. No. ad hoc exẽplũ naturale, ꝙ candela elarescẽs & fumigãs, finaliter trahit ad se lucẽ, Christ⁹ dicitur lux, Erat lux vera &c. Ioã. 1. Si ergo tu habes claritatem fidei in corde, & fumigationem deuotionis, statim trahes ad te Christum. Apostolus, In Iesu Christo neq; circũcisio aliquid valet, neq; pręputiũ, sed fides, ecce credẽtia, quæ per fidẽ operatur, ecce deuotio, ad Gal. 5. Quia ergo ille princeps habebat ista duo, & non ille regulus, ergo &c. Ecce hic humilitas Christi gratiosa. Ecce hic prima pars horti huius Christi disposita, & ordinata, modò seminem⁹ in ea herbas aromaticas, s. de doctrinis ethnicis & monasticis, ad regendum propriam personam in bona vita. Et sunt duæ, s. oratio, quæ nos præseruat à peccatis futuris. Secunda est confessio quæ purgat à peccatis præteritis. Oratio ostenditur cùm dicitur, Ecce princeps vnus accessit &c. Qui enim vult &c. debet primò ad Christum accedere, qui vult regi supplicare, primò accedit. Si dicatur, Et quomodo possemus Christo accedere, cũ sit in cęlo? Dico, nõ debem⁹ accedere corporaliter sed intellectualiter, cogitãdo, Quando vis orare, cũ quo habes loqui? s. cũ rege cæli, cogitãdo ꝙ vides eum in cathedra sedentem, sic accedit homo. Et sicut ille qui loquitur cũ rege, flectit genua, & discooperit caput, ita etiã in oratione, quia ex quo homo accessit, debet orare. Ideo dicitur de principe, ꝙ accessit ad eum, & fecit suã supplicationẽ. Ecce qualiter ostẽdit nobis orare. Ideo Dauid, Accedite ad eum & illuminamini &c. Qui autẽ sic orauerit sicut princeps iste, erit eius oratio accepta, q aliter orat, nõ obtinebit aliquid. Ecce hic herba aromatica, quæ præseruat hominẽ. No. hic exemplũ siue miraculũ de iuuene mercatore, deuoto virgini Mariæ, qui quolibet die contẽplando 12. gratias factas virgini Mariæ, secundũ 12. partes suæ personæ præsentabat. 12. Aue Maria. Primò cogitabat & contẽplabatur caput Ma. plenũ sapiẽtia plusquam patriarchæ, & prophetę &c. & sic dicebat primũ Aue Ma. Deinde oculos, quoties respexit Christũ. Tertiũ aures, quómodo audierit Christi sermones. Quartò nares, qualẽ odorẽ sensit de corpore Christi in die natiuitatis. Quintò os, quoties osculata est Christũ. Sextò vbera quæ lactauerũt filium Dei. Septimò cor plenũ igne amoris. Octauò brachia quib⁹ amplexata est Christũ. Nonò ventrẽ tanquã Christi camerã. Decimò genua qualiter orabat. Vndecimo tibias, qualiter iuit laborãdo, quãdo perdidit filium, dũ esset annorũ duodecim. Duodecimo animã plenã omni perfectione, & corpus pœnitẽtiali afflictione. Nota qualiter dũ prędictus iuuenis iret ad feriã, in via inuenit latrones &c. Ex isto miraculo potestis cognoscere quomodo oratio facta ad Deũ est herba aromatica. Ideo Christus di. Oportet semper orare, & nõ deficere, quolibet mane & sero. Luc. 18. Secundò iste princeps ostẽdit cõfessionẽ sacramẽtalẽ, quæ purgat à peccatis pręteritis in verbis, quando dixit, Domine filia mea &c. statim post peccatũ mortale filia mea. i. anima est mortua. Ideo de bona ratione & de cõsilio statim esset cõfitẽdũ peccatũ qualibet die. Modò dicũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

multi, Expectabo quadragesimã, & sic cadit lutũ in tunica, nũquid dices expectabo per annum? Ecce quare dicit, Modò defũcta? Qui autẽ nec in 40. vult cõfiteri, punietur, & primò in anima, quæ sepelietur in inferno, secundò in corpore, quia nõ debet sepeliri in cœmeterio, extra de pœ. & re. c. omnis. vide suprà domi. 18. ser. 1. in fine. Nota quomodo curat' debet habere in scriptis qui cõfitẽtur, & qui nõ &c. Qui abscõdit sce. sua nõ diri. qui autẽ cõfessus fue. & reli. ea. mi. cõsequetur. Prou. 28. Ecce quare dicit, Filia mea &c. Secundò dicit prima pars, Veni & impone manum tuã &c. Ecce hic absolutio, antequã persona cõfiteatur, est habitatio dæmonum, quot peccata mortalia quis habet, tot dicitur habere dæmonia. De B. Magdalena dicũt euãgelistæ q; Christus eiecit septẽ dæmonia, i septẽ peccata mortalia, quia nõ legitur q; fuit dæmoniaca, sed facta cõfessione venit Christus per gratiã. Ideo dixit veni Domine. Et Christus, Veniam &c. Doctrina est theologiæ, q; in absolutione nõ solũ venit Christus per gratiã, imò etiã per præsentiã personalẽ, & nõ solũ Christus, sed etiam tota trinitas. Io. 14. Si quis dili. me, sermo. meum seruabit, s. illum quem dixit per os Apostoli. Iacob. Confitemini alter. peccata vestra, & orate pro inuicem &c. Iac. 5. & pater meus diliget eũ, & ad eũ veniemus. Ecce pœnitẽtiæ iniunctio. Pœnitentiã vocat manũ, quę quinq; digitos habet. Primus est pollex, & est contritio cordis. Secundus est bonũ propositũ nõ redeũdi ad peccata. Tertius est pœnitẽtialis afflictio, quia sicut caro fuit ibi occasio peccãdi, ita etiam pœnitere debet. Quartus est iniuriarũ remissio, cogitãdo q; maiores iniurias feci Christo. Dicunt medici q; in isto digito est vena cordialis. Ideo in despõsatione ponitur ibi anulus, ad innuendũ q; se debent cordialiter diligere. Quintus est iniustorum restitutio, tã de fama, q; etiã de bonis. Ecce quare dicit, Impone, quia ita promisit deus. Si impius egerit pœnitentiã à peccato suo, vita viuet, & nõ morietur &c. Eze. 32. Dico secundò q; in secunda parte euãgelij ostẽditur secũda virtus Christi, quæ dicitur benignitas virtuosa, cùm dicitur, Ecce mulier &c. vsque mulier ex illa hora. Ecce hic Christi benignitas virtuosa, quia eũ illa mulier deberet puniri, quia approximabat cõtra legẽ. Leui. 15. Christus nõ solùm non puniuit, sed etiã cõsolatus est eã. Et in illa parte plantandæ sunt herbæ aromaticę, s. doctrinæ politicæ, quę sunt ad bonum regimen cõmunitatis. Et ad hoc oportet duo puncta declarare. Primò, quę est mulier quæ habet &c. Ista mulier est cõmunitas, quæ abundat in peccatis notorijs. Peccata notabilia & notoria dicuntur sanguinis in sacra scrip. Auctori. Dauid, qui peccauit grauiter luxuria & homicidio, quia consequentia sunt, & credidit &c. Ideo fuit sibi dictum. Egredere, egredere vir sanguinũ, & vir Belial. Ecce &c. 2. Reg. 16. & petijt veniã à Deo di. Libera me de sanguinibus &c. Quomodo curabitur

bitur ista corruptio cõmunitatis? Dico q; tangendo vestẽ Christi, quæ est sacra scriptura, Ratio, quia sicut vestis cooperit personã, ita sacra scriptura Christũ, Ideo Iudęi solũ viderunt vestẽ. De ista veste di. Esa. Gaudẽs gaudebo in domino, & exultabit anima mea in Deo meo, quia induit me vestimẽtis salutis, & indumẽto iustitię circundedit me. Esa. 61. Nota cùm dicitur in plurali, vestimẽtis, quia sacra scriptura in vno libro nõ cõtinetur, sed in multis. Secundo dicit, & indumẽto iustitię, quia sacra scriptura tota est vna, qua Christus induitur. Si ergo hic cõmunitas patitur fluxum sanguinis, & iã fœtet per malã famã, & deficit paulatim, & vadit ad destructionẽ, remediũ est tãgere fimbriã Christi, s. lectã scripturã, faciendo ea quę dicit cõtra sex peccata mortalia, & sic curabitur. Primũ peccatũ est superstitionis diabolicæ. Secundũ blasphemię diuinalis. Tertiũ negligẽtia festiuitatũ. Quartũ ludus. Quintũ lupanaria secreta. Sextũ societates criminales. Ex peccatis secretis cõmunitas nõ habet periculũ, sed quãdo peccatũ est notoriũ &c. Dico tertiò q; ostẽditur Christi sublimitas glorioſa in tertia parte euãgelij, vbi dicitur, Cùm venisset Iesus in domũ &c. vsq; in finẽ. In ista tabula sunt plãtãdæ herbæ aromãticę de doctrinis œconomicalib' pro bono regimine domus. Tria fecit Christus in suscitatione huius puellę, in quo ostendit totũ regimẽ domus. Primò eiecit de domo tubicines, & turbam tumultuantẽ, in quo, significatur exclusio malæ societatis. Si vultis bene regere domũ vestram, expellatis malos. Itẽ non solùm expellere malas personas debetis, sed etiã malas cõsuetudines. Itẽ si famili nõ habent occasionem audiendi missãm, detis eis facultatẽ, quia oportet reddere rationem de eis. Ideo scrip. Si quis, s. paterfamiliàs, suorum, & maximè domesticorum, curã nõ habuerit, fidẽ negauit. 1. Tim. 5. Secũdò tenuit manum eius, ecce Christi protectio. Quod conseruabit domum tuam in abundantia, & in pace &c. & poteris dicere cum Dauid, Tenuisti manum dex. meam, s. prosperitatis, & in vo. t. dedu. me, & cum gloria suscę. me, Psalm. 72. Tertiò di. puellæ. Surge. Ecce gratiæ spiritualis collatio, Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus, ad Ephes. 5.

De eadem Dominica. Sermo II.

Accessit retrò, & tetigit fimbriã vestimẽti eius. Istud verbũ habetur originaliter Mat. 9. In isto ser. volo declarare qualiter anima peccatis infirma poterit curari. Materia erit bona & speculatiua, & etiã moralis. Sed primò saluteretur virgo Maria. Cogitaui pertractare verbum istud secundũ tres intellectus sacrę scripturę, s. historicum vel literalẽ, allegoricũ vel figuralẽ, tropologicum vel moralẽ. Quantũ ad primũ intellectũ, sciendũ q; ex quo Adã & Eua peccauerunt cõtra Deũ, omnes gentes mundi propter peccata tendebant ad finalẽ de- *Triplex sensus scripturæ sacræ.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

structionē & perditionē ꝓpter quod Deꝰ volēs mittere saluatorē & redēptorē, elegit sibi certum populū in isto mūdo de quo nasceretur secundū carnē. Cuius populi pater fuit Abrahā, cui ꝓmisit deus ꝙ de sua generatione saluator mundi nasceretur. Cui populo dedit duo signa principalia, vt distingueretur à ceteris populis, prout pastor signās oues, vnū occultū in carne, & aliud publicū in vestimentis, Signū occultū & secretū in carne est circūcisio in mēbro virili, ad significandū ꝙ de sua generatione Messias saluator mundi nasceretur. Circūcidetur in vobis omne masculinū. Gene. 17. Domine & vbi erit ista circūcisio? in aure? nō, in digito, nō, sed circuncidetis carnē ꝓputij vestri, vt sit in signū, s. ꝙ de illa generatione nascetur saluator mundi. Ideo Iudęi & Agareni qui circūciduntur faciunt cōtra promissionem, quia ex quo promissio est cōpleta cessat signum promissionis. Quid facit signū in taberna, ex quo vinū iā est venditum? quia iā venit Christus, & ipsi ostēdunt ꝙ nōdum venit. Ideo ipsi peccant, propter quod nō recipimus circuncisionē illam. Vnde Apostolꝰ, Dico vobis quoniā si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. ad Gal. 5. Hoc signum voluit recipere Christꝰ, vt daret finē legi Moysi, quæ tota ordinabatur ad Christū, tanquā ad causam finalē, Ideo dicit Christus, Amē dico vobis, quia nō veni soluere legē &c. Mat. 5. Secundū signū quod dedit illi populo, fuit publicū, s. extra in tunica superiori, vt omnes cognoscerēt ꝙ erāt de genere Abram, s. quatuor fimbrias de colore cælesti, de filo, vel de serico, vna antē, alia retrò, alia à dextris, alia à sinistris, & dicūtur fimbriæ. De hoc auctō. Dixit quoq; Dominus ad Moysen, Loquere filijs Israēl, & dices ad eos, vt faciant sibi fimbrias per quatuor angulos palliorū, ponētes in eis vittas hyacinthinas, quas cùm viderint recordentur omniū mādatorum Domini &c. sintq; sancti Deo suo. Num. 15. No. vittas hyacinthinas, ad significādum doctrinā cęlestē regis Messiæ, quæ debebat dari per quatuor euangelistas, per Matthęū, qui ante alios scripsit euāgelium. Doctrina & lex Christi non promittit terrena, vt lex Moysi, sed cælestia. Qui facit voluntatē patris mei qui in cælis est, ipse intrat in reg. cælorū. Matt. 7. Christus autē sicut voluit in carne suscipere signū circuncisionis, sic etiā in vestimēto portabat prædictū signum distinctionis. Iterū cùm esset puer, virgo Maria manibꝰ propriis facit sibi vnā tunicā, & semper portabat illā amore matris, & ipso crescēte crescebat vestis, & virgo posuit in illa illas vittas hyacinthinas. Vnde super illo verbo mulieris Samaritanæ, Quomodo tu Iudæus cū sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier Samaritana? Nō enim cōiungntur Iudæi Samaritanis. Ioan. 4. Dicunt hic glosæ, ꝙ in vestibus & fimbrijs cognouit eum esse Iudæū. Ideo mulier alia, quæ habebat fluxū sanguinis de qua loquitur euāgelium, dicebat intra se, O si tetigero tātum vestimen-

mētū eius, salua ero. Sed misera, quare approximabat? quia tales mulieres ab alijs excludebātur secundū legē. Leu. 15. qa fœtebāt. Dicebat enim, si ego venio ante eū, sentiet fœtorē, si ad latꝰ, itē: ergo voluit retrò venire, & hoc dicit the. Accessit retrò, & tetigit fimb. ve. &c. Et Christꝰ cùm vidit eā, ipsa timuit, credēs ꝙ eā reprehēderet, sed Christus cōsolatus est eā di. Confide filia &c. Et hoc de primo. Quantū ad secundū, s. ad intellectum allegoricū, Dicitur ab allos græcè, ꝙ est alienū Latinè, & gore sentētia, quasi aliena sententia, quādo facta vel dicta sacræ scripturę exponuntur de Christo. Ideo Apostolꝰ exponēs aliqua facta Abrahæ de Christo, dicit, Quæ sunt per allegoriam dicta. ad Gala. 4. Cùm ergo dicitur, Accessit retrò, s. anima peccatrix, & tetigit, oportet declarare quę sit ista vestis Christi. Dico ꝙ per allegoriā vestis est humanitas sumpta de beata virgine. Ratio, quia sicut vestis cooperit personā, ita humanitas diuinitatē Christi. Ideo solū videbāt vestē. Cùm in forma Dei esset, habitu inuētꝰ est vt homo. ad Phil. 2. In hoc vestimēto portat quatuor fimbrias. Anterior est dulcissima misericordia ad pœnitētes, intātū ꝙ si aliquis princeps vel dominus haberet partē suæ misericordiæ, reputaretur stultꝰ. Quia si esset aliquis miles, qui fecisset omnia hęc mala, s. ꝙ occidisset patrē suum, & matrē, & filios regis, & violasset filias eius, & ipsum percussisset, & parceret sibi, stultus reputaretur. Maior est adhuc infinita misericordia Christi, quia si vnꝰ occidisset omnes apostolos, & Ioseph patrē putatiū, imò etiā si virginē violasset, & ipsum Christū ꝓprijs manibꝰ crucifixisset, si pòst haberet tātam contritionē, vt granū sinapis, & peteret veniā in hoc mūdo, Christus statim parceret sibi. De hoc auctori. Si impius egerit pœnitentiā ab omni peccato, scilicet &c. Eze. 18. Secunda fimbria posterior est durissima iustitia ad impœnitētes. Sicut enim est infinitę misericordię pœnitētibꝰ, sic est infiniti rigoris impœnitētibus, qui nolūt cōteri, nec cōfiteri, nec desistere à peccatis. Intātum ꝙ si vnꝰ decederet in vno solo peccato mortali, & à Christo peteret veniam de illo peccato, & omnes sancti & sanctæ orarēt ꝓ illo genibꝰ flexis, imò omnes sancti angeli, imò & virgo Maria, nō obtinerēt sibi veniā, etiā si cētum vel etiā mille annis ꝓ illo intercederēt. Quare patet hic stultitia multorū di. Ego bene cōponā me cum Deo, Deus est misericors. Verū est, sed etiā est durissimus impœnitētibus. Auctori. Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet uiuſquā precibus, nec suscipiet ꝓ redēptione dona plurima. Prou. 6. Tertia à sinistris largissima gratia præsertim deuotē orantibus: Quia si in præsenti vita homo pœnitet, & petit aliquā gratiam, vel aliquod donum, statim cōceditur sibi, nisi esset in detrimentū animæ. Quando homo petit aliquid, quod nō datur, signum est ꝙ nō esset vtile animæ, sicut nec vos daretis vinum, & fructus infirmo, li-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cèt peteret, quia non esset sibi vtile. Si autem petit de saccaro, dabitis. Sic omnes sumus infirmi, nescimus quid est nobis vtile vel nociuum. Infirmus petit sanitatem, non dat Christus, quia nō esset vtilis animæ suæ, sed dat patientiam, quæ est melior. Si quis indiget sapientia, postulet illam à Deo, qui dat omnibus affluenter, & nō improperat. Iaco. 1. Quartò fimbria à dextris est excellentissima gloria in futuro, de qua Apostolus, qui eam vidit, interrogatus quid vidisset, nō potuit exprimere, sed dixit, O altitudo diuitiarum &c. ad Ro. 11. De omnibus his quatuor fimbrijs dicit Dauid in vna auctoritate. Quia misericordiam & veritatem di Deus. Psal. 83. No. quomodo Deus noster diligit misericordiam, ecce fimbria anterior, & veritatē, id est iustitiam, ecce posterior. Gratiā dabit Dominus, in hoc mundo, ecce sinistra, & gloriam in alio, ecce dextera. Quando ergo aliqua persona patitur fluxum sanguinis, quæ scilicet abundat in peccatis ad tactum vnius fimbriæ sanatur, non anterioris, sed posterioris, s. iustitiæ. Ideo dicit, Accessit retrò. Quantū ad tertiū iuxta intellectū tropologicum, à tropos quod est couersio, & logos sermo, quasi sermo cōuersus ad mores. Pro quo sciendum, q̄ bona vita est nobis vestimentum necessariū, quilibet enim homo vel religiosus tenens bonā vitam est bene indutus. Nullus sine indumēto bonæ vitæ potest intrare ad nuptias paradisi. No. parabolā quæ habetur Mat. 22. de rege faciēte nuptias filio suo. Rex autem intrauit, vt videret discūbentes, si aliquo indigebāt, qui inuenit ibi vnū non vestitum veste nuptiali, cui dixit rex, Amice quomodo huc intrasti nō habens vestē nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris, Ligatis ma. & ped. proijcite eū in te. exte. ibi erit fle. & stri. dē. Vestis nuptialis est bona vita, sine qua null' potest cęlestes nuptias intrare. Ideo dicit Apost. Induite vos sicut electi. Colos. 3. Patet hic respōsio ad quæstionē quærentiū an erimus induti an nudi in paradiso, quia omnes erimus induti, nō vestimentis corruptibilibus, sed vestimentis virtutum. Ioā. in Apoc. Beatus qui custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant scilicet sancti turpitudinem eius. Apoc. 16. Quatuor fimbriæ vestis bonæ vitæ sunt quatuor virtutes cardinales siue morales, anterior est prudentia intellectualis, quæ præcauet pericula spiritualia & temporalia, quia auisat antequā veniat periculū, ne homo cadat faciendo cōtra Deū. Ideo dicit scrip. Oculi tui rectà videāt, & palpebræ mę præcedāt gressus tuos. Prou. 4. Palpebræ molles sunt cogitationes animæ, quæ debēt præcedere dī. Si ego facerē hoc, posset sequi hoc vel hoc. Ideo multi frangūt sibi collum, quia priùs nō cogitāt, vt patet de Dina filia Iacob, quæ egressa est vt videret mulieres regionis illius, quā cùm vidisset Sichem princeps terræ illius, rapuit eam, & dormiuit cum ea Genes. 34. Ecce quare dicit, Oculi tui &c. Posterior est iustitia pœnitentialis,

lis, quæ punit peccata præterita faciendo iustitiam de se, secundùm quòd homo peccauit. Si peccastis per superbiā, faciatis iustitiā. De ista fimbria dixit Deus, Custodite iudicium, & facite iustitiam, quia iusta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Esa. 56. Dextera est temperantia virtualis, quę in prosperitate refrænat, ne homo faciat excessum. In chamo & fręno &c. Psalm. 31. Sinistra fortitudo, quę facit hominem tolerare aduersa. Ad tactum enim iustitiæ pœnitentialis non solùm infirmus sanatur, sed etiam mortuus suscitatur, & non solùm persona particularis, sed etiam communitas generalis. Quando scilicet quis facit iustitiam de peccatis notorijs. Auctoritas. Repentè loquar aduersus gētem, & aduersus regnum, vt eradicem & destruam &c. Hierem. 18. Patet quòd ex pœnitentiali iustitia reuocatur sententia data in curia diuinæ iustitiæ. Tangamus ergo illam fimbriam, & habebimus sanitatem.

De eadem Dominica XXIIII. post Trinitatem. Sermo III.

Impleamini agnitione voluntatis Dei. Coloss. 1. Inter alia multum ad saluationem nostram necessaria est scire voluntatem Dei. Ratio, Quia seruus si non sciat voluntatem Domini, quomodo poterit bene seruire? in quo credit Domino bene seruire, displicet. Quare in ptimis si quis voluerit bene seruire, debet primò scire voluntatem Domini sui. Ita omnes serui sumus Domini nostri Iesu Christi. In baptismo conducit nos, sacerdos est notarius dicens: Quid vis? respondet, fidem Iesu Christi. Et sacerdos, Et fides Christi quid dabit tibi? Respondet, Vitam ęternam. Ecce salarium Christiano promissum, qui crediderit, & baptizat' fuerit, saluus erit. Marc. vlti. ergò abrenuntia Satanæ. Respondet, Abrenuntio. Ecce conductio in hoc cōsistit. Ideo nō solùm inquantū creaturæ suæ sumus, tenemur sibi seruire, sed etiā ex speciali cōductione, quia ex speciali gratia & bonitate sua vult nobis præ multis Paganis sinum dare salarium, si feecerimus voluntatem eius. Auctori. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intra. in reg. cę. sed qui fa. vo. pa. mei, qui in cęlis est, ipse intra. in reg. cæl. Matth. 7. Quare super omnia necessarium est scire quæ sit eius voluntas, & quid velit de vno quoq;. Ideo Dauid perendo ait, Domine ad te confugi, doce me fac. vo. &c. in Psalm. 142. Nota q̄ Dauid in persona loquitur peccatoris, Domine ad te cōfu. q. d. seruiui hucusq; diabolo, eius voluntatē faciendo in superbia, & luxuria &c. sed volo dimittere. Ideo Domine ad te confu. do. me &c quia Deus meus es tu. Deus in veteri testamēto nō ita clarè declarauit suam voluntatem, sicut in nouo, quia modò quilibet religiosus, clericus &c. potest scire de eo quid vult Deus, quia totum est scriptum, non oportet nisi legere vel audire. Ideo dicit the. Impleamini agnitione volūtatis Dei. Modò videamus quid deus vult

de nobis in hoc mundo, vt simus digni habere salarium gloriæ. Et amore vestri quæsiui, & inueni octo quæ Deus vult, quæ sunt,

Veritas diuinalis,
Charitas cordialis,
Puritas personalis,
Honestas exemplaris,
Vnitas amicabilis,
Pietas fraternalis,
Asperitas pœnitentialis,
Firmitas virtualis.

Dubitãs de vno articulo fidei, opinionem tantùm habet de reliquis,

Dico primò q̃ quilibet debet habere in suo intellectu, & credere veritatẽ diuinale, s. q̃ credat firmiter veritates fidei catholicę, à Deo incarnato nobis reuelatas. Ratio, si aliquis habet vnã falsam opinionẽ de aliquo articulo fidei, ibi est periculũ maximũ, quia totum ædificiũ & fundamentũ virtutũ & meritorũ corruet. Si nõ vis credere Prisciano de regula per eũ data in Grãmatica, nõ est periculũ, sed si nõ vis credere Christo de regulis per eũ datis de articulis fidei, ibi est periculũ. Quare S. Tho. 2. 2. q. 2. ar. 3. de fide, quęrit si quis dubitat in vno articulo fidei, an habeat fidẽ & credentiã de alijs articulis fidei, dicit q̃ nõ, sed solũ opinionẽ de alijs. Ratio, quia certũ est q̃ virtus nõ habet nisi vnum fundamentũ indiuisibile, quod est veritas diuinalis fidei, quę falli nõ potest, nec fallere, qui ergo dubitat in vno, nõ remanet tibi fundamentũ de alijs, cùm nõ sit vnicũ fundamentũ omniũ. No. ad hoc similitudinẽ de magna rupe, super qua essent duodecim cameræ ædificatę, quia si rupes cadit, cadunt etiã omnes camerę, sed si solũ caderet vna camera, nõ ex hoc caderẽt omnes aliæ. Ita saxũ fortissimũ est prima veritas, super istã cõsistunt duodecim cameræ articulorũ. Fundamentũ aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, quod est Christus Iesus, quia ipse est via, veritas, & vita. Ideo amoto hoc fundaméto, nulla camera remanet, secùs de virtutibus moralibus, saltẽ acquisitis, quia vna amota, alia remanet. Itẽ dicit S. Tho. vbi suprà. Sicut peccatũ mortale cõtrariatur charitati, ita discredere vnũ articulũ cõtrariatur fidei. Sed charitas nõ remanet in homine post vnũ peccatũ mortale, ergo nec fides postquã quis discredit vnũ articulũ fidei. hæc Tho. Vnde extra de hęre. lib. 5. cap. 1. Dubius in fide infidelis est, sunt verba Stephani papæ, vult ergo Deus vt habeamus virtutẽ diuinalẽ. Auctori. Hoc bonũ est, & acceptũ corã saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. 1. Tim. 2. Itẽ si quis voluerit voluntatẽ Dei facere, cognoscet de doctrina mea vtrũm ex Deo sit. Ioan. 7. Nota, qui vult, quantum est ex parte sui ipse vult, sed non vult cogere liberum arbitrium, sed sunt multi, qui nolunt propter liberum arbitrium, vt mali Christiani, peccatores, & infideles, qui nolũt ad agnitionem veritatis venire. Secundo vult vt habeamus charitatẽ cordialem, nõ solùm vult Deus q̃ intellectus sit informatus veritate diuinali, sed etiã q̃ sit informata voluntas charitate. Charitas ergo ad Deũ est deuotio, & ad proximũ dilectio. Istã vult Deus in quolibet Christiano. Nota hic pulchrum exemplũ veritatis declaratiuum. Quidam bonus homo vidẽs scripturã tantum cõmendare virtutẽ charitatis, voluit habitare in villa vbi esset charitas, qua de re cucurrit de villa in villã, veniens circa quandã villam, vidit furcam, & suspensos in illa, & quærebat causam quare esset furca. & dicebatur sibi propter furtum. Deinde iuit ad ecclesiã si fortè inueniret charitatem, & vidit ibi mulieres ornatas ad alliciendũ viros. Tandem venit in partes orientales, & nõ inuenit furcã, qui petens quare hoc? fuit sibi dictum, Nunquid Christiani dicunt sibi nocere? Absit, & intrauit, & vidit q̃ nullus decipiebat aliũ, imò quãdo veniebat emptor, dicebatur sibi, ego iã vendidi hodie, sed vicinus meus nihil vendidit &c. Deinde iuit ad curiam, vbi cõsueuit fieri iudicium, & vidit portas clausas, plenas telis araneorũ, qui quærens vbi placitabant, fuit sibi dictum q̃ inter eos nõ fuerat, nec erat litigiũ, nec quæstiones, sed ter aut quater in anno aperiebatur curia, præmisso præcone si aliquis haberet quęstionẽ, & iudex expectabat, & videns q̃ nullus veniret, ibat ad prandiũ. Et dixit ille, O hic est charitas. Deinde iuit ad ecclesiam in dominica, vidit antequã missa inciperetur, statim ecclesia erat plena, viri seorsum, & mulieres seorsum cum magno silẽtio deuotè. Post missam vidit q̃ bini & bini ibant ad cõmunicandum, & pòst dabãt sibi mutuo pacem. Deinde mulieres idem faciebant. Hæc est perfecta charitas. Ecce erga Deũ quanta deuotio, & erga proximum quãta dilectio. Et dixerunt sibi, Vos estis extraneus, venite ad domũ meã. Nõ, dixit alius, vos habuistis heri peregrinos, ideo dimittatis mihi istum si placet. Et dixit ille, Hic ego volo stare, inueni quod quæsiui. Ecce hic charitas, quam vult Deus, sed hodie, proh dolor, non inuenitur. De ista dicit Christus in quodam sermone, Ignem scilicet charitatis ardentis veni mittere in terrã, & quid volo nisi vt ardeat? Lu. 12. Modò potestis intelligere quid sit charitas. Tertiò vult Deus de nobis puritatem personalem, s. q̃ conseruemus personam nostram puram à malis cogitationibus, & à luto luxuriæ, triplici ratione. Prima est propter creationem, Deus enim creauit hominem ad imaginem & similitudinem suam, quantum ad animam, quia tũc Deus non habebat corpus. Sicut ergo magnũ esset peccatum imaginẽ Christi proijcere ad lutum &c. maius peccatum fit quãdo anima quæ est proprior & verior imago Dei, proijcitur in lutum luxuriæ. Ideo cuilibet homini dicitur, Custodi temetipsum & animam tuam solicitè. Deut. 4. Ibidẽ, Custodite solicitè animas vestras. Se-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cunda ratio est propter redẽptionem, assumpsit carnem humanã, & licèt quilibet homo teneatur sibi seruire ex prima ratione, multò magis modò, quia Deus factus est ad imaginem & similitudinẽ hominis. Fugite ergo fornicationẽ. Omne enim peccatum, quodcũq; fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suũ peccat. 1. Cor. 6. Si dicatur, Ego sum inclinatus ad illud &c. Solutio. Poteris resistere inclinationi tuæ cum gratia diuina, & per liberum arbitrium, quod nõ potest cogi: nã quando domus cõburitur, aqua petitur. Tertia ratio est propter baptismalem generationem spiritus & aquæ, quia si calix vel corporalia sancta proijcerentur in latrinã, magnum peccatum foret. Dico mutus peccatum esse corpus Christiani proijcere in latrinã luxuriæ, quia maiorem consecrationẽ habet ex chrismate & oleo sancto. De his tribus rationibus auctoritas. Hęc est enim volũtas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrũm vas suũ possidere in sanctificatione & honore. 1. Thess. 4. Quid valet miles nesciens equum suum refrænare? Idẽ de equo corporis. Quartò vult honestatẽ exemplarem, s. à dextra, ita q; nullus possit sumere malũ de vobis. Dicunt aliqui, quando reprehenduntur, q; nimis cum muliere suspecta loquuntur, & quid ad me? Deus scit cor meum. Hoc nõ sufficit, sed oportet vt nemo scandalizetur in vobis quantum in vobis est, si fortè loquantur ex malitia, tunc nõ est culpa vestra. Ratio, quare hoc vult Deus, quia quilibet artifex cupit laudari in operibus, & oppositum displicet sibi. Auctori. Sic est voluntas Dei, vt benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominũ ignorantiã. 1. Pet. 2. Quintò vult vnitatem amicabilem, vt viuamus in bona amicitia, sine odio, & rancore. Ratio est, quia nullus vult corpus suum membratim diuidi. Omnes Christiani sumus vnum corpus mystieũ. Caput Christus. Oculi contemplatiui, quia habent magnã scientiam ad videndum. Aures sunt iudices. Nares sunt deuoti, quia odoratũ animæ habent subtilẽ, quia sentiunt odorẽ Christi, & virginis, & sanctorum, eorum exempla sequendo. Colla religiosi sunt, per quos transit esca spiritualis ecclesiæ in corpus Christianitatis, & viuit. Et brachia sunt Domini temporales, qui habent ecclesiam defendere. Venter diuites, qui continent omnia, & distribuunt. Crura sunt illi de matrimonio, qui generant. Tibiæ & pedes sunt artifices & laboratores, qui totum sustinent. Auctori. Sicut in vno corpore multa membra habemus, omnia autẽ membra non eundẽ actum habent, ita multi vnũ corpus sumus in Christo, ad Ro. 12. Vult ergo Deus q; nullus sit diuisus ab alio per odium, rancorẽ &c. Vnde sicut aliquando vnum mẽbrum nocet alteri, vt digitus oculo, vel manus pedibus, nõ ramẽ recipiunt vindictã, imò patienter sustinẽt, ita &c. Ecce hìc ratio naturalis. Auctoritas. Vbi Christus loquitur ecclesiæ

Chri-

Christianæ, Quoties, id est multoties volui congregare filios tuos diuisos, s. quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis, & noluisti. Mat. 23. Nota, Christus cõparat se gallinæ, gallina antequã habeat pullos, habet vocẽ clarã, sed postquã habet pullos, efficitur rauca, & parum comedit. Sic etiã Christus, cùm sit verbũ æternum, claram vocẽ habebat, sed intantum clamauit, q; dixit, s. prædicãdo, Raucæ factæ sunt fauces meæ. Et sicut gallina quãdo videt miluũ, vocat pullos &c. ita Christus quãdo videt cõtra venire miluum, id est diabolum, quẽ nos nõ videmus, ad nos clamat di. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiã vos. Matt. 11. Expandẽs alas suas. Dextra est pax, sinistra est cõcordia, vt sub his alis ponamus nos. Sed multis accidit vt pullo in spica occupato, & non curat venire, & sic recipitur à miluo. Sic etiam Christus vocat nos sub alis pacis. Sed dicit aliquis filius diaboli, Non, per corpus vindicabo me. talis occupatur circa spicam. Sextò vult Deus pietatem fraternalem, scilicet q; ipti ũ de bonis, quæ dedit ipse nobis, siue temporalia siue spiritualia sint, demus proximis indigentibus. Not. de hoc S. Tho. 2. 2. q. 32. art. 2. in corpore, qualiter sit in præcepto de superfluo, iuxta illud, Quod superest date eleemosynã, & omnia mũda sunt vobis. Luc. 11. Itẽ vult q; mutuemus sine vsura. Mutuum date, nihil inde sperantes. Luc. 6. De hoc Thom. 2. 2. q. 78. arti. 1. Ratio istorũ. Non enim vult Deus q; homines sint auari, nam ceterę creaturę omnia eis à Deo collata cõmunicant, & dant homini, vt patet in sole, quia dat nobis claritatem & influentias. Ideo dicit Christus auaris Iudæis & Christianis, qui ex quo faciebant sacrificium, non curabant de pauperibus. Ozee. 11. Euntes discite quid est, misericordiam volo, & non sacrificium. vbi Thom. 2. 2. quæst. 3. arti 4. Deum non colimus per exteriora sacrificia aut munera propter ipsum, sed propter nos, & propter proximos. Nõ enim indiget sacrificijs nostris, sed vult ea sibi offerri propter nostram deuotionem, & proximorum vtilitatem. Et ideo misericordia qua subuenitur defectibus aliorum est sacrificium ei magis acceptum. hæc Thom. Ecce quare dicit, Misericordiam volo. Dicit hoc idem Christianis, quia sunt multi qui habuerunt multa de malo iniusto, de vsura, rapina, & post ordinant capellanias, construunt ecclesias, sed melius esset restituere illis vnde habent, quia illud esset misericordiæ & pietatis, quam Deus vult. Idem dicitur etiam clericis thesaurizantibus, vt faciant beneficia, vt sunt Episcopi. Nota, quòd nullus debet facere cisternam qui habet fontem in domo sua, sed in deserto sicco, vbi non est fons, debet fieri cisterna. Ideo sæculares possunt congregare filijs. Hoc etiam dicitur confessoribus, qui omnes penitentiæ quas dant sunt missæ, causſa auaritiæ, & non aduertunt Christi præceptum. Euntes discite, Septimò vult Deus asperitatem

Quo pacto superfluum, ex præcepto, sit eleemosina debita et astricta.

Qualiter sacrificia deo placent.

pœni-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnitẽtialẽ. Si peccauimus cõtra Deũ, nõ vult q̃ dãnemur, sed vt faciamus pœnitentiã. Patet à simili, si argentarius facit pretiosum vas auri, & cadit in lutum, vel in aquã, siue inter lapides, & totum quassatur, nõ ex hoc proijcitur vas, quia pretiosa materia est, sed hoc nõ facit figulus, quia parum placet vas de luto, sed argentarius ponit in fornello, deinde cõiungitur. Ita facit Christ⁹ optimus argentarius. Homo est de pretioso metallo, s. de argento ratione fidei, ex auro ratione charitatis. Si istud vas cadit in lutum luxuriæ, inter lapides auaritiæ, nõ statim reijcitur, sed statim restituitur, & reformatur in fornace cõtritionis, vbi flatu doloris incẽditur. Secundò cõiunctura cõfessionis quasi malleo reformatur. Tertiò politur ex operibus pœnitẽtialibus ieiunãdo. Aucto. Nũquid volũtatis meę est mors impij, dicit Domin⁹ Deus, & nõ vt cõuertatur à vijs suis, & viuat? Eze. 18. & 33. Nolo mortẽ impij, sed magis vt cõuertatur & viuat. Octauò vult Deus firmitatẽ virtualẽ, s. vt in bonis operibus simus firmi & stabiles. Nam si aliquis per 99. annos tenuerit bonã vitã, & in centesimo dimittit, & dat se delitijs, & moritur sic, talis nũquã intrabit paradisum. Erat quidã mercator, qui emptis pretiosis iocalibus posuit in quodã fardello, & tradidit vni portatori vt portaret vsq; ad domum, dans sibi vnum florenum pro leuca, qui quãdo fuit ad medium miliare, deposito fardello, & perdito, venit ad domum mercatoris, petens salarium de hoc quod portauit, qui nõ solùm nõ recepit pretium, imò recepit opprobriũ &c. Ita ad propositum. Quãdo aliquis incipit bonã vitã & sanctã in religione, vel aliàs, non debet cessare in medio, sed perseuerare vsq; in finem. Ergo dixit Christus de S. Ioan. euãgelista, Sic eum volo manere donec veniã, s. per mortem. Ioann. vlti. Item qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Mat. 10. Isidorus de summo bono, Tunc placet Deo nostra cõuersatio, cùm bonum quod incipimus perseueranti fine complemus hic. Iterum Christus, Esto fidelis vsque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. Apoc. 2. Quam nobis concedit Iesus Christus.

Dominica XXV. post Trinitatem. Sermo I.

Accite iudiciũ et iustitiã in terra. Hier. 23. Inter omnia quę maximè mouent homines ad dimittendum vitia, & malã vitã, est cognitio & timor diuini iudicij. Quãtò pl⁹ homo cogitat ad iudiciũ, tãtò magis cauet se à peccatis. Ratio, quia quilibet dispensator magni Domini, quando cogitat & scit q̃ de omnibus expensis & receptis habet dare cõputum & rationem strictã cum magna diligentia auisat se, maximè cùm in errore cõputi est periculum mortis. Secùs quãdo nõ habet reddere rationẽ, tunc ad libitum dispensat. Sic etiã de nobis, quilibet nostrũm est dispensator, habemus dispensare desideria cordis, opera manuum &c. Aucto. Sic nos existimet homo vt ministros

stros Christi, & dispẽsatores. 1. Cor. 4. Si ergo aliquis ex diaboli tẽtatione, qui ponit istum errorem in cordibus multorum, q̃ nõ habeat reddere cõputum, laxat habenã dicens: Quid oportet me timere, ex quo non habeo dare cõputum de vita mea, talis sine frẽno peccat, propter hoc diabolus laborat vt inducat gentes ad istum errorem. Sed quãdo homo credit, & cogitat q̃ de omnib⁹ cogitationibus quas cogitauit habet reddere rationem, vt dicit Sap. 1. In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Idẽ de omnibus verbis minimis, vt dicitur Mat. 12. Omne verbũ otiosum quod locuti fuerũt homines reddẽt rationẽ de eo in die iudicij. Itẽ de omnib⁹ operib⁹, vt dicitur Eccl. vlt. Cũcta quę fiũt adducet Deus in iudicium, p̃ omni errato, siue bonũ siue malũ fit. In quibus si error inueniatur, est periculũ dãnationis, talis custodit se, & viuit ordinatè. Ecce quare credentia & cognitio diuini iudicij mouet cor hominis ad bene faciendũ. Aucto. Fugite à facie gladij, quoniã vltor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudiciũ. Iob. 19. A facie gladij, s. sentẽtię iudicialis. Et cõcordat Ioãnes, qui vidit iudiciũ dicens, q̃ de ore eius, s. iudicis, p̃cedebat gladius ab vtraq; parte acutus. Apoc. 19. Ideo Dauid cogitãs diuinum iudicium orãdo ait, Confige timore tuo, id est clauifica & constringe carnes meas. i. carnalitates. Ratio, à iudicijs enim tuis timui. No. duplex iudiciũ. Particulare quod fit in morte, & vniuersale quod fit in fine mundi. De primo dicit the. Faciet scilicet Christus iudicium & iustitiam in terra, vt suprà. Et tangit tria quæ sunt in iudicio particulari cuiuslibet hominis, scilicet,

Stricta inquisitio, ibi, faciet iudicium.
Iusta diffinitio, ibi, & iustitiam.
Præsta executio, ibi, in terra.

De primo dico q̃ in morte hominis est stricta inquisitio, cùm dicitur, Faciet iudicium, sicut iudex qui inquirit de omnibus. Diceret aliquis, Quid oportet nónne iã scit omnia nõ solùm facta & dicta, sed etiam minimas cogitationes? Iudices huius sæculi qui nesciunt debent inquirere strictè, sed ipse scit omnia, ergo &c. Respõdeo, licèt omnia aperta sint ipsi, tamen vt iustus iudex seruat formã iudicialem, quia iustus iudex primò audit accusatorẽ, facit processum, vocat testes, dat defensiones iuris. Sic Christus iudex facit. Accusator est diabolus, qui fecit peccare, qui statim anima exeunte à corpore accusat eã corã Christo. Etiã propria peccata &c. Bernar. Tunc opera nostra simul loquentia dicent, Tu nos egisti, opera manuum tuarum sumus, nõ te deseremus, tecum erimus, tecum ad iudicium pergemus, omnia enim peccata quę nunc occulta sunt extra prosilient, & suum accusabunt actorem. Tinea vestimentorum superborum, aurum & argentum auarorum, ædificium iniquum vsurarium. Eccle. vlt. Cuncta quę fiunt adducet Deus in iudicium, siue bonum

siue

Universidad de Deusto
Biblioteca

siue malum. Quod de malis fiat examinatio, nō est dubium, nec iniuria, sed etiā de bonis. Ratio, quia Deus nō solùm vult vt faciamus bona, sed etiā bona intētione, quia ex bonis operib⁹ de genere mala intentione factis homo damnaretur. Verbi gra. Ponere filium in ordine mendicantium vt sit magister & cōfessor regis, intentio est mala. Ecce qualiter bona opera nostra examinātur in iudicio. Ideo Dauid in persona Christi, Cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo. Deus distribuit tēpus, cuilibet dans suam partem, vt lucretur tali 20. annos. & tali 40. &c. & quādo videt ꝙ multi malè expendunt tempus, ipse recipit sibi in cōmissionem dicens: Nolo ꝙ occupes &c. & tūc iudicat opera bona & mala. Ideo dicit, Ego &c. Ideo Apost. Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisq; prout gessit in corpore siue bonum siue malum. 2. Cor. 5. Secundū quod fit in iudicio particulari est iusta definitio, cū dicit, Faciet iustitiā. Facta autem inquisitione per iudicem, definitur quid faciendum sit. Sic etiā faciet Christus, facta iudicialiter inquisitione definit quid anima debet habere, quia si fuit de vita perfecta & apostolica, & fecit multa opera meritoria, & virtuosa, ita vt in statera diuinæ iustitiæ posita plus pōderent bona, cōdignè & iustè definiens Christus dicet, Et quia in vita tua fecisti cōdignā pœnitentiā, non est rationabile ꝙ iterum facias hic, sed læta facie extēdit manum dicēs, Euge serue bone & fidelis intra in gaudiū Domi &c. Mat. 25. Nota in punitione, s. pœnitentiarū, nihil est respectu gloriæ. Si autē fuit malæ vitæ, & finaliter impœnitens, facta inquisitione dicet, s. dæmonibus, Et seruū inutilē eijcite in tenebras exteriores &c. Matt. 25. Nota qualiter recipitur anima à dæmonibus, proijcitur miserabiliter in infernum, caput primo &c. Si autē non sit omnino perfectus, nec finaliter impœnitens, sed bona hora cōuertitur ad Deū, dolet de peccatis, cōfitetur &c. Auisentur cōfessores, ne dent pœnitentiā cōtra voluntatē peccatoris, si illā seruāt liberātur ab inferno quādo moriuntur, nō tamen statim euolāt, quia nō fecerunt condignam pœnitentiā, nec descenduntat infernum, quia pœnituerunt, sed definitur vt vadant ad purgatorium, ad complendā pœnitentiā. Talis pronuntiatio dicitur condigna definitio. Ponā in pondere iudicij, & iustitiā in mēsura. Esa. 28. Iudicium ponitur in pondere strictè inquirendo, & verba accusatoris & testium ponderando. Et iustitiā in mensura, s. vel gloriæ vel pœnæ in inferno, vel in purgatorio. Nota ꝙ ista mēsuratio, s. gloriæ vel pœnæ, nō est intelligenda secundum æqualitatē operum, vel quantitatē durationis, seu valoris, s. pro die seruitij, vel hebdomada &c. det Deus diē gloriæ hebdomadam &c. Nō est ibi æqualitas tēporis, nec etiā valoris, quia opera misericordiæ patriarcharum, & deuotio prophetarum, & passio martyrum, nihil sunt respectu glorię. Apostolus, Nō sunt

Inuito pœnitente, nō est animadēda pœnitētia.

sunt cōdignę passiones huius tēporis ad futurā gloriā, quæ reuelabitur in nobis. Ro. 8. Sed illa cōmensuratio fit secundū æqualitatē proportionis, quia ille qui fecit plura bona cum maiori charitate, habebit maiorē gloriam, & ecōuersō. No. de corpore pueri, ad cuius augmētum augmentantur & mēbra, nō secundū æqualitatē, sed secundū proportionē qualitatis. Ideo Lu. 6. Eadē mensura qua mēsi fueritis, remetietur vobis. Si dicatur, Et quæ iustitia ꝙ pro peccato vnius horæ datur pœna æterna? Pro responsione nota hic ꝙ multi decipiūtur, credentes ꝙ quādo anima dimittit corpus, ꝙ etiam dimittat peccata. Error est. Nam quandiu anima est corpori cōiuncta, recipit cōditiones corporis, mutabilitatem, variabilitatem. Auctor. Sap. 9. Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, trahēdo scilicet ad suam conditionē. Ideo quantumcunq; aliquis sit malus, nō debet desperare, quia adhuc potest saluus fieri, & ecōuersō, quantūcunque sanctus debet timere. Sed anima separata, ita firmatur, si moritur in gratia, ꝙ non potest gratiam perdere, si autem moritur in peccatis, ita obstinatur ꝙ nunquam potest peccata dimittere. Auct. Si ceciderit lignum ad Austrum aut ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit ibi erit. Eccle. 11. Homines dicuntur arbores in viridario ecclesiæ plantati, qui regenerantur in baptismo, vt faciant fructū. Infideles sunt arbores nemoris infructuosę, quæ nō proficiunt nisi ad ignem. Quod homines sunt arbores patet. Mat. 8. c. Video homines velut arbores ambulantes. Vbicunq. ceciderit, ibi erit. Mensura ergo pœnæ nō datur damnatis secundum æqualitatem temporis, vel durationē peccati, nec delectationis, ita ꝙ quantò maior fuerit delectatio in peccato, tantò sit maior pœna vel minor intensiuè, quia iudex nō mensurat pœnam secundum delectationem, quæ aliquoties est pauca, & pœna magna. Sed datur pœna secundum æqualitatem proportionis, quia quantò maior fuit culpa in hoc mundo, tātò maior erit pœna intensiuè in alio mundo. Auctoritas. In mensura, scilicet pœnæ, contra mensuram, scilicet culpę, cùm abiecta fuerit anima, scilicet à corpore, iudicabit eam. Esai. 27. Tertium quod fit in iudicio est præsta executio. Quæstio est inter doctores vbi sit purgatorium animarum post mortem. Respondeo, Locus communis & ordinatus purgatorij est in visceribus terræ. Nota quomodo sunt in corde pomi domunculæ pro granis, ita in corde terræ sunt domus distinctæ. Inferior est locus damnatorum. Deinde ascendendo limbus puerorum, vbi non sunt dæmones, nec ignis. Tertia domus est purgatorium, in quo non sunt dæmones, sed ibi est ignis, qui diuina virtute cruciat animas. Quarta domus est sinus sanctorum patrum. De quo loquens Iesus dixit, Sicut fuit Ionas in ventre cœti tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus, Matthæi 12. Sed

Bona operā nō sunt digna aternā præmio nisi ex charitate.

Qui in peccato mortali decedit, perpetuò in eo manet obstinat⁹.

locus

Universidad de Deusto
Biblioteca

locus spiritualis purgatorij & extraordinarius cõceditur aliquib' à deo in hoc mũdo ex misericordia, vel ex alia causſa in loco vbi pec cauerũt. Itẽ aliq ex speciali gratia habẽt hic suũ purgatoriũ p̃ tribulationes, infirmitates, & sic de alijs. vt Paul. Act. 18. Cũ peruenisset Romã, permissum est Paulo permanere cũ custodiẽte se milite &c.

Purgantur interdum animæ in diuersis locis, ex priuilegio.

De eadem Dominica XXV. post Trinit. Sermo II.

ECce dies veniunt dicit Dominus. Hier. 23. Verbum propositũ pro themate & fundamento nostri sermonis recitatur bis in epistola. Primò cũ dicit, Ecce dies veniũt, dicit Dominus, & suscitabo Dauid germẽ iustũ, & regna &c. Secũdò in medio epistolæ cũ dicit, Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & nõ dicẽt vltra, viuit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Aegypti &c. Ratio, quare dicit, ecce, est quia dirigitur duabus cõditionibus populorũ. Primò quibusdã deuotis specialiter. Scitis q̃ personæ spirituales & pœnitentes cõsueuerũt ieiunare aduentũ Christi, expectãtes suã gloriosam natiuitatẽ, quæ licẽt sit præterita, annuatim tamẽ repręsentatur ab ecclesia, ac si esset futura, ideo prædictæ personæ seruant aduentũ abstinẽdo, sicut in 40. & in die natiuitatis comedũt illũ panẽ calidũ, sicut exit de clibano, siue furno veteri virginalis virginis Mariæ. Et sicut dicitur q̃ panis calidus multum cõfert comedenti, ita illæ animæ. Sicut enim christiani expectãtes Christi resurrectionem præparãt se in 40. per septẽ hebdomadas, expectando quando exiet de sepulchro, sic modò expectant per 5. vel 4. hebdomadas, quãdo exiet de virgine Maria, quæ est melior & sanctior sepulchro. Nam Christus 9. mẽsibus cum anima & sanguine fuit in vtero virginis, & in sepulchro non fuit nisi tribus diebus, & tribus noctibus, propter quod personæ deuotæ aduentum Christi ieiunãt, licẽt non cadat sub præcepto, sicut 40. sed sub cõsilio. Et habemus exẽplum Dan. qui 490. annos, antequã Christus incarnaretur, iã ieiunabat Christi aduentũ. Dicit ipsemet in diebus illis ego Daniel lugebam, trium hebdomadarum diebus panem desiderabilem non comedi, & caro & vinum nõ introierunt in os meũ. Dani. 10. No. lugebã, id est ieiunabam, quia in scriptura lugere ponitur p̃ ieiunare. Matt. 9. Quare nos & pharisæi ieiunamus frequenter, discipuli autem tui non ieiunant? Et Christus, Nunquid possunt filij sponsi lugere, quandiu cum illis est sponsus? Quia aliter non respondisset ad propositum. Secundò verbum thematis dicitur omnibus generaliter, Ecce dies, scilicet noui testamenti veniunt, dicit Dominus, & non dicent vltrà, viuit Dominus qui eduxit filios Israël de terra Aegypti, sed dicent, viuit Dominus, qui eduxit semen domus Israël, id est, Christianos de terra Aquilonis, id est à captiuitate diaboli. Nota quòd tres dies permaximè sunt venturi, & diligenter præcogitandi, scilicet:

Dies

Dies mortis corporalis, quem debemus cogitare timorosè,
Dies iudicij generalis, quem debemus pensare dolorosè,
Dies vitæ æternalis, quem debemus sperare gaudiosè.

Dico primò &c. quòd inter cetera, quę vocant magis ad bona opera & virtuosa, & ad pœnitentiã, est cogitatio mortis. Patet, quia certum est quòd habes mori, licẽt sis incertus de die. Ista dies multum valet ad ordinãdum vitam per regulam Philosophi in 2. Physic. quòd finis est causſa causſarum, habens rationem optimi, non solùm boni, sed etiam melioris & optimi, iuxta quem omnia alia ordinantur. Verbi gratia. Secundum finem ad quem homo tendit, ordinat omnia, vt qui parum vult nauigare non curat de magna nauis prouisione &c. Secus si vult vltra mare nauigare, & facere longum iter. Ideo dicit quòd finis est causſa causſarum, dans rationem alijs rebus. Modò videamus ad quem finem & ad quem portum habemus venire, clarum est q̃ oportet nos transire mare magnum, & venire ad portum mortis. Ideo indigemus magna naui & bona, tribus cooperturis cooperta, nauis est bona vita. Et coopertura secreta est fides, secũda est spes, tertia est charitas, quæ totum cooperit. Charitas operit multitudinem peccatorũ. 1. Pet. 4. Vniuersa delicta operit charitas. Pro. 10. Et sicut pœnitẽtia ad instar nauis in principio est stricta, sic etiam bona vita est stricta, & pauci inueniuntur tam strictã & duram agere vitam vt expediret. Sed plurimi sequuntur sensualitatẽ, & vana corporis, & delectationes sensibiles & carnales. Et si aliqui bonã vitam & strictã, & pœnitentialem incipiunt, non tamẽ continuant, sed paulatim, proh dolor ad vitam delitiosam & carnalem redeunt, sed bona vita debet esse stricta. Ideo de bona vita dicitur, Facta est quasi nauis institoris. Prou. vlt. Nauta huius nauis est cõfessor. Ideo attendatis vt sit bonus, quia aliàs multæ naues perduntur ex malis confessoribus. Boni marinarij sunt bonæ societates. Auisa. Prouisio victualium sunt deuotę orationes, arma pro defensione manus sunt opera spiritualia. Et pro lorica & thorace cilicium. Etiam pro defensione sunt virtutes morales. Fiat ergo sic ratio, Si finis est causſa causſarum, & finis noster sit ad portum mortis, ideo ordinata debet esse vita nostra. Ideo dicit scriptura, Melior est dies mortis, die natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Eccl. 7. No. Melior est dies mortis, die natiuitatis, scilicet ad ordinandum vitam. Secundò melius est ire ad domum luctus, quàm ad domũ cõuiuij. Ratio. In illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogita quid futurum sit. Eccl. 7. Oppositum sit ab amatoribus mundi, mortem non pensantibus, Si dicatur alicui, Modò quò velles citius ire, ad domũ luctus &c. Respondet q̃ ad domum conuiuij. Sed attende quòd Salomon qui est sapientior dicit oppositũ, q̃ melius est ire &c. Et assumpsit rationem. In illa enim finis cun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctorum. s. paupertas & infirmitas, quę trahunt hominem ad dispositionem bonę vitę. Et conuersò in domo conuiuij videt superbiam, luxuriam &c. quę trahunt eum ad malam vitam. Ideo dicit scriptura, In omnibus operibus tuis memo. no. tua, & in ęter. non pec. Eccl. 7. Nota nouissima. 12. concurrũt in die mortis, sex corporis, & sex animæ, quę sunt memoranda. Primò cogita q̃ tunc perdes vitã corporalem, cũ super omnia diligis, quã nunquã recuperabis pro isto mundo. Ideo despiciatur ista vita, & tantũ non diligatur vt labores pro ea inutiliter. Secundò cogita q̃ nudus sepelieris, nõ vestient te de auro. Tertiò omnes amici nos deserent, solùm nos sequentur vsque ad foueã. Ideo non ponamus nimiã spem in amicis &c. Quartò cogita quomodo ponetur corpus in fouea, & calcabitur pedibus. Ideo noli superbire. Quintò quid erit de corpore tuo in fouea, & cogita qualiter comedetur à vermib⁹. Sextò cogita quãtus est dolor in separationem animæ & corporis. Verbi gratia, Quando scinditur aliquod membrũ est magnus dolor. Ratio est, quia anima habet dimittere illum locũ, & restringere se, quãto igitur maior erit dolor quãdo fiet separatio animę à toto corpore, & à singulis eius partibus? Septimò cogita quãdo anima est separata, statim ducitur ad iudiciũ. & Christus iudex licèt omnia sciat tamẽ interrogat, quis es tu? quid feciſti pro me? &c. Octauò cogita quomodo ille diabolus, qui te fecit peccare, accusabit te in iudicio. Nonò cogita de sentẽtia, quę datur irreuocabiliter, quæ maximè timẽda est. Decimò cogita si sententia datur contra te, qualiter fit executio à demonibus. Vndecimò cogita de acerbissima pœna, quando anima erit in porta inferni, timore cõcutietur ineſtimabili. Duodecimò cogita perpetuitatẽ pœnarum, quia in ęternum durabunt, quia incorruptibilis est anima, & impœnitens, obstinata in culpa, ordinatur per pœnã. Cùm ergo in vniuerso nihil debeat manere inordinatum, ergo durante culpa in damnatis in perpetuum durabit iste, & rationabiliter pœna in perpetuum. De hoc etiam supra in parte hyemali plures adductæ sunt rationes. Ecce quare scriptura dicit, In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua &c. Vnde dicit Hierony. & est sententia omnium sapientum, Vitam esse meditationem mortis. Idem Hierony. dicit ad Paulinum, Facilè contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum. cap. 8. Dico secundò &c. Quia sicut dies mortis facit vitam ordinare, ita cogitatio diei iudicij facit bonam vitam continuare, & pœnitẽtiam. Ratio est secundum regulam lib. Topicorũ, quòd de duobus malis pœnalibus, scilicet minus malum est eligendum. Esset enim homo sicut stultus, si aliquis ex aliquo crimine esset sentẽtiatus, s. quòd indueret camisiam vel tunicam ferream. Vel si talis habens libertatem eligendi illam vel illam vestem, eligeret tunicam ferream, quæ magis est afflictiua, stultus esset. Ita de nobis est,

est, quilibet nostrum potest accusari. Et Christus dat sententiam de pœna seu disiunctione &c. Et camisia est pœnitentia huius mundi, sed tunica ferrea est pœna infernalis ignita. Ecce sententiæ clausula in processu facta. Dico vobis nisi pœnitentiam habueritis omnes simul peribitis. Luc. 13. Sicut illi decem & octo super quos ceciderit turris in Siloe, & occidit eos. Nota historiam. Nota, decem & octo sunt peccata, quæ damnant gentes, super quas cadit turris diuinæ iustitiæ. Decem sunt præcepta legis, ad quæ omnia peccata reducuntur implicitè vel explicitè. Verbi gratia. Recurrere ad diuinos est vnum peccatum mortale, & sic de alijs. Et sic sunt decem peccata, quæ fiunt contra decem præcepta. Item peccata mortalia sunt septem, scilicet superbia, auaritia &c. sic sunt decem & septem, & nunquam homo damnaretur nisi ex decimo octauo, scilicet ex finali impœnitentia, & qui finaliter fuerit impœnitens, turre diuinæ iustitiæ opprimetur: minus malum, hoc est minus pœnale est facere pœnitentiam &c. De ista die iustitiæ dicit scriptura, Zelus & furor vlti non parcet in die vindictæ, nec acquiesceet cuiusquam precibus. Prouerb. 6. Nota, dies vindictæ ad literam est dies iudicij generalis. De isto die dicit scriptura, Magnus dies Domini & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Iohelis. 2. Nota, magnus dicitur de magnis operibus quæ ibi fient. Quis sustinebit? Dico quod soli pœnitentes, & innocentes, qui tunc dicent, O Domine, istum diem expectauimus. Nunc ergo conuertimini ad me in toto corde vestro, dicit Dominus, in ieiunio, & fletu, & in planctu, & scindite corda vestra, & non vestimẽta vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est, patiens, & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. Quis scit si conuertatur & ignoscat, & relinquat post se benedictionem vltimam, scilicet quando dicet, Venite benedicti patris mei &c. Iohel. 2. Dico tertiò &c. Quia sicut cogitatio mortis valet ad vitę ordinationem, & dies iudicij ad pœnitentiæ continuationẽ; sic cogitatio diei æternæ gloriæ valet ad meritorum cumulationem. Ratio, quia regula philosophię dicit, In agentibus per intellectum, quod est vltimum in executione, est primum in intentione. Verbi gratia. In præparando domum, primum q̃ exequitur domi factor, est fundamenti positio, & consequẽter subsequitur structuræ superædificatio, & finaliter sequitur inhabitatio, siue quies in domo, & perseueratio, & licèt hoc sit vltimum in executione, est tamen primum in intentione. Ita etiam vltimus finis noster est conquiescere in domo paradisi. Et licèt hoc sit vltimum in executione, est tamen & esse debet primum in intentione. Ideo auiso vos vt prouisionem faciatis de materia, & lapidib⁹ pretiosis &c. Huiusmodi sunt opera meritoria, virtuosa, & pœnitentialia, quia quantò opera meritoria sunt plura, & maiora, tantò domus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gloriæ est maior, & dies gloriæ melior. Dauid, Melior est dies vna in atrijs tuis super milia &c. Psal. 83. In hoc mundo sunt plures dies. Dies sæculi quis dinumerauit? Eccle. 1. In cælo autē non est nisi vna dies. Ex hoc sequitur q̄ nullus potest siare in paradiso nisi per vnū diem. Ratio, quia ibi non est nox, hic verò sunt plures dies ex interuallo noctis. Auct. Erit dies vna quę nota est Domino, non dies, neque nox, & in tempore vesperi erit lux. Zach. 14. Istum diē debemus sperare gaudiosē. Sicut miles puguaturus præcogitat coronā vel honoré à rege promissum, si triumphator extiterit: Sic etiā Christus Iesus promittit nobis coronā vitæ æternæ, si optimè militando habemus victoriam de carne, mundo, & diabolo. Ideo dicit scriptura, Militia est vita hominis super terram, & sicut dies mercenarij dies eius. Iob. 7. Ecce hic posita est vna similitudo. Ideo dicit thema excitando & demonstrando. Ecce dies veniunt &c.

De eadem dominica XXV. *post Trinitatem,*

Sermo III.

Habens quinque panes hordeaceos & duos pisces Io. 6. Quilibet dominus siue paterfamilias tenetur de iure naturali, diuinali, pontificali, & etiam imperiali, suis seruitoribus & domesticis sufficienter prouidere. 1. Tim. 5. Si quis suorum, & maximè domesticorum curam non habet, fidē negauit, & est infideli deterior. Sūmus paterfamilias Dominus Iesus, qui nō venit legem soluere, sed adimplere, sufficientē, imò reuera abundantem fecit prouisionem pro suis seruitoribus, & domesticis. Nam habuit quinq; panes hordeaceos, & duos pisces, qui sufficiunt abundantissimè. In euangelio hodierno misticè designatur quintuplex panis,

Primus est panis corporalis.
Secundus pœnitentialis.
Tertius sacramentalis.
Quartus doctrinalis.
Quintus cælestialis.

De quibus dicit the. Habens quinque pa. hor. &c. Dico primò iuxta intellectū allegoricū de primo pane corporali, q̄ intelligitur omnis humanus victus, qui hordeace⁹ est ꝓpter asperitatē exteriorē in acquirendo. Gen 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec reuertaris in terrā de qua sumptus es. Hunc merētur veri seruitores Dei, qui. s. faciunt voluntatē Dei, obedientes mādatis eius. Ideo petimus in oratione dominica, Fiat volūtas tua sicut in cęlo & in terra. Panē nostrū quotidianum &c. Mat. 6. Dico secundò q̄ secūdus panis dicitur pœnitentialis, qui ex vili materia, s. ex peccatorum recordatione cōficitur. Hordeaceus quidē & asper est, ꝓpter dolorē cōtritionis, de quo inquit Psal. Fuerūt mihi lachryma meæ panes die ac nocte.

Et Ezechiel 4. dicitur, Quasi subcinericium & hordeaceum panē comedes. Dico tertiò quòd tertius panis dicitur sacramentalis, qui de purissima materia confectus fuit in vtero virginali per spiritum sanctum, imó secundum Tho. In cælo genitus, in vtero virginis fermentatus, in patibulo crucis excoctus, in mensa altaris appositus, in specierebus reconditus. Qui hordeaceus dicitur propter asperam passionis memoriam. 1. ad Corinth. 11. Quotiescunq; manducabitis panem hunc, & calicem hunc bibetis, mortem Domini annuntiabitis do. ve. &c. Ioan. 6. Hic est panis qui de cælo descedit &c. Dico quartò quòd quartus panis dicitur doctrinalis, confectus ex auctoritatibus sacræ scripturæ. Qui hordeaceus est propter austeritatē correctionis, & durę reprehensionis in peccatoribus. Dicit scriptura. Eccle. 21. Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit, & ad se adijciet. Audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum. Similiter de alijs vitiosis, sed tamen dicitur Matth 4. Non in solo pane viuit homo &c. Dico quintò q̄ quintus panis dicitur cælestialis, ex beatitudinibus & dotibus gloriæ confectus, qui hordeaceus dicitur propter tribulationes. Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Act. 14. Sed tamen beatus qui māducabit panem in regno Dei. Lu 14. Duo pisces sunt exempla sanctorum martyrū & confessorum, quibus quasi condimento prædicti panes hordeacei comestibiles redduntur. Ideo ad Heb. vlt. Mementote præpositorum vestrorū, qui vobis locuti sunt verbū Dei, quorum intuentes exitum, conuersationis imitamini fidem. Vnde Greg. Si exempla sanctorum recolimus, nihil graue est quod sustinemus.

Dominica XXV *post Trinitatem.* *Sermo* IIII.

Extollens vocem quædam mulier Lu. 11. Existo verbo recepi occasionem prædicandi de quadā materia peregrina, sed animabus nostris erit multū necessaria & vtilis ad earū saluationē. Salutetur virgo Maria. Iuxta intellectum quem volo nunc pertractare, sancta mater ecclesia dicitur mulier quædam extollens vocem, s. Dei in altum. Pro cuius intellectu declaranda sunt duo puncta.

Primum qua ratione ecclesia dicitur mulier,
Secundum quomodo extollit vocem in altum.

Et sic patebit verbi intellectus. Quantum ad primum, sancta mater ecclesia dicitur mulier, quia habet officia mulierū principalia, & naturalia, & nō dico officia artificialia, vel accidētalia mulierum, quæ sunt suere, nere, & huiusmodi. Sed officium principale mulierum & naturale est parere, & nutrire, ac regere infantes. Ista tria officia habet ecclesia. Ideo dicitur mulier. Primum ergo officium mulieris est parere. Vna enim ratio principalis, quare deus fecit mulierē, est,

quia in mulieribus omnes creaturæ humanæ initium vitæ habent, exceptis Adam, quē Deus formauit de limo terræ. Gene. 2. Et Eua, quam Deus formauit de costa Adę. Isti duo nunquam fuerunt in vtero matris. Istis ergo exceptis nunquam fuit nec erit aliqua persona humana quin fuerit in vtero mulieris. Ecce primum officium mulierum, s. parere filios. Hoc officium habet sancta mater ecclesia, in cuius vtero, s. fonte baptismi Deus generat filios & filias, aliter enim nullus esset filius Dei. Excellentius enim parit ecclesia quàm mulier. Mulier enim parit filios pro isto mundo, ecclesia autem pro alio. Ideo dicit ecclesia, Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in vobis. Gala. 4. Nota, Quos iterum parturio, quia nullus potest nasci de vtero ecclesiæ, s. fonte baptismi, nisi prius nascatur de vtero naturali matris, quia in vtero matris nullus potest baptizari. De quo vide Tho. in 4. distin. 6. Ratio, quia talis Deo notus est, non ecclesiæ, nec subijci potest operationi ministrorum ecclesiæ. Vnde dicit Augu. Sicut qui non vixerit, non potest mori, ita qui natus non fuerit, non potest renasci. Ideo quando aliquoties in partu moritur mater, statim medici faciunt extrahi prolē de vtero matris, vt baptizetur. Secundum officium naturale & principale mulieris est nutrire prolē. Sicut enim vterus mulieris est camera prolis, ita pectus est cellarium, propter hoc Deus dedit vbera mulieri, nō ad ostendendum &c. Ideo mulieres delicatæ vel gulosæ, quæ nolūt filios lactare, faciunt contra officium naturale. Hoc officium ecclesia habet excellenter. Nam postquam peperit proles, eos nutrit & lactat duobus vberibus. Primum est lex Mosayca. Secundū lex euangelica. Lac album & sine immunditia est, doctrina sancta, sine immūditia errorum, & falsæ opinionis. Ecce secundum officiū &c. Ideo Christus quādo voluit cōmendare Ioannem Baptistam, dixit, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioāne Baptista, veruntamē qui minor est in regno cælorū, maior est illo. Matt. 11. ergo paruuli sunt Christiani. Ideo ecclesia nutrit eos lacte doctrinę. Ideo dicit, Tanquam paruulis in Christo lac vobis, supple viatoribus, potū dedi, nō escam, scilicet gloriæ, vt sanctis in cælo. 1. Cor. 4. Tertium officium mulieris est regere & gubernare proles. Quandiu enim pueri sunt paruuli, subsunt regimini matris, quia patres tūc non curant, & tunc regendi sunt à matre, ne iurent, nec mentiantur, nec dicant malum de aliquo, nec iniuriam alicui inferant, vt sciant se signare, & addiscere Pater noster, Aue Maria, Credo &c. quādo sunt sex vel septem annorum confiteantur &c. Et hoc officium habet sancta mater ecclesia, quandiu enim sumus paruuli, in hoc mundo, vt dixi, docet nos & instruit ne mentiamur, nec furta faciamus, nec diffamemus proximum, nec iuremus Deum, nisi pro necessitate vel vtilitate, & tunc cum veritate. Orare quolibet mane & sero, communicare & confi-

fiteri in paschate. Et potest dicere populus Christianus. Ego filius fui patris mei tenellus, & vnigenitus coram matre mea, & docebat me, atque dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues. Prouerb. 4. Nota, vnigenitus matris ecclesię est populus Christianus, nunquam habuit nisi istum filium &c. Custodi præcepta mea, & viues, scilicet vita gratiæ in hoc mundo, & gloriæ in alio. Si ergo sancta mater ecclesia habet mulieris officia principalia &c. bene potest dici mulier, & concordat scriptura sancta. Gene 24. Nota trinitatem personarum in dicta auctoritate. Ipsa, scilicet ecclesia sancta est mulier, quam præparauit Dominus, scilicet spiritus sanctus filio, id est domino Iesu Christo, Domini mei, scilicet Dei patris. Secundò videndum est quomodo extollit seu exaltat vocem in altum, hoc fit in collatione septem sacramentorum, s. baptismi, confirmationis &c. tunc enim exaltat vocem Dei, nam sacramenta per vocem verbalem conferuntur. Augu. Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. De quo vide Tho. in 3. parte, in materia de sacramentis. Ratio, quia Christus verbum æterni patris vnitum fuit rei, scilicet carni. Verbum enim caro factū est &c. De hoc dicit thema, Extollens vocem quędam mulier, scilicet ecclesia. Ego quęsiui quomodo ecclesia eleuat vocem, & inueni in quadam auctoritate seu prophetia Dauid, Psalm. 28. dicentis, Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit &c. vsque, in templo eius omnes dicent gloriam.

Vox domini super aquas, & hoc in baptismo.
Vox domini in virtute, & hoc in confirmatione.
Vox domini in magnificentia, & hoc in consecratione.
Vox domini confringentis cedros, & hoc in confessione.
Vox domini intercedētis flammam ignis, & hoc in matrimonio.
Vox domini concutientis desertum, & hoc in collatione ordinum.
Vox domini præparantis cernos, & hoc in extrema vnctione.

Ecce quare dicit thema, Extollens vocē &c. Dico primò quòd sancta mater ecclesia mulier benedicta extollit vocem in sacramento baptismi, cùm dicitur, Vox Domini super aquas. Ista vox Domini est forma baptismi, quam dicit sacerdos vel alius, quando in necessitate baptizat, s. Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, vel in idiomate materne &c. Cùm autem dicitur, super aquas, ostenditur materia ipsius baptismi, quia sine aqua non potest dari baptismus, oportet enim quòd verbum, scilicet forma iungatur materiæ, scilicet aquæ, simul dicendo verba, & infundendo aquā. Non etiam forma debet prœcedere materiam, vel econtra, sed simul. Ideo dicit, Vox Domini super aquas, non dicit ante aquas, vel post aquas, sed super materiam. Sed quare dicit aquas in plurali, cùm baptismus non possit dari nisi in vna tantùm, s. naturali? quia si aliquis vellet

Universidad de Deusto
Biblioteca

baptizare cum aqua rosacea, vel ardenti, vel alia quacunque artificiali, non esset baptismus. Quare ergo dicit super aquas? nunquid ergo debuit dicere super aquam in singulari? Respondeo q̃ dicitur super aquas in plurali, ad innuẽdum quoddam magnum secretũ. In baptismo enim sunt duo baptizãtes, & cõsequẽter duę aquę. Primus & principalis baptizãs est spiritus sanctus. Secũdus instrumentalis, & est sacerdos, qui aqua materiali potest lauare corpus. Sed spiritus sanctus alia aqua lauat intus animã. Ideo dicit Aug. Quę est tãta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat? In eodẽ puncto in quo aqua infunditur à sacerdote, vel creatura, hoc est, homo mittitur in fontẽ baptismi quãdo baptizatur simul intus influũt 15. flumina spirit' sancti. Primũ est gratia diuina, quæ lauat & purificat animã à peccato originali, & ab actualibus in infidelibus qui nõ fictè baptizãtur. Secundum flumen est fides habitualis, licèt enim creatura tũc non habeat vsum liberi arbitrij, tamen habitualiter iam habet fidẽ catholicã. Tertiũ est spes, quæ habitualiter infunditur in baptismo. Quartũ est charitas, s. amor Dei & proximi, quæ etiã habitualiter infunditur in baptismo. Demũ simul etiã infũdũtur habitualiter quatuor virtutes morales, quæ sunt prudentia, iustitia, tẽperãtia, & fortitudo. Et sic quintũ flumen est prudentia, in qua subiectiuè est virtus intellectualis, q̃a subiectatur in ratione practica, sed tamẽ est aliquo modo moralis, vnde & inter cardinales computatur. Sextum flumẽ est, iustitia, ad nõ nocendum proximo. Septimum temperãtia in prosperis. Octauum fortitudo in aduersis proficiẽdi, vel perseuerãdi in bona vita. Item septẽ dona spiritus sancti etiã simul infundũtur, & sic nonum flumen est sapientia, s. ad cognoscẽdũ diuina. Decimum intellectus ad cognoscendum scripturas. Vndecimũ consilium ad obseruãdũ diuinas admonitiones. Duodecimũ fortitudo contra diaboli tẽtationes. Decimum tertium scięti̇a perficiẽs ad proprios actus siue personales gubernãdum. Decimũquartum pietas, s. inclinãs ad compassionem ad proximos. Decimumquintũ flumen est timor ad Deum. De istis donis spiritus sancti vide S. Tho. 1.2. q. 68. in qua incidentaliter declarat S. Tho. eorum quidditatem, necessitatem, numerum, cõnexionem, & dignitatem. Ista quindecim flumina procedunt à fonte spiritus sancti. Ideo dicit aquas in plurali. Et sequitur statim, Deus maiestatis intoiuit, id est intus in anima introiuit Dominus super aquas multas. Sacerdos autem vnam aquam solùm, s. materialem applicat, sed Dominus super aquas multas. Ideo Apo. 1. Vox illius, s. Domini, sicut vox aquarum multarum. Quãtum ad secundum, s. cùm dicitur, Vox Domini in virtute, loquitur de sacramẽto confirmationis. Dicatur quid est, & quomodo ab episcopo, quia non potest ab alio hoc sacramentũ conferri. de conse. dist. 5. Manus &c. Nouissimè &c. Vt ieiu. De isto dicit, Vox Domini &c. Vox ista est

Quindecim flumina, quæ in anima baptizati influunt.

est forma huius sacramenti quam extollit ecclesia per os episcopi, quãdo dicit, Consigno te signo crucis, & confirmo te chrysmate salutis. Et sicut fides catholica infunditur in baptismo habitualiter, sic in confirmatione fides catholica radicatur, intantum q̃ si sint duo homines, quorum vnus sit confirmatus, alter non, in persecutione antichristi cõfirmatus erit fortis, & alius non. Ecce bonũ quod facit hoc sacramentum ad persistendum in fide. De isto sacramẽto dicit Io. Vidi quatuor angelos stãtes super quatuor angulos terrę tenẽtes quatuor ventos terrę ne flarẽt super terram, neque super mare, neq; in vllam arborem. Et vidi alterum angelũ ascendentem ab ortu solis, habentẽ signum Dei viui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari di. Nolite nocere terr, & ma. neque arbori. quoadusque signe. seruos Dei in frontibus eorum. Apo. 7. In ista auct. sunt multa secreta quę declarãtur à glo. ord. Angeli enim ijdem sunt qui nuntij. Quatuor ergo angeli qui stant super quatuor angulos terræ, signãt nuntios antichristi, tenentes. i. prohibentes prędicationem euãgelicam. Quãdo enim antichristus manifestabitur, totus mundus eum timebit, & tũc ipse mittet nuntios suos ad quatuor partes mũdi tenentes. s. prohibẽdo doctrinam quatuor euangelistarum, ne flent. i. prædicẽt super terram, id est laicis terram laicis colentibus, neque super mare. i. amaritudine, & signat religionem, in qua debet esse amaritudo pœnitẽtię, neq; in vllam arborem. Arbores enim sunt sacerdotes, qui debent dare flores odoris per bonã famam, & folijs deuotionis in officio Dei, & fruct', meritorum sacramenta ministrãdo liberè absque simonia. Sed dicit q̃ vidit alterum angelum, id est Christum qui missus fuit à Deo patre pro mũdi redemptione, habẽte signum Dei viui. s. sanctã crucẽ, & clamauit voce magna, quatuor angelis. s. nuntijs antichristi. s. malitiã nuntiorũ antichristi refrenãdo di. Nolite nocere terræ. i. laicis, & mari. i. religiosis, neque arboribus. i. clericis, quoadusque signemus. s. per sacramentũ cõfirmationis, seruos Dei nostri in frontibus eorũ. s. vt sint fortiores in fide catholica. Ecce quare dicitur, vox Domini in virtute. s. fortitudinis, in prelio certaminis antichristi. Ideo vt militibus datur alapa quãdo confirmãtur. Secundum bonũ quod sacramentum confirmationis facit, est in alio mundo, quia cõfirmati in paradiso habent singularem coronam glorię. In sacramẽto baptismi datur baptizatis quędã corona, quæ vocatur à theologis character indelebilis. Et quãdo homo intrat paradisum, statim cognoscũtur qui fuerint baptizati, & qui nõ, quia qui fuerunt baptizati habent specialem coronã, quã non habẽt non baptizati, vt Abraham, Isaac, & Iacob, & alij. Secũda corona datur in sacramẽto cõfirmationis, qui verò nõ est cõfirmatus, caret illa in paradiso. Ecce quãtũ lucratur ille q̃ cõfirmatur, & quãtũ perdit qui nõ cõfirmatur. Propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc parentes debent esse valde diligentes, vt filij confirmẽtur, quia vxor Domini in virtute. Hic scilicet in sacramento confirmationis est virtus Dei, quæ vocatur magna. Tertium, scilicet verbũ magnificentiæ. Nota sacramentum Eucharistię, cùm dicitur, Vox Domini, scilicet consecrationis in magnificentia. Magnificentia, id est magna faciens, quia in isto sacramento fiunt maiora quàm in alijs sacramentis. Iam vulgariter de rege, qui fecit magnum conuiuiũ, & dedit fercula singularia, & pretiosa, & multa &c. dicitur, magnificè fecit, Quantò ergo magis de cõuiuio, quod fecit Christus filius Dei, in quo de omnibus creaturis spiritualibus dat meliorem, s. animam suam sanctissimam de corporibus, melius, scilicet corpus suum siue carnem vnitam suppositò diuino, di. Accipite, & mandu. Domine, & quid manducabimus? Panem album. Nota quòd verbis cõsecrationis prolatis iam nõ est ibi panis, scilicet hoc est corpus meũ. 1. Cor. 11. Ista est magnificentia. Sed aliqui fastidiosi non curant de isto conuiuio, nec de isto cibo. Vnus di. Domine non sum di. &c. Alius dicit, Non sum bene paratus. Dico quòd nullus malè paratus debet accedere ad hoc conuiuiũ tam magnificum. Sed debetis vos parare per contritionem, confessionem, & satisfactionem, iniuriarum remissionem, aliàs non estis excusati. Declaratur hoc de rege eunte ad venationem &c. Ita Dominus noster Iesus Christus venit ad venandũ in nemore huius mundi, & venatur leones, id est superbos, quando ex doctrina prædicatoris humiliãtur. Vulpes, id est personas auaras, quando satisfaciunt. Porcos per luxuriam, quando abstinere proponunt. Canes per iram, quando iniuriã remittunt &c. Et in nocte huius vitæ vult Christus rex noster intrare in villam suam. Quælibet persona Christiana est villa seu castrum Dei, quod ipse luctatus est in campo, in die Veneris sancta. Et tangit ad portam, vt sibi aperiatur, quãdo prædicator dicit, Tali die, scilicet in paschate debetis cõmunicare, quia surrexit Dominus tali die. O dicunt aliqui, Non est camera, nec lectus paratus vt sibi competit &c. Sed negligenter tales faciunt, & peccant, quia ipse est contentus intrare aliquibus præparamentis præsuppositis, scilicet contritionis, cõfessionis, satisfactionis, & corporalis afflictionis. Sed verè Domine non intrabis, dicunt aliqui effectualiter, & permittunt intrare bestias, scilicet gallinas, pauones &c. ipso præsente. Cognoscitis quale peccatũ est nolle communicare, & dicũt, Domine nõ sum di. &c. Verbum est sanctũ, sed falsè vel ineptè allegatum. Dignitate enim æquiparãtiæ nullus est dignus, nec ista requiritur ad cõmunicandũ, sed dignitas quę requiritur, quã ipse vult, & præcipit, est conteri de peccatis, & cõfiteri, satisfacere, & remittere &c. Alij dicunt, Domine bene veneritis, intrate Domine. Sed pòst & deinde ponunt eum in loco porcorũ. Illi si qui quotidie celebrant, vel sæpe malè parati cõmunicant luxurioſi,

Quomodo digniè et indigniè corpus Christi à sanctis etiã hominibus recipitur.

rioſi, simoniaci &c. in eorum damnationem. Remedium est ergo parare se bene & communicare. Ideo Moyses dicebat, Date magnificentiam Deo nostro, Dei perfecta sunt opera. Deuteron. 32. Nota, Dei perfecta sunt opera. Vos scitis quomodo à principio diabolus voluit destruere opera Dei, & hominem ad imaginem Dei factum præcipitauit, & iustitia originali priuauit fructus vetiti comestione. Sed ecce qualem magnificentiam fecit Dominus. Nam sicut diabolus illius fructus comestione procurauit totum malum humanæ naturæ, ita Deus comestione illius fructus, de quo dicitur virgini Mariæ, Benedictus fructus, procurauit totum bonum humanę naturæ. Ideo di. scriptura, Dei perfecta sunt opera. Et sequitur, Et omnes viæ eius iudicia. Quia qui nolunt communicare, habebunt iudiciũ damnationis, & nunquam venient in paradisum. Amen amen dico vobis, nisi man. car. fi. ho. & bi. eius sang. non habe. vi. in vo. Ioan. 6. Qui autem communicant malè parati, habebunt iudicium essendi perpetuo cum porcis inferni, quemadmodum ipsi miserunt ipsum cum porcis peccatorum. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium, scilicet damnationis sibi mandu. & bi. 1. Corint. 11. Qui autem bene parati cõmunicant, habebunt iudicium saluationis in vitam æternam. Qui man. meam car. & bi. meum san. habet vitã æter. Io. 6. Ecce Dei magnificentia. Ideo Dauid, Confessio, s. quæ debet præcedere communicationem, & magnificentia opus eius, & iustitia eius manet in sæculum in hoc mundo, & in sæculum sæculi in alio. Extollens vocem quædam &c. Quartum est sacramentum pœnitentiæ vel confessionis, cùm dicitur. Vox Domini confringentis cedros. Vox est forma absolutionis, Ego absoluo te &c. Cedri sunt arbores altissimę, quæ crescunt & stant circa mare, quę signant personas superbas, quæ sunt alti cordis, quæ potius volunt viuere secũdum eorum voluntatem, & eorum inclinationes, quã secundũ Dei mandata & ordinationem. Deus præcepit vt simus humiles, & ipsi sunt superbi, elati, præsumptuosi, vani, pompoſi, &c. Deus præcepit quòd simus misericordes, & ipsi sunt crudeles. Ipsi enim sunt auari, vsurarij, fures. Idem de castitate, & de alijs. Sed isti cedri in sacramento pœnitentiæ confringuntur, & eorum corda rumpuntur, quando suspirando dicunt, Pater peccaui in hoc, fui superbus &c. Et tunc peccata comminuuntur. Sed hoc impeditur aliquoties per confessores, qui capite dicooperto volunt audire confessionem. Tales confessores primò claudunt os confitentis, qui ex verecundia, quãdo cogitat, iste respicit me, non dicit omnia peccata. Ideo capite cooperto debent audire confessiones, quia oculi non audiunt confessiones, sed aures, animando confitentes, dicendo, Fili dicatis omnia peccata, quia nullꝰ audit, nec vidit nos, nisi Deꝰ. Qui licèt sciat omnia, tamẽ ordinauit quòd suis magistris rationabilibus, & ministris,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& procuratoribus reddatis computū de factis &c. Secundò, quia cō fessor accipiet occasionem peccādi. Quando enim audit mulierem iuuenē, pulchram, quam respicit, quid cogitabit? O quomodo est alba &c. Ideo cooperiatur caput, vt peccator liberius confiteatur peccata sua. Ecce quare dicit, Vox Domini cōfringentis cedros. Et statim subditur, Et cōfringet Domin⁹ cedros Libani. Libanus est mōs quidam altissimus in terra promissionis, ferens cedros altissimas, & signat personas in altitudine dignitatis, dominij, seu prælationes positas. Quæ si sint peccatores, & malę vitæ, dicūtur cedri Libani. De istis etiam dicit, Et confringet Dominus cedros Libani, s. dominij temporalis, seu prælationis, papalis, seu episcopalis &c. quando ad pedes simplicis confessoris flectunt genua, confitentes peccata sua. Quibus dicit confessor, Non absoluam vos nisi corrigatis vitā vestram, vel emendaueritis talem iniustitiam, & huiusmodi. Et si tales conteruntur, & pœnitent, tunc confringuntur cedri Libani. Et comminuet eos tanquam vitulum Libani. In monte Libani nutriebātur vituli, quorum caro erat valde sapida, ideo diuidebantur per partes minutim, vt oēs possent habere. Ita in confessione comminuuntur cedri Libani in diuersas partes. Primò in corde per contritionē, & Dei subiectionem. Secūdò in ore, petendo veniam si iniuriasti, s. patrem, vel matrem, vxorem, seu fratrem, & econuersō. Tertiò in toto corpore per pœnitentialē afflictionem. Quartò in bursā per satisfactionem. Ecce quare dicit, Et comminuet eos tanquam vitulum Libani. Et sic ille qui confitetur fit dilectus Deo, quemadmodum filⁱ⁹ Vnicornium, quod inter animalia alia plus diligit filium. Ita Deus diligit eum qui bene confitetur. Quintum sacramentum est matrimonij, cū dicitur, Vox Domini intercidentis flammā ignis. Quotquot sumus in hoc mundo, nati sumus de vtero matris cum vna brasa, Gallicū est, & signat titionē ignis, seu flammā, quę à sanctis doctoribus vocatur igniculus, seu concupiscibilitas, vel fomes peccati, ita nascimur, & adeo est fortis, q⁹ non potest extingui aqua baptismi, licēt aqua baptismi extinguat ignē inferni & purgatorij in baptizato, quia si moreretur statim post baptismū, non cōbureretur. Et tamen aqua baptismi nō extinguit illū igniculum, seu fomitē, vel flāmam. Sed ista flamma non flammescit, quousque homo est adultus, quia tunc diabolus sufflat ibi brasam, dando tentationes carnales. Et tunc quando homo cōcupiscit mulierem, vel ecōuersō, brasa flammescit. In signum illius maxillæ efficiūtur rubeę, quia habitus eius prunas ardere facit. Iob 41. Omnes quotquot fuerūt, dempta beata virgine Maria, & Christo, habuerūt, & quotquot sumus, habemus illū fomitem, & cōcupiscibilitatē. Nec obstat quòd sum⁹ baptizati, quia aqua baptismi licēt remoueat culpam, remanet tamen pœna, scilicet fomes, seu ignis cultus ille, & flammescit in cōcupiscēdo, & ardet,

ardet & comburit in actu illo, Sed quid facit sacramentū matrimonij? Dicendū licēt non extinguat ignē carnalis concupiscentiæ in homine seu muliere, tamen flāma interdicitur, quia nō flammescit inter virum & vxorē, quia vir non debet curare de alia muliere, nec vxor de alio viro. Illi qui non sunt de matrimonio, licet habent brasam illam, & fomitem, tamen debent extinguere illam flammam non concupiscendo, nec iurando de illo actu, ac si nihil esset. Ideo personæ sanctæ & deuotę cum aqua extinguuot illam brasam comedendo frequēter panē & aquā, diuitrendo carnes & vinū, & multas delectationes, quæ inflāmāt brasam illā, & sic flāma licet non extinguatur, tamen per pœnitentiā mitigatur. Ista est ratio quare personæ sanctæ faciunt pœnitentiam, & cauēt oportunitatem, vitant colloquia mulierum, quia statim brasa flammescit flante diabolo, & cō burit quidquid in domo est conscientię, & perdit homo omnia merita quæ nunquam congregauit. Ignis est vsque ad consummationē deuorans, & omnia eradicans genimina. Iob 31. Cauete ergo ab hac flamma. Beatus Ioannes Baptista non bibebat vinum, sed aquā, nec comedebat panem, sed locustas siccatas ad solem, & ita macer erat, quòd non habebat nisi pellem & ossa, tamē ex toto non potuit extinguere brasam siue istum igniculum, tamen non flammescebat in eo. Nota, de beato Hieronymo, & de illo sancto heremita antiquo, qui vt curaretur iuit ad ciuitatem, & sic dum curabatur in corpore, infirmabatur in anima, quia non bene cauebat ab opportunitate mulierum, intantum q⁹ grauidabat duas puellas, quæ sibi seruiebant ex deuotione, propter famam suæ sanctitatis. Qui autē custodit se, potest dicere, Liberasti me à pressura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. Eccl. 51. Sextum sacramentū est sacramentum ordinum, cùm dicitur, Vox Domini concutientis desertum, s. in collatione ordinū tunc eradicantur arbores mundiales deserti, in quo sunt multæ bestiæ, leones per superbiā, vulpes per auaritiam &c. Item desertum à gratia Dei in multis, desertum à diuina consolatione, desertum à fructibus spiritualibus, hoc desertū concutitur in collatione ordinum. Sicut enim totum nemus concutitur, quando scinduntur vel eradicantur arbores, ita in collatione ordinum scinduntur & eradicantur arbores à nemore laicorum, vt in iardino Christi, scilicet ecclesiæ transplantentur. Tunc totum nemus debet resonare per examen de vita, scientia, & huiusmodi, vt sint apti ad fructificandum. Item alia concussio maior in nemore seu deserto huius mundi, quia quando sumūt ordines, sunt quatuor tempora, & omnes Christiani tenentur ieiunare, vt boni ordinētur, quia totum bonum vel malum est à clericis. Dicit Chry. Scitis quòd totum bonū arboris est à radice. Ita vita hominum est quasi arbor, cuius radix est status clericorū, ideo totum bonum vel malū populi

est

est à radice clericorum. Propter hoc, quãdo transplantãtur, populus ieiunat. Ideo dicitur, Vox Domini cõcu. &c. & subditur, Et cõmouebit Dominus desertũ Cades. No. Cades, interpretatur sãcta, & significat ecclesiam sanctã, de qua dicit apostolus, Christus dilexit ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illã sanctificaret, mundãs eam lauacro aquę in verbo vitæ, vt exhiberet sibi gloriosam ecclesiã, non habentẽ maculã, aut rugã, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Eph. 5. Et cõmouebit Dominus desertũ Cades. i. populũ Christianũ ecclesię sãctę, qa nõ cõmouetur desertũ iudęorũ, sed desertũ cades. i. ecclesię sanctę. Septimũ sacramentũ est sacramẽtum extremę vnctiõis, quod in dicta auctoritate tãgitur cũ dicitur, Vox Domini prępartis ceruos. i. in sacramẽto extremę vnctionis, quod datur in fine vitæ quãdo aliquis debet mori morte. s. naturali. Secùs de illis qui aliter moriũtur sententiati, vel aliàs, quia licèt alia sacramẽta possint eis dari, nõ tamẽ debent eis dari istud. Hoc sacramentũ habet duas mirabiles virtutes seu effectus. Primã ponit S. Tho. in 4. q. sanitas corporalis si fit vtilis animę, sine dubio ex huiusmodi sacramẽti sumptione curabitur infallibiliter. Hoc extrahit S. Tho. ab illo tex. Ia. 5. Infirmatur quis ex vobis, inducat presbyteros ecclesiæ, & orẽt super eũ, vngẽtes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & alleuiabit eũ Dominus. Vox Domini est forma huius sacramẽti, quę dicitur à sacerdote quãdo vngit, di. Per istã sanctã vnctionẽ, & suã pijssimã misericordiã indulgeat tibi De⁹ quidquid peccasti per visum &c. & similẽ formã dicit vngẽdo singulorũ sensuũ instrumẽta, per quę peccauit, vt patet &c. Secũdus effect⁹ seu virtus est maior. Aliquãdo ex obliuione sunt multa peccata mortalia dimissa in cõfessione, quę tales nõ confitẽtur, qui tamen sunt in proposito cõfitẽdi ea si recordarẽtur, & tales in statu gratię sunt, sed restat pœna in purgatorio, & etiã de peccatis venialib⁹ restat pœna in purgatorio. Sed hoc sanctũ sacramentũ de mortalibus oblitis, & de venialibus nõ oblitis purificat animã ab illorũ culpis & pœnis, ita vt rectè vadant ad paradisum sine aliqua pœna. De mortalibus oblitis. Iac. 5. Et si in peccatis sit, remittẽtur ei. Ecce quare dicit, Vox Domini prępartis ceruos. i. spiritũ, ad saltãdum vsq; ad paradisum. Ideo Dauid in spiritu prophetiæ di. in psal. Diligã te Domine, Qui perfecit pedes meos tanquã ceruorũ &c. Ideo quãdo infirmi cõmunicãt debẽt petere istud sacramentũ, quia pòst quãdo appropinquãt morti, perdunt verbũ, & nõ possunt ipsum petere, & perdũt magnũ bonũ. Ideo dicit, Vox Domini prępa. ceruos. Et sequitur statim, Et reuelabit cõdensa. i. secreta gloriæ, & in tẽplo eius omnes dicẽt gloriam. Sed multi clerici ex auaritia seu simonia impediũt hoc sacramentũ. Dicit vnus, Linteamina in quibus vngitur debent esse mea. Alius dicit, Tot sacerdotes sunt necessarij, & habetis dare tãtũ cuilibet

Duplex effectus extremæ vnctionis.

Quæcunq; per vnctionẽ extremæ remittantur.

libet &c. Dicatur quomodo sacramẽta sunt liberè ministranda. Extollens vocem quædam mulier.

De eadem dominica. *Sermo V.*

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Rom. 12. Pro cuius declaratione oportet primò declarare quid est prudentia, cùm dicit prudentes. Secundò oportet declarare quid est hoc dictũ, apud vosmetipsos. Pro quo sciendũ quòd tres sunt virtutes intellectuales. s. scientia, prudẽtia, & sapientia. Scientia est cognitio quæ habetur de creaturis. Prudentia est cognitio intellectualis de actibus humanis. Sapientia verò est cognitio speculatiua, quę habetur de diuinis cum sapore deuotionis. Licèt aliquoties cõmuniter loquendo sapiẽtia, & scientia, & prudentia sumãtur pro eadem virtute, quia qui habet sapientiã. i. agnitionẽ Dei, cum sapore deuotionis, statim saltat ad prudentiã, s. ordinando actus suos erga Deum & proximũ. i. virtuosa prudentia, quia mulier diligens, id est, sapientia, corona est viro. Prou. 12. Item scientia potest dici prudentia, quia ille qui habet scientiam de creaturis, dicitur sciens. Et quando videt quòd creaturę irrationales gubernant se iuxta Dei ordinationem, & in nullo faciũt contra, statim dicit, O quomodo ego, qui sum rationalis, deberem me gubernare secundum Dei ordinationem &c. & sic scientia efficitur prudentia. Auct. Scientia sanctorum prudentia, scilicet est. Prouerbio. 9. Patet ergo quòd pro eodem sumũtur communiter, licèt strictè loquendo differant, & sic non sumuntur pro eodem. Communiter pro eodem capiuntur in themate cùm dicit, Nolite esse prudẽtes, id est sapientes, & scientes. Secundò debet declarari hoc quod dicit, vosmetipsos, cùm Deus precipiat quòd simus sapientes. Pro quo sciendum quòd sciẽtia est duplex. Vna quę est coram nobis, alia quę est supra nos. Coram nobis est sciẽtia, quę intellectu & ingenio humano est inuenta, cuiusmodi est scientia septem artium liberalium. Supra nos est scientia, quę non intellectu humano, sed à Deo est reuelata, vt est scientia noui & veteris testamenti. Cùm ergo dicit thema. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos, s. tantum vel nimium de scientia, quæ est coram vobis, sed velitis habere scientiam quę est supra vos, s. illam quam Deus reuelauit. Ratio, quia scientia, arte, & ingenio, seu intellectu humano inuenta, modica est. Sed scientia à Deo reuelata, est alta & magna. Et hoc potestis videre per quandam similitudinem quam tangit August. de rustico seu pastore, intrante palatium & dicente, illa est camera regis, & illa reginą, & illa filiorum, & illę fenestræ &c. sed ipse non intrat cameram regis, nec videt regem, nec scit quid facit. sed hoc sciunt cubicularij, cõsiliarij, & barones, qui intrant cameram &c. Ideo isti iudicantur sapientes, & non pastor seu rusticus. Iste mundus est palatium Dei, quod ipse fabricauit

Triplex intellectualis virtus.

uit & creauit. O Israël quàm magna est domus Dei &c. Baru. 3. Hoc palatium intrauerũt philosophi Pythagoras, & Anaxagoras, Plato, Arist. &c. & nihil sciuerunt, nisi q̃ in illa camera, s. in cælo est prima intelligentia cum suis consiliarijs, s. angelis disputabãt de fenestris, s. luna, sole, stellis, de motibus orbium, de animabus &c. Sed ipsi nõ viderunt regẽ Deum, sed secretarij Dei, s. sancti patriarchę, prophetæ, apostoli, & doctores sancti, isti habuerunt scientiã ex diuina reuelatione, scientes quomodo Deus regit & gubernat mundũ. Patet differẽtia inter antiquos philosophos, & sanctos apostolos &c. quibus dixit sic. Iam non dicam vos seruos, vt philosophi fuerunt, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Vos autẽ dixi amicos, quia quæcũq; audiui à patre meo nota feci vobis. Io. 15. Nolite ergo esse prudentes scientia quę est corã vobis apud vosmetipsos, s. tantum, s. de scientia philosophorũ. Et concordat Sapiens di. Ne sis sapiens apud temetipsum. Pro. 3. quia caderes in errorẽ apud theologiã. Sciẽtia enim philosophorũ nõ debet recipi in dominã diuinæ scientiæ, vel vxorẽ, sed in ancillã vel captiuã. Et bonus theologus potest sibi sumere in obsequiũ philosophiam, sed non nimis cũ ea stare debet. De illis qui stant & se dant philosophiæ nimiũ dicit scriptura, Væ qui sapiẽtes estis in oculis vestris. Esa. 5. Propter hoc dicit the. Nolite esse &c. Si dicatur, Ergo frater quã sapientiã debemus habere, & studere? Respondeo & dico q̃ in præsenti sermone ego volo vobis ostẽdere septẽ artes liberales, quas magister noster Christus ordinauit. Sicut enim philosophi in sua sciẽtia habent septẽ artes liberales, ad quas studẽdũ requirũtur multi anni, ita ego modò de schola Christi ostendã suas septẽ artes liberales, quæ sunt apud nosmetipsos, quãa scilicet supra nos. Prima scientia Philosophorũ est Grammatica, quę docet loqui cõgruẽ, s. vt substantiuũ & adiectiuum, nomen & verbum, relatiuum & antecedens conueniant. Ita in Grammatica Christi substantiuum est Deus cuncta sustinens. Adiectiua autem quæ in eo suppoũtantur, seu sustentantur, sunt omnia opera bona, siue mala prænalia, quæ omnia à Deo sunt, sed mala culpæ nõ sunt à Deo, peccatũ enim nõ est à Deo, nec Deus caussa peccati est, sed quidquid entitatis est in peccato, est à Deo. Vnde dicit B. Tho. 1.2. q̃ Deus nõ est caussa peccati, sed bene actus qui est in peccato, Deus caussa est, quia actꝰ peccati est quid positiuũ, & est ens. Modò omne ens deriuatur, & caussatur à primo ente, vt patet. 2. Metaphysicę, nõ tamẽ vt dixi. Deus peccati siue mali culpę caussa est, quia quò ad suũ formale, mala culpę nõ sunt entia, nec quid positiuũ, sed quid priuatiuũ, deformitas enim quę est formale peccati, siue mali culpę, est quædam prinatio. Nostra autem opera Deo sunt attribuenda, quia ipse facit omnia, & sic substantiantur in Deo. Et ista est bona congruitas attribuere Deo illa quæ fiunt, & nõ creaturis, quia ineõ

Substantia actꝰ peccati & si à Deo sit, nõ tamẽ deformitas illius actus, quæ fit malein ipso peccato est.

gruum

gruum esset. Ver. gra. de pluuia, si attribuitur deo, tũc est bona Grãmatica, sed si creaturis, tunc est incongruitas, quia naturæ & constellationes solùm sunt instrumenta. Bonas literæ non attribuitur calamo, sed notario. Ita pluuia, vel siccitas, abundãtia, vel sterilitas, fames, vel mortalitas, nõ instrumentis, sed deo attribuenda sunt, quia instrumenta nihil possiunt, nisi quãtum deus vult & permittit. Ideo sancti patres antiquitùs omnia attribuebãt deo. Dixit Isaac Iacob filio suo. Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuisti fili mi? Gen. 27. Respõdit, Voluntas dei fuit &c. Itẽ quãdo Esau quęsiuit à Iacob, Quid sibi volunt isti, & si ad te pertineant? Geneſi. 33. Respondit Iacob, Paruuli sunt quos donauit mihi deus seruo tuo. Ecce qualiter attribuebant deo nostro adiectiua, in quo omnia substantiantur. Idem de malis. Si habetis infirmitatem, dolorem, & aduersitatem, si perditis bona, vel filios, non dicatis, Hoc fecit mihi talis &c. sed deo attribuantur omnia. Ita fecit Iob, qui perdidit &c. Nota breuiter historiam, vsque, Sit nomen domini benedictum. Iob. 1. Ista est optima Grammatica, & congrua in schola Christi, quãdo substantiuum & adiectiuum conueniunt. De ista Grammatica est regula de doctrina Christi, quam repetebat apostolus vt baccalarius. Ex ipso originaliter, & per ipsum formaliter, & in ipso sunt omnia, scilicet substantialiter. Rom. 11. Secundò debent conuenire nomen & verbũ in Grammatica Christi. Nomẽ est fama, quando persona ex aliquo est insignis, & famosa, digna nomine, sed paucæ sunt. Habes pauca nomina in Sardis. Apoca. 3. id est, paucas notabiles personas dignas nominari. Ideo sapiens, Curam habe de bono nomine. Eccl. 41. Verbũ est sermo tuus. Tunc nomen & verbũ concordant, quando tu non diffamas, nec mordes publicum peccatũ, nec secretum personę nominatę, sed cum reuerentia & honore loqui vis de eis, Regula di. Auct. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonꝰ ad ædificationem fidei, vt det gratiã audientibus. Ephesi. 4. Tertiò. Relatiuum & antecedens debent conuenire in Grammatica Christi. Relatiuum est verbum vestrum, antecedens est negotium de quo loquimini. Et cõueniunt, quando homo dicit veritatẽ de illo facto vel negocio, quia ab eo quòd res est, vel non est, oratio vera vel falsa dicitur. Omne mendacium est cõtra Grãmaticã Christi, quia res extra non conueniunt. Ideo dicatur veritas, sicut res extra se habet. Regula dicit, Auctoritas. Deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo, quia sumus inuicem membra. Ephesi. 4. Ecce grammatica Christi cõsistit in tribus regulis, scilicet attribuere deo omnia adiectiua, nisi peccata. Secunda non diffamare aliquem. Tertia facere bonam relationem de re. Secunda scientia philosophorum est Logica, quæ docet diffinire, dispurare, & rationes facere per sillogismos, vel consequentias, vel enthimemata,

vel inductiones. Hanc inuenerunt philosophi ad disputandum, scilicet homo cum homine, sed non cum diabolo. Sed Logica Christi docet modum disputandi contra diabolum. Diabolus magnus sophista facit multa argumenta contra illud quod debemus credere, vel contra illa quæ debemus facere, vel contra ea quæ debemus sperare. Primò ergo diabolus tentando de fide arguit, volens inducere illum quem tentat ab impossibile. Verbi gratia. Quãdo tentat de trinitate dicens, Quomodo est possibile q̃ vnus deus sit, tres personę? quia quot sunt suppositа, tot sunt essentiæ. Ad hoc argumentum nõ possemus respondere per Logicam philosophorum, sed per Logicam Christi, i. per vnam regulam, quam Christus, qui nõ potest mẽtiri docuit dicens. Tres sunt qui testimonium &c. 1. Ioan. 5. Item arguit de incarnatione Christi, dicens, Quomodo potes tu credere quòd deus inclusit se in vtero vnius puellæ, & quòd receperit humanitatem, qa finiti ad infinitum nulla est proportio? Respondetur per logicam Christi, dicẽdo, Ei autem qui potens est deus omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, &c. Ephes. 3. Fundare se oportet in potentia dei, & tunc diabolus nõ potest replicare. Item contra hostiam consecratam dicit. Quomodo in tam parua hostia est totus Christus, tam magnus homo, quia locus & locatum debent proportionari? Item quando frangitur hostia, quomodo non frangitur Christus? Respondet per regulam de potẽtia dei, quia potens est deus &c. vbi suprà. Et istam regulam allegauit Gabriẽl virgini Marię quærenti, Quomodo fiet istud &c. Non est impossibile apud deum omne verbum &c. Luc. 1. Si cum Logica philosophi velletis respondere, diabolus concluderet vos. Item quando arguit contra virginitatem Mariæ di. Quomodo est possibile. Et respondet per dictam regulam, Potens est &c. Et da exemplum de radio solis, transeunte per fenestram vitream. Secundò arguit diabolus contra ea quę debemus facere. Quilibet debet facere pœnitẽtiã de peccatis, ne homo damnetur. Et quando homo vult facere aliquã pœnitentiã, vel afflictionẽ, diabolus loquens imaginationi arguit, dicens, Miser tu interficies te, deus non vult quòd interficias te, sed caue à peccatis, quia deus est misericors, qui nõ vult mortem peccatoris &c. Ezechie. 18. Respondet per regulam Christi dicentis, Nisi pœnitentiã egeritis omnes simul peribitis. Luc. 13. Fundare se oportet in dei voluntate, quia si aliter velles respondere, habet infinitas replicas. Ideo Eua peccauit, quando diabolus disputauit cum ea, dicens, Cur præcepit vobis deus, vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Ecce prima quæstio. Gen. 3. debuit respondere, fundando se in voluntate dei, Quia ipse voluit, & ita sibi placuit. Sed ipsa respondit aliter, dicens, Ne fortè moriamur. Et diabolus replicauit, Nequaquam moriemini, sed eritis sicut dij, scientes bonum & malum,

malum, & conclusit, quare præcepit &c. Tertiò arguit diabolus cõtra illa quæ debemus sperare di. Quomodo tu poteris cælum ascendere, quia cælum cæli domino, terram autem dedit filiis hominum? Respondet, quòd per gratiam & misericordiam ascendimus, quia dicit, Pœnitentiam agite appropinquabit enim regnum cælorum. Matthæi. 4. Tertia scientia est Rhetorica, quæ docet prudenter per rationes allegare ad obtinendum quod petitur. Ita Rhetorica Christi docet prudenter allegare, & petere propriè coronam à Christo in oratione, in qua multi errant male allegando, Domine faciatis vos mihi hanc gratiam quam peto, quia ego ieiuno, & ego facio ecclesias, & do eleemosynas pauperibus, & do eis hospitium, & sic de aliis amore vestri. Hoc nihil valet, immo prouocatur ira dei. Ideo Rhetorica Christi docet propriè allegare dicens, Domine vos fecistis mihi tot gratias, scilicet in creatione ad imaginem & similitudinem vestram. Similiter in natiuitate, quia inter Christianos. Item quia baptizatus &c. Ideo domine complacatis & faciatis mihi hanc gratiam. Ecce ista est bona Rhetorica, allegando ex parte dei, & non tua. Ideo caueatis ne accidat vobis vt phariseo. Luc. 18. qui semper allegabat ex parte sua dicens, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominũ &c. Et quia malè allegabat, fuit à deo reprobatus. Nota etiam hic exemplum de illo fratre, de quo in vitis patrum qui petiit gratiam à deo allegando ex parte sua, quia dimittit mundum, & seruabat religionem &c. Et vmbra ipsum percussit. Dupliciter debetis allegare. Primò ex parte dei, suas excellentias allegando, vel ex parte vestra diuina beneficia recepta recitando, & dicendo, Vos domine fecistis mihi tantam gratiam &c. Ideo domine faciatis mihi istam gratiam. Apostolus, In omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestrę innotescant apud deum. Phil. 4. Nota differentiam inter obsecrationem, & orationem, & gratiarum actionem, & petitionem. Oratio est eleuatio mentis in deum, sicut quando dicitur Pater noster &c. Obsecratio est quando dicitur per natiuitatem tuam, vel per passionem tuã &c. Gratiarum actio est, quando homo recitat gratias à deo receptas, dicens, Domine tot gratias mihi fecisti &c. ad quam sequitur petitio. Ideo domine faciatis mihi etiam istam gratiam &c. Quarta scientia philosophorũ est Musica, quæ ostendit concordantiã cantus. Ita etiam musica Christi docet vocum concordantiam in pœnitentibus. In pœnitentia enim sunt tres voces, scilicet tenor, percussio pectoris: quinta, scilicet suspiria & gemitus: octaua, dicendo. Domine misericordia &c. Ista consonantia vocum multum placet deo, dici. pœnitenti, Sume tibi citharam, circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita, Bene cane, frequenta canticum, vt memoria sit tui. Esaiæ. 23. Et loquitur animæ peccatrici. Ibi incipit constructio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

O meretrix obliuioni tradita sume citharam &c. Meretrix est anima peccatrix. Ratio, quia sicut vxor regis filia rustici, quam duxit in vxorē, si dimisso rege viro recederet cū aliquo ribaldo ad lupanar, diceretur meretrix. Sic etiam anima peccatoris, quę regē Christum sponsauit in baptismo, quādo peccat & recedit à Christo, & vadit cū ribaldis inferni, dicitur meretrix obliuioni tradita, quia videtur, ꝙ deus nō curet, eo quòd non statim deus puniat, sed eam expectat ad pœnitentiam. Remedium quod habet est vt redeat ad regem. Ideo dicit, Sume citharam, quæ est pœnitentia. Ratio, quia cithara est lignum aridum & vacuum, aliàs non faceret sonum. Ita persona pœnitens est arida per abstinentiam, & vacua, quia sine præsumptione de dei misericordia, & nimis stultè confidendo. Cithara pœnitentiæ habet octo chordas, facientes acutum sonum. Prima est peccatorū cognitio, & emendandi propositum, & sic de aliis. Circui ciuitatē, scilicet illam, de qua Dauid, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei. Quæ circuiri debet per vicos & plateas, scilicet ad deum & ad sanctos recurrendo. Primò coram palatio Trinitatis dicendo, Domine opus vestrum sum, ideo domine pareatis mihi. Ecce vna catilena. Deinde coram virgine Maria, dicendo illud, Nec abhorre peccatores, sine quibus nunquam fores tanto digna filio. Deinde ad plateas patriarcham, & prophetarum &c. Bene cane, frequenta canticum. Ista musica placet deo, ideo dicit, Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocē tuā. Cant. 8. Horti dicuntur ecclesiæ. Amici, sancti qui auscultant, quemadmodum de nocte homo auscultat cantus. Quinta scientia est Arithmetica, quę docet numerare. Ita Arithmetica Christi debet numerare peccata in confessione, in quibus peccauit homo contra dei præcepta, contra opera misericordiæ, in sensibus corporis. Multi nesciunt numerare peccata propria in confessione, sed si confessor quærit de vicino vel vicina, non solùm numerabuntur peccata mortalia, sed etiam venialia. Ista est Arithmetica diaboli, ideo modò volo vobis ostendere quomodo numerabunt peccata sua confitentes & pœnitentes. Et sicut est triplex confessio, ita est etiam triplex numeratio. Prima est confessio specialis, & est ista confessio sacramentalis, quæ specialis dicitur, quia oportet dicere peccata specificè, Verbi gratia. Superbia est quoddam genus peccati, nō sufficit dicere, ego fui superbus, sed oportet descēdere ad speciē. Superbia habet multas species, quę sunt despicere patrē, vel matrē, vel prælatum vel dominū, maiorē, vel minorē, vel æqualem, vel despicere sanctos, vel deū. Item aliquando superbia cōsistit in corde. Et quandoque erūpit à dextra, vt patet in pōpa, & vanitatibus, quibus nōnunquā proximi scandalizantur. Itē auaritia est aliud genus, & nō sufficit dicere, ego fui auarus, sed oportet dicere, ego feci simoniam isto modo, vel vsurā, vel rapinā, vel furtū, secretum

secretū, vel deceptiones, emendo vel vendēdo, vel calumniā, vel iudices, oportet species dicere. Itē de luxuria oportet specifice dicere & specificare dicendo, si fuit fornicatio, vel adulteriū, raptus, incestus, vel sacrilegiū, vel cōtra naturam, sed nō oportet dicere indiuiduū i. nominare personas, sed oportet dicere specifice, vt dicit glo. super illo verbo Dauid, Per singulas noctes, id est per singula peccatar mortalia. Secunda cōfessio est generalis, vt illa quę fit in introitu missę, vel in accusatione quam faciūt religiosi in capitulis de culpis, sibi sufficit numerare peccata in genere. Tertia est generalissima, illa quę fit Deo di. Ego sum peccator. Et est bona quia obtinet quandoque gratiam. No. histo. Luc. 18. de publicano di. Deus propitius esto mihi peccatori, & nullum peccatum nominabat, nec in genere, nec in specie, & tamen descendit iustificatus in domū suā. No, hic audientur confitentes ne faciāt cōfessionem illius Italici, qui dicebat se solùm habere tria peccata paruissima, s. vsurā, luxuriā, & nō credo in deum. Malè numerabat peccata. Melius numerabat peccata Manasses rex Iuda, dicēs, Peccaui super numerū arenæ maris, scilicet venialiter. Peccata enim venialia innumerabilia sunt, vt arena maris, & multiplicatæ iniquitates meę, s. peccata mortalia, quę sunt numerabilia. 2. Paralip. vlti. Sexta scientia est Geometria de mensurix. Et Geometria Christi docet bene mensurare vitam propriam, bona temporalia, & seruitium quod debemus facere deo. Si ista bene mēsuramus, patebit quod totum est parum, & quasi nihil. Primò vita nostra est parua & modica, quæ quasi nihil est, quia quod præteritum est nihil est, quod futurum est nondum est. Vita nostra in puncto consistit, quia de tēpore non habemus nisi præsens nunc, dicit Philosophus. Ideo Iacobus, qui optimè sciebat vitā mensurare, dicebat, Quæ est vita vestra? vapor ad modicum parens, & deinceps exterminabitur. Iacob. 3. Cùm ergo vita tam sit modica, humiliari merito debemus. Secundò debemus mensurarę bona temporalia, honores, officia, dignitates, vel prælationes. Videtur nobis esse magnū bonum, esse regem vel papam &c. Dico quòd nullum bonum est, si bene mensuretur. Quod bonum est facere se fideiussorem sub pœna mortis pro alio, hoc bonum est esse papam vel regem, esse obligatum deo dare rationem de omnibus sibi subditis, sub pœna dānationis æternæ, nisi det bonam rationem. Ecce quod bonum est dare deo rationem de tot animabus, cùm de sua propria habeant satisfacere ita, vt vix rationem reddere possint. Item videtur vobis, quòd habere multas diuitias sit magnum bonum, sed malè mensuratis, quia asinus potest esse à deo auro oneratus, quod nec potest ipsum secum portare, ita quilibet diues oneratus est bonis diuitiarum ipsius mūdi, qui est dominus diuitiarum, Si vultis scire quis diuitiarū est dominus, vos, an mundus: Nota similitudinem de cane, qui in biuio di

Debet peccatū cōfteri quidē in specie, non autem in indiuiduo.

Vita homini, quātum ad mensuram, in solo cōsistit instāti.

nisso alio sequitur dominũ, tunc cognoscitur cuius est. Ita vos & mundus vaditis per eandem viam. Sed in biuio, id est morte, diuitiæ non sequuntur vos, sed mundũ. Ideo onerate vos virtutibus, & meritis, quæ sequũtur hominẽ. Item videtur vobis q̃ perfectè, & purè, & transitorie, & momentaneę voluptates carnis sint magnę delectationes, sed debemus mensurare seruitium dei, Tu religiose, clerice, vel laice q̃ anni sunt q̃ seruis deo? quinquaginta vel sexaginta anni, magnum vobis videtur, sed si bene mẽsures, inuenies q̃ de quinquaginta annis non seruiuistis deo purè per annum sine aliquo peccato mortali, vel veniali. Idem de mense. Idem de hebdomada, & de die, quia septies in die cadit iustus. Proue. 24. Ideo decipiũtur multi malè mensurando. Ista est ratio, quare sancti humiliabantur, & quanto erant sanctiores, tanto erant humiliores, iuxta illud, Quanto magn⁹ es, humilia te in omnibus, & coram deo inuenies gratiam &c. Eccl. 3. Septima scientia philosophorum est Astrologia, quæ ostendit de moribus cælorum, de ordinatione planetarum, & influentiis eorũ. Ista Astrologia, quæ legitur in schola Christi, quia sicut non est nisi vnus sol in cęlo, in quo sunt tria, substantia, radius, & calor, ita nõ est nisi vnus deus in toto mundo, qui est pater, & filius, & spiritus sanctus. Aliqui volentes contemplari trinitatẽ, decipiuntur, sumentes personas in deo sicut in nobis. Ipse sol circuit mũdũ à principio anni vsque ad finẽ, dũ circuit duodecim signa, & illuminat, calefacit, & facit fructificare. Ita sol iustitię Christ⁹ circuit duodecim articulos fidei, in Credo in deũ cõtẽtos, qa aliqui sunt de eius diuinitate, alij sunt de eius humanitate. Credo dicatur. Itẽ luna totã claritatem recipit à sole, ita ecclesia totã claritatẽ habet à deo. nota septem cõditiones lunæ, quæ reperiuntur in ecclesia. Primò fuit noua tempore Christi & apostolorum. Secundò fuit crescens tempore martyrũ. Tertiò fuit plena tempore doctorum, Quartò fuit minuta tempore cõfessorum. Quintò fuit girata. Nam totus mundus est giratus, & versus ad vanitatem. Sexto eclypsabitur citò, scilicet tempore antichristi. Septimò in die iudicij erit perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis. Psal. 88. Vel aliter, Sol est de quo dicit ecclesia virgini Mariæ, Felix namque es &c. Et sicut in sole sunt tria, scilicet substãtia, radius, & calor, ita in Christo substantia corporis, & radius diuinitatis, & calor dilectionis. Luna est virgo Maria, quæ fuit noua in natiuitate, crescẽs in tẽpli habitatione, plena in filij dei coceptione, minuta secum portans dominum in Aegypti fugatione, & girata in passione Christi, eclypsata in corporis defunctione, & tãdẽ perfecta in corporis & animę glorificatione. Sol & luna steterũt in habitaculo suo. Abac. 4. Lucifer, qui solem sequitur, fuit Ioannes Bapt. Hesperus ille, qui debet finem mundi publicare, fuit beatus Dominicus, & specialiter sanctus Vincentius, de quo Apocal. 14. Vidi alterum angelum

gelum volantem per medium cęli, habentem euãgelium æternum vt euangelizaret sedentibus super terram, & super omnem gentem & tribum, & linguam, & populum, dicens magna voce. Timete dominum, & date illi honorem, quia venit hora iudicij eius, & adorate eum qui fecit cælum & terram. Item contemplari debemus planetas, scilicet angelos, qui influunt mundo custodiendo nos. Qui talia contemplantur, sunt boni Astrologi, & possunt dicere cum apostolo, Nostra conuersatio in cælis est. Vnde etiam saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum ad Phi. 3. Ecce quare dicit thema, Nolite esse prudentes &c. Omni enim conamine, quo possumus, mundi & carnis vitemus prudentiam, quæ potius stultitia quàm prudentia æstimanda est, vt ad diuinam & veram pertingere in præsenti valeamus prudentiam, & in futuro sapientię ingenitę & increatæ claram contemplationem, quam nobis concedat deus trinus, & vnus nunc & in æuum benedictus. Amen.

Sermones sancti Vincentij, illuminatissimi, sacræ theologiæ professoris acutissimi, fratris diui ordinis Prædicatorum, temporis æstiualis, finiunt feliciter.

Regestum.

aa** bb** aa bb cc dd ee ff gg hh ii kk ll mm nn oo pp qq rr ss tt vv xx yy zz. AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ RR SS TT VV XX YY ZZ. AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN. Omnia integra, præter bb**, & NNN, quæ sunt semifolia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca